CONSILIA
PRAESTANTISSIMI IVRISCONSVLTI D. HIERONYMI GIGANTIS FOROSEMPRONIENSIS,

Nunc primum in lucem edita.

EIVSDEM RESPONSA,

QVÆ VVLGO FAMILIARIA INSCRIBEBANTVR, in pensionum materia, ac de Intruso.

Præcipuaq. aliquot succisiuis horis selecta singularia in matrimoniali materia,

Omnibus cum in scolis, tum in foro versantibus apprimè conducibilia ac oportuna.

Summis, atque indice locorum insignium illustrata.

CVM PRIVILEGIIS.

Summi Pontificis, Inuictissimi Cæsaris, Regis Catholici, ac Senatus Veneti.



Venetijs, ex Officina Damiani Zenari. M D LXXX.



FRANCISCO COMMENDONO

S. R. E. CARDINALI ILLVSTRISSIMO ATQVE AMPLISSIMO.

Hieronymus Gigas Ioannis filius. S.



VÆ in primis causæ, Francisce Cardinalis Illustrissime, me impulerunt, ut hæc Hieronymi Gigantis aui mei Responsa ab hominum obliuione uindicarem: erant enim plerique primo doctrina, ac fide præstantes uiri, qui editionem hanc assiduis flagitationibus urgerent, neque omnis periculi, si quid euenisset, auctoritatem defugerent: in illis fuit Bernardinus Borgaruccius, in quo uiro iuris scientia multa est, iudicium uerò tantum, ut ei affirmanti fidem derogare religioni esse existimem: plerique item alij omnium iudicio docti grauesq. Iurisconsulti ei sunt assensi, quorum fama ac nominis gloria in nobilissimis Italię gymnasijs celebratur, ut non uiderem, quòd tantorum hominum consilio deberem, aut possem sine culpa opponere. accedebat denique quod magis erat reformidandum, ne in aui nostri Manes parum pius uiderer, qui, quę tot tantisq. uigilijs posterita ti parasset summorum hominum prærogatiua commendata, publico inuiderem, & familiæ nostræ illud debitum glorię quasi legatum repræsentare nollem. His itaque adductus non minus libenter quàm iuste fasces submisi, eo usque tamen dignitati meæ studendum ratus, ne aut in meorum gloria tuenda atque amplificanda nimis timidus, aut religiosus, aut prudentissimis uiris id suadentibus, atque in meam meorumq. existimationem, (cuius cupiditate rapimur quotquot sumus omnes) incumbentibus nimis pertinax, nimisq. adeo ineptus meritò iudicarer. Næ etiam si id sim ętatis, ut rerum usus mihi magnam in uita regenda prudentiam adferre non potuerit, studia tamen, quæ Patauij in celeberrimo omnium litterarum mercatu aliquot iam annos colo, aliquid, ni fallor, præsidij mihi pepererunt ad iudicandum, ut cogitare mecum possim nihil esse temere constituendum. Ego profectò ne quid dissimulem lętatus sum non mediocriter, cum perspexi Responsa hæc a summis illis uiris cupidè flagitari, eoq. magis quòd animaduerterem oblatam mihi esse egregiam occasionem, Cardinalis Illustrissime, obseruantiæ erga te meæ testificandæ, quam a patre quidem hæreditario acceptam tueor, ut debeo religiosissimè, cupioq. quibuscunque rebus possum tibi constare. quid enim (ut nulla alia causa, quàm publica intercedatur tanto uiro a me, & a quo uis, in quo modò sit aliquis pietatis sensus præstari non debeat? cui enim ignota sunt tua innumerabilia in Rempublicam Christianam merita? cui legationes illæ insignes a summis Pontificibus tibi demandatæ, quas non maiori tua gloria, quàm uniuersi Christianismi commodo obieris inauditæ? Quamobrem quòd fueris in sacrosanctum Cardinalium ordinem allectus merito id factum est tuo, neque de honore illo tibi tam gratulari debuit Christiana Resp. quàm sibi, quæ te cooptato multo fuerit auctior atque amplificatior reddita, in diesq. tuis sapientissimis consilijs id uerum esse non obscurè confirmas, omnesq. qui cum

bonis sentiunt in spem erigis, ut sibi de te omnia summa iure polliceantur. uerùm ubi considero quas pater olim meus sanctæ cuiusdam necessitudinis tecum causas priuatim habuit, cum ante tantæ amplitudinis adeptionem quouis studio, atque ardore animi ultro citroque certantia officia reputo, cum subit tempus, quo in ipsum tantum dignitatis gradum attendisti, (quo quidem tempore tantùm abest, ut de pristiua tua in patrem beneuolentia quidquam imminueris, ut etiam illum, quem noras amantissimum tui tuæq. dignitatis studiosissimum multo amaueris ardentius.) Ego profectò quod publica causa cum omnibus facere debui, multo iustius id iure quodam meo facio, atque patris quondam mei studia in te illustria quauis animi contentione persequor, & quibus possum officij argumentis pergo sedulo apud te huiusce rei pignus aliquod deponere: nullum autem clarius possum adferre, quàm quod ex familia nostra profectum sit, non enim placuit eos imitari, qui ut ære alieno se liberent, nouo se obruunt, seq. in impeditas difficultates induunt: debet porrò quicquid id munusculi est, tibi eò iucundius accidere, quo a nobis tibi animo promptiore atque hilariore defertur. Hoc itaque fruere Cardinalis Illustrissime munere qualicunque, ipso tamen omnino tuo, cum uniuersa domus nostra tibi sit addictissima. sed quia hi labores gemini, ut patet aui mei fructus Bernardini Borgaruccij pietate in lucē prodierunt, istud animi ingenui atque grati documentum non uulgare in eo apud omnes elucebit: quòd uero sub tuo multo illustrissimo nomine apparuerint, id meum fuit consilium, qui me tibi iam ab initio deuotum esse intelligebam, cuius uoluntatem Cardinalis Amplissime si amaueris, non uidebor exiguum consilij mei fructum percepisse. Vale ordinis tui decus.

Patauij A. D. Id. Septembris M D LXXX.

CLAV-

CLAVDII ANCHANTHERI.



CILICET has multis memores soluemus ab annis
Rite eius iustas manibus inferias.
At non Cecropij offerimus iam munus Hymetti
Fundimus, aut vetulo pocula plena mero.
Posteritas merito tibi grata instaurat honores,
Et venit in titulos officiosa tuos.
Restituit luci, quæ quondam pignora nota
Edideras, cæcis obruta sed tenebris.
Hæc tua sunt, lætare; pijs immixtus & vmbris.
Hæc famæ poteris annumerare tuæ.

Τοῦ αὐτοῦ.


Θεσπέσιος πόνος οὗτος, ἐυςεφάνοιο γίγαντος,
ὅς ποτε τῶν μύςης ἐυνομίας ὁσίης.
Δηρὸν τόντ' ὀικροτῶς ἐκαλύψατο νὺξ ἐρεβεννὴ
ὀυχ οἷαι δὲ θανεῖν ἀρέυαται σεβίδες.

AD LECTOREM.



QVANTI facienda sit singularis quædam, raraq; quæ in Hieronymo Gigante Iurisconsulto clarissimo quondam uiguit legum cognitio, præclara in illa facultate ab eodem elaborata ad memoriam sempiternam monumenta locupletissime testantur. ut enim omnis doctrinæ, iudicij, atque ingenij refertos de pensionibus, de residentia episc. tractatus, itemq; responsa familiaria, & pleraq; alia in ius ciuile, ac pontificium ab eo conscripta accuratè prætermittam: quid perfectius, quid in illo genere omni laude cumulatius, quid edi potuit aut ab erudito seculo expectari utilius elegantissimo illo de crimine læsæ maiestatis commentario? hoc unum profecto satis uidebatur unde apud homines sibi, suisq; posteris illustre nomen compararet. in illo enim tam recondita sapientia, tamq; exacta omnis antiquitatis notitia elucet, ut Tolosanorum Iuriscons. qui toto terrarum orbe iurisconsultissimi semper habiti sunt, Corasius illa tempestate sine controuersia princeps nobilissimo elogio cohonestarit, & ade ditionem fructuosissimi adeo operis publici commodi amore pertractus, ipsum Gigantem uehementer etiam cohortatus fuerit. neque uerò scriptor ille summus cum nullum faceret finem de Republica litteraria benemerendi tot iam laboribus perfunctus, quiescendum sibi, aut uacationem ætati, aut studijs suis indulgendam putauit. imò cum præclarum duxisset quod de Solone memorant litteris immori, hoc quotidie agebat, & cogitabat unum, ut quàm posset maximas utilitates posteritati attulisse, eoq; omnes ingenij sui opes, omnem industriam, ac diligentiam contulisse meritò diceretur, quod profectò post illius obitum re comprobatum est: multa enim reliquit partim inchoata, partim absoluta fœliciter, quæ arguunt quales ab homine illo in omni uita cogitationes susceptæ fuerint. in illis uero ne te lector studiosissimè longius morer, hæc Responsa comperta sunt, & Præstantissimi I.V.C.D. Bernardini Borgarucij studio in lucem prodierunt, quæ ut apud te ornem pluribus necesse nihil est: satis enim sese ipsa commendant, neque egent prædicatione aliena, aut accersita laude, ut gratiam apud te ineant, quandoquidem nomen tanti uiri præferant, cuius doctrinæ famam passim celebrem contemnere animi est planè ingrati: detrectare uerò prodigiose maleuoli & inuidentis.

Amicus defuncti memoriæ causa hæc scribebat.



INDEX RERVM OMNIVM LOCORVMQ. INSIGNIVM,

VAE IN HOC VOL. CONS. CONTINENTVR.

A

B

C

Cardinales

Consue-

D

Decana-

E

F

G

H

I

Impera-

Intru-

L

M

N

Nobilitas

Procu-

Q

S

T

Testes

Vbi

Verbum

F I N I S.

Errata ſic corrigito.

Folio 16.columna 2.linea 51.	ubi.
fol.28.col.4.lin.50.	ſoluendo.
fol.33.col.2.lin.58.	teſtes non.
fol.39.col.1.lin.55.	delictum.
fol.40.col.1.lin.1.	probante.
fol.43.col.2.lin.24.	dicto.
fol.46.col.1.lin.24.	teſtis,qui.
lin.ead. fol.& col.	condemnatus.
fol.eod.col.2.lin.40.	clerico.
fol.68.col.4.lin.22.	poſſeſsio.
fol.col eiſd.& lin.33.	totum.
fol.& col eiſd.lin.40.	conſtructorem.
fol.72.col.4 lin.44.	præſentatione.
fol 79.col.2.lin.24.	iuſſus a.
fol.85 col.1.lin.18.	fœminas.
fol.92.col.4.lin.25.	exiſtentibus aliis.
fol.& col.ead.lin.27.	commun.de.
fol.97.col.3.lin.24.	dignitate.
fol.106.col.1.lin.28.	poſſeſſorio.
fol.& col.ead.lin 34.	deciditur.
fol.107.col 2.lin.1.	petentis illarum reuocationem.
fol.eod.col.3.lin.54.	reſpiciendum.
fol.109.col.3.lin.18.	probationes.
fol.111.col.4.lin.56.	deſertam.
fol.113.col.2.lin.44.	ex iuris.
fol.119.col.1.lin.29.	quia.
fol.119.col.2.lin 47.	prætenſa.
fol.121.col.2.lin.13.	eſſe ita euidens.
fol.eod.col 3.lin 14.	cum paratum.
fol.122.tol.4.lin 51.	transfert.
fol.130.col.3.lin.3.	reuocationis.
fol.eod.col.4.lin.49.	debetur.
fol.& col.eiſd.lin.50.	debetur.
fol.& col.eiſd.lin 56.	prinius gradus ſubſtitutionis.
fol.132.col.1.lin.58.	debetur.
fol.eod.col.2.lin.4.	teſtatoris.
fol.& col.eiſd.lin.39.	adeatur.
fol.134.col.2.lin.48.	diſpoſitioni contrarium.
fol.175.col 2.lin.48.	tali actu.
fol.177.col.2.lin 15.	ſuſpenſionem iuris.
fol.181.col.2.lin.8.	clauſa reperiatur.
fol.& col.eiſd.lin.18.	iuris clauſa.
fol.& col.eiſd.lin.41.	de beneficio.



CONSILIA,
SEV RESPONSA
HIERONYMI GIGANTIS
FOROSEMPRONIENSIS
I.V.C. PRAESTANTISSIMI.

PRO R. D. PRESBYTERO VALERIO DE MONTICVLO, SVPER CLERICATIBVS.

SVMMARIVM.

1 *IVRIS quæstiones ex facto exoriri.*
2 *Constitutio procuratoris ad resignandum per non sanæ mentis facta, quòd non valeat.*
3 *Mens non sana hominis, quòd operetur quo minus actus ab eo gestus valeat.*
4 *Testis in vno iudicio examinatus, in altero verò referendo se ad priorem depositionem, quòd illa admittenda sit.*
5 *Testis dicto referentis se ad primam depositionem standum esse.*
Etiam si prima depositio fuisset nulla.
6 *Testis dictum deponentis de die ante factum instrumentum in fauorem alicuius, & sic de tempore propinquo, quòd sit maximè considerabile in materia, de qua agitur.*
7 *Memoriam minus ordinatam habere, qui suæ mentis compos non sit.*
8 *Memoriam non ordinatam habere, quòd sit signum dementiæ.*
9 *Mens non sana, ex quibus signis probetur.*
10 *Stultus & non sanæ mentis, quo casu infirmus dicatur.*
11 *Testis de auditu alieno deponens, non probat.*
12 *Testis de auditu alicuius, & si non probet, quòd saltem indicium faciat.*
13 *Testi habenti interesse in causa, si quando fides adhibenda sit.*
14 *Legatarius, quòd possit esse testis in testamento, in quo sibi aliquid relictum sit, si tractetur de validitate, vel inualiditate testamenti.*
Ratio ad idem aßignatur.
15 *Nemo sani capitis suum iactare præsumitur.*
16 *Beneficia multis laboribus & expensis acquiri, & sine magna causa, spontè illis non renunciari. infra num. 45.*
17 *Furiosus & non sani capitis, licet mixtim loquatur, quandoque sapienter scilicet, quandoque fatuè, quòd semper tamen furiosus præsumatur.*
18 *Constitutio procuratoris à non sanæ mentis facta, quòd veniat irritanda, si sana mens non probetur.*
19 *Furiosi testamentum etiam ex interuallo irritari, non docto eundẽ tunc temporis sanæ mentis fuisse.*
20 *Mentis sanæ non existens de tempore instrumenti, si mentis compos factus reclamauerit, quòd audiendus sit.*
21 *Reclamatio eius, qui metu matrimonium contraxisse dicebatur, quòd inducat præsumptionem metu matrimonium contractum.*
22 *Testis secus deponens in secundo dicto, quàm in primo, etiam si inter diuersas personas, quòd redarguatur de falso.*
23 *Testis deponens non verisimile, quòd non probet.*
24 *Testis dictum, ꝙ de neceßitate debeat concludere.*
25 *Testis varius, & sibi contrarius, quòd nihil probet.*
26 *Testis non nisi ad euitandum periurium ad concordiam reduci debet, non autem ad effectum, vt probet.*
27 *Testis de auditu ab alijs, quòd nil probet.*

28 *Testis, qui in vno capitulo falsum deponit, quòd in tota sua testificatione nihil probet. & infra num. 37.*
Etiam non distincto, an capitula separata sint, vel connexa.
29 *Vnicus testis, quòd nihil probet.*
30 *Testis sibi contrarius, quòd aliter ad concordiam reduci non possit.*
31 *Testis sibi ipsi contrarius, quòd de falso puniri possit.*
32 *Testium diuersorum contrarietas, quòd operetur, vt neutri eorum credatur.*
33 *Testis dicto ex præsumpta eius affectione minus standum esse.*
34 *Mediator, quòd non possit esse testis, nisi vtraque parte consentiente, cum tractetur de sustinendo actu, quem ipse procurauit & gessit.*
35 *Testi deponenti super actu à se gesto, quando laus, vel vituperium possit sibi inde euenire, quòd minus standum sit.*
36 *Testis accusatione pendente, quòd eidem aliqua fides adhibenda non sit.*
37 *Accusatio facta ante motam litem contra testes, si quando dubitetur de lite, quòd præsumatur in fraudem.*
38 *Testi, qui in vno capitulo falsum deponit, quòd nihil credatur in tota eius depositione. & supra nu. 28.*
39 *Testibus adinuicem cõtrarijs, quòd minus credatur.*
40 *Testis sibi ipsi contrarius, quòd non probet.*
41 *Probatio non concludens, quòd non sit probatio.*
42 *Testes, qui domum frequentant, quòd quæ domi aguntur, melius scire præsumantur.*
43 *Testibus melius informatis, magis standum esse.*
44 *Donatio facta ab eo, quem furiosum ante factam donationem probatum fuerat, & pro certo tempore furiosus fuerit, quòd & furiosus præsumatur, nisi contrarium probetur.*
45 *Renunciare beneficio, quo quis sustentatur, quòd non sine magna causa præsumatur. supra nu. 16.*
46 *Sanæ mentis quem esse præsumendum, nisi probatione in contrarium facta aliter constet.*
47 *Probationibus, si quas duæ iuris præsumptiones adiuuent, magis standum.*
48 *Testibus, qui secum habent præsumptiones iuris, magis standum esse.*
49 *Duo vincula, quòd magis stringant, quàm vnum.*
50 *Furiosum, infamem, vel hæreticum quem esse, quòd etiam testes singulares probent.*
51 *Resignatio facta coram inferiore à Papa in fauorem alterius certæ personæ, quòd aliter non valeat, neque teneat.*
Quodq. tanquam simoniaca reputetur.
52 *Vacationis vno modo expresso alium non venire.*
53 *Cautela pro ordinario in conferendo beneficium, vt illius collatio valeat, & teneat.*
54 *Collatio beneficij adiecta clausula, siue prædicto, siue alio quouis modo vacet, quid operetur, & qui modi vacandi comprehendantur.*
55 *Beneficium si quis impetrauerit vti vacans per obitum vnius, cum vacaret per obitum alterius, quòd illius impetratio nulla sit.*
56 *In beneficialibus ex non iure actoris metimur ius rei, & sufficit excludere actorem per ius non suum, etiam si de iure ipsius rei aliter non constet. & infra consi. 5. num. 14.*

CONSILIVM I.



ACTVM in primis proponendum arbitror in præsenti causa, ex quo postmodum iuris quæstiones exorientur, 1 † iuxta tex. in l. si ex plagijs, §. in cliuo Capitolino, ff. ad leg. Aquil. & tex. in l. vt responsum, C. de transac. Factum igitur tale est in præsenti causa, de anno Domini 1520. die 24. Iunij, presbyter Ioannes de Gerijs Capellanus Monialium monasterij Sancti Seruuli Venet. tunc morbo apopletico laborans, non existens in suo bono sensu, constituisse dicitur quendã Antonium de Romano suum procuratorem ad resignandum duos eius clericatus: quos tunc obtinebat, vnum videlicet in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Casali sub Montagnana, alterum in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Ponte Sancti Nicolai, Paduanæ diœcesis: prout apparet ex instrumento in processu, folio 157. in fauorem cuiusdam Romanelli Aloysii de Romano. facta postmodum dicta resignatione in manibus Reuerendissimi Domini Legati Apostolici, & admissa fuit, vt dicitur, Domino Romanello prouisum de dictis clericatibus possessione subsequuta. Postque presbyter Ioannes de Gerijs factus sanæ mentis, morbo illo cessante, cœpit reclamare de dicta resignatione: & dixerat, quòd fuerat deceptus, & quòd illam minimè fecerat. & ita continuando in dicta reclamatione & querela, cum pluries tentasset, dictos clericatus, & illorum possessionẽ per dictum Romanellum sibi restitui: Tandem cum id facere non valeret, de anno Domini 1524. die secundo Octobris, per certum suum procuratorem resignauit dictos clericatus in manibus Reuerendi Domini Vicarij Episcopatus Paduæ: de quibus præfatus Vicarius prouidit Reueren. Domino presbytero Valerio de Monticulo Canonico Plebis Sacchi, qui presbyter Valerius assequutus fuit possessionem dictorum clericatuum, nemine contradicente, & Romanello viuente, de anno Domini 1524. die quarto Octobris, pro qua possessione habuit etiam literas Ducales, de quibus in processu, fol. 148. & fol. 150. & ipso Dom. Presbytero Valerio continuante in possessione dictorum clericatuum, de anno Domini 1526. monuit Romanellus. quo mortuo R. Dom. Lucas Viarius aduersarius, prætendens dictos clericatus vacare, de altero ipsorum, videlicet de illo Ecclesiæ S. Mariæ de Casali, obtinuit sibi prouideri per Reuerendiss. D. Cardinalem de Pisanis Episcopum Paduanum, sub die 29. Ianuarij anni prædicti. De clericatu autẽ Ecclesiæ Pontis S. Nicolai, obtinuit sibi prouideri per R. Capitulum Ecclesiæ Paduanæ, sub die 12. Ianua. asserẽs dictos clericatus vacare per obitum cuiusdam Hieronymi de Romano, lite & controuersia inter prædictos R. D. Lucam Viarum ex vna actorẽ, & præfatum R. presbyterum Valerium reum conuentum, & possessorem ex altera, in ea fuit longus formatus processus. Quæritur quis obtinere debeat ex prædictis.


N præsenti causa de tribus videndum est. Primo, an resignatio facta in fauorem Romanelli de anno 1520. die 24. Iunii fuerit valida, necne. Secundo, an posito, quòd dicta resignatio valuerit, aliquod ius competat Reuerendo Domino Lucæ aduersario in dictis clericatibus. Tertio de iuribus presbyteri Valerij.

Circa primum dicendum arbitror, resignationem prædictam non valuisse: quia per plures testes examinatos pro parte presbyteri Valerii, probatum est, quòd presbyter Ioãnes de Geriis, qui procuratorem constituit de dicto tempore ad resignandum, non erat sanæ mentis propter infirmitatem: quo casu constitutio procuratoris
2 ad resignandum facta per ipsum non valuit, † argumento tex. in l. 2. in fi. ff. de procurat. & l. nec codicillos, C. de codicil. Impedit enim non sana mens hominis, quo minus actus gerendus à
3 se valeat, † vt per Bart. in l. qui seruum, & in l. si quis alicui, ff. de acquir. hæred. cum vulgaribus. Quod autem presbyter Ioannes ante confectionẽ dicti instrumenti, nõ esset in suo bono sensu, Probant Marcus primus testis presbyteri Valerii, folio 29. qui testis allegat bonam rationem dicti sui, dicens, quòd presbyter Ioannes non respondebat ad propositum, & propterea non erat in suo bono sensu. subdens dictus testis, quòd Romanellus, qui tunc erat in monasterio Sancti Seruuli, vbi erat præfatus presbyter Ioannes, dicebat sibi testi, quòd presbyter Ioannes nõ poterat resignare sua beneficia: quia non erat in se.

Idem deponit Mapheus secundus testis presbyteri Valerii, fol. 36. qui testis deponit, quòd qualibet septimana ter aut quater visitabat præfatum presbyterum Ioannem ægrotantem, quẽ non reperiebat in suo bono sensu.

Idem deponit Reuerendus D. Ioannes Franciscus à Puteo notarius, qui per diem anteaquã fuisset factum instrumentum ad resignandum in fauorem Romanelli, fuit cõductus ad dictum presbyterum Ioannem, vt scriberet instrumentum resignationis in fauorem Reuerendi tunc Vicarii Reuerendiss. Patriarchæ Venetiarum, quod facere noluit: quia presbyter Ioannes prædictus vacillabat, & variabat in sermone, de qua depositione constat fol. 17. in depositione per eum primo loco facta ad officium Aduocariȩ, ad quam se refert examinatus in præsenti causa, vt constat fol. 47. in sua vltima depositione: & licet primo loco fuerit examinatus coram Iudicibus laicis, & inter alias personas: tamen ex quo se refert ad dictam suam priorem depositionem, illa
4 est admittenda: † vt notatur per Saly. in l. iusiurandum, C. de testi. Ioan. del Face. & Domin. in c. testes, 3. quæst. 9. Bal. in c. literis, col. 2. de præsumpt. Fely. in c. cum in tua, in 1. col. de testib. vbi concludunt, ꝙ valet dictum testis dicentis,
5 dico prout in alia mea depositione, † ad idẽ Bar. in l. eos, in ver. quæro pro declaratione, ff. de fals. quod etiam procedit, quando prima depositio fuisset nulla, Bart. in l. legata inutiliter, in 1. col. vers. facit in argumentum, de legat. 1. Bal. in l. gesta, ff. de re iud. & cum dicto teste concordat Vincẽtius de Belletis decimusquintus testis presbyteri Valerii, cuius depositio est fol. 58. dicens, ꝙ tunc presbyter Ioannes non respõdebat ad propositum, & ꝙ non erat in se, & faciebat signa puerilia, & sic allegat bonam rationem. & isti duo testes deponunt de die ante factum instrumẽtum in fauorem Romanelli, & sic de tempore propinquo: quod est considerabile in materia nostra,
6 † per ea, quæ volunt Bald. Paul. de Cast. Ang. & Alexand. in l. furiosum, C. qui testam. fac. poss. Idem quòd presbyter Ioannes nõ esset sanȩ mentis, & sic etiam continuaret in furore, seu dementia ob infirmitatem. Probat soror Iacoba Monialis S. Seruuli, fol. 56. & soror Anna Monialis fol. 60. quæ ambæ sorores dictum presbyterũ Ioannem de Geriis in sua infirmitate gubernarunt. nam soror Iacoba prædicta dicit, ꝙ eo die quo factum fuit instrumentum per Do. Bonifacium Solianum pro Romanello, presbyter Ioannes non erat in suo bono sensu, & assignat bonã rationem: quia videlicet presbyter Ioannes illo mane non recordabatur accepisse pillulas ea nocte vti acceperat, illas accepisse negabat. Cum ergo non haberet memoriam ordinatam, patet,
7 ꝙ non erat compos mentis. † faciunt notata per Domin. in cons. filii, de hæret. in 6. vbi dicit, ꝙ non habere memoriam ordinatam, est signum
8 dementiæ. † idem dicit Alex. consi. 227. col. 7. in 2. vol. Subdens dictus testis, ꝙ faciebat etiam signa extra propositũ: ex quibus signis extra pro-
9 positum probatur non sana mens, † vt per Bart. in l. siquidem, C. sol. matr. & habetur per Doct. in d. c. fin. de success. ab intest. vbi Cardin. col. 3. in vers. nono oppono. & ponunt Doct. in l. furiosum, C. qui testam. fac. poss. & de non sana mente prȩfati presbyteri Ioãnis eadem soror Iacoba plenè deponit in sua depositione, ac corã Aduocatoribus fol. 80. & fol. 81. & deponit etiam multum bene soror Anna XVI. testis presbyteri Valerii, quȩ fuit examinata in prȩsenti causa, vt patet fol. 60. & se remittit ad eius primam depositionẽ factam in officio Aduocariȩ, de qua fol. 78. vbi deponens de non sana mente D. presbyteri Ioannis, dicit, quòd in nocte Sabbati præcedente confectionem instrumenti prædicti, cum ipsa dedisset sibi quasdam pillulas ad sumendum, illas masticauit, nesciens quid faceret, & quòd in mane, quando venit Aloysius de Romano pater Romanelli, cum notario, & aliis, ipsa testis videns, quòd presbyter Ioannes non erat sanȩ mẽtis, dixit illis, *Mi par che siate venuti quì à assassinarlo, Non vedete voi, che'l non è in se.* & subdit, quòd presbyter Ioannes post discessum Romanelli, & aliorũ, *Si voleua andar à gettar giù d'vna terrazza, che è in quel loco, vicina al loco* vbi iacebat
10 infirmus, quod erat signum demẽtiȩ ipsius. † argum. tex. in l. quidam in suo, ff. de cond. instit.

vbi qui hæredem instituit sub conditione, quòd reliquias suas in mare proiiceret, stultus præsumit, & non sanæ mentis. Accedat, quod Excellentissimus Doctor Dominus Ioannes Baptista Brocardus testis examinatus folio 49. deponit, quòd fuit illo mane, quo confectum fuit tale instrumentum, ad visitandum Dominum presbyterum Ioannem, qui sibi non respondebat, & anxabat. & ipse cum vidisset ibi quendam Vidum sartorē, & intellexisset, quòd illuc venerat Aloysius de Romano cum notario, & aliis, ipse testis reprehendit sororem Iacobam, & sororem Margaritam ibi astantes, quare permisissent illos venire, cum dictus presbyter Ioannes esset semimortuus. & in alia depositione sua facta in officio Aduocariæ, de qua folio 68. deponit, quòd tunc & eo mane, quo factum fuit dictum instrumentum, presbyter Ioannes antedictus vacillabat, nec erat in suo bono sensu. Deponunt de non sana mente presbyteri Ioannis multi alii testes in processu examinati, præsertim soror Maria Pacifica fol. 54. & soror Margarita folio 52. & soror Victoria Brocarda Abbatissa monasterii Sancti Seruuli folio 50. & fol. 51. Et licet soror Victoria, & soror Pacifica deponant ex auditu a Domino Ioanne Baptista Brocardo, quo casu te-
11 stes non probant, † vt habetur in cap. nam literis, per Docto. de testib. vbi Fely. post alios, & notat gl. in l. testium, in verbo, præsto non fuerint, ff. de testib. Tamen quando deponunt de auditu, & maximè ab eodem, si non probant faciunt
12 saltem indicium, † Roman. in l. si vero, §. de viuo, col. vltima, ff. soluto matrim. & notat Archidiac. in cap. hoc videtur, 22. quæstio. 5. tradit Felyn. in dicto cap. nam literis, col. fin. in vers. item iuxta istos, de testibus. Idem deponit presbyter Ioannes, qui examinatus in præsenti causa deponit, quòd non recordatur, quòd vnquam resignauerit dictos clericatus in fauorem Romanelli: & licet dicat, quòd si presbyter Valerius obtineret ipse haberet fructus, quos sibi reseruauit, & sic verè ipsum habere interesse in præsenti causa: nihilominus si fides adhiberi debet,
13 † facit text. in l. si quis ita, ff. de rebus dub. & in l. dictantibus, C. de testamen. vbi legatarius potest esse testis in testamento, in quo ei aliquid relictum sit, quando tractatur de validitate, vel
14 inualiditate testamenti: & † hoc ideo est, quia principaliter non disputat de suo legato, licet in quandam consequentiam: quia si testamentum non valeret, legatum non deberetur. Ita declarant Cyn. & Bald. in l. in omnibus, C. de testam. & Doctores in cap. insuper, de testi. de quo pulchrè per Alexand. in consi. suo 78. incipit, in causa & lite, in 1. vol. Est aduertendum ad bonam rationem, quam adducit presbyter Ioannes in sua depositione. dicit enim, quòd si fuisset in bono sensu, & resignasset dictos clericatus, voluisset sibi fructus reseruari, sicut fecit in aliis beneficiis, quæ resignauit: pro qua ratione est etiam iuris præsumptio, si quidem nemo sani
15 capitis suum iactare præsumitur. † l. cum de indebito, ff. de probationib. Quod maximè procedit in resignatione beneficii: quia nulla ratio hoc verisimile reddit, vt quispiam beneficium multis forsan expensis, & laboribus acquisitum, quo substentari debet, facile sine magna causa
16 sua spontè renunciet, † ista sunt verba tex. in cap. super hoc, de renunc.

Cum ergo constitutio procuratoris ad resignandum dictos clericatus fuerit facta per dictum presbyterum Ioannem, qui tunc non erat mentis compos: meritò non valuit per ea, quæ supra dicta sunt in principio. Nec refert si fortè probatum esset ex aduerso, quòd quandoque præfatus presbyter Ioannes videbatur esse in suo bono sensu: quia furiosus, & non sani capitis homo, licet mixtim loquatur quandoque sapienter, quandoque fatuè, semper tamen furio-
17 sus præsumitur. † Ita voluit Alexand. in dicta l. furiosum, col. 1. circa finem, C. qui testamen. facere poss. allegat hoc velle Bart. in tractatu suo de test. in versic. opposita prudentiæ. & Bald. ibidem.

Quinimmo in fortioribus terminis, si solùm probatum fuisset dictum presbyterum Ioãnem non fuisse sanæ mentis ante confectum dictum instrumentum, hoc solùm sufficeret ad irritandum dictam constitutionem procuratoris, nisi esset probata eius sana mens, tunc eius contrarium est probatum, videlicet, quòd etiam tempore confectionis dicti instrumenti non esset sa-
18 næ mentis. † facit, quod voluit gloss. & post eam Cardin. ibi in dicto cap. fin. de successio. ab intestato, vbi Cardin. in versic. decimo oppono, col. penult. dicit, quòd si probatum fuit, quem fuisse furiosum, hoc sufficit ad irritandum testamentum postea factum ex magno interuallo, nisi doceatur illum fuisse sanæ mentis tempore
19 testamenti. † allegat notata per Specul. in titu. de probationib. §. 1. versic. item si possent plura alia adduci ad hoc: sed omittuntur breuitatis causa.

Placeat etiam considerare ad ostendendum, quòd tempore dicti instrumenti, presbyter Ioãnes non erat sanæ mentis: quia factus sanus reclamauit aduersus dictam resignationem, vt probant plures testes examinati. Et primo Io. Maria Mazocus tertius testis presbyteri Valerii fol, 32. super septimo cap. dicens, ꝙ tunc temporis presbyter Ioannes dixit sibi, *che l'era sta assassinado*: quia ipso inscio fuerat factum dictum instrumentum resignationis dictorum clericatuum. Idem deponit Manfredus de Raspis supra testis fol. 36. Idem deponit Michael octauus testis folio 43. super 7. cap. & eo fol. super interrogatoriis partis aduersę super 8. cap. vbi dicit, ꝙ dum visitasset presbyterum Ioannem prędictum ęgrotantem in monasterio S. Seruuli, & interrogaret ipsum quo modo staret, respondebat, quòd bene staret, nisi fuisset assassinatus à Romanello. Idem deponit Ambrosius primus testis examinatus

minatus in officio Aduocariæ. folio secundo.

Idem deponit Michael septimus testis examinatus in officio Aduocariæ fol. 73. quæ reclamatio, vt supra probata, maximum facit indicium, quòd tẽpore dictæ resignationis presbyter Ioan
20 nes non erat in suo bono sensu, † facit in argumentum tex. in cap. consultationibus, de sponsal. faciunt, quæ habentur per Alexand. cons. 99. incipit, in casu prædicto, col. fin. versic. & quòd ita, in 3. vol. vbi dixit, quòd reclamatio eius, qui metu matrimonium contraxisse dicebatur, faciat præsumi matrimonium metu contractum.
21 † de reclamatione apparet in processu fol. 146. vbi apparet, quòd die 26. Augusti, 1520. & sic post menses duos examinatus coram Reuerendissima Dominatione Vestra, tunc etiam Legato deponit nunquam resignasse in fauorem Romanelli.

Modò videndum est, vtrum probatum sit per testes Domini Lucæ Viarii aduersarii aliquid, quod vrgeat. & discurrendo eorum dicta, & depositiones, capio depositionem Maphei primi testis, de qua folio 1. quòd licet videatur deponere de bono sensu præfati presbyteri Ioannis tempore celebrati dicti instrumenti: tamen non probat pluribus de causis: primò, quia in prima eius depositione, quæ fuit in officio Aduocariæ, & de qua folio 86. dicit, quòd tempore celebrati dicti instrumenti, presbyter Ioannes erat prostratus in lecto, & iacebat: examinatus autem in presenti causa coram Auditore dicit, quòd tunc presbyter Ioannes sedebat in cariola. Testis autem, qui secus deponit in secundo dicto, quàm fecerit in primo, etiam si primo loco fuisset examinatus inter diuersas personas, redarguitur
22 de falso. † Bart. in l. eos, col. 1. ff. de fals. Butr. in cap. cum in tua, de testibus. Federicus de Senis consi. 23. incipit, Titius electus, & latè tradit Felyn. in cap. causamque, de testib. col. 5. in fine, vers. fallit tertio, dicens, quòd dictum talis testis tãquam falsarii in neutram partem fidem facit.

Secundò deponit non verisimile in sua depositione in præsenti causa: quia dicit, quòd Dominus Bonifacius notarius prius fuit rogatus à presbytero Ioanne, deinde scripsit instrumentum, quod non est verisimile: quia notarius primo scribit, demum legit instrumentum partibus, & testibus, deinde rogatur: testis autem de-
23 ponens non verisimile nil probat, † vt per Abb. & alios in cap. quia verisimile, in fi. de præsumptio. Bald. in l. 1. col. 3. C. de seruis fugit. Felyn. in dicto cap. quia verisimile, col. fin.

Tertio non probat presbyterum Ioannẽ prædictum tunc fuisse sanæ mentis: quia in dicta sua depositione dicit, quòd posset esse, quòd presyter Ioannes tunc tempore celebrati dicti instrumenti non fuisset sanæ mentis, quod ipse testis ignoraret. quo casu nil probat: quia dictum
24 testis debet de necessitate concludere, † cap. in præsentia, de probat. l. matre, C. de probat. c. auditis, de præscript.

Quarto dictus testis in sua depositione fol. 4. & fol. 5. est multum varius & contrarius sibi ipsi: Dicit enim primo, quòd tunc presbyter Ioannes erat sanæ mentis. demum dicit, quòd potest esse, quòd tunc presbyter Ioannes non esset sanæ mentis: vltimo loco dicit, quòd credit, quòd non posset esse contrarium eius, quod est testificatus: testis autem varius & sibi contrarius nil
25 probat, † l. vbi repugnantia, ff. de reg. iur. l. qui falsa, C. de testi. & si diceretur, quòd ad concordiam reduci debet, idest ad euitandum periu-
26 rium, non vt probet, † Abb. in c. cum tu, col. 2. vers. sed autem quęro, de testib. Bart. in l. Labeo, ff. de supellec. leg. col. vlt. vers. crederem contrarium. Ponderanda etiam sunt verba ipsius testis, qui in dicta sua depositione fol. 4. vbi dicit, quòd non tenet pro certo, quòd presbyter Ioannes cognouerit D. Bonifacium notarium.

Nec probat Antonia secunda testis, folio 5. nam dum deponit audiuisse ab illis de domo Aloysii de Romano, quòd presbyter prædictus practicabat in domo Dom. Aloysii patris quondam Romanelli, de quo deponit de auditu ab
27 aliis, nil probat, † vt habetur per gl. in l. testium, C. de testibus. & tradit latè Felyn. post alios in cap. nam literis, col. fin. de testibus.

Secunda ratione nil probat, dum in 4. capit. fol. 6. dicit, quòd in die Sancti Ioannis Romanellus iuit ad monasterium Sancti Seruuli vnà cum aliis. falsum enim deponit in hoc, vt patet ex depositione Antonii de Romano quarti testis aduersarii fol. 12. & Aloysii de Romano quinti testis folio 16. qui deponunt, quòd Romanellus per diem antea erat in dicto monasterio, & ibidem dormierat in nocte antecedenti. quod etiã probat soror Anna in depositione facta ad officium Aduocariæ, ad quam se refert fol. 78. Testis enim, qui in vno capit. falsum deponit, nil
28 probat in tota sua testificatione, † vt per Innoc. in cap. fraternitatis, de hæret. Oldra. in cons. 37. incipit, ad primam quæstionem, Specu. in titu. de test. §. 1. vers. item quid. quod procedit etiam non distincto vtrum capitula sint separata, vel connexa. Bald. in l. fin. in 4. oppositione, C. de edicto Diui Adria. tollen. & latè tradit Felyn. in dicto cap. fraternitatis, in vers. tertia conclusio principalis. & dum dicta testis videtur deponere, quòd in die Sancti Iacobi presbyter Ioannes prędictus sibi dixit, quòd libenter fecerat dictã resignationẽ, nil probat tam ex pręmissis, quàm
29 etiam, quia est vnica testis, † l. iurisiurandi, & l. solam, C. de testibus.

Tertius testis aduersarii Augustinus Alberti, nil etiam probat plurib. rationibus: Dicit enim in sua depositione in præsenti causa, de qua folio 8. quòd est compater Aloysii de Romano, & in eadem depositione fol. 9. dicit, quòd est affinis Do. Aloysii, & sic est sibi contrarius, & ideo non probat, etiam ꝙ reduci posset ad concordiã,
30 † secundùm Iac. Butr. in l. de ætate, ff. de minor. glo. in cap. in nostra, de testibus. Imo. & Abb.

in dicto cap. in nostra, Crot. latè in suo tract. de testi. num. 328.

Secunda ratione nil probat: quia examinatus primo loco in officio Aduocariæ, vt patet fol. 86. deponit, ꝙ præsens fuit stipulationi dicti instrumenti. modò examinatus in hac causa, vt patet fol. 10. dicit, quòd non fuit præsens tempore stipulationis dicti instrumenti, & sic contrariatur primo dicto, quo casu testis nil probat, per ea, quæ dicta sunt supra in depositione Maphei.

Tertiò iste testis contrariatur in alio suo primo dicto: quia in prima depositione facta in officio Aduocariç, de qua supra, deponit audacter, quòd presbyter Ioannes tempore dictæ eius assertæ resignationis erat in suo bono sensu. modò examinatus in ista causa dicit, quòd nescit, si tempore stipulationis dicti instrumenti presbyter Ioannes erat in bono sensu, & ꝙ est possibile, ꝙ tunc non fuisset in bono sensu, & sic cũ hic testis sit contrarius sibi ipsi, posset etiam de
31 falso puniri. † Accedat vltra superius allegata, quòd id voluit Alexand. in suo consi. 325. incipit, in causa Angelorum, col. fin. in princ. vers. non obstat, in 2. vol.

Quartus testis aduersarii Antonius de Romano nil probat etiam pluribus rationibus: primò, quia in sua depositione, de qua fol. 12. super 4. cap. deponit, ꝙ Romanellus antea erat in monasterio Sancti Seruuli, & quòd nòn iuit cum ipso teste: in hoc contrariatur Antoniæ secundæ testi dicti aduersarii, quæ folio 6. deponit, quòd Romanellus iuit tunc ad dictum monasterium cum ipso Antonio teste. Idem deponit Augustinus Alberti tertius testis dicti aduersarii, fol. 9. quæ contrarietas operatur, vt neutri eo-
32 rum credatur, † per notata per Io. And. & magis communiter Doctores in c. in nostra, de testib. Feder. de Senis in consi. 162. incipit, Domine Griffole. & habetur per Alexand. in cons. 34. incipit, viso processu, col. fin. in vers. & ista contrarietas, in 3. vol.

Secundò iste Antonius de Romano erat patruus quondam Romanelli, & fuit ipse constitutus procurator ad resignandum dictos clericatus Romanello, & nunc tractatur de sustinendo actu à se gesto, videlicet resignationem ab ipso tanquam procuratore factam in fauorem Romanelli, quo casu propter eius præsumptam af-
33 fectionem probare non debet, † argumento eorum, quæ voluit Innoc. in cap. cum olim, de priuileg. Domin. in cap. 1. de testi. in 6. & Lanfran. in cap. quoniam contra, de prob. in vers. testium receptiones. vbi dicunt, quòd mediator testis esse non potest, nisi vtraque parte consentiente, cum tractatur de sustinendo actu, quem ipse pro
34 curauit & gessit. † faciunt quæ voluit Do. Alexand. in consi. 228. incipit, visis dubitationibus, col. pen. in fi. in 2. vol. vbi dixit, ꝙ testi deponẽti super actu à se gesto, quando laus & vituperium
35 posset sibi euenire ex tali facto, nõ creditur: † sed si resignatio facta Romanello non teneret: quia facta ab eo, qui non erat sanæ mentis: ex hoc vituperium prædicto testi euenire posset meritò.

Aduertere etiam debet Reuerend. Dom. V. quia hic testis, vt est dictum, erat patruus quondam Romanelli, & fuit vnus de iis, qui iuerunt ad dictum monasterium Sancti Seruuli ad fieri faciendum instrumentum prædictũ: necnon verisimiliter est inimicus presbyteri Valerii: quia presbyter Valerius spoliauit Romanellum possessione dictorum clericatuum.

Item placeat considerare, quòd omnes illi, qui interuenerunt in confectione dicti instrumenti, de quorum numero, iste est vnus, fuerunt intromissi vnà cum ipso notario per Magnificum Aduocatorem communis Venet. ideo quanta fides sibi veniat adhibenda, tu magis scire potes, iuxta textum in l. 3. §. ideoque, ff. de testib. de intromissione prædicta, quæ fuit facta de anno 1525. die vltimo Ianuarii, & sic viuente adhuc Romanello, patet in processu fol. 87.

Est etiam aduertendum, quòd accusatio pendet in officio Aduocariæ contra omnes, qui interuenerunt in dicto casu, qua accusatione pendente non videtur, quòd sibi aliqua fides adhi-
36 benda veniat, † per tex. & quæ ibi notant Doctores in cap. fin. de testibus.

Nec obstat, dum dicebatur, quòd presbyter Valerius accusauit præfatum testem, & alios, ne posset ipsum testificari in præsenti causa, quo casu non admittitur talis exceptio: quia accusatio facta ante motam litem contra testes, quando dubitabatur de lite, præsumitur in fraudem:
37 † vt dicit Aretin. in dicto cap. fin. col. fin. vers. tu verò considera, de testib. quia hoc motiuum tollitur: nam in casu nostro præcessit accusatio per multum temporis spacium, immo prius fuerunt accusati notarius, & alii, qui interuenerunt in dicto casu, quàm Reuerendus Dominus Lucas aliquod prætenderet interesse in dictis clericatibus: quia, vt dictum est, tunc Romanellus viuebat.

Aloysius de Romano quintus testis aduersarii, & pater Romanelli, laborat morbo simili, quo præfatus Antonius de Romano, immo maiori: quia erat pater quondam Romanelli. Secundò, dum dictus testis deponit in sua depositione folio 16. quòd quando iuit ad monasterium Sancti Seruuli, ibidem erat Andræas marangonus, mentitur: quia Andræas marangonus examinatus in officio Aduocariæ folio 89. dicit, quòd Aloysium de Romano, & alios inuenit illuc, quando iuit ad dictum monasterium, idem nil probat, per ea, quę dicta sunt supra circa depositionem Antoniæ secundę testis aduersarii: nam testis, qui in vno capit. falsum depo-
38 nit, nil creditur in tota eius depositione, † vt per Innocen. & alios in dicto cap. fraternitatis, de hęret. Tertio sibi fides adhibenda non venit: quia contrariatur depositioni Antoniæ secundæ testis, & Augustini de Albertis tertii testi dicti aduersarii. qui dicunt, quòd Romanelli

in

in die celebrati dicti instrumenti iuit cum Domino Antonio de Romano ad dictum presbyterum Ioannem de Geriis: ipse autem Dominus Aloysius de Romano dicit, quòd Romanellus erat ibi per diem antea, quo casu cum dicti te-
39 stes sint contrarii, neutri eorum creditur, † per notata in dicto c. in nostra, de testi. & dictũ fuit circa depositionem quarti testis supra.

Quartò aduertendum est, quòd falsum deponit, dum dicit, quòd in die S. Ioannis, quo factũ fuit dictum instrumentum, præfatus presbyter Ioannes parum ægrotabat: quia immo probatũ fuit per plures testes, quòd grauissimè ęgrotabat, & sic etiam in hoc falsum deponit.

Septimus testis Bernardinus de Ponte, nil probat, tum quia dicit, quòd Vidus dixit illa verba, de quibus in 3. cap. aduersarii D. Aloysio de Romano, non D. Antonio, prout apparet fol. 21. Cæteri autem testes dicunt, quòd inde dixit illa verba D. Antonius de Romano.

Præterea dictus testis sibi ipsi contrariat. dicit enim in sua depositione fol. 23. quòd possibile est, quòd presbyter Ioannes prædictus tempore celebrati dicti instrumenti, non fuisset sanæ mentis: & tamen quòd erat sanæ mentis, & sic
40 tanquam contrarius sibi ipsi nil probat, † dicta l. qui falsa, ff. de testi. l. vbi repugnantia, ff. de reg. iur. & per Bart. in d. l. Labeo, ff. de supell. leg.

Contrariatur etiam in alio dum dicit, quòd possibile est, quòd Dominus Bonifacius Solianus notarius fuerit deceptus, sed quòd non fuit deceptus: Aduertendum est etiam, quia similiter iste est vnus de iis, qui fuerunt intromissi per Magnificum Dominum Aduocatorem communis Venetum, & sic contra ipsum pendet accusatio de falso. Item deponit, quòd presbyter Ioannes tunc tempore celebrati dicti instrumenti surrexit ad sedendum, & tamen Andręas marangonus testis dicti aduersarii, qui in sua depositione folio 25. se refert ad deposita per ipsum in prima depositione, de qua folio 90. deponit, quòd tunc presbyter Ioannes iacebat in cariola.

Octauus testis Dominus Hector Moranzonus dum dicit, quòd examinatus in præsenti causa, vt patet folio 23. refert se ad eius priorem depositionem, de qua fol. 92. in qua dicit, quòd presbyter Ioannes dixerat sibi, quòd resignauerat Romanello certum beneficium, & quòd laudabat Aloysium de Romano, patrem Romanelli: nam iste testis nil probat in præsenti causa, quia non deponit de quo tempore prædicta fuerint, nec deponit de resignatione, cuius beneficii loquebatur presbyter Ioannes: poterat enim loqui de resignatione canonicatus Plebis Sachi, quem dictus presbyter Ioannes resignauerat prius Romanello prædicto reseruatis sibi
41 fructibus, & regressu. † facit tex. & ibidem Docto. in c. in præsentia, de proba. c. auditis, de pręscrip. l. matrem, C. de prob. & per Alex. cõs. 152. incipit, visis dispositionibus, col. vlt. in princ. in 2. vol. Præterea dictus testis est vnicus, esto quòd loquatur de resignatione clericatuum, de quibus modo agitur, & sic fides sibi adhibenda non venit, dicta l. solam, & l. iusiurandi, C. de testi. c. licet, de testi. Nec est etiam pręsumendum, quòd presbyter Ioannes loqueretur de resignatione dictorum clericatuum: quia ab ea reclamauit, vt supra probatum fuit.

Magister Andręas marangonus fol. 24. ad cuius depositionem summopere est aduertendum: aliis testibus deponentibus in hac materia contradicit, dum deponit, ꝙ tempore celebrati dicti instrumẽti, presbyter Ioannes iacebat in cariola. cuius contrariũ deponunt Antonius & Aloysius de Romano, vt dictum est supra, qui dicunt, ꝙ tunc presbyter Ioannes sedebat in cariola.

Præterea est etiam bene considerandum, ꝙ in sua depositione prima facta ad officiũ Aduocariæ, ad quam examinatus in præsenti causa se refert, & de qua habetur fol. 89. dicit, ꝙ presbyter Ioãnes interrogatus ab Aloysio de Romano, cui volebat resignare sua beneficia, ipse respondit, Romanello, & fecit manibus quosdam actus, ostendendo se contentum etiam renunciare dicto Romanello: ex quibus actib. vel datur intelligi, ꝙ loqui non poterat tunc presbyter Ioãnes, vel ꝙ erat non sanæ mentis. Vltra aduertendum est etiam, quòd iste est vnus de testibus instrumentariis, contra quos, vt supra dictum est, adhuc pendet accusatio; & sic deponit super eo, de quo accusatus fuit de falso.

Patet ergo ex præmissis, ꝙ per testes R. D. Lucæ aduersarii non est probata sana mens Dom. presbyteri Ioannis tempore celebrati dicti instrumenti, & ꝙ testes prędicti patiuntur multas oppositiones: ex quibus dato, ꝙ probarent, multum eorum fides debilitatur. Testes autẽ examinati pro parte presbyteri Valerii nullas patiuntur oppositiones, & sic sunt meliores, quo casu præualere debent testibus prædictis aduersarii: & maximè de non sana mente Dom. presbyteri Ioannis deponunt plures moniales, quæ quotidie cum ipso conuersabantur, & eum gubernabant ægrotum, quibus magis, quàm aliis contrarium deponentibus standum est, cum pręsumãtur melius scire. l. filium, ff. de iis, qui sunt sui, vel alie. iur. l. si ita, §. fi. ff. de fun. instr. c. quosdã, & c. quanto, de pręsump. qui enim domum frequen-
42 tant, melius scire præsumitur, † l. cõsensu, C. de repu. c. veniens, el 2. de testi. & sic eis tanquàm
43 melius informatis credendum est. † l. ob carmen, §. fin. ff. de testi.

Et maximè, quia testes examinati pro parte presbyteri Valerij deponentes, ꝙ presbyter Ioãnes prædictus tẽpore dicti instrumenti non erat sanæ mentis, habent pro se duplicem iuris præsumptionem: primò, quia cum sit probatum per plures testes, ꝙ presbyter Ioannes ante confectũ dictum instrumentum, non erat sanæ mentis: præsumitur, ꝙ nec fuerit sanæ mentis eo tempore facti instrumenti, per ea, quæ latè tradit Alex.

in consi. suo 86. incipit, visis dubitationibus, num. 12. in vers. hoc præsupposito, in 2. vol. vbi consuluit, quòd non teneat donatio facta ab eo quem furiosum fuisse ante factam donationem, probatum fuerat; nam quòd certo tempore furiosus fuit, furiosus præsumitur, nisi con-
44 trarium probetur. † glos. est in c. fin. de success. ab intest. quam sequuntur Doct. vt refert Alex. consi. præallegato.

Secunda præsumptio est, quia non præsumitur quis sine magna causa renūciare beneficio,
45 quo sustentari valeat, † dicto cap. super hoc, de renunc. Et licet pro testibus aduersarii finiat illa præsumptio iuris, quòd quilibet præsumitur sanæ mentis, vt per Bart. in l. filium, ff. de acquir. hæred. & l. fin. vbi Bald. C. de hæred. instit. tunc ista præsumptio sublata est per probationem fa-
46 ctam in contrarium, † quo casu cessat præsumptio prædicta, vt per Bar. in dicta l. filium. Sequitur igitur, quòd probationibus presbyteri Valerij, quas duæ prędictę iuris prędsumptiones ad-
47 iuuant, magis standum sit, † per ea, quæ voluit Abb. in c. auditis, de prędsump. col. 5. vers. saluando Inno. & facit gl. in c. in nostra, in gl. 2. de testi. & habetur per Fely. in d. c. auditis, vers. inquantum postea, vbi dicunt, ꝙ testibus, qui secum habent præsumptiones iuris, magis standum est:
48 † quod maximè in casu nostro debet procedere, in quo testes presbyteri Valerii duas habent prędsumptiones iuris pro se, si quidem magis strin-
49 gunt duo vincula, quàm vnum, † cap. 1. de treuga & pace.

Nec obstat, ꝙ Bonifacius notarius dicatur esse optimę opinionis. istud enim nil releuat: nam etiam ꝙ notarius dicat, Talis sanę mentis &c. illa verba cum non contineant illud negotium, de quo notarius à partibus rogatur, non probant sanam mentem, vt eleganter docet Alex. in similibus terminis in dicto cons. suo 161. Pōderatis, nu. 12. lib. 1. & consi. 147. viso themate, col. fin. lib. 7. quæ consi. omnino videantur pro dictis prędsentis causæ, cum multū faciant. potuit enim notarius decipi in casu nostro, vt dicit etiam Bernardinus de Ponte septimus testis aduersarij in sua depositione.

Nec obstat, si diceretur, quòd aliqui ex testib. presbyteri Valerii inducti ad probandum, non sanam mentem presbyteri Ioannis, sint singulares: quia respondeo sicuti in simili dicit Alex. in d. suo cons. 147. nu. 20. col. fi. ver. prę terea testes, videlicet, ꝙ ad probandum aliquem fuisse furiosum, infamem, vel hęreticum sufficiunt testes sin-
50 gulares, † allegat Innoc. in cap. qualiter & quando, il 2. de accusat. & alios, de quibus latè per ipsum ibidem.

Vltimo pro resolutione primæ propositę quæstionis, considerandum est etiam, ꝙ dato, ꝙ presbyter Ioannes tunc fuisset sanæ mētis tempore quo celebratum fuit instrumentum prædictum ad resignādum clericatus prędictos in fauorem Romanelli, adhuc resignatio prædicta nō valuit: quia facta coram tunc Reuerendiss. D. Vicelegato, & nunc Legato Apostolico benemerito, in fauorem dicti Romanelli, & sic certæ personæ, vt patet ex instrumento fol. 157. in processu per ea, quæ voluit Abb. in c. cum vniuersorū, col. pen. vers. oppono contra, de rer. perm. vbi dixit, ꝙ resignatio facta coram inferiore à Papa in fauorē
51 alterius certæ personæ non valet, † idem tenet ibidem Innoc. & ponit Archid. in c. quicunque, 1. q. 1. & Præpos. ibidem, vbi dixerunt talem resignationem factam coram inferiore à Papa non tenere tanquam simoniacam. Concludo ergo ex omnibus præmissis, non valuisse dictam resignationem factam in fauorem dicti quondam Romanelli.

Circa secundum, quæro an aliquod ius competat in dictis clericatibus Reueren. D. Lucę aduersario, Dicendum est similiter, ꝙ non: quia D. Lucas aduersarius innititur ex iure q. Romanelli, si Romanellus nullum ius habuit, ergo nec ipse, c. nemo plus iuris, de reg. iur. in 6. clericatus domini prædicti non vacauerunt per mortem Romanelli: quia de illis Romanello viuente de anno 1524. die 2. Octobris prouisum fuit per R. Vicarium Episcopatus Paduæ presbytero Valerio. Et licet dicti clericatus vacassent per mortem dicti quondam Romanelli, adhuc dicitur in eis nullum ius habere præfatum D. Lucam aduersarium: quia impetrauit dictos clericatus vti vacantes per mortem cuiusdam Hieronymi de Romano, & ex isto capite habuit collationem, vt in processu fol. 121. 2. folio 125. posito ergo non concesso, quòd vacassent per mortem Romanelli, iste modus vacandi non fuit comprehensus in collationibus factis sibi. nam expres-
52 so vno modo vacationis, non venit aliunde, † c. susceptum, de rescript. in 6. quod enim ordinarius potuit, noluit: quod voluit adimplere, nequiuit, cap. cum super, de officio deleg. & ideo cautela est, quòd ordinarius conferens dicat, confero tale beneficium sic vacans, vel quocunque alio modo vacans, & ex quacunque per-
53 sona, † quod non fuit factum in casu nostro. Ita eleganter dicit Imo. in cap. ex parte, in fine, post Ioann. Andr. ibi, de concess. præben. facit quod voluit Rota decis. 28. incipit, si mandetur, in nouis, vbi dicit, quòd si dictum fuit, conferimus beneficium, siue prædicto, siue alio quouis modo vacet, per talem clausulam solùm comprehenduntur diuersi modi vacandi ex eadē perso-
54 na. † expresè facit alia decisio Dominorum de Rota num. 413. in antiquis, & decis. 219. in nouis, vbi Rota dicit, quòd si quis impetrauit aliquod beneficium vti vacās per mortem B. & va-
55 cabat per mortem A. non valet impetratio. † idē voluit Bellam. decis. 610. incipit, licet Palatium. & sic patet, quòd esto, quòd beneficia prędicta vacassent per mortē dicti quondam Romanelli, non propterea in eis aliquod ius competit dicto D. Lucę aduersario.

Circa tertiam quæstionem supra propositam circa

circa ius presbyteri Valerii dicitur, ꝙ de eius bono iure constat, quia viuente adhuc Romanello de anno 1524. vigore resignationis factæ per prefatum presbyterum Ioannem de Geriis fuit de eisdẽ clericatibus sibi prouisum, possessione etiam subsequuta & cõtinuata per ipsum presbyterum Valerium, vsque in hodiernum diem, & dato, tamen non concesso, ꝙ presbyter Valerius nullum ius haberet in dictis clericatibus, attento quòd R. Do. Lucas Viarus aduersarius sufficienter non probauit de iure suo, ipse qui est reus & possessor absolui debet a petitis. l. qui accusare. C. de edendo & l. fin. C. de rei vendicat. Et est decisum in beneficialibus per dominos de Rot. decis. 16. & decis. 106. in nouis.

Et ita vt supra iuris esse arbitror ego Hieronymus de Gigantibus V.I.D. minimus.

PRO REVERENDISSIMO Episcopo Cenetensi.

SVMMARIVM.

1 *Possessio beneficij non potest alicui acquiri per amicum, vt spoliatus ad eam restitui debeat.*
2 *Idem est de negociorum gestore.*
3 *Idem est in eo, qui vti procurator possessionem apprehendit.*
4 *Executor in beneficialibus non habet exercitium iurisdictionis antequam sibi literæ præsententur.*
5 *Possessio acquiritur nobis per procuratorem.*
6 *Veritas errori præfertur præsertim in beneficialib.*
7 *Veritas est mater iustitiæ, cui iura fauent.*
8 *Gestum ab eo, qui re vera erat procurator valet, licet tunc de eius mandato non constet. Idem numero 10.*
9 *Possessio nuda acquiri etiam nobis potest per amicũ.*
11 *Delegati a sede apostolica ritum, & stilum Romanæ curiæ seruare tenentur.*
12 *Titulus coloratus sufficit quando agitur de recuperanda possessione.*
13 *Spoliatus sufficit quòd doceat de sua institutione, licet non doceat de præstatione.*
14 *Quæstio non canonicæ institutionis opponi nõ potest petenti restitutionem.*

CONSILIVM II.



Trvm Reuer. Dom. Episcopus Cenetensis, cuius nomine fuit capitulata possessio per presbyterum Dominicũ de spitiariis, qui erat procurator d. Episcopi, tñ ignorabat se procuratorem esse, spoliatus, agere possit de spolio Ecclesie Sancti Odorici de campo ceruasio Cenetẽsis diœcesis videtur dicendum quòd non, † quia aut volumus, quòd talis apprehẽsio possessionis dicatur facta a dicto presbytero Dominico tanquam ab amico vel negociorum gestore. & tunc clarum est, ꝙ possessio d. Episcopo non potuit acquiri per amicum, adeo quòd si spolietur agere possit super spolio; ita volunt domini de Rota decis. 150. in nouis incipit, licet amicus. Nec etiam
2 potuit acquiri a negotiorũ † gestore. gl. est notabilis in c. accedens in glo. prima, in fine de præ-
3 ben. & ibi not. Abb. in fi. col. † Aut volumus dicere, quòd talis apprehensio possessionis fuerit facta ab ipso vti procuratore: & tunc dicitur, ꝙ talis apprehensio possessionis nil valet: quia antequã sibi notificetur procuratorium gestum a procuratore sunt nulla. etiam si talis aliunde sciuisset se creatum procuratorẽ. ita consuluit Bart. in consi. suo 73. incipiente quæritur vtrum procurator. & Paul. de Castro in l. prima, ff. de procurat. & latè per Hippol. de Marsi. in l. si quis ne quomodo, nu. 59. ff. de quæstio. vbi dicit fortius, quòd etiam consuetudo in contrarium nõ valeret. in casu autem nostro presbyter Dominicus dicitur examinatus, ꝙ tunc ignorabat se esse procuratorem episcopi, quãdo possessionem accepit. facit ad prædicta quod voluit Felyn. in
4 † c. dudum col. fi. num. 33. de præsumpt. in vers. de præsump. in ver. quæro tertio. vbi dixit, quòd exequutor literarum beneficialium antequam sibi sint litteræ præsentatæ, licet iurisdictionem habeat: tamen iurisdictionis exercitium non habet nisi præsentatis sibi litteris. allegat decis. Rotæ nu. 459. incipientis circa tertium. vbi dicitur, quòd ita declararunt domini de mandato Gregorii 11. in nouis. & talis declaratio habetur per Rot. deci. 794. incipientem, pronunciatio in antiquis. iste igitur presbyter Dominicus, qui possessionem accepit d. ecclesiæ nomine episcopi, vti amicus vel negociorum gestor illam ipsi epi
5 scopo acquirere non potuit per supradicta, † vti vero procurator potuit illam episcopo acquirere, quia per procuratorem nobis possessio acquiritur. l. generaliter. l. prima, §. per procuratorem, ff. de acquir. posses. in l. per procuratorem. C. eo. sed noluit, quia vti procurator episcopi illã non accepit. quinimmo fatetur, quòd ignorabat se esse procuratorem. ergo non potuit acquirere poss. episcopo.

Istis tamen non obstantibus contrarium de iure dicendum arbitror in casu nostro, quòd immo acquisita fuerit possessio episcopo ꝑ presbyterũ Dominicum moueor, quia certũ est ꝙ per ꝓcuratorẽ: vt iura supra allegata dicũt, acquirit nobis possessio. quod procedit etiam si procurator in animo gereret non acquirere possessionẽ domino: dummodo tradens eo animo & intentione illam tradat: vt domino quæratur. text. est in l. qui mihi donatum, ff. de donat. idem per illum tex. voluit glo. in d. l. prima, §. per procuratorem in gl. prima, quam glossam communiter sequuntur doct. ibi, vt refert ibidem Alexan. in prima col. idẽ est quãdo animus tradentis fuit, quòd possessio acquireretur alteri quã domino procuratoris, & tamen procurator voluit illam acquirere

acquirere domino: nam etiam tali casu possessio acquirit domino. a fortiori igitur dicendum est, quòd in casu nostro, possesio fuerit episcopo acquisita, quia ad hoc concurrūt tria. primo, quia tradēs voluit illam acquiri episcopo. Vicarius noster Cenetensis illum induxit in possessionem nomine d. Episcopi: vt patet & ex instrumento possessionis, & ex testium depositione. secundo cōcurrit animus & intentio ipsius presbyteri Dominici capientis possessionem nomine Episcopi. tertiò concurrit, quòd dictus presbyter Dominicus in rei veritate erat procurator Episcopi, tunc temporis: vt patet instrumento in processu producto & si dicatur, quòd tunc pręfatus presbyter Dominicus ignorabat se esse
6 procuratorem episcopi. respondetur, † quòd veritas errori præfertur. Et cōmuni opinioni præsertim in spiritualibus Card. in cle. 2. §. primo. qō. 5. de pœni. & remiss. & quod verū est, inspici debet. veritati enim omnia cedunt ca. veritati 8. distin. c. fraternitatis de. frig. & malef. ideo di-
7 cebat † Bal. in l. libertini. ff. de stat. homi. quòd veritas est mater iustitiæ, & veritati fauent iura. l. 1. C. quando Imperat. int. pu. & iud. Nec vitiatur veritas erroribus gestorum: vt inquit text. in l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præsid. satis est enim quòd iste in rei veritate esset procurator: vt sit satisfactum legibus dicentibus per procuratorē nobis acquiri possessionē. l. prima. C. per quas person. nob. acquir. cum iurib. supra allegatis. cum quibus concordat text. in l. prima. C. de acquir. possess.

Confirmatur prædicta conclusio ex his quæ pulchrè voluit Rota decis. 248. incipiēte. nota ꝙ vbi ad requestam. in antiquis. vbi dixit, quòd va-
8 let, quòd fit ab eo, † qui re vera est procurator, licet tunc de eius mandato non constet.

Quinimmo plus attentari fortasse posset, ꝙ
9 immo etiam per Amicum † possessio, acquiri posset intelligendo, de nuda possessione: vt in casu nostro. ita voluit decisio Rot. num. 290. incipit, ad recipiendum. in nouis. possessio. n. per excommunicatum capi potest c. pro illorum, in fi. de præben.

Ad allegata in contrarium respondetur. & primo ad decis. dominorum de Rota num. 150. in nouis. respondetur, quòd hic possessio fuit capta non simpliciter per amicū, sed per eū, qui in rei veritate erat procurator, vt supradictū fuit. eodem modo, respondetur ad illud, quod dictū fuit de negociorum gestore. Quinimmo, & dici potest, quòd etiam per amicum possessio nuda nobis acquiritur, vt in decis. proximè allegata.
10 † Ad illud, quòd gesta a procuratore antequam ei mandatum intimetur sint nulla, respōdetur, quòd procedit in his, quæ tendunt ad obligandum dominum. secus in his quę non sunt domino pīudicialia. vel melius dicas, ꝙ Rota quæ est oīum magistras in causis ecclesiasticis contrariū obseruat, ita pulchrè dicit decis. Rot. nu. 145. incipit, si procurator in fine, in nouis. & facit decisio supra allegata. in antiquis. num. 248.
11 † Nec obstant, quæ dicta sunt de exequutore, ꝙ ante receptionē literarū: nō possit ꝑcedere, quia illud procedit, vbi mandatū dat iurisdictionē. præterea non infert, ꝙ idem sit in casu nostro, licet in multis parificent mandatū iudicis & procuratoris. l. & quia. ff. de iuris. omn. iud. & habetur per dominos de Rot. decis. 413. in nouis: quia in casu nostro cōtrarium seruat Rota, quā sequi debent Iudices Ecclesiastici, præsertim de legati a sede apostolica, qui ritum & stilum Ro. Cur. seruare tenentur. dici etiam posset, quòd etiam in casu exequutorū ipsi possent procedere litteris nondū receptis: vt tenuit Rota sibi cōtraria in antiquioribus in tit. de cōcess. præben. in 4. decis. 53. prima responsio magis placet.
12 † Nec minus obstat, quòd in casu nostro videat infringi posse titulus episcopi ex pluribus rationibus præsertim: quia non apparet gratiā apostolicam concessam episcopo præsentatam fuisse eius Vicario tempore quo contulit beneficium episcopo: quia respondetur, quòd quando agitur possessio recuperandę sufficit docere de titulo colorato, vnde sufficit ostēdere conclusionem factam a Vicario, absq; eo quòd doceat Vicarium habuisse facultatem conferendi. ita Fely. in c. cum super col. pen. vers. dixit Aegid. de re iudi. & est decis. Aegidii Bellam. decis. 50.
13 † Ad idem facit decis. Rot. num. 169. in antiquis, incipiens, sufficit præsentato. vbi dicitur, ꝙ in materia spolij sufficit spoliatū docere de sua institutione, licet de præsentatione nō doceat.
14 † Quæstio. n. non canonicę institutionis opponi non pōt petenti restitutionem. c. in literis, de restit. spoliat. & hinc est, quòd licet aliàs per confessionem aduersarii nō probetur titulus in beneficialibus not. in c. eum qui. de eo qui mit. in poss. & in c. primo, de consec. in 6. tamen ad colorandam possessionem spoliati sufficit confessio aduersarii de titu. spoliat. Rota decis. 408. & decis. 421. in nouis.

Hieronymus de Gigantibus V.I.D.

PRO REVERENDO DOMINO Cæsare Alpago.

SVMMARIVM.

1 Datæ temporis in litteris apostolicis attendendum.
2 Anterior tempore in beneficialibus, quòd sit potior in iure.
3 Dispositio conditionalis, quòd nihil ponat in esse ante conditionis euentum.
4 Gratia conditionalis ante conditionis euentum beneficium non afficit.
Quodque ante purificatam conditionem sit imperfecta.
5 Clausula ex nunc prout ex tunc in litteris apostolicis apposita quid importet.
6 Subrogatus quòd sit eiusdem iuris & conditionis ius est is, in cuius locum subrogatur.

Vice-

7 *ViceRector, quando est constitutus ab eo, qui instituit Rectorem, quòd vt Rector honorari debeat,*
8 *Prioritas tituli, quòd sit considerabilis ex tempore datæ litterarum, non ex tempore adeptæ possessionis.*
9 *Possessio quòd sit quid facti.*
10 *Conferentis prærogatiuam in beneficiorum collatione attendendam, & si à Papa, vel ordinario facta sit.*
11 *Doctoratus ab Imperatore præuio rigoroso examine, quòd præcedat aliū prius doctoratum ab inferiore.*
12 *Nobilis & graduatus in vtroque iure, secundo loco in canonicū receptus, quòd præcedere debeat prius receptum non nobilem, nec graduatum.*
13 *Maior præponitur, quamuis tempore sit posterior.*
14 *Scientiæ prærogatiua, quòd sit maximè considerabilis in clerico.*
15 *Ecclesia Dei, quòd maximè indigeat uiris litteratis.*
16 *Viri docti in ecclesia Dei, quòd velut splendor fulgeant firmamenti.*
17 *Episcopus doctor, quòd præcedere debeat episcopum non doctorem, licet prius promotum*

CONSILIVM III.



Reverendvs Dominus Cæsar Alpagus V.I.D. nobilis Bellunēsis, datus fuit per S. D. nostrum Papam Pium IIII. Coadiutor Reuerendo Domino Marco Alpago eius patruo, qui propter impotētiam non poterat Ecclesiæ Bellunēsi, in qua erat canonicus, in diuinis deseruire, vt patet litteris apostolicis, sub data diei 5. mensis Nouembris 1560. cum clausula, qui accedente dicti Domini Marci consensu, ipse D. Cæsar eodem Dom. Marco absente, vel præsente, & residere nolente vel omittente, posset in d. Ecclesia residere ac stallum in choro, & vocem in capitulo habere, & honoribus & præeminentijs canonicalibus vti, potiri, & gaudere, prout ipse Dom. Marcus, si resideret, haberet, perciperet, gauderet, & vteretur. Et qui nihilominus canonicatus & præbenda prædicti, cum primum illos per cessum vel decessum vacare contigerit, vel alio quouis modo cum annexis & plenitudine iuris canonici, ac omnibus iuribus & præeminentijs suis eidem Domino Cæsari fuerunt collati, ex nunc prout ex tunc, & e contra, nec non ex nunc plenum ius ipsi Cæsari in illis quæsitū existere omnino decretum fuit. Et quia sub die 15. Nouembris supradicti prouisum fuit de alio canonicatu & præbenda, vacante tunc per resignationē quondā D. Ioannis Antonij de Salcis eiusdem Ecclesię canonici, per Reuerendum Capitulum dictæ Ecclesiæ subsecuta possessione Do. Iacobo de Salcis eius fratri, quæritur quis istorum præcedere debeat in actibus canonicalibus, præsertim quia obijt d. Do. Marcus, & omnia contenta in dictis litteris apostolicis fuerunt exequuta.

Et quia per Reuerendum & Excellentissimū I.V.D. Dominum Rochum Cataneum mihi vti fratrem maiorem honorandum eleganter & copiose consultum fuit ad fauorem dicti Reuerendi Domini Cæsaris, cuius opinioni assentior, non mihi in multiloquio laborandum esse censui, sed paucis agendum. Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iustitiæ.

Pro opinione dicti Domini Cōsultoris, optime facit, quia tempus datæ litterarum apostolicarum dicti Dom. Cæsaris, attendendus est. † c. si super. de offic. deleg. in 6. c. tibi, qui, & c. duob. eo. tit. & lib. c. eam te. extra de rescript. & c. si eo tempore, de rescrip. in 6. sed prouisio facta dicto Reuerendo Dom. Cæsari est anterior tempore, ergo ipse potior est in iure † iuxta iuris regulam c. qui prior. de regulis iur. in 6. cum vulgaribus.

Nec obstat, quòd prouisio facta dicto Dom. Cæsari videatur conditionalis, vt patet in illis verbis litterarum apostolicarum, ibi, & nihilominus canonicatus & præbenda prædicti, cum primum illos per cessum vel decessum vacare cōtigerit &c. Conditionalis autē dispositio nihil ponit in esse ante conditionis euentum † vt latè post alios scribit Pari. consil. 82. Pensio octo ducatorum col. 2. num. 7. vbi dixit, quòd gratia cōditionalis ante conditionis euētum, non afficit beneficium. Quinimmo ante purificatam conditionem est imperfecta † iuribus per eum allegatis. Cum autem sub die 30. mensis Decēbris, mortuus fuerit dictus Reuerendus Domi. Marcus, videtur dicendum, quòd tunc incipiat data prouisionis dicti Dom. Cæsaris, cum tunc conditio adimpleta fuerit, & sic, quòd eius prouisio sit posterior prouisioni D. Iacobi.

Nam dictum obiectum tollitur ex illa clausula in dictis litteris apostolicis apposita, videlicet, ex nunc prout ex tunc. quæ clausula est retrotractiua ad tempus datæ. Quinimmo importat effectum, vt conditio retrotrahatur, & vt actus videatur a principio pure factus † Bart. in l. si ita stipulatus fuero. in prin. ff. de verb. oblig. Angel. & Docto. in l. 1. C. de codicil. Alex. consi. 225. visa facti col. 3. in 2. vol. Parisius consil. 62. num. 23. in 2. vol.

Quinimmo dicta clausula importat, vt ex quolibet tempore dici possit, actum sumere initium, secundùm Angel. Imol. & alios in l. huiusmodi. ff. de verbo. oblig. vbi Alex. plura adducit, & Parisi. cons. 26. ex tenore nu. 128. in 4. vol.

Et prædicta conclusio, quòd præfatus Reuerendus Dom. Cæsar sit præferendus dicto Dom. Iacobo, procederet etiam si adhuc duraret dicta coadiutoria, quæ expirauit per obitum dicti q. D. Marci eius patrui. Quia cum per dictā coadiutoriam esset subrogatus in locum illius illo non valente aut nolente deseruire, vt in dictis litteris apostolicis in talem euentum eodem iure iuuaretur, quo dictus Do. Marcus, dum viueret vti potuisset, cum subrogatus sit eiusdem iuris & conditionis, cuius est is, in cuius locum subrogatur. † l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio.

tio.c.Ecclesia,vt lite pendente.

Et hoc est decisum ex verbis dictarum littera rum apostolicarum, coadiutoriæ prædictæ, in quibus dicitur, quòd ipse Cæsar eodem Dom. Marco absente & residere nolente in dicta Ecclesia posset ipse residere, ac stallum in choro, & vocem in capitulo habere, ac honoribus & prçeminentijs canonicalibus vti, potiri, & gaudere, prout ipse Dom. Marcus si resideret, perciperet, haberet, & vteretur.

Facit, quia vicerector quando est constitutus ab eo, qui instituit rectorem, honorari debet, vt
7 rector, † Abbas in c.cum olim de offic. delega. in primo nota. Cardin. in clem. prima in 6. opposi tione. de offic. Vicarii. Nicola. Boeri. in tract. de ordine gradu. in prima part. versic. postea verò. num. 20. vbi plures alios ad hoc allegat.

Nec obstat, quòd dictus Dom. Iacobus sit anterior in possessione, quia, vt bene considerauit Excellẽtissimus Dominus Consultor, prioritas tituli consideratur ex tempore datæ litterarum,
8 non ex tempore possessionis adeptę, † iuxta notata per Francum in c.eum cui. de præben. in 6.
9 in vlt. nota. Possessio enim est quid facti. † l. cum hæredes. ff. de acqui. possessio.

Nec ab re consideranda est prærogatiua conferentis, videlicet Papæ, qui prædictos canonica
10 tum & præbendam contulit Do. Cæsari, † vt in c. si a sede. de præben. in 6. cum titulus aduersarij sit ab ordinario, & sic inferiore. Nam videmus, quòd doctoratus ab Imperatore cum rigoroso examine præcedit alium prius doctora-
11 tum ab inferiore, † vt per Abba. in ca. per tuas. & ibidem Felyn. colum. secun. de maiori. & obedi. Barba. in c. quod clericus. de foro competen. Nicola. Boer. in tracta. de ordi. & præ ce. graduum. in prima parte. in vers. post canonicos. num. 38. qui tracta. habetur in 2. tomo tracta.

Accedit, quòd præfatus Reuerendus Dominus Cæsar est nobilis Bellunensis & graduatus in vtroque iure, quo casu etiam quòd esset secũdo loco in canonicum receptus, præcedere debet, prius receptum non nobilem, nec gradua-
12 tum, † vt per Fely. in rubr. de maiorita. & obedi. col. pri. nu. 4. Ad idem facit, quòd voluit Archi. in c. quoniam. 16. distin. vbi dixit, quòd maior
13 præponitur, quamuis tempore sit posterior. † refert & sequitur Nicola. Boer. in supra allegato tracta. in prima parte vers. & ideo præpono. numero 24.

Magna enim est prærogatiua scientiæ, & mul
14 tũ considerabilis in clerico, † quia Ecclesia Dei
15 maximè indiget viris litteratis, † vt colligitur in c. nisi cum pridem. §. alia vero causa de renũciatio. c. vilissimus. prima quæstione prima c. cum in cunctis. de electio. Et propterea viri docti in Ecclesia Dei velut splendor fulgent firmamen-
16 ti. † cap. super specula. §. statuentes. de magist. & ideo dixit Dominus Oseę c. 10. tu scientiam repulisti, & ego te repellam. cuius verba transumptiue habentur in cc. omnes psallentes. 38. dist.

Corroboratur prædicta ex his, quæ scribit Nicola. Boeri. in supradicto tracta. & versi. vbi voluit, quòd Episcopus doctor præcedere debet
17 Episcopum non doctorẽ, licet prius † promotũ.

Ex prędictis cõcludo, quòd Reuerendus Dominus Cæsar præferri debeat dicto Do. Iacobo ratione prioris tituli. Item ratione pręrogatiuæ maioris conferentis, etiam quòd esset posterior in titulo, & similiter ratione nobilitatis & scientię.

Hieronymus Gigas V.I.D.

PRO REVERENDO DOMINO Hieronymo Fuscarino.

ARGVMENTVM.

Regulæ cancellariæ, quòd non constituant ius generale, & quòd locum non habeant in negotijs gestis extra curiam coram ordinariis locorum.

SVMMARIVM.

1. *Regula cancellariæ de verisimili notitia in ordinarijs locum non habet.*
2. *Regula cancellariæ de infirmis resignantibus, an locũm habeat in ordinario.*
3. *Regulæ cancellariæ dici non possunt constitutiones generales.*
4. *Suspitio fraudis ne Pontifex decipiatur, maior est in Pontifice, quàm in ordinario.*
5. *Regulæ cancellariæ respiciunt tantum actus a curia Romana dependentes.*
6. *Regulæ cancellariæ in actis produci debent in forma authentica.*
7. *Registrum in quo registrata est regula cancellariæ in vna causa, in alia fidem non facit.*
8. *Regulæ cancellariæ, an habeãt locum extra curiam.*
9. *In collatione ordinarij non est necessaria expreßio.*
10. *Regula cancellariæ de viginti diebus est exorbitans a iure communi.*
11. *Beneficium vnitum alteri beneficio, beneficij nomen amittit.*
12. *Regula cancellariæ de viginti diebus locum non habet in institutione beneficij de iurepatronatus.*
13. *Beneficia promoti ad episcopatum vacant in curia.*
14. *Beneficia alicui commendata per cessationem commendæ, ibi vacare dicuntur, vbi commenda facta fuit.*
15. *Beneficium commendatum per obitum commendatarij de nouo vacare non dicitur.*
16. *Beneficia vacantia per assecutionem alterius beneficij sunt reseruata & in curia vacare dicuntur.*
17. *Beneficia vacantia in mensibus ordinariorum non cadunt sub expectatiuis.*
18. *Notario asserenti de commißione sibi facta creditur.*

CONSILIVM IIII.



N causa Reuer. Dom. Hieronymi Foscareno tota vis consistere videtur eo, nunquid Regula Cancell. de infirmis resignantibus beneficia, quòd non superuiuunt per 20. dies, locum habeat in or-
1 dinario. †Circa quod reperio, quòd glo. in regula Innoc. 27. in fine, dicit, quòd Rot. in casu Regulæ de verisimili notitia, quæ est 28. in regul. Innoc. sententiauit, quòd illa regula in ordinario locum non haberet. ad idem est glossa. in d. regula 28. dicens, quòd ipse glossator & D. Coronatus tunc aduocatus consistorialis allegarunt pro ista parte, & pro ea Rot. sententiauit. dicit tamen, quòd non esset magnum contrarium te-
2 nere, † & in casu nostro, quòd prædicta Regula de 20. diebus, locum non habeat in collatione facta ab ordinario, est aperta decisio Decij, in consi. suo 224. incipit, in casu proposito. vbi per plures rationes hoc tenet, & maximè quia d. regula intelligenda videtur de renunciatione facta Pontifici. nec locum habere videtur in resignatione facta extra curiam, in partibus coram ordinario per ea, quæ voluit Petr. de Anchara. in consi. suo 297. incipit, efficacibus. vbi tenuit
3 idem & †dicit, ꝙ Regulæ Cancellariæ non possũt dici cõstitutiones generales. quod vtique patet, quia per eas Papa sibi ipsi in suis agendis legem imponit derogatoriam suę voluntatis, vt si sic fe-
4 cerit, non valeat. † maior enim est suspitio fraudis & surreptionis in summo Pontifice, & ne decipiatur, quàm in ordinario. text. est in clem. prima. de off. ord. & respondet Decius in d. consil. ad ea, quæ voluit Fran. Pauinus in præludiis extrauag. Ioan. 22. vbi dixit, quòd etiam extra Rom. curiam Regulæ cancellariæ obseruari debeant, quãdo dantur sub Plumbo, in forma aliarum bullarum, quia illud procedit, quòd faciãt fidem extra curiam, & obseruentur. in his quæ a Pontifice procedunt, secundũ Petr. de Ancha. in d. suo consilio.

5 †Et quòd Regulæ Cancellariæ apostolicæ non habeant vim vniuersalium constitutionum, nec sint generales constitutiones, tenuit Felyn. qui fuit auditor Rot. in c. 1. col. 6. vers. scias etiã. de sent. & re iud. & idem tenet Felyn. in c. 2. col. penult. vers. Regulæ Cancell. de rescr. vbi dicit, quòd istę regulæ respiciunt tantum actus & materias dependentes a curia Rom. quia non sunt constitutiones generales. Cum autẽ non simus in resignatione facta in curia, sed coram legato in partibus dicendum arbitror d. Regulam non obstare in casu nostro.

6 †Præterea Regula Cancell. debuit actualiter produci in actis causæ sub sigillo Reuerendissimi ViceCancellarij, nec sufficit ipsam allegare, alioquin secũdũ ipsas iudicari non potest. Fely. in d. c. 1. col. 6. de re iudic. dicens, hoc etiam esse de stilo Rot. quod disponitur per Regulam Cancell. quæ incipit, item attendens. in qua est decretum irritans, quòd si secus fiat, sit nullius roboris vel momenti. propter quod decretũ actus in contrarium est ipso iure nullum. ca. si eo tempore. & c. statutum de præben. in 6. notatur per Domi. & alios in c. si hi contra quos, vt lit. pen.
7 in 6. †Quinimmo si vna Regula Cancell. fuisset solemniter producta in vna causa & registrata, tale registrum non faceret fidem in alia causa, nisi obtineatur commissio, quòd fides illi registro adhibeatur. vel per Fel. in loco præallegato.
8 † & quòd Regulæ Cancell. non ligent extra curiam, voluit Card. in consi. 99. incipiente, Redemptoris &c. dico, quòd acceptatio. in fine, quem sequitur Deci. in c. 1. in 2. lect. col. 1. de cõstit. & videtur esse de mente Roma. in cons. 260. incipiente, in proposito casu habetur circa medium. & idem videtur sentire Petr. de Anch. in cons. 295. incipit, pro clariori. col. pen. circa medium, vbi sentit, ꝙ Regulæ Cancell. locum non habeant in ordinariis. Quod manifeste etiam
9 ex pluribus probatur. † Nam & ex dispositione Regularum Cancell. statutũ est, quòd impetrãs, beneficium illius verum annuum valorem exprimere teneatur, & tamen in collationibus ordinariorum non est necessaria mentio de valore beneficij, vt late habetur per doct. vbi Felyn. in c. ad aures col. fin. de rescript. vbi decidit, ꝙ nec in collatione legati sit necessaria expressio veri valoris, ibi, vers. in collatione vero legati. colum. penult. quia multi tenuerunt regulam prædictam Cancellariæ de 20. diebus locum habere etiam in ordinario, vt voluit Cossador. decis. 31. in suis decis. super Regul. Cancellariæ, & Gomes. in d. regul. q. 26. qui attestatur Rotam sępius iudicasse ꝙ d. regula locum habeat etiam in ordinario. Et ita etiam alias tenui. Ideo alia patet responsio in casu nostro ad regulam prædictã. Nam dicitur quòd collatio & prouisio facta de beneficio ob resignationẽ eius qui non super uixit per 20. dies sit nulla. quæ regula cũ sit exorbitans a iure communi, non debet extendi extra casum suum. quod autem sit exorbitans & contra ius commune patet, quia cum in rei veritate beneficium vacauerit per resignationem factam simpliciter, vt not. per glos. in c. si propter. in verbo vacabunt, de rescri. in 6. & in c. quia sępe. in verbo. vacat, de præben. in 6. & in c. cupiẽtes. in verbo. vacationibus. de elect. in 6. & habetur in c. 1. de renun. eo. lib. & ista regula per fictionem inducit, ꝙ vacare censeatur per mortẽ, auferens ius quæsitum illi, cui beneficium collatum erat per resignationem. quod videtur etiã nimis rigorosum, quia sine manifesta causa clerici priuari non debent suis beneficiis. ca. conquerente de restit. spoliat. cum autem sit exorbitans a iure communi, stricte intelligi debet: videlicet in casu, in quo loquitur tantum. c. quę a iure communi, de regul. iur. in 6. sed nos sumus in vnione facta per Reuerẽdissimum Legatum de beneficio resignato nõ in collatione.

ergo

ergo ad istum casum non se extendet d. Regula,
11 †& maximè, quod dictum beneficium, de quo agitur postquã vnitum fuit alteri beneficio amisit nomen beneficij, vt habetur per Rot. decis. 370. incipit, nota, quòd vbi beneficium. in anti-
12 quis. †& ex prædictis concludit Dec. in d. consi. quòd prædicta Regula locum non habeat in prę sentatione & institutione facta de beneficio patronali, & gratia expectatiua non impedit vnionem fieri ab ordinario vel legato. Felyn. in c. in nostra in 27. correlario in fine de rescript.

Nec obstat, quòd Decius in consi. suo 398. incipit, in causa D. Benedicti, videtur tenere, ꝙ Regula de verisimili notitia locum habeat etiam in ordinario, & est in fine d. consilij, quia respondetur, quòd veritas est in contrarium, & contrarium decisum fuit per Rot. vt dictum est supra.
13 †Sed posito, quòd essemus in casu Regulæ, & sic quòd huiusmodi beneficium per mortem d. Episcopi Emonien. vacasset, adhuc dicitur, ꝙ Reuer. Dom. Marcus Antonius Iustiniano non potuit illud acceptare vigore gratię expectatiuę. Patet, quia Episcopus habebat dictum beneficium antequam promoueretur ad Episcopatũ, & per promotionem & munus consecrationis,
14 beneficia promoti vacant in curia. †cessante autem cõmenda, beneficia ibi vacare intelligũtur, vbi commendata fuerunt. & eo modo quo prius ante commendam vacabant, vt decidit Federic. de Senis in tract. de permut. benefi. in principali. q. Bellam. in tract. suo de permut. in tertia parte in 5. principali. q. Ludo. Ro. in consi. 350. incipit, in casu propositæ consultationis, col. 1. vers. 3. huius opinionis fuit. sed ante commẽdam vacabant in curia, ergo tale beneficium acceptari
15 non potuit vigore d. gratiæ expectatiuæ † quia per mortem commendatarij, & sic cessationem commendæ beneficium de nouo vacare non dicitur. Rot. decis. 27. incipit, nota, quòd vbi beneficium. in antiquis. Ad idem facit quod voluit Franc. in d. c. nemo. col. 1. in fin. vbi dicit, quòd si mortuo prælato Ecclesia commendatur vni, finita commẽda, Ecclesia dicitur vacare per mortem primi prælati non commendatarij. hoc idẽ
16 voluit Imol. in c. fi. de rerum permut. †quòd autem, quòd huiusmodi beneficium sit reseruatũ ex eo, quòd in curia vacauit, habetur per Rot. deci. 250. incipit, nota, ꝙ vbi Papa. in antiquis, vbi decidit, quòd beneficia, quæ vacant per assecutionem alterius beneficii sunt reseruata, & dicunt in curia vacare, & ita dicit seruari in curia.
17 †Præterea de non iure præfati Reuerendi Domini Marci Antonii Iustiniano aduersarii liquide constat, quia dictus Episcopus decessit die prima Septemb. 1521. & posito, ꝙ per eius mortem dictum beneficium vacasset, tamen illud vigore suæ gratiæ expectatiuæ, ex quo vacauit in mense ordinarii, acceptare non potuit, per regulas Cancellariæ. dati sunt. n. certi menses expectantibus, vltra quos non possunt beneficia acceptare, quia in aliis mensibus vacantia, vt est nunc, & erat tempore Leonis X. in mens. Martii Iunii Septembris & Decembris mensibus spectant ad collationem ordinariorum, & Regula Cancell. habet decretum irritans, quòd inficit actum aliter factũ ipso iure, vt habetur in c. si cõtra quos. vt lite pen. in 6. vbi domi. & in c. statutum. de pręben. in 6. & in c. si eo. tẽpore. de elect. eo. lib. ergo acceptatio, & prouisio d. Reuer. Do. Marci Antonii est ipso iure nulla, ex quo vigore suæ gratiæ obtinuit de dicto beneficio sibi prouideri.

Præterea dici potest, quòd d. aduersarius nullam habeat prouisionem, quia presbytero Iaco. Fasolo notario non creditur, dum attestatur, ꝙ ipse requisitus in sub executorem contulit, quia sibi præsentatus fuit processus gratiæ d. Marci
38 Antonii. †faciunt ea, quæ tradunt Host. Anton. Imol. Abb. in c. quoniam contra. de probat. quorum opinio est communis & vera, vt dicit ibidẽ Felyn. in 21. col. quam sequitur Bal. in l. iureiur. C. de test. & in l. iudices. C. de fid. instru. Abb. in c. fraternitatis. de cleri. nõ residen. vbi concludunt, ꝙ notario asserenti de commissione sibi facta & iurisdictione attributa non creditur. vnde voluit Bal. in d. l. iudices, quòd si notarius scriberet procuratorium sibi factum non crederet ei. & reddit rationem, quia sibi auctoritatem vel officium ascribere non potest. Laus Deo.

Hieronymus Gigas V.I.D.

PRO REVER. D. PRESBYTERO Hieronymo Macedonico.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium vacans per cessationem commendæ morte episcopi dicitur vacare in Romana curia.*
2 *Beneficium vacans per obitum familiaris Cardinalis viuentis est reseruatum.*
3 *Decretum irritans ipso iure actum factum contra, ipsum decretum nullum reddit.*
4 *Electio tribuit ius ad rem.*
5 *Beneficium ad quod quis est electus ante electionis confirmationem vacare dicitur.*
6 *Electus ante confirmationem non habet administrationem neque in spiritualibus, neque in temporalibus.*
7 *Electus ante confirmationem ingerens se in possessione beneficij dicitur violentus.*
8 *Possessor violentus non solum suo iure priuatur quod in beneficio habebat, sed etiam iure ad rem.*
9 *Electus administrans ante confirmationem iure suo priuatur ipso iure.*
10 *Confirmatio est iuris iam quæsiti roboratio.*
11 *Decretum irritans ligat etiam ignorantes.*
12 *Confirmatio non faciens mentionem de cura animarum, est ipso iure nulla.*
13 *Litteræ ad beneficia surreptitiæ sunt ipso iure nullæ.*
14 *Reus & possessor & si non doceant de iure suo, actore non probante absolui debent supra cons. 1.*
15 *Spoliatus etiam a iudice restitui debet.*

Iud

16 *Iudex puniendus est incompetens cognoscendum de causa spolij in beneficialibus.*
17 *Notorium non ius obstat agenti super spolio.*
18 *Agenti possessorio recuperandæ obstat reseruatio Papæ.*
19 *Attentata etiam lite pendente non possunt peti reuocari per eum, de cuius non interesse constat.*
20 *Possidens etiam de facto citari debet, antequā quicquam fiat contra eum.*

CONSILIVM V.



N causa canonicatus & præbēdæ Ecclesię Plebis sacchi cōmissa ad referendum Reuerendo Do. Vicario Patriarchali, & quę vertitꝰ inter Reueren. Dom. Presb. Hieronymum Macedonicū ex vna, & R. D. Presby. Valerium de Monticulo super habendis litteris possessoriis ab Illustrissimo Venetorum Dominio ex altera partibus, vidēdum est de duobus, primo de iuribus R. Presby. Valerii. secundo de iuribus præfati Reuer. Domini Presb. Hieron.

1 †Circa primum dico, præfatum Reueren. Domi. Valerium nullum habere titulum etiam coloratum, quia eius electio facta die 12. Augusti fuit & est ipso iure nulla. Ex quo canonicatus & pben. prædicti vacarūt per cessationem commēdæ ob mortem d. Episcopi Adrien. quo casu dicuntur vacasse in Ro. curia, & sic sunt reseruati, vt habetur per Federic. de Senis, in tract. suo, de permu. benefi. qō. 5. principali. & per Roma. in consi. suo 350. incipit, in casu proposito. col. 1. vers. tertio. huius opinionis idem voluit Bella. in tract. de permut. benefi. q. 5. principali in tertia parte. & ponunt Doct. vbi Franch. post alios in c. nemo deinceps, de elect. lib. 6. glo. est in clemen. 1. vt lit. penden. in verbo collatio. ergo stāte reseruatione prędicta, capitulum Ecclesiæ Plebis sacchi nō potuit eligere. & eius electio est ipso iure nulla. c. 2. de pręben. in 6. & ibi late doct. si quidem solus Papa de talibus beneficiis vacātibus in curia disponere potest. ca. licet. de præben. in 6.

2 †Ex alio etiam d. electio fuit nulla, quia notorium est, quòd Reuerendiss. Episcopus Adrien. fuit & erat curialis & familiaris Reuerendissimi Cardinalis de Cæsarinis, quo casu etiam per regulas cancell. eius beneficia erant reseruata. & habetur in extrauaganti, ex debito Io. 22.

Tertia ratione d. electio fuit & est nulla, quia stante indulto Reuerendissimi Cardinalis Pisani, in dioec. Paduana comprehendente omnia & singula beneficia in d. dioecesi existentia fieri nō potuit d. electio per capitulum d. Ecclesiæ,
3 & facta est ipso iure nulla, † propter decretum irritans appositum in d. indulto. Cuius natura est vitiare ipso iure, vt habetur in c. si eo tempore. de elect. lib. 6. not. in c. 2. de præben. eo. lib. & habetur per Domini. in c. si hi contra quos, vt. lit. penden. eodem libro sexto.

Et posito, quòd dicta electio valuisset, adhuc ex deductis constat aperte, præfatum presbyterum Valerium nullum ius de præsenti habere in d. canonicatu & præben. quia eadem die qua fuit electus non expectata confirmatione, petiit & obtinuit se poni in possessionem canonicatus & præben. prædictorum, etiam auctori-
4 tate iudicis secularis.† quo casu cum electio solum tribuat ius ad rem, vt per Rot. decis. penult. in nouis, & per docto. in ca. transmissam, de ele-
5 ction.† quinimmo ante confirmationem beneficium adhuc dicitur vacare. glo. communiter approbata in clemen. pri. in verbo collato, vt lit. penden. & ibi Abb. & Fely. in c. cum bertoldus.
6 col. 1. vers. vnde respondi. de re iud.† & ideo ante confirmationem non potest aliquid administrare, tam in spiritualibus, quam temporalibus. habetur per Abbat. & alios in c. transmissam. de
7 elect. & in c. nihil. eo. tit.† & si electus ante cōfirmationem ingerat se in possesione, dicitur violentus apprehensor possessionis, per ea quæ dicunt Hostien. & Innoc. in c. proposuit. de cōcess. pręben. vbi dicunt, quòd administrans in prębēda antequam sibi assignetur ab eo, qui auctoritatem habet assignandi illam, dicitur violentus. Ex quo sequitur, quòd in casu nostro, presbyter Valerius, qui ante confirmationem, & sic violenter ingressus fuit possessionem dictorum canonicatus & præben. cecidit ab omni iure suo, si qđ habebat. per text. in c. eum qui. de præben. in 6.
8 vbi Archidiac. notanter dixit, † quòd qui minus iuste beneficium ingreditur, dicitur violentus, quo ad terminos d. c. eum qui. & dixit ibidem Franch. violentus possessor non solum priuatur suo iure, si quod habebat in benefitio & sic in re: sed etiam iure ad rem, & sic iure prouenientе ex electione, vt supra dictum fuit.
9 †Accedat, quòd administrans ante confirmationem, ipso iure priuatur iure suo. text. est in c. auaritiæ, de elect. in 6. in fin. text. ibi omnes, qui secus fecerint.

Nec suffragatur confirmatio habita a Reuerēdissimo D. Legato sub die 14. Augusti, quia per supradicta, ius acquisitum Presbytero Valerio vigore d. electionis erat extinctum, & nō potuit reuiuiscere per d. confirmationem l. qui res. §.
10 aream. ff. de solut.† confirmatio enim non est nisi iuris iam quæsiti corroboratio, vt no. per Goffred. & Hostien. in summa tit. de confir. vtil. vel inut. & per Imol. & Decium in rub. d. tit. 2. præsupponit confirmatio aliquid prius esse quod confirmetur, vt per Bal. in l. nominationis, circa finem. versic. conclude ergo. C. de appel.
11 †Præterea dicta confirmatio non potuit fieri per legatum, stante indulto prędicto, propter decretum irritans appositum in eo, quod ligat etiā ignorantes c. si eo tēpore. & ibi notatur de elect. in 6. & per doct. in c. 2. de præben. eo. lib. vbi Domini. & Franch.
12 †Tertio alia ratione d. confirmatio non suffragatur,

gatur, quia canonicatus prædictus est curatus & animarum curam habet, de qua cura non est facta mentio in dicta confirmatione. Ergo nulla est ipso iure, per ea, quæ latè tradunt doct. maximè Fel. in c. in nostra, in 10. correlario, de rescript. vbi concludunt, quòd impetrans beneficium curatum, debet facere mentionem de cura animarum. de quo est tex. in c. cum in illis, in princip. de præben. in 6. & in cle. 1. de præben. & non facta mentione de cura animarum, impetratio dicitur surreptitia, vt dicit tex. in d. clem.
13 prima. litteræ † autem ad beneficia surreptitiæ sunt ipso iure nullæ, vt tradunt doct. in c. ad audientiam, el 2. vbi Innocen. & Ioann. Andr. & Fel. alias referens ibidem col. 14. in vers. litteræ beneficiales. & Innoc. in c. ad aures, eo. tit. de rescript. tradit Oldr. in consi. 81. & consi. 257. incipit, factum tale est.

Cum igitur dictus Presbyter Valerius nullũ ius habeat in dictis canonicatu & præben. sequitur, quòd audiri non debet, quatenus instat coram Illustrissimo Dominio, pro reuocatione litterarum concessarum Reuer. Dom. Hieron. Macedonico, quarum etiam vigore est in possessio-
14 ne d. canonicatus & præben. † quia clarum est, ꝙ actore non probante de bono iure suo, possessor etiam quantumcumque nullum ius habens, absolui debet, vt est decisio Dominorum de Rota, decis. 15. in nouis, & decis. 160. Rom. consi. 347. in princ. Ang. in consi. 202. incipit, carissime frater. Ad idem Abb. in c. conquerente. de restitut. spoliat. Fel. in c. olim. versic. vltimo gusta de rescript. facit text. in l. fin. C. de rei vendic. & in l. qui accusare. C. de eden.

15 † Nec obstat si dicatur, quòd ex quo presbyter Valerius erat prior in possessione, & fuit spoliatus per litteras Illustrissimi Dominij, debeat restitui, cum detur etiam restitutio contra spoliũ iudicis. c. conquerente. de resti. spoliat. tradit Felyn. in c. dilectus. el primo, in pri. col. de rescrip. & in c. cum causa. in prima col. de offic. deleg. ad idem est tex. in c. cum super. §. cum qui. de causa pos. & propriet. & per Decium in consil. 125. in secunda col. & in consi. 191. Nam ad hoc multi-
16 pliciter respondetur, † & primo, quòd Illustriss. Dominium est iudex incompetens in materia spolii beneficialis, vt habetur per Abb. in c. fin. de iudic. & per eundem in c. litteras. de iura. cal. Nam in beneficialibus non potest nec debet quis restitui sine causę cognitione. necesse enim est, quòd doceat de titu. suo saltim colorato, vt per Spec. in tit. de teste. §. nunc videndum a nobis est vers. sed pone ago. Oldrad. in consil. pri. Bellam. decis. 49. & decis. 17. Rot. decis. 257. in nouis. Imo. & doctores in c. in litteris. de rest. spoliat. ad idem Rot. decis. 679. in antiquis. quæ causæ cognitio fieri non potest a iudice laico incompetente. per not. in c. at si clerici. & in c. decernimus. de iudic.

17 † Secundo respondetur, quòd ex quo vt supra dictum est, cõstat clare de notorio non iure præfati presbyteri Valerii, nõ potest etiã coram suo competenti iudice agere super spolio, vt notant doct. & ibi Anton. de But. in c. in litteris. col. 10. de restit. spoliat. Innoc. in c. cum constitutus. de fil. presb. habetur per doct. vbi Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. in 6. col. vers. 10. fallit. ff. de acquir. possess. idem Alex. in cons. 77. incipit, in causa & lite col. penult. in 2. vol. & per Oldr. in d. suo consi. 1.

18 † Tertio respondetur, quòd cum dicti canonicatus & præben. ex quo vacarunt per cessationẽ commendæ, essent reseruati specialiter Sedi Apostolicæ, quod dicuntur vacasse in Roma. curia d. c. 2. de præb. in 6. presbyter Valerius, qui possedit contra huiusmodi reseruationem etiã a suo cõpetenti iudice restitui non deberet: agẽti enim possessio recuperandæ obstat Papalis reseruatio, quæ non solum afficit titulum, sed etiã possessionem Rot. decis. 16. in nouis, & decis. 7. & decis. 183. in antiquis, habetur per Cardin. Alexan. in c. reintegranda. 3. q. 1. col. 3. in fine, & tradit Fel. in c. in nostra. ver. trigesimumsextum correlarium. de rescript.

Ex istis igitur, sequitur, quòd cum Dom. presbyter Hiero. fuerit assequutus litteras ducales pro possessione dictorũ canonicatus & præben. & illarum vigore fuerit assequutus eorumdem, suspensio dictarum litterarum, nec non auocatio possessionis facta ad instantiam d. presbyteri Valerii per Illustrissimum Dominium reuocanda venit tanquam facta ad instantiam eius, de cuius notorio non iure cõstat, vt supradictũ
19 fuit. † facit, quia attentata etiam lite pẽdente nõ possunt peti reuocari per eum, de cuius non interesse constat. Rot. decis. 357. in antiquis, notat Lap. in c. ad decimas. de restit. spolia. Imo. in c. non solũ. de appel. in 6. ad idem Rota decis. 14. in fi. in nouis. vbi dixit, quòd notorius defectus iuris petentis attentata reuocari, impedit reuocationem attentatorum, & Rot. decis. 505. in antiquis, incipit not. quòd ad instantiam.

Circa secundum videlicet de iuribus Reuerẽdi Domini presbyteri Hieronymi Macedonici dicitur, quod habet titulum canonicum ab eo, qui dare potest, iuxta text. in ca. primo. de regul. iur. in 6. Cardinalis enim a quo titulum habuit potest conferre beneficia suæ Paduanæ dioecesis etiam vacantia in Romana curia per cessationẽ commendæ, vel aliàs quomodocunque reseruata, dummodo in Ro. curia non vacauerint per resignationem, vt latè legitur in eius indulto, quod non cessauit per resignationã Episcopatus Paduani, vt apparet in bulla reseruationis fructuum d. Episcopatus.

Secundario habet possessionem, & vigore d. eius prouisionis, & vigore litterarum ducaliũ, quo casu non potest nec debet ab eadem amoueri sine causæ cognitione, etiam quòd eius prouisio esset nulla c. licet Episcopus. & ibi gl. & doct.
20 de præben. in 6. † facit, quod dixit Bal. in l. si per diuersa. c. si propter publ. pẽsita. vbi dixit, quòd

in præiudicio etiam de facto possidentis nil agi potest eo non citato. Et quod idem Bald. voluit in l. nam ita diuus. ff. de adoptio. vbi dixit, quòd prædo etiam notorius sine causę cognitione, priuari non debet sua possessione.

Et ex his concludo partes R. D. relatas esse in referen. Illustrissimo Domi. eleuari & tolli debere suspensionem d. litterarum ducalium cõcessarum præfato Domino Hieronymo ad instantiã presbyteri Valerij factã. Et partes ipsas ad suos postmodum iudices competentes remittendas. Laus Deo. Et ita obtentum fuit.

Hieronymus de Gigantibus V.I.D. Minimus.

PRO REVER. DOM. STEPHANO de Stephanellis.

SVMMARIVM.

1 *Titulo poßidens canonicatum & præbendam non potest, nec debet de iure amoueri a poßeßione, nisi causa cognita per suum iudicem competentem.*

2 *Poßessor etiam iniustus non debet priuari sua poßeßione, nisi citetur.*

3 *Poßessor beneficij siue habeat colorem poßidendi siue non, sine causæ cognitione a sua poßeßione non amouebitur.*

4 *Poßessor beneficij etiam priuatus ipso iure non est amouendus a sua poßeßione nisi citetur.*

5 *Res inter alios acta tertio non præiudicat.*

6 *Poßeßio canonicatus & præbendæ in Ecclesia collegiata, vel etiam cathedrali non habita per capitulum capitulariter congregatum nulla est, ac si tradita non fuisset.*

7 *Brachium seculare in adipiscenda poßeßione beneficij, quibus concurrentibus implorandum sit.*

8 *Executor Apostolicus, quòd in executorialibus ab inuocatione brachij secularis aliter incipere non poßit.*

CONSILIVM VI.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitię.



IN causa canonicatus & prębendæ vacantibus per obitum Domini Augustini de Merciariis in collegiata Ecclesia Sancti Martini de Plebe sacchi illorũ vltimi & immediati possessoris extra Romanam curiam defuncti commissa ad referendum V.R.D. inter quendã Io. Baptistam Passalacquã clericum nouocomensem ex vna: & Reuer. Do. presbyterum Stephanum de Stephanellis ex altera, partibus, cui ipsorum debeant dari litteræ Ducales possessoriæ canonicatus & præbendæ prædictorum, quòd referendum sit ad fauorem præfati Reuerendi Dom. presbyteri Stephani, faciunt infrascripta.

Primo, quia ipse electus fuit in canonicum loco dicti presbyteri Augustini defuncti, vsq; sub die 18. mensis Iunij proximè decursi, per venerandum capitulum supradictę Ecclesię, ad quod electio canonicorum spectat & pertinet, vt constat instrumento, quod actualiter producit in publicam formam.

Secundo, quia de eisdem canonicatu & præbenda fuit sibi prouisum mandatũ per litteras Apostolicas, sub data Romæ de anno præsenti. 1559. 11. cal. Iulij, vt constat litteris Apostolicis, quas actualiter producit. Et sub inde sub die 24. dicti mensis, per Reuerendissi. Dom. Aloysium Lipomanum episcopum Bergomensem dictarũ litterarum Apostolicarũ executorem, prouisum sibi fuit de canonicatu & p̃benda p̃dictis, vt constat processu fulminato, quod actualiter ꝓducit.

Tertio facit, quia ipse Do. presbyter Stephanus medio Magnifici Dom. Io. Aloysij Donato nobilis Veneti, eius procuratoris, vigore dictarum litterarum Apostolicarum & processus superinde fulminati, inductus fuit per Venerandum capitulum in realem & actualem possessionem canonicatus & præbendæ prædictorum, vt constat publico instrumento, quod actualiter producit.

Ex prædictis resultat iuris decisio, quod cum titulo possideat canonicatum & prębendam prędictos, non potest, nec debet de iure amoueri a dicta possessione, nisi causa cognita per suum iu-
1 dicem competentem † quia possessor etiam iniustus, non debet priuari sua possessione, nisi cite-
2 tur. † ca. licet episcopus, de præben. in 6. & dicit Bal. in l. si deserta. C. si propter publi. pẽsi. quod in præiudicium etiam de facto possidentis, nil agere potest, eo non citato. allegat Innoc. in c. inter quatuor. de maior. & obedi. Et idem voluit Bar. in l. fin. in versic. item extra glo. C. de edict. diui Adri. toll.

Quinimmo scribit Oldra. in consil. 227. incipit, de toto themate, quòd possessor beneficii, siue habeat colorem possidendi, siue non, a sua possessione non amouebitur sine causæ cogni-
3 tione. † Accedat, quòd scribit Felyn. in capitu. final. colum. 7. in princip. de præsumptio. vbi dixit, ꝙ possessor beneficii etiam priuatus ipso iure
4 non est amouendus a sua possessione, nisi † citet̃.

Nec ob. quendam prætensa sententia, vt dicitur, lata per quosdam prætensos iudices delegatos, ad fauorem Io. Bapt. Passalacquæ aduersarii contra supradictum q. presb. Augusti. post illius obitũ, quia si qua extat prætẽsa sententia, illa nõ obstat d. presb. Stephano, cũ res inter alios acta
5 tertio non præiudicet. † l. 1. C. res inter alios. l. sępe. ff. de re iud. c. quamuis eo. tit. & c. super eo.

Nec similiter ob. prætẽsa possessio, vt dicitur, capta per Excellentem Dom. Aloysium Cigniarium assertum procuratorem præfati Ioan. Bap. Passalacquæ, vigore cuiusdam prætensæ surrogationis factæ ad fauorem, vt dicitur, dict. Ioann. Baptistæ: quia fuit & est nulla ex eo, quia non

fuit capitulariter habita, quia possesio canonicatus & prębendæ in Ecclesia collegiata, vel etiã cathedralis non habita per capitulũ capitulariter congregatũ, nulla est, ac si tradita non fuisset,
6 vt scribunt Ioan. Andr. Innoc. & Butrius, in ca. in litteris, de restitu. spoliat. & Rota decisi. 275. de resti. spol. in nou. & ita seruare Rotã testatur Cassad. in tit. de causa possesi. & propri. deci. 8.

Et rursus non obstat supradicta prætensa sententia, quia si qua extat, non potest illius vigore implorari brachium seculare, pro illius executione, quia in executione sententiæ debent præcedere contra eum contra quem executio fienda est, omnia quæcunque potest facere Ecclesia seu ecclesiasticus iudex: alioquin si secus fiat, in
7 uocatio brachii secularis nulla est, † vt per Oldr. in consi. 89. incipit, episcopus. in fi. & Petrus de Anchara. in regula, ea quæ. q. 10. de regulis iur. in 6. Hinc est, ꝙ si executor Apostolicus incipiat ab inuocatione brachii secularis nulliter procedit, quia in executorialibus inuocatio huiusmo
8 di apponitur vltimo loco, † vt voluit Paulus de Castr. in consi. 39. visis actis vltima col. quem refert & sequitur Fely. in c. cum dilecta col. 3. in fi. de rescript.

Ex præmissis concludo litteras ducales possessorias concedendas esse supradicto R. D. presbytero Stephano, & partes R. D. V. esse in sic referendo Illustrissimo Dominio, cuius gratię me commendo.

Vt supra dico consulo & iuris esse arbitror
ego Hieronymus Gigas V. I. D.

PRO REVERENDO DOMINO Filippo Zanucha.

SVMMARIVM.

1 Beneficium resignatum per procuratorem in curia Romana ibi vacare dicitur.
2 Collatio legati, vel ordinarij de beneficio in curia vacante est ipso iure nulla.
3 Spoliatus de beneficio vacante in curia, de quo erat ab ordinario, vel legato prouisus, restitui non debet.
4 Legatus non Cardinalis de iure communi beneficia conferre non potest.
5 Onus probandi quòd beneficiũ sit tanti valoris, quod ad legati collationẽ spectet incumbit prouiso de eo.
6 Legatus cui concessum est posse conferre beneficia etiam reseruata vacantia in curia conferre non poterit.
7 Sequestrum factum a iudice an priuet possidentem sua possessione.

CONSILIVM VII.


E nullitate titu. Reuer. Domini Marci Malipetro clarissime constat ex pluri-
1 bus. primo quia clarus est, ꝙ † beneficium resignatum per procuratorem in curia Rom. ibi vacare dicitur, vt habetur per doctores, vbi Domi. & Franch. post alios in cap. 2. & in capitu. præsenti. de præbend. in sexto. & beneficia vacantia in curia nullus inferior a Papa conferre potest, vt est text. apertus in dicto
2 capitu. 2. de præbend. in sexto. † Quinimmo si ordinarius vel legatus conferat beneficium in curia vacans collatio est ipso iure nulla, quia dispositio dicto capi. 2. habet decretum irritans per ea, quæ notantur in capit. si hi, contra quos, vt lit. penden. in sexto. & ibi Domini. & in cap. dudum, & in dicto capitu. secundo. de præben.
3 in sexto. Et si † prouisus ab ordinario, vel legato de tali beneficio spoliaretur eo, restitui non deberet: quia agenti possess. recuperandæ obstat exceptio reseruationis. Rot. late decis. 17. in nouis. & per Butr. in capit. in litteris, colum. 10. de restitutio. spoliat. per Alexand. in l. naturaliter. §. nihil commune. in 16. colum. versic. 10. fallit de acquiren. possessio. idem voluit Rot. decis. 7. in antiquis. Felyn. in capitu. in nostra in versicu. trigesimumsextum correlarium de rescript. Alexand. in capitu. reintegranda tertia quæst. prima. colum. 3. in fine. Sed beneficium de Clarignaco Taruisin. diœc. de quo agitur, vacauit in Romana curia per liberam resignationem quondam Domini Nicolai Blanco, vt patet ex deductis, merito legatus Apostolicus illud conferre non potuit dicto Reueren. Domino Marco, & eius collatio est ipso iure nulla, & possessio adepta non habet effectum aliquod possessionis, vt per Rotam dictam decisio. 16. in nouis, & Domini. in dicto cap. si hi contra quos.

4 †Secundo, ad ostendendum nullitatem & inualiditatem tituli dicti Domini Marci dicitur, quòd de iure communi legatus non Cardinalis non potest beneficia suæ legationis conferre nisi specialiter hoc ei concedatur. cap. primo.
5 de offic. legat. in 6. † & si dicatur, quòd Reuerendissimus Legatus habet facultatem conferendi beneficia certi valoris, respondetur, quòd si dictus aduersarius asserit dictum beneficium esse tanti valoris, quòd potuerit conferri a dicto Legato, id probare debuit, vt per Dominos de Rot. decis. 348. in nouis. & tradit Felyn. in cap. ad aures colum. tertia in fine. de rescript. vbi dicunt, quòd impetrans beneficium a collatore vel nuntio habente facultatem conferendi beneficia certi valoris, tenetur probare, quod beneficium sit infra taxam, in litteris comprehensam.

6 †Tertio dicitur, quòd esto, quòd dictus Legatus haberet facultatem conferẽdi beneficia etiã reseruata, & quod dictum beneficium esset sub taxa facultatis legati. quod tamen lõge excedit, ad huc collat. legati est ipso iure nulla, quia non propterea potuit conferre tale beneficium vacans in curia. per text. & quæ ibi notant Docto. & maximè Domi. & Lap. in d. c. 2. de præben. in 6. Nam nullus de beneficiis in curia vacantibus

prætextu

prætextu cuiuscunque facultatis disponere potest, nisi ei specialiter & expresse sit concessum, quòd beneficia in curia vacantia conferre possit. Cum igitur titulus aduersarij sit ipso iure nullus & infectus, licet sit anterior, ex quo notorie constat de eius infectione, non debet ei concedi littera possessionis, ne detur in beneficio vitiosus ingressus. c. ex frequentibus. de insti.

Nec obstat si dicatur, quòd Reuer. D. Marcus aduersarius est in possessione d. beneficii, qua spoliari non debet nisi causa cognita & a suo iudice. c. licet Episcopus. de præben. in 6. Quia ad hoc dicitur, quòd immo non est in aliqua possessione, quia ea priuatus fuit per Illustrissimum Dom. qui auocauit possessionem d. beneficii ad se, & fructus sequestrauit iam pluribus mensib. & clare constat, quòd voluit dictum aduersariũ
7 priuare sua possessione † quo casu per sequestrũ factum a iudice perdit quis possessionem, vt per Abb. in c. examinata. de iudi. Quod autem Dominium voluerit in casu nostro priuare aduersarium sua possessione patet, quia litteras possessorias sibi concessas cassauit, incisit, & annullauit.

Et si diceretur, quòd ex quo fuit spoliatus, debet restitui, & sic sibi concedi littera possessoria. c. reintegranda 3. q. 1. respõdetur, quòd si dictus aduersarius peteret se restitui coram iudice ecclesiastico & sic competente, non audiretur. obstante sibi reseruatione prædicta, per ea, quæ supra dicta sunt, quanto fortius audiri non debet nunc a iudice laico.

Præterea considerandum est, ꝙ ex quo Illustr. D. per se audiuit iura ipsarum partium, cassauit & annullauit litteras possessorias concessas d. R. Do. Marco, & sic voluit illum non possidere virtute suarum, & commisit causam ad referendũ, vt inspectis iuribus partium referat, cui competit ius consequendi literas Ducales possessionis d. beneficii. Nulli igitur dubiũ relatio ꝙ fieri debet in fauorem presbyteri Philippi Zanuca, qui collationem a Pontifice validissimam, ex capite resignationis factę in eius fauorem, de beneficio prædicto habet, & ita relatum fuit.

Hieronymus Gigas V.I.D.

SVMMARIVM.

1 *Priorem titulum habens in beneficialibus, quòd omnibus alijs sit præferendus.*
Præsertim si titulum habeat a Pontifice.
2 *Gratiæ reualidatoriæ effectus, & inquantum extendatur.*
3 *Relatum inesse referenti cum omnibus suis qualitatibus.*
4 *Qualitates omnes, quæ insunt in primis gratijs reualidatis debent de necessitate seruari in gratia reualidatoria.*
5 *Decretum irritans non solum titulum, sed etiam possessionem inficit, & discolorat.*
6 *Decretum i[rr]itans non solum discolorat & annullat titulum & possessionem, verum detentationem ipsam vitiosam & infectam reddit, vsque adeo vt careat omni iuris adminiculo.*
7 *Decretum irritans quòd sit adeò malignæ naturæ, quòd quicquid inuenit destruat, & in contrarium vertat.*
8 *Impedimentum non præstat, quod de iure non sortitur effectum.*
9 *Regula de producendis regulis in forma releuanti, in quibus casibus procedat.*
10 *Relatoris partes, quæ sint.*
11 *Illustrissimi Dominij est curare, ne in ecclesiis detur vitiosus ingressus.*
12 *Ordinarius quòd non possit surrogare aliquem in iuribus alterius, etiam quo ad possessionem.*
13 *Sapiens ex paucis multa intelligit.*

CONSILIVM VIII.



IRCA Parrochialem Ecclesiam S. Mariæ de viconouo, quæ vacauit per obitũ presbyteri Aloysii de Marinonibus illius vltimi Rectoris, & possessoris, extra Romanã curiam defuncti die 4. mensis Februarii, anni pręsentis 1553. pro cuius temporali possessione consequenda plures concurrunt, & præsertim R.D. Ioan. Franc. Basadonna Nob. Venet. & R. D. Georgius Mariano clericus Mediolanensis, nec non R.D. Basilius de Ferrariis, clericus Ferrariẽsis, quorum causa commissa est per Illustrissimum Dominium ad referendum. Reueren. Domino Vicario Reuerendiss. Dom. Patriarchæ, cui eorum dandæ sint litteræ Ducales possessoriæ, pro temporali possessione consequenda Ecclesiæ p̃dictę, arbitror partes eiusdẽ R.D.V. esse in referendo ad fauorem præfati R. D. Ioan. Francisci Basadonna, ex infrascriptis.

Et primo pręsuppono vnum, quod est in facto verissimum, quòd de anno 1548. 15. Iunii, cõcessa fuit gratia eidem R.D. Ioan. Franc. ad instãtiam Illustrissimi Ducis, & Dominii Venetiarum, motu proprio, ex certa scientia & de Apostolicæ potestatis plenitudine, per felic. recor. Paulum III. quòd consequi posset in Veronen. & Bergomen. ciuitate, & diœcesi beneficia tam curata, quam non curata, pro summa, & quantitate ducat. 300. auri de camera, quæ infra vnius mensis spacium, post notitiam vacationis illorũ acceptauerit, cum clausula, quod secuta vacatione dictorum beneficiorum, illa ex nũc prout ex tunc eidem Io. Franc. collata esse censerentur.

Item cum clausula, quod quæcunque dispositiones de vacaturis beneficiis, cuicunque alteri personæ quam sibi, etiam per Sedem Apostolicã faciendę nullius essent roboris vel momenti. Et, ꝙ data illorum vacationẽ, ex nunc prout ex tũc, ea spectẽt ad præfatum R.D. Io. Fran. sibiq; in illis vere, & nõ ficte ius acquisitum existeret.

Item cũ clausula, ꝙ in beneficiis vacaturis, & ꝑ ipsũ acceptatis gaudere deberet, regulis, de nõ

tollendo iure quæsito, & de triennali possessore &c.& ita per quoscunque iudices & commissarios causarum iudicari debere, adempta eisdem aliter iudicandi facultate.

Et mortuo d. Paulo Pontifice, Iulius III. sub data 2.Octobris 1550.Pontificatus sui anno primo,gratiam prædictam,non solum reualidauit, verum etiam extendi voluit ad beneficia vacantia in diœcesi cõcordiensi,prout apparet ex eius litteris in forma breuis,quæ producantur.

Item idem Iulius sub data 23.Ianuarij 1552. denuo gratiam prædictam reualidauit, Pontificatus sui anno 3.in qua reualidatione licet nõ fiat mentio de diœcesi concordiense specifice, fit tamen mentio de supra dictis litteris reualidatoriis, in qua est dicta extensio ad ciuitatem & diœcesim concordiensem, & de prioribus ac alijs litteris Apostolicis, eidem R.D. Io. Franc. concessis cum clausula, quòd tam posteriores, quam singulæ aliæ litteræ ipsi R.Dom.Io.Franc. concessæ cum oĩbus & singulis aliis in eis cõtentis clausulis, plenã roboris firmitatẽ obtinerẽt.

Ex quibus omnibus patet, quod tempore vacationis ecclesiæ prædictæ gratia concessa per Paulum 4.eidem, modis & conditionibus in ea contentis,secuta acceptatione d.Ecclesiæ vacantis, item idem Iulius sub data 21. Iulii similiter reualidauit omnes litteras apostolicas eidẽ R. D.Ioan.Fran.concessas, faciendo etiam mentionẽ de prima sua reualidatione cum extensione ad diœc. cõcordiensem suum de iure sortita est effectum,& sic ea ipsa hora, qua beneficium prædictum vacauit, immediate remansit collatum, auctoritate Apostolica, ipsi R. D.Io.Franc.& eidem in eo plenum ius acquisitum fuit.Et sic omnibus aliis est præferendus in eo cum priorem
1 titulum habeat,†vulgata regula qui prior in tpe.

Item quia habet titulum, a Pontifice, iuxta text.in c.si,a sede.de præbend.,in 6. ideo eidem debentur litteræ Ducales possessoriæ.

Nec obstat,si diceretur,quod vltima reualidatio sub die 21.Iulii 1552.gratiæ d.R.D. Io.Francisci, licet in narratione mentionem faciat de diœcesi concordiensi,tamen circa eius finem,videtur solum cõprehẽdere Veronen.& Bergom. diœcesim, quia respondeo, quòd ex quo in d. gratia reualidatoria fit mentio de omnibus aliis gratijs eidem R.D.Io.Franc.concessis & præsertim de illa extensiua ad diœcesim cõcordiẽsem, eas approbando,est, ac si in eadem esset expresse
2 dictum etiam de diœcesi concordiẽsi. † relatum enim est in referente cum omnibus suis qualita
3 tibus † l.asse toto. ff. de hæred.,instit.& l.in summa.in princ.de re iud. & habetur per Moder.in l. certum. ff. si cert. pet. & in simili, habetur per Gomes.in reg.de annali.qõ.29.quinimmo omnes qualitates,quæ insunt in primis gratiis reualidatis,debent de necessitate seruari,in gratia re
4 ualidatoria.†faciũt quæ dixit Rom.in cõsil.383. in proposito.col.1. & Gemin.in cons.128.factũ tale, col. 2. circa quod plura adducit Gomes. in reg.de non iudican.iuxt.form.suppli.q.7.nu.3.

Nec obstat,collatio facta per Reuer.Episcopũ concordiensem, R.D. Georg. Mariano eius secretario, quia d.collatio,ex pluribus. est ipso iure.

Primo, quia Ecclesia prædicta vacauit de mẽse Februarii,& sic eius collatio,non ad ipsum R. Episcopum,sed ad summum Pontificem, pertinuit,vt constat ex regula cancellariæ,quæ continet decretum irritans.

Secundo ex decreto irritante apposito in gratia cõcessa eidem R.D.Io.Franc.per Paulum III. vt supra reualidata per modernum Pontificem, quod quidem decretum irritans, non solum titulum,sed etiam possessionem inficit,& discolo-
5 rat, † vt habetur per Rotam decis.16. in nouis. Felyn.in c.si constiterit.in fin.de accusatio.Rota in decis.4.in tit.de restit. spoliat. in antiquis, Fely.in c.si constiterit.in fin.de accusatio. Rota in decis.4.in tit. de restitut. spoliat.in antiquis, Franch.in c.bone.col.5.vers.7.& vlt.de appella. & ita seruare Palatium testatur d.4.decisio. Quinimmo,vt habetur decis.1.in tit. de restit.spoli. in antiquioribus, decretum irritans non solum discolorat,& annullat titulum,& possessionem, verum detentationem ipsam vitiosam, & infectam reddit,adeo vt careat omni iuris admini-
6 culo,†Bal.Nouel.sequitur in repet.§.nihil commune vlt.carta. ff. de acquir. possess. Gomes. in reg. de triennali q.49.num.3.vbi dicit,quòd decretum irritans,est tantæ malignę naturæ,quòd quicquid inuenit,destruat,& in oppositum ver-
7 tat, † ergo tam titulus ab ordinario habitus,quã prætensa possessio allegata per R. D. Georgium Marianum ipso iure adminiculo iuris carent, & ei in aliquo opitulari non possunt,nec merentur poni in aliqua consideratione, tam in retinenda,quam in adipiscẽda possessione, quia nõ præstat impedimentum, quod de iure non sorti
8 tur effectum † c.non præstat.de regul. iur.in 6.

Nec ob.ꝙ d.Georg.Marianus habuerit a Põt. sub die 10.de mense Februarii super d.Ecclesia nouam prouisionem, quia per eam non tollitur ius quęsitum ipsi R.D.Io.Fran.per regulã cãcell. de iure quæsito non tollẽdo.cuius beneficio gaudet ipse, vt specifice est expressum in gratia sibi concessa per Paulum III. Reualidata per Iulium modernum Pontificem,vt supra dictum fuit.

Quo vero ad id quod forte dici posset per aduersarium,quòd regula cancellariæ supra allegata non probat, quia non est producta in forma releuanti, iuxta aliam cancellariæ regulam. de
9 regul.cancell.producendis. † respondeo,regula de producendo, regul. prędicta locum habet in iudiciis, vt clare patet in ea, ideo extra casum suum non est extendenda. Sed vestra Reuer.D. in casu nostro non iudicis, sed relatoris partes sustinet, & representat in hoc Illustrisimi Do.
10 † cuius est curare, ne in Ecclesiis detur vitiosus
11 ingressus. † quod vtique sequeretur, si litteræ possessoriæ darentur R.D.Georgio Mariano.

Nam si diceremus regulas cancell. impressæ non

non releuare eas allegantes extra iudicium frustra eorum impresio facta fuit.

Nec eidem Reuerendo D. Georgio Mariano opitulatur cesio facta per R.D.Basilium de Ferrariis in manibus ordinarii, & prouisio ab eodē ordinario factæ iuribus d. Basilij præfati d.Georgio cum surrogatione etiā quo ad possesionem primo mensis Martii proximè decursi: quia nemo plus iuris in alium trāsfert, quàm ad ipsum pertinere dignoscatur. vulgato ca. nemo plus iur.in 6.Sed Basilius licet videatur acceptasse d. beneficium vigore eius gratiæ expectatiuæ, nullum ius in eo habuit,quia eo ipso,quod vacauit, aquisitum est in eo plenū ius ipsi R.D.Io.Franc. vt constat ex tenore eius gratiæ ibi,ex nūc prout ex tunc &c.& sic Basilius ipse acceptauit beneficium non vacās,cum de eo per Papam iam prouisum erat ipsi d.Io.Franc.

Præterea nullibi vnquam auditum, quòd ordinarius posit surrogare aliquem in iuribus al
12 terius.etiam quo ad possesionem† sed ea ratione fieri voluit prefatus R.D.Georgius,quia conscius erat, quòd titulus habetur ab ordinario,& possesio subinde sequuta viribus penitus carebat, per supradicta. Et stabat apprehensio possesionis prædictæ Ecclesiæ pro ipso R. D.Fran. sub die 13.dicti mensis Febr.

Possent multo plura adduci, sed quia scriptū
13 est,quòd sapiens ex paucis multa intelligit, † vt est gl.in auct.de consang. & vter.fratr.ideo, breuitati studendo,ea omittēda duxi,satis.n.puto, ex præmisis apparere partes. V.R.Dominationis, esse in referēdo Illustriss.Dominio Ducales litteras possessorias concedendas esse præfato R.D.Io.Franc.Basadonna.

Hieronymus Gigas V.I.D.

PRO D. MARINO DE MARINCO.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio spontaneæ resignationis obstat agenti possorio recuperandæ.*

2 *Etiam si beneficium reseruatum resignasset in manibus ordinarij.*

3 *Resignans ne dū amittit titulū, sed etiā possesionē.*

4 *Permutanti non competit interdictum vnde vi, nec canonis reintegranda.*

5 *Renuncians beneficium ex causa permutationis si permutatio non valuit indiget noua collatione.*

6 *Agens possessorio recuperandæ tenetur procedere titulum saltem coloratum.*

7 *Iudex etiam ex officio tenetur se informare de titulo agentis super spolio.*

CONSILIVM IX.



1 IN causa vertente inter presbyterum Io. Dominicum de Stephanis ex vna agentem,& Reuerendum Dominum Marinum de Marinis Rectorem Parrochialis Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Cinto Vicentinæ diœcesis, in qua dictus Ioannes Dominicus agit possessorio recuperandæ, videndum est, an obtinere possit. † & breuiter dico, quòd non, quia, vt ex processu apparet, dictus Ioannes Dominicus, de anno 1520. resignauit d.Bene.in fauorem presbyteri Matthei de austro, & sic sibi nunc agenti obstat exceptio spontaneæ resignationis.c. except. de resti.spoliat.vbi doct.c.super hoc.de renun.c.audita &c. sollicite & vtrobique per doct. de restit. spoliat. & per Innoc.in d.c.super hoc, & hoc in tantum est verū, quòd procedit etiam in eo, qui benefi-
2 cium† reseruatum resignauit in manibus ordinarij, etiam resignatione non admissa, vt tenet Rot. decis. 352. incipit, si opponatur.in nouis.
3 &†ratio est,quia per talem resignationem,ne dū idem resignans amisit possessionem, sed etiam proprietatem quantum in eo fuit, vel ibidē per Dominos de Rot.& per Cald.consil.4. de restit. spoliat.Ioan.And. & Abb.in c.sollicite eo.titu. tex. est nisi.3.§.in amittenda.ff.de acqui.possess. Adde Cassad. decis.4.num.3.de restit.spolia.& si dicatur,quòd idem Io. Dominicus,dictum beneficium non simpliciter, sed ex causa permutationis resignauit, dicitur, quòd etiam hoc casu procedunt prædicta, vt habetur per Dominos de Rot. decis.52. incipit, permutanti. in nouis.
4 vbi dicunt,†quòd permutanti non competit interdictum vnde vi, nec condictio canonis,reintegranda obstāte sibi renunciatione voluntaria. & in decis.352.incipit, si opponatur.& hoc etiā procedet,si permutatio suum nō fuit sortita effectum, adeo quòd renuncians regressum habeat ad beneficium permutatum. Nam sibi est opus noua collatione, vt habetur in c.inter cætera,de præben.& in c.cū vniuersorum, de rer.permut. per quæ ita dicunt Dom.de Rot.in d.decis.352. in nouis.& per eosdem decis.23.eo. lib.circa fi.
5 in vers.quibus non obstan. tibi†vbi concludūt, quòd renuncians beneficium ex causa permutationis,si permutatio locum non habeat, indiget tamen noua collatione, quia per talem resignationem amisit omne ius quod habebat, tam circa possessionem, quam circa titulum beneficii c.quam periculosum 7.quæst.prima. not. in capitu. admonet. & in capitulo quòd in dubiis, de renunc.
6 † Cum igitur aduersarius non docuerit de aliquo suo titulo, vtique obtinere non potest, quia agens possessorio recuperandæ in beneficialibus, tenetur producere titulum saltem coloratum, vt per Bellamer. decis.49. incipit, agens possessorio. & est ratio secundum Bellamer. quia in beneficialibus nec titulum nec possesionem quis habere potest a se ipso. facit text. in ca. beneficium ecclesiasticum. de regul. iur. in sexto. idem voluit Bellamera. decis. 17. incipit, secundum. hinc est, quòd dicit Rota decis. 65. in antiquis, quòd spoliatus probare debet, se possessionem habuisse ab eo, quòd

auctoritatem habebat instituendi, & Domini de Rota non admittunt aliquem restitutionem beneficii petentem, nisi producat aliquem titulum saltim coloratum, vt per eos. decis. 257. incipit, si quis dicat. in nouis. & hoc idem tenuit Specul. in tit. de teste, in §. nunc videndum a nobis. in vers. sed pone ago contra te. & Oldr. in consi. 1. Ad idem Lappus alleg. 24. incipit, limita. decret. in fin. vbi dixit, quòd iudex ex officio se informare habet de titulo petentis restitutionem, quem si non inuenerit, illum nõ debet restituere, & ad obtinendum super spolio sufficit sola supplicatio, vt per Cassad. decis. 1. nu. 6. in decisio. super regul. cancel. & idem Cassad. decis. 8. num. 1. de restitut. spoliat. verè vacauit Rot. decis. 399. in antiquis, quod etiam procedit si beneficium fuisset reseruatũ, adeo, quòd per ordinarium, in cuius manibus fuit resignatum, conferri non potuisset. nam reseruatio impedit collationem non vacationem. Rota decis. 398. in antiquis. Prædicta tamen, quòd agenti super spolio obstat exceptio spontaneæ resignationis, locum sibi non vendicant, quando is qui resignauit, incumbebat naturali possessioni, & a tertio fuit spoliatus, tunc enim est restituendus. vt decisum fuisse per Rotam de anno 1516. attestatur Cassad. decis. 8. in princip. in tit. de restit. spoliat.

Hieronymus Gigas V.I.D.

PRO REVERENDO D. ALOYSIO Lippamano contra Reuerendum Dominum Præpositum Imolensem.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium cessante commenda vacare dicitur pro ut vacabat ante commendam.*

2 *Beneficia vacantia in Romana curia nullus nisi Papa, sine speciali commissione conferre potest.*

3 *Exceptio in non exceptis regulam firmat.*

4 *Exceptio notorij non iuris obstat agenti possessorio adipiscendæ etiam coram seculari.*

5 *Gratia alicui facta de beneficijs vacantibus in curia per vnam viam, an comprehendat vacantia per aliam viam.*

6 *Beneficium commendatum episcopo ad vitam, vacat per illius obitum.*

7 *Beneficium commendatum, vacare dicitur durante commenda.*

8 *Priuilegium vni concessum, non censetur concessum cum alterius iactura.*

9 *Litteræ ad obtinenda beneficia sunt strictè intelligendæ.*

10 *Possessor de cuius notorio non iure constat, sua possessione priuari potest sine citatione.*

11 *Assertio legati quòd beneficium contulit in præiudicium tertij, non operatur nisi ostendatur collatio.*

CONSILIVM X.



IN præsenti causa. primo videndũ est de iuribus Reuerendi Domini Io. Bapt. præpositi Imol. & primo. vtrum vigore mãdati de prouidendo sibi a Serenissimo Dominio nostro concessi, beneficiũ de quo agitur, obtinere potuerit. Et concludendum est, ꝙ non, quia præsupposito, ꝙ R.D. Episcopus Adrien. per cuius mortem tale beneficium vacauit, illud haberet in commendam: &
1 sic, quòd d. beneficiũ † dicatur vacasse in Ro. curia: quia cessante commenda censetur vacare, vt prius vacabat ante factam commẽdam, vt decidit Feder. de Senis in tract. de permu. bene. in 5. principali. q. vnde si tempore commendæ beneficium vacabat in curia, sublata commenda, remanens similiter vacans in curia. idem voluit Bellam. in simili suo tract. in 5. principali. q. tertiæ partis, incipit, quinto quæritur. & Rom. consil. 350. incipit, in casu proposit. col. 1. ver. tertio huius opinionis fuit Federicus. Si igitur tale beneficiũ in curia vacauit, sequitur, quòd exequutor d. mandati, licet habeat in eo facultatem conferendi d. Domino præposito, omnia beneficia, etiam specialiter & generaliter reseruata, præterquam ratione familiaritatis Papæ, & Cardi. viuentis &c. non tamen potuit de hoc prouidere d. Domino Præposito, per text. in c. secundo,
2 de præben. in 6. † vbi disponitur, quòd de beneficiis vacantibus in Ro. curia, nullus quacunque auctoritate munitus siue ordinaria siue vigore litterarum Apostolicarum, disponere possit, nisi hoc eis specialiter sit concessum, vt beneficia vacantia in Ro. curia conferre posit. & ideo Lap. quærit in d. c. 2. quid requiratur ad hoc, vt quis posit conferre beneficia vacantia in curia, & dicit, ꝙ requiritur, quòd Papa det specialem & expressam potestatem conferendi talia beneficia, cum quo transit ibi Domi. col. vlt. vers. quæro quid requiratur. & ibi doct. sed in mandato de conferendo d. Præpositi hoc non est expressum, merito nõ potuit tale beneficium conferri. Nec ob. si diceretur, ꝙ ex quo Papa mandat sibi cõferri quodcunq; beneficiũ, ẽt generaliter vel specialiter reseruatũ, exceptis reseruatis rõe familiari-
3 tatis &c. † Quo casu ista exceptio in cæteris vr̃ regulã firmare. l. nam quod liquide. §. fi. ff. de penu. leg. Nã dr̃, ꝙ iste modus reseruationis non includitur sub d. regula, nisi expresè dicatur, qñ Papa dat auctoritatẽ conferendi beneficia reseruata. & quia prohibi. d. c. 2. hẽt decretum irritans, dicamus, ꝙ D. Prępositus hẽt tit. ipso iure nullum, per ea, quæ not. in c. si eo tempore, & in fi. c. statutũ, de præb. in 6. & per Domi. in c. 2. vt lit. pend.
4 in 6. & Rot. deci. 16. in nouis. † Quæ exceptio notorii nõ iuris, qñ agit̃ possessio adipiscẽdę, vt agit ꝑpositus ob. agẽti, ẽt corã seculari, vt tradit Dec. cõs. 220. in 2. vol. & est rõ, quia nõ dẽt dari vitiosus ingressus in bñficio c. ex frequentib. de insti.

Quinimmo

5 † Quinimmo si Papa fecerit alicui gratiam de beneficiis,quod sedem vacantibus per vnam viam,si vacarēt Apostolicā Sedē per aliam viam reseruationis,non veniunt sub gratia, nisi dictū fuerit in gratia sic,vel alio quo vis modo &c. Nā tunc venit oīs modus vacandi Apostolicā Sedē, per personam nominatam. Ita pulchre decidit Rot. decis. 726. in antiquis, incipit,Nota,quòd beneficia ecclesiastica.

Secundo videndum est, vtrum collatio facta de dicto beneficio, per Episcopum Bergomen. vigore eius indulti Reuer. Dom. Bartholomæo de Albano,valeat.circa quod præsuppono vnū, quòd dictum beneficium fuerat perpetuo commendatum Episcopo Adrien.idest donec viue-
6 ret.†quo casu beneficium vacat per mortem cōmendatarii,& sic cessante commenda,& non eo modo,quo prius vacabat,sed per promotionem in curia. Talis.n. commenda facit expirare reseruationem, vt tradunt domini de Rot. decis. 1.in tit.de præben.incipit, vtrum per commendam,in recollectis bisgnetti. quam etiam refert, & sequitur Domi.in c.nemo deinceps col.2.versic.sed quid si fiat commenda. de elect.in 6.& sic sequitur,quòd Episcopus vigore sui indulti potuit conferre d. beneficium, quod non vacabat in curia Ro.& si fuisset aliàs reseruatum,quia ad id facultatem habet.

7 †Secundo dicitur, quòd posito, quòd beneficium per promotionem vacasset in Rom.curia, & per commendam non esset extincta reseruatio,quia beneficium commendatum dicitur vacare durante commenda,vt not.in ca.nemo, de elect. in 6. ex quo tale beneficium vacauit vltra mensem, Episcopus potuit illud conferre, quia extincta fuit reseruatio.ca.statutum.de præben. in 6.ad hoc dicit, quòd non currit tempus conferēdi durāte cōmēda Rot. deci.27.in antiquis.

Aut volumus dicere, quòd dictus Episcopus habebat istud beneficium in titu. quòd poterat esse ex dispensatione Apostolica, vt not.in c.nostris,de concess.præben. & tunc Episcopus Bergomensis potuit de isto beneficio præuidere vigore indulti & ordinariæ potestatis. tamquam de vacante per obitum d. Episcopi. Nec habet obstare si dicatur, quòd licet Episcopus contulerit,tamē Præpositus habet priorem datam, quo casu videtur ei possessio danda. ca. si a sede, de pręben.in 6. quia ad hoc respondetur, quòd indultum Episcopi habet decretum irritās, quod ligat etiam ignorantes,vt notatur in d.ca.statutum,& in c.d.c.2.& in d.c. si eo tempore. & per consequens stante.d. indulto, executor domini Prępositi, non potest dictum beneficium conferre,& eius collatio est nulla ipso iure, per supradicta.esto, quòd beneficium nō esset reseruatū. nam per indultum Episcopi, quod est speciale de beneficiis vacantibus in diœcesi Bergomen si derogetur mandatū prædicti Præpositi, quod est generale de beneficiis totius Dominii.Si quidem generi per speciem derogatur ca. generi de regul.iur.Aduertendum est etiam, quòd indultum Episcopi concessum sibi fuit a S.D.N.Clemente vij.de anno 1527.die 14.Iunij. Mandatū autem d.Prępositi est de anno 1528.die 5.Maij, & sic post,in quo non est derogatum d. indulto,
8 † ergo non compræhendit diœc. Bergomen. quia priuilegium vni concessum, non censetur concessum cum alterius iactura, vt late tradit Felyn. in c. causamque col. 8. versic.interpretatio priuilegii,de rescri.

9 Facit,quia†litterę de beneficiis obtinendis,& sic mandatum de prouidēdo, est strictè interpretandum.c.quamuis,de præben.in 6.

10 †Nec obstat,quòd dictus Præpositus asserat se esse in possessione dicti beneficii de Colognola Bergomen. diœcesis, quia dicitur, quòd ex quo eius titulus est nullus ipso iure, sic & possessio non habet aliquem effectum iuris, & sic penitus inanis, & possidenti non affert aliquod commodum,per ea,quæ notant Domi.de Rot.decis.16. in nouis,& per Domini.in c. si hi, contra quos, vt lite pend.in 6.præterea, vbi constat de notorio, non iure possidentis,etiam possessor, sine citatione priuari potest sua possessione.Decius cō sil.191.Roma.consil.

11 †Præterea quòd Dom.Præpositus audiri non debeat,& quòd sibi littera possessoria per Illustr. Dominium dari non valeat, facit, quia non apparet de aliquo eius titulo, & licet producat mandatum quoddam Reuerendissimi Do. Legati, vti executoris sui mandati de prouidendo, in quo fit mentio, quòd Legatus contulit sibi dictum beneficium, prout litteris suis expediēdis apparebit, dicitur, quòd illa assertio legati, non probat collationem aliquā in præiudicium Reueren.Dom.Aloysii Lippomani, per ea,quæ voluit glo.2.in clemen.1.de probatio.& habeē per Fel.in c.cum a nobis,col.2. vers. tertio,nota, de test. Card. in consi.154.incipiente in q.quæ vertitur. vbi dicunt, ꝙ dispositio d.c. cum a nobis, & d. clem.1. non habet locum in inferioribus a Papa, quorum verbis & assertioni non creditur in præiudicium tertii.

Hieronymus Gigas V.I.D.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ad resignandum beneficium,an post annum validum sit.*

2 *Resignatio de beneficio vigore procuratorij desuper emanati,quòd post annum facta teneat nisi mandatum reuocatum appareat, deque illius intimatione procuratori facta.*

3 *Resignationem admissam fuisse in Ro.curia plurium beneficiorum pro notabili summa vigore mandati per plures annos antea facti,& illam suum debitū effectum sortitam fuisse.*

4 *Resignatio beneficij vigore mandati procuratorij post annum facta in Regno Francia,non valet.*

5 Ius commune in Italia seruari.
6 Resignatio per procuratorem post annum a die datæ ipsius mandati facta, quòd per Cameram Apostolicam admittatur.

CONSILIVM XI.



Xcellens Doctor Dom. Ioannes Maria de Fino, mihi retulit R. D. V. dubitare, an mandatum ad resignandum beneficiũ post an-
1 num, validũ sit, † adeo quod eius vigore resignatio facta teneat, post annum, rogauitque me enixè, vt eidem circa hoc meam significarem sententiam. cui morem gerendo, dico, Nũquam iure cautum inuenisse, quod resignatio beneficij fieri non posset per procuratorem constitutum ad resignandũ beneficium, post annum a die mandati ei facti, nisi præcesserit reuocatio mandati prædicti inti
2 mata ipsi procuratori, † vt in clem. r. de renuntiatio. Quinimmo attestor me vidisse resignationem factam in Romana curia, plurium beneficiorum, pro notabili summa, per procuratorem cuius mandatum factum fuerat per plures annos antea. quæ resignatio admissa fuit, & debitũ
3 sortita effectum. † Veruntamẽ in Francia, ex speciali decreto regio, cautum est, quòd resignatio beneficii vigore procuratorii facta post annum,
4 non teneat, † vt attestatur Petr. Rebuf. in sua praxi benefi. in rubri. de procurato. ad resignan. nume. 18. in Italia vero, vbi ius commune seruatur,
5 † sentio, vt supra, & ad hoc est etiam gl. in regula cancellariæ. 43. in regulis Innocẽtij octaui, quæ dicit, quòd Camera Apostolica admitti resignationem factam per procuratorem post annum a
6 die datæ ipsius † mandatit.

Ita supra sentio ego Hieronymus Gigas Iurisconsultus &c.

PRO REVER. D. FRANCISCHINO de Tritio clerico Bergomensi.

SVMMARIVM.

1 Beneficij acceptatio cum expreßione horæ, quòd præsumatur anterior, quam alia acceptatio de eodem beneficio facta horam aliter non habens.
2 Instrumenta duo si reperiãtur eadem die confecta. quorum vnum horam habeat expressam, alterum vero sine hora, quòd illud prius factum dicatur.
3 Acceptatione beneficij vigore suæ expectatiuæ subsecuta decretum irritante, & clausulam anteferri habente, quòd alteri expectatiuæ locus non sit, cum extincta dicatur.
4 Gratijs duabus expectatiuis in paritate data cõcurrentibus, quæ in assecutione beneficij vacantis magis attendatur.
5 Duobus concurrentibus pariter in data, quòd is dicatur potior, qui prius beneficij possessionẽ ingressus sit.
6 Testis depositioni per notarium receptæ parte aliter nõ citata, nec iudicis auctoritate concurrente, nulla fides venit adhibenda,
Quodque nec indicium faciat.
7 Testis vnicus & singularis etiam si seruatis seruandis receptus dicatur, quòd nihil probet.
8 Hora de qua instrumentum rogatum sit, quòd testibus probari poßit.
9 Prioritas gratiæ vel priuilegij, ꝙ testib. ꝓbari poßit.
10 Notarij assertioni & fidei vti notarij, non vti testis, si quando standum sit.
11 Specialia duo quòd non poßint insimul & circa eandem rem concurrere,
Collatione Papæ exordinarij super eodem beneficio concurrentibus præferatur.

CONSILIVM XII.



Vod Reuer. Dom. Fran. de Tritio obtinere debeat litteras possessorias ab Illustrissimo Ducali Dominio, faciunt infradicenda.
1 † Et primo, quia præfatus Do. Franciſchinus acceptauit Parochialem Ecclesiam Sanctorum Firmi & Rustici de Preselio, de qua agitur die 14. Maij, hora quartadecima, & Dominus Vincentius de Cene aduersarius illam acceptauit eodem die, sed instrumentum eius acceptationis non habet horam, quo casu acceptatio Domini Franc. censetur anterior. † iuxta not. per doct. in l. 1. ff. solut. matri. in c. si a sede, de præben. in 6. in c. pastoralis, vbi Fel. & Dec. de rescript. in quibus locis concluditur per doctores, quòd si reperiantur duo instrumenta eodem die confecta, quorum vnum habeat horam, aliud non, instrumentum habens
2 horam prius factum censetur. † quod etiam procedit in acceptatione & collatione beneficii, vt per doctores in locis prædictis, qui autem prior est tp̃e, potior est in iure, iuribus vulgaribus &c.

Secundo facit, quia ex quo Dominus Franciſchinus prius acceptauit d. Parrochialem Ecclesiam Dom. Vincentius aduersarius illam acceptare non potuit, quia quo ad d. Parrochialem eius gratia nõ habet vigorem, & censetur extin-
3 cta. † Ita decidit Ro. decis. 422. in antiquis, quòd maxime procedit, quia gratia expectatiua Domini Franc. habet & decretum irritans, & clausulam anteferri.

Tertio facit, quia quando duæ gratiæ expectatiuę concurrunt pares in data, is, qui fuit diligẽtior, & obtinuit prius processum fulminari, præfertur in assequutione beneficii vacantis & acce
4 ptati. † ita voluit Abb. in c. capitulum, de rescri. vbi Fel. col. 3. vers. fallit primo. vers. sunt autem quatuor. & col. 4. in fine. vers. & an cæteris paribus. & ita voluit Ro. decis. 100. in nouis. sed processus fulminatus super gratia Domini Fran. est sub data 1525. die 27. Nouẽbris. processus autem Domini Vincentii est fulminatus sub data 1529. die 6. Februarii, & sic per annos quatuor

post. ergo D. Francischinus est potior in assecutione dictæ parochialis Ecclesiæ.

Quartò facit, quia etiam, quòd essent ambo pares in acceptationib. & collatione, tamẽ quia D. Frãcischinus est anterior in possessione: quia die 14. Maii, hora 14. & possessio aduersarii, licet sit eiusdem diei: tamen est sine hora, & sic censetur posterior D. Francischinus dicitur potior in assecutione dictæ Ecclesiæ: quia ex duob. concurrentibus paribus in data, is dicitur potior,
5 qui est in possessione beneficii. † cap. si à sede, de præben. in 6. & is dicitur in possessione in terminis illius tex. qui prius possessionẽ ingressus fuit, licet postea illa fuerit spoliatus, vt per Domin. & Franc. in dicto c. si à sede, vbi Franc. in 1. col.

Nec obstant adducta in cõtrarium, videlicet, quod D. Francischinus ingressus fuerit possessionem dictæ Ecclesiæ, viuente adhuc presbytero Saluatore illius Rectore. quo casu videtur priuatus omni iure suo, & factus inhabilis &c. cap. 1. & 2. de concess. præb. & habetur in Regula Cancell. Pauli III. quia respondetur multipliciter, primo: quia non est probatum D. Francischinũ occupasse dictam Ecclesiam ante mortem.

Nec releuat asserta depositio cuiusdam Alexandri ad instantiam presbyteri Martini procuratoris dicti aduersarii, recepta per quẽdam notarium: quia nulla ei venit adhibenda fides, quia facta parte non citata, nec iudicis auctoritate re-
6 cepta, † quo casu non facit etiam indicium, vt per Bar. in l. maritus, ff. de quæst. Fely. in cap. in nomine Domini, vers. collige secũdo, de testib.

Secundò dicitur, ꝙ dicta asserta depositio producta, est quoddam scartafaciũ non scriptura autẽtica, quæ nihil penitus probat c. 1. de fi. instr.

Tertio dicitur, quòd posito, quòd dictus testis fuisset receptus, seruatis seruandis: tamẽ ex quo
7 est vnicus & singularis, nil probat, † l. solam, & l. iurisiurandi, C. de testibus.

Secũdo dicitur, quòd esto, quòd esset hoc probatum, ad huc requireretur declaratoria fienda a iudice competenti, parte citata, & sic adhibita causæ cognitione, vt per Fel. in c. Rodulphus, in vers. declaratoria, & in vers. citatur etiam pars, de rescrip.

Nec minus etiam obstat, quod dicatur D. Vincentium aduersarium fuisse priorem in possessione dicti beneficii, propter fidem, quam facere videtur notarius, qui asserit, quòd hora decima ingressus fuit possessionem: quia dicitur, quòd stante indubitata conclusione Doctorum, quòd instrumentum habens horam, censeatur prius factum, vt supra fuit dictum, & in instrumento d. Vincentii non sit aliqua hora apposita, & in instrumento D. Francischini sic: Non fuit in potestate notarii prædicti, in præiudicium dicti D. Francischini facere dictam fidem. Ex quo ipsemet notarius attestatur, quòd horam non apposuit. & si dicatur, quòd hora potest probari per
8 testes: † vt per gl. in c. duobus, in verbo, apparet, de rescript. in 6. & habetur per Dec. in rubr. de constit. in 1. lect. in fin. col. vbi concludit, quòd prioritas gratiæ, vel priuilegii, testibus probari
9 potest: † respondetur, ꝙ in casu nostro non propterea censetur probata prioritas horæ: quia dictus notarius deposuit non iuratus, nec parte citata. Item est vnicus testis, cui non adhibetur fides, per supradicta.

Et si diceretur, quòd assertioni & fidei dicti notarii, vti notarii, non vti testis, est standum,
10 † id est à veritate alienum: quia ex quo deponit de hora, quæ in instrumento à se confecto non continetur, & sic non fuit rogatus à parte, vt illam apponeret, ei non statur, vt habetur per Abba. & alios, vbi Fel. in c. 1. de fide instr.

Item dicta fides est sine die, & consule, ac testibus, facta, vt verisimiliter creditur, post productum instrumentum possessionis Dom. Francischini, & sic in fraudem. & propterea ex ea non tollitur fundamentum D. Francischini.

Ad aliud, quòd dicebatur, quòd ex quo Dom. Vincentius habet gratiam expectatiuam in forma pauperum, licèt sub eadem data præferri debet, cum gratia D. Francischini non sit in forma pauperum, dicitur, quòd illud procederet cæteris paribus. sed in casu nostro plura concurrunt. Primò, quòd D. Francischinus fuit diligentior, & per annos quatuor antea obtinuit processum fulminari. Secundo, quòd prius acceptauit. Tertio, quòd habet anteriorem prouisionem sibi factam a suo subexecutore. Quarto, quia habet priorem possessionem. Quibus stantibus, nõ est dubium, quòd præfatus D. Francischinus dicitur esse in potiori iure: alias dicendum esset, quòd gratia in forma pauperum produceret plura specialia circa vnam & eandem personam &
11 rem, quod est contra regulas iuris: † quibus cauetur, ꝙ duo specialia non possint insimul circa
11 eandem rem concurrere, † vulgata l. 1. C. de dotis promiss. facit optimè ad prædicta tex. in cap. si à sede, de præben. in 6. vbi concurrentibus eodem die collatione Papæ, & collatione ordinarii super eodem beneficio habens collationem à Papa præfertur, si eorum neuter possidebat. si autem habens collationem ordinarii posside-
12 bat, tunc ipse præfertur: † & est ratio, quia priuilegium illud operatur cæteris paribus tantùm, & ille dicitur possidere in terminis illius text. qui primo possessionem nactus fuit, vt supra dictum fuit, ad ea, quæ deducuntur pro parte Reuer. Domini Præpositi Imol. dicitur, quòd nil faciunt &c.

Et ex prædictis concludo partes Reuerendi Domini Relatoris esse in referendo Serenissimo Principi, & Illustrissimo Dominio literas possessorias dandas esse Domino Francischino de Tritio.

Vt supra iuris esse affirmo ego Hieronymus de Gigantibus V. I. D. minimus.

IN CAVSA DE GHINVTIIS.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Episcopi non potest conferre beneficia, nisi ei hoc specialiter sit concessum.*

2 *Possidens beneficium curatum vltra annum non promotus ad ordines sacerdotales, illo est ipso iure priuatus.*

3 *Possidens beneficium, quo ipso iure priuatus est, ab illius possessione amoueri non potest, nisi citetur. Idem num. 4.*

5 *Referendarius deputatus à iudice laico non plus iuris habet circa cognitionem tituli beneficij, quàm habeat committens.*

6 *Subrogatus non plus iuris habet, quàm subrogans.*

7 *Exceptio inualiditatis tituli beneficialis coram iudice laico est incompetens.*

8 *Iudex laicus non potest cognoscere de spolio causæ beneficialis.*

9 *Iudicia petitoria & possessoria causæ beneficialis cognosci debent à iudice ecclesiastico.*

10 *Causa possessoria beneficialis spiritualis est cẽsenda.*

CONSILIVM XIII.



EX dubiis datis per Reuer. D. Relatorem, videtur inferri, quòd ex quo Thomas accepit possessionẽ die 10. April. beneficii, quod Iustus resignauerat, & de quo prouisum fuerat Ioseph de Gualdo, videtur se ingessisse in beneficio viuentis, & propterea ei possessio sua non suffragari. Secundo infertur, quòd Thomæ per obitum Nicolai prouideri non potuit, cum tale beneficium vacauerit per illius non promotionem non per obitũ.

1 †Ad primum dicitur, quod Iusto nullũ ius competebat in dicto beneficio: quia non constat, ꝙ Vicarius Vicentinus, qui dicitur de illo sibi prouidisse, habuerit facultatem conferendi beneficia, & in contrarium est iuris dispositio. cap. fin. de offic. vic. in 6.

2 †Secundo dicitur, quòd licet is, cui de curato prouidetur teneat infra annum promoueri ad sacros presbyteratus ordines, & si id non fecerit sit priuatus ipso iure Ecclesia curata. c. licet canõ, §. fi. de elect. in 6. tamen erat necessaria sentẽtia declaratoria incursionis pone, & priuationis, c. cum secundum, de hæret. in 6. & ibi Doct. Et posito, quòd declaratoria nõ requireretur in casu d. capit. licet canon, vt videtur tenere glo. in c. commissa, in verbo, iusto impedimento, de elect. & Domin. in d. cap. commissa, §. 1. in fi. sequitur Fely. in c. Rodulphus, in vers. sed declaratoria, col. 2. in fi. vers. & hoc declarat, de rescrip. Tamen requirebatur monitio ad excusandũ factum, etiam si factum fuisset notorium, vt declarat Domi. in d. c. cum secundũ, §. 1. in 2. no. & ibi Franc. & alii, quæ non præcesit in casu nostro.

3 † Tertio dicitur, ꝙ etiã priuatus ipso iure beneficio nõ potest ab illius possessione amoueri, nisi causa cognita. facit tex. in c. licet Episcopus, de præben. in 6. & tradit Fely. in c. fi. col. 7. vers. fallit secundo, de præsumpt. † ad idem facit doctrina Bal. in l. si deserta, C. si propter publi. pen. vbi dixit, quòd in præiudicium etiã de facto possidentis nil agi potest eo non citato, allegat Inn. in cap. inter quatuor, de maior. & obed. faciunt dicta per Fely. in cap. 2. de simon. constat igitur ex præmissis, quòd Iustus non habebat ius in dicto beneficio, & eius possessio, si quam habebat, erat nulla, & vitiosa, nec effectum possessionis parere poterat: sicuti dicitur de illa, quæ habetur contra reseruationem Apostolicam, per Rot. decis. 16. in nouis. 4

Nec potest præterea dici, quod Thomas ingressus fuerit beneficium viuentis, cum de illo sibi prouisum fuerit per obitum Nicolai, non autem per obitum Iusti, vel Ioseph, qui tunc viuebant, quo casu locum habet Regula Cancell. de impetrant. beneficium viuentis.

5 Sed vtcunque sit ista † petitorium respiciunt, quæ non possunt discuti coram V. R. D. cui causa ad referendum, extitit commissa per Illustris. Dom. quia non plus iuris habet hoc casu, quàm præfatum dominium, quod non potest cognoscere de titulo causæ beneficialis, iuxta not. in c. decernimus, de iudi. facit tex. in c. si Imperator, 96. distin. ergo nec ipsa, quæ surrogatur hoc casu loco Illustrissimi Dominii, poterit de titulo cognoscere, † cum surrogatus non plus iuris habeat, quàm surrogans, l. si eum, §. qui iniuriarum, ff. si quis caut. & nemo plus iuris in alium transferre posit, quàm ad se pertinere dignoscatur. c. nemo, de reg. iur. in 6. † & quòd iudex secularis de validitate tit. beneficialis cognoscere non posit: & ista exceptio coram ipso non sit releuans, deducit pulchrè Decius consi. suo 220. in 2. parte. 6 7

8 † Et quia clarè constat, quòd R. Do. Thomas Ghinutius est in possessione dictæ parochialis Ecclesiæ, vt patet ex instrumento possessionis. Item ex vltima solutione imprestiti. Item per literas Ducales, & earũdem executionem. Si modò aduersarius prętendit se spoliatũ, de hoc non habet cognoscere Illustrissimum Dominium: quia est iudex laicus penitus incompetẽs. patet, quia restitutio non datur in beneficialibus, nisi docto de Canonico titulo: vt per Rot. decis. 257. in nouis. Imo. in c. in literis, in ver. alii dixerunt, de rest. spol. Rot. decis. 679. in antiq. Oldr. cõs. 1. Bellam. decis. 49. & decis. 17. de quo tit. cognoscere non potest laicus per supradicta: † & sicuti iudicia petitoria ita possessoria restituẽda in beneficialibus cognosci debent a iudicibus ecclesiasticis, & nõ possunt cognosci a iudicib. laicis. ita Abb. in c. fin. ex glo. ibi ad tex. relata, de iudi. 9

10 † & sic etiam signanter dixit Sicul. in c. literas, de iura. calum. vbi dixit, quòd sicuti causa petitorii, ita causa possessorii beneficialis est censenda spiritualis, allegat tex. in clem. dispendiosam,

in verbo, dependentibus, de iudi. Ergo in euentum, in quem Ioseph aduersarius se spoliatum pretenderet, recursum habere debet ad iudicem ecclesiasticum, qui competens est, non ad seculares iudices, & ita partes R.D.V. esse de iure puto referre Illustrissimo Dominio.

Quo autem ad aliud dubium, videlicet, quòd Thomæ, per obitum Nicolai, de dicto beneficio prouideri non potuerit, cum vacauerit per illius non promotionem, ex præmissis remanet resolutum. Laus Deo.

Hieronymus Gigas I.V.D.

PRO R. D. HIERONYMO AB AQVA, in causa Spolii.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium viuentis impetrare non licet.*
2 *Beneficium viuentis impetrans spolium intentare non potest.*
3 *Regula de impetrando beneficio viuentis, quo casu procedat.*
4 *Possessio beneficij ecclesiastici perditur per sententiam priuatiuam, quæ trãsiuit in rem iudicatam.*
5 *Agenti possessorio recuperandæ obstat exceptio beneficij reseruati.*
6 *Agens remedio possessorio recuperandæ colorare debet suam possessionem titulo.*
7 *In iudicio recuperandæ ex titulo infecto ratione reseruationis colorari non potest possessio.*
8 *Agenti possessorio recuperandæ obstat, quòd spolians possideat cum titulo.*
Communis opinio in contrarium.
9 *Agenti possessorio recuperandæ obstat exceptio, tu habes titulum quo spoliari mereris.*
10 *Legi contraueniens frustra legis auxilium implorat.*
11 *Titulum habens infectum beneficio, sine citatione priuari potest.*
Et quo casu procedat assumptum.
12 *Ordinarius non potest conferre beneficium nullum, & si conferat collatio est nulla.*
Limitatio ad idem.

CONSILIVM XIIII.



IN causa spolii R. D. Hieronymi ab Aqua, in qua agitur: & primò de beneficio viuentis, quòd non
1 licet impetrare, † tex. est, vbi habetur per Doct. in c. 1. de conces. præb. Oldr. in cons. 304. in 2. col. Petr. de Anchar. in consi. 397. Dec. in consi. 398. Gemin. in consi. 131.

Et propterea dicitur, ꝙ Do. Hieronymus, qui viuentis beneficium impetrauit spolium inten
2 tare non potest, † iuxta ea, quæ volunt Domini de Rota decis. 439. in nouis.

Respondetur, quòd dicta regula de beneficio viuentis procedit, quando quis impetrat beneficium, quod asserit vacare per mortem eius, qui
3 viuit: † & est ratio dictæ regulæ ne detur votum captandæ mortis, cap. 2. de concess. præb. & ita etiam loquitur Regula Cancell. 20. in ordin. & ibidem per gloss. & hoc etiam casu loquitur decisio Rotæ supra allegata.

Sed in casu nostro D. Hieronymus ab Aqua non impetrauit beneficium viuentis: quia fuit præsentatus à patronis infra debitum tẽpus ad beneficium prædictum, quod vacabat morte domini fratris Iacobi de Ferraria. Et licet in eodẽ beneficio fuerit etiam præsentatus & institutus d. Hieron. Campanea: tamen præsentatio & institutio de eo facta fuit annullata per sententiã, quæ transiuit in rem iudicatam, quo casu ipse amisit possessionem, iuxta not. per Bal. in l. quoties, ver. quartò oppono, C. de rei vend. & in l. 1. in fi. C. communia vtriusque iud. vbi dicit, quòd per sententiã priuatiuam, quæ transiuit in rem iudicatam perditur possessio beneficii ecclesia-
4 stici, † facit glo. in c. 1. de concess. præb. quæ dicit, quòd quando quis est condemnatus, & acquieuit sententię non appellando alius, qui fuit institutus, est iustè institutus.

Secundò dicebatur, quòd agenti possess. recuperandæ obstat exceptio beneficii reseruati,
5 † sed in casu nostro beneficium istud erat deuolutum ex dispositione Cõcilii Lateran. ergo &c. quòd obstat dicta exceptio latè voluit Rota decis. 16. & decis. 23. in nouis.

Respondetur huic contrario breuiter, ꝙ non erat in casu isto beneficium deuolutum: quia vacauit de anno Domini 1511. de mense Ianua. & in eo fuit præsentatus, & institutus presbyter Hieron. Campanea die 18. dicti mensis, demum die 22. eiusdem mensis fuit introducta lis corã ordinario loci super validitate, vel inualiditate præsentationis & institutionis eiusdem ab altera parte patronorum, & successiuè die 11. mensis Februarii eiusdem anni 1511. fuit a dicta parte patronorum præsentatus D. Hieronymus ab Aqua, & litigatum fuit vsque ad annum 1512. die 4. Septembris, quo die lata fuit sentẽtia contra D. Hieronymum Campaneam, per quam declarata fuit nulla eius præsentatio & institutio, & successiuè die 13. Septẽbris dicti anni 1512. fuit institutus d. Hieronymus ab Aqua in dicto beneficio, & positus in illius possessione, ergo patet, quòd non est verum, quòd beneficium esset, deuolutum, & sic reseruatum &c.

Tertio dicebatur, quòd agens remedio possess. recuperandæ colorare debet suam possessio-
6 nem titulo, † per notata in c. item cum quis, de restitut. spoliat. per Bellam. decis. 49. de restitut. spoliat.

Sed in casu nostro non potest colorari, ex eo, quia obstat reseruatio ratione deuolutionis, de qua supra: ergo &c. consequentia probatur per Lapum alleg. sua 16. & Bellame. decis. 50. eo. tit. vbi dicunt, quòd ex titulo infecto ratione reseruationis colorari non potest possessio in hoc iu-
7 dicio † recuperandæ.

Responsio

Responsio patet ex supradictis, quòd in casu nostro nulla obstat reseruatio, & titulus D. Hieronymi colorat suam possessionem: quia est bonus titulus. quo casu sufficit illũ allegare, & probare etiam minus plenè Bellam. in d. decis. 50. de restit. spol. contrarium enim procedit, quòd ad colorandam possessionem allegatur titu. à se ipso totaliter infectus, vt in dicta decis.

Quarto adducebatur, quòd agenti possess. recuperandæ obstat, quòd spolians possidet cum
8 titulo. † allegauit consil. Socin. 266. in 2. vol. in 5. col. in vers. secundo eadem conclusio. & idem Soci. in l. rem quæ nobis, de acquir. poss. allegat Bart. Ang. & Imol. in d. l. rem quæ nobis, & Bart. in l. fin. §. sed cum in secunda, C. de furt. Nicol. de Matt. & Bald. in l. 2. C. de furt. Ang. in l. siue autẽ, §. si duobus, ff. de public. And. de Banoulo, Io. de Platea, & Ang. in l. si coloni, C. de agric. & cens. lib. 11. Spec. in tit. de petit. & possess. versic. quòd si peto. Ang. in consi. 113. incipit, in Christi nomine, dictus libellus. Paul. de Cast. in l. & ideo, §. Neratius, ff. de condic. furt. & allegat duo consi. Alex. in 2. & 3. vol.

Breuiter ad hoc respondeo, quòd magis communis opinio est in contrarium, quam tenuerunt infrascripti, videlicet:

Innoc. in cap. sæpe, de restit. spol.

Ioan. Calder. in cap. cum ad sedem, de restit. spoliat.

Alex. in consi. 91. in 5. vol. vbi dicit, quòd ista est magis communis opinio.

Alex. in consi. 93. eod. vol.

Alex. in consi. 6. in 3. vol.

Alex. in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. poss.

Alex. in l. rem quæ nobis, eod. tit. vbi dicit, quòd pro ista parte sæpe non iudicari vidit, & ita ipse obtinuit.

Anto. de Butrio in cap. sæpe, de restit. spol.

Abbas ibidem.

Abbas in cap. si diligenti, de præscrip.

Roman. in l. 2. §. fin. in fi. de acquir. poss.

Roman. in l. rem quæ nobis, eod. tit.

Prosdoci. de Comi. in cap. sæpe, de restit. spol.

Petrus de Anch. in consi. 42. incipit, circa recuperandam.

Decius in consi. 57. incipit, & pro tenui.

Idem in cons. 136.

Card. Alex. in cap. reintegranda, 3. quæst. 1. in pen. col.

Goffred. in summa in tit. de restit. spolia. §. sed sciendum.

Hostien. in summa, eod. tit. §. 3. vers. sed an conditione.

Archidiac. in c. reintegranda, 3. quęst. 1.

Gemin. ibidem.

Lapus alleg. 52. incipit, lætatus sum.

Decius in consi. 252.

Socinus in consi. 59.

Iason in l. rem quæ nobis, de acquir. possess. vbi dicit, quòd ista est magis communis opinio, & quòd secundum eam sæpius consuluit.

Bart. in l. si coloni, C. de agr. & cens. lib. 11.

Innoc. in c. post electionem, de concess. præb.

Ioan. And. ibidem.

Quinto adducebatur, ꝙ agenti possess. recuperandæ obstat exceptio, tu habes titulum, quo
9 spoliari mereris. † Abb. in c. si constiterit, de accusat. in 4. lectura, & in cap. ad petitionem, in 2. col. eod. tit.

Responde, quòd istud non potest opponi in casu nostro: quia vti supra dictum est, D. Hieronymus non obtinuit beneficium viuẽtis, neque reseruatum, quo casu militaret contrarium, & dicta Abbatis procedunt in criminoso, qui priuari meretur, & eius crimen est notorium: itaq; istud contrarium est impertinens in casu nostro stantibus deductis supra in primo & secundo contrario.

Sexto opponebatur, quòd ex tenore bullarum constabat D. Hieronymum ab Aqua habere notorium non ius, allegando Rotam in antiq. decis. 7. & alia multa.

Respondeo breuiter, ꝙ in casu nostro non cõstat de notorio non iure: quia, vt supra dictũ est, D. Hieronymus habet bonum titu. & fuit in pacifica posses. dicti beneficii per ann. 10. vel circa: & si aduersarius prætendit titulum d. Hieronymi inualidum, istud cognoscetur in iudicio petitorio, nec est pręsentis speculationis: quia data etiam inualiditate tituli ipsius D. Hieronymi ab Aqua, non propterea restitutio impediretur, etiam si de iure titulus esset nullus: quia necessarium est, quòd procedat probatio, quòd sententia iuris sit incursa. ita Rota in d. decis. 16. in vlt. add. in nouis. idem voluit Oldr. in cons. 227. in 2. col. de restit. spol.

Præterea stante veritate contrariorum omnia retorquentur contra aduersarium, & sic dicere poterit: Heu patior telis vulnera facta meis &c. quia D. Conradus impetrauit beneficiũ viuẽtis. nam illud tenebat D. Hieronymus ab Aqua per decẽ annos antea, & tamen impetrauit per mortem D. Hieronymi Campanea: quo casu est inhabilis ad istud beneficium, per supradicta. & plus, ꝙ in casu nostro antequàm D. Hierony. ab Aqua institueretur, fuit citatis citandis annullata per ordinarium præsentatio, & institutio Hieronymi Campanea in casu nostro dicta sententia in rem trãsiuit iudicatam, & D. Hieronymus ab Aqua stetit in possessione per decem annos non reclamantibus, neque illis de Valmarana, neque præfato Hieronymo, qui tantùm superuixit: ex quibus patet, quòd D. Conradus intrauit per posticum, non per hostium. itaque dicendum est ei: Amice, quare huc intrasti &c. contrauenit ergo Conradus legi, meritò frustra le-
10 gis auxilium inuocat. † c. bonæ, cum vulgarib. de elect.

Septimò dicebatur, quòd ex quo D. Hieronymus habebat titulum infectũ potuit priuari
11 dicto beneficio sine citatione, † allegabat Rom. in

in consi.449.& Dec.cons.191.& Rot.decis.371. in antiquis.

Responde, quòd non sumus in casu: quia prædicta loquuntur, quando titulus est notoriè nullus, vel hoc fuit alias sententiatum. ita expressè dicit Rom. in d. consi. secus est, quando titulus est nullus: non tamen fuit de hoc cognitum, vt dicit Rota d.decis.16.in vlt.addit.

Quinimmo, licet alias ordinarius conferre non possit beneficium litigiosum, & si confert
12 eius collatio est nulla. † tex. in c.1. vt lite pend. in 6. nihilominus is, cui cõtulit Episcopus, possessione priuari non debet, nisi citetur. Rota decis.51. in nouis, & decis.411. eodem lib.& alias cotas &c.

Nec ob. octauum, quòd dicebatur, ꝙ sentẽtia lata contra Hieronymum Campaneam erat nulla, per multa allegata partis aduersæ: quia istud tendit ad ostendendum validitatem, vel inualiditatem tituli præfati D.Hieron. ab Aqua: quod non est præsentis speculationis, sed tangit petitorium, & requirit altiorem indaginem. sufficit enim, vti supra dictum est in casu nostro habere titulum non reprobatum per sententiam hominis. d.decis.16.in nouis, in vlt.add.

Præterea antequam de nullitate sententiæ latæ in fauorem spoliati quæratur, ante omnia restitutio fieri debet. Rota decis.46. de ord.cognit. in antiq. si nullitas sententiæ principaliter latæ in fauorem spoliati non impedit restitutionem, multo minus nullitas sententiæ in fauorem spoliati secundario non impediet illam. auct. multo magis, C. de sacros.eccl.

Hieronymus Gigas I.V.D.

IN MATERIA BENEFICIALI ad referendum commissa.

SVMMARIVM.

1 *Duo vnum, & idem beneficium insolidum possidere non possunt.*

2 *Erronea confessio non valet, & etiam in causa appellationis reuocari potest.*

3 *Sumptum supplicationis ex registro supplicationum, quòd nihil probet.*

4 *Supplicatio originalis non probat, cum sit necessaria expeditio literarum.*

5 *Renuncians beneficio, quòd amittat omne ius, si habet in eo tam circa titulum, quàm circa possessionem.*

6 *Prior in tempore in beneficialibus præferendus est.*

7 *Titulus ad cautelam in beneficialib. accumulari potest: nec ideo prioris tituli renunciatio inducitur.*

8 *Fraus sua, quòd nec cuiquam patrocinari debeat.*

9 *Contractus mutuo consensu initus, non nisi mutuo consensu dissoluitur.*

10 *Contractus à principio sunt voluntarii, ex post facto necessarij.*

11 *Possessio beneficij à ducatis viginti infra dari potest à Rectoribus terrarum Dominij Veneti, & ab inde supra vsque ad centum adiri debet Illustrissimum Dominium, & à ducatis centum supra, Illustrissimus Senatus.*

12 *Dolus & fraus alicui patrocinari non debet.*

CONSILIVM XV.



ET si non sit opus Mineruam instruere, vt tamen satisfaciam votis clientis mei, vt par est, pauca subiiciam. ex quibus liquido patebit partes V. R. D. in præsenti causa esse in referendo Illustrissimo Dominio litteras Ducales possessorias dandas esse prefato D. Paulo de Vgolinis, cuius partes pro iustitia tueor.

Præmitto, quòd vacante parochiali Ecclesia S.Michaelis de Soiano, Veronensis diœcesis, de anno 1533.11.Octobris, fuit de ea prouisum per obitum Laurentii Lauredano tunc illius vltimi Rectoris & possessoris, presbytero Ioanni Berentio, siue Bertatio per Vicarium & Locumtenentem Reuerendiss. tunc Episcopi Veronæ.

Demum de eodem anno 1533.22.Nouemb. præfatus Ioannes Berentius vigore dictæ prouisionis habuit litteras possessorias ab Illustrissimo Dominio eiusdem beneficii, quarum literarum vigore assequutus fuit possessionem d. Ecclesiæ. Et præfatus Ioannes Berentius Ecclesiam prædictam possedit liberè, & pacificè vsque ad annum 1543. videlicet per annos decem in curia, & sic erat in statu, in quo amplius molestari non poterat à quoquam in dicta Ecclesia, stante regula Cancellariæ Apostolicæ, de triennali poss. non molestan. demum eo mortuo de anno prædicto 1543.23.Ianuar. de Ecclesia prædicta per illius obitum vacante, prouisum fuit per Reuerendissimum Episcopũ Veron. D. Paulo de Vgolinis: cuius prouisionis vigore idem Reuerẽdissimus D.Paulus assequutus fuit possessionem ipsius Ecclesiæ de anno prædicto 1543.28.Ianuarij: vt ex productis fol.3.& substituit onus curæ animarũ dictæ Ecclesiæ, ac supportauit alia onera illi incũbentia, emendo cerã pro dicta Ecclesia, ac faciendo illius benedictionem in ipsa Ecclesia, vti illius Rector missas celebrando, vt patet ex processu. Item decimas soluit incumbentes Rectori dictæ Ecclesiæ, vt similiter constat in processu. Item soluit mercedem presbytero Perino à muro, qui sibi deseruiuit pro Capellano dictæ Ecclesiæ, vt constat in processu. Ex istis omnibus constat de titulo & possessione ipsius R. D.Pauli de Vgolinis. is enim, qui sustinet onus curæ, dicitur esse in possess. beneficii.

1 Sequitur igitur iuris conclusio,† quòd in sua possessione est conseruandus: nec ab ea est amouendus sine causæ cognitione. cap.licet Episcopus, de præb.in 6. & latè per Fely. in cap. in nostra, in vers. trigesimumsextum, vers.quinto nota. de rescrip.

2 †Et si diceretur, ꝙ præfatus presbyter Paulus Vgolinus

Vgolinus non possidet: quia prouisor Salodii decreuit fructus dictæ Ecclesiæ stare debere in sequestro, vt patet ex eius decreto de anno prædicto 1543. 21. Augusti, in processu fol. 20. Respondetur, quòd sequestrum non priuat, quem sua possessione, nisi de voluntate possidentis sit factum, vt latè per Doct. in c. examinata, vbi Io. de Imol. de iudic.

Nec similiter obstat, si dicatur, quòd præfatus R. D. Paulus Vgolinus videtur in quodã instrumento, sub die 29. Maii, de anno prędicto 1543. confessus esse se Ecclesiam prædictam possidere nomine Reueren. Do. Marci electi Spalaten. & Georgii de Corneliis electi Taruisini. Quia respondetur dictam assertam confessionem fuisse erroneam, patet, quia duo vnum, & idem beneficium insolidum possidere non possunt. l. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. poss. ergo nec ipse duorũ nomine potuit possidere dictum beneficium. erronea est igitur talis confessio, quæ non valet. Specul. in tit. de confess. §. sequitur, vers. quarto non valet. facit tex. in l. error, & ibi Docto. C. de iur. & facti ignor. & reuocari potest etiam in cau
2 sa appellationis.† Bal. in l. edita, col. 47. de eden. ideo ipse Do. Paulus Vgolinus illam aduocauit eodem anno die 5. Iunii, quæ reuocatio intimata fuit R. D. Paulo de Altais procuratore Reuer. D. Marci electi Spalaten. qui induxerat illum ad ipsam confessionem faciendam dolosè & fraudulenter, vt patet in processu.

Nec obstat, quòd per aduersarium dicitur, ꝙ de anno 1533. nono Calen. Nouẽb. quæ est 24. Octobris, videatur per Pontificem prouisum de prædicta Ecclesia ex resignatione dicti q. Laurentii Lauredano tunc defuncti, Reuer. Do. Marco Cornelio electo Spalatensi, ad quod probãdum producitur sumptũ supplicationis ex registro:
3 quia dicitur, ꝙ tale sumptum nil probat, † vt decidit Rota decis. 621. incip. nota sumptum, in antiquis. vbi dixit, quòd sumptum ex registro supplicationum nil probat: præterea etiam si esset originalis supplicatio, non probaret, cum sit ne-
4 cessaria expeditio literarum.† Rota decisio. 458. incip. circa secundum dubium, in 1. col. vers. sed quęritur gratia. Rota decis. 332. incip. licet Romana Curia, in nouis. Dec. in rubr. de constitu. Felyn. in cap. ex diligenti, in fine, de simon.

Prẹterea constat manifestè dictam resignationem factam per procuratorem dicti q. Laurentii Lauredani nõ valuisse: quia facta post illius obitum: & ideo super ea præfatus electus Spalatẽsis nunquam literas expediuit. Quinimmo passus est, quòd per decennium, & sic vsque ad annum 1543. Ioannes Berentius dictam Ecclesiam possederit, vt supra dictum fuit: quòd est bene notandum, quia ex hoc detegitur fraus Reuerendi Dom. Pauli de Alenis, qui verè is est, qui vexat D. Paulum Vgolinum.

Nec obstat, ꝙ de anno 1542. quinto Cal. Febr. ex resignatione dicti R. Dom. Marci Cornelio electi Spalaten. Reuerendissimus Legatus prouiderit de dicta Ecclesia R. Dom. Georgio Cornelio electo Taruisino, qui subinde obtinuit nouam prouisionem super dicta Ecclesia sub dat. pridie idus Iulii: quia constat, quòd dicta prouisio non plus iuris transfert in ipsum Reuer. electum Taruisinum, quàm esset apud resignantem vulgata regula iuris, nemo plus &c. sed electo Spalatensi nullum ius competebat in dicta Ecclesia, vt supra dictum fuit: ergo dicta resignatio non opitulatur electo Taruisino. Et est considerandum, quòd vigore dictæ prouisionis præfatus Reueren. electus Taruisinus de anno prædicto 1542. nullam accepit possessionem Ecclesiæ prædictæ.

Nec habet obstare, quòd præfatus Reuerẽdus D. Paulus de Alenis de anno 1543. 22. Ianuarii, vti procurator Reuer. D. Marci electi Spalaten. asserens continuare possessionem dicti Domini electi Spalatensis, videatur deputasse presbyterum Perinum ad curam dictæ Ecclesiæ pro Capellano dicti electi, vt in scripturis ex aduerso productis: quia clarè patet istud fuisse quoddam intrigum, vt vulgariter dicitur: quia non cõstat de præcedenti possess. dicti D. Marci electi, qui nullas vnquã literas expediuit: ergo nec potuit possessionem capere, nec cepit, vt dictum est. Quinimmo, si literas expediuisset, & possessionẽ cępisset, ex quo renunciauit dictam Ecclesiam præfato electo Taruisino vsque de anno 1542. vt supra dictum fuit, ex ipsa renuncia amisit omne ius, si quod habebat in dicto beneficio, tam
5 circa titulum, quàm circa possessionem, † vt notat Innoc. in c. super literis, de renunc. vbi Ioan. And. & Imol. Abb. in cap. solicitè, de restit. spol. Nec etiam constat, quòd tunc præfatus D. Paulus de Alenis fuerit procurator præfati Reuer. Dom. electi Spalatensis.

Nec obstat, quòd de anno prædicto 1543. 11. Augusti, idem Paulus de Alenis vti procurator R. Domini Georgii Cornelii electi Taruisini, accepit possess. prædictæ Ecclesiæ: quia inanis fuit ista possessio. ex quo Paulus de Vgolinis principalis meus vsque sub die 28. Ianuar. illius possessionem anteriorem fuisset assequutus, vt dictum fuit supra. igitur tanquam prior in tempo-
6 re est præferendus.† cap. quia sæpe, de pręb. in 6. c. qui prior, de reg. iur. in 6.

Nec etiam habet obstare, quòd ex scripturis per aduersarium productis videatur apparere, quòd etiam vsque sub die 22. Februarii, 1543. quidam Reuer. D. Augustinus de Gentilis Canonicus Brixiensis, vti procurator dicti Reuerendi domini electi Taruisini cęperit possessionem d. Ecclesiæ vigore literarum Apostolicarum, quas non ostendit, sed dixit habere: quia & ista possessio posteriori fuit possessioni Pauli de Vgolinis: & licet sub die 23. dicti mensis Febr. 1543. dominus Paulus de Alenis videatur conduxisse presbyterum Perinum pro Capellano dictæ Ecclesiæ nomine dicti electi Taruisini: Tamen constat ex supradictis, & deductis in processu, quòd

ille officiauit nomine ipsius Vgolini, à quo recepit mercedem suam. & sub die 2. Septemb. idem presbyter Perinus fuit cōductus pro Capellano dictæ Ecclesiæ ab ipso Paulo de Vgolinis, cōstat in processu. demum die 21. Octobr. subsequētis, idem Vgolinus deputauit pro suo Capellano in dicta Ecclesia presbyterum Marcum Cartona, vt cōstat in processu. qui presbyter Marcus Cartona loco sui demum posuit pro Capellano in dicta Ecclesia præfatum presbyterum Perinum, vt patet in processu.

Nec habet obstare, si dicatur, ꝙ licet Paulus de Vgolinis obtinuisset collationem dictæ Ecclesiæ a Reuerendissimo Episcopo Veron. vsque sub die 23. Ianuar. 1543. tamen ex post die 2. Martii dicti anni, idem Episcopus prouidit alia vice dicto Do. Paulo Vgolino de ipsa Ecclesia vti vacante ex resignatione facta per electum Spalatēsem in manibus Legati: quia respondetur, quòd ista collatio non probat, propterea, ꝙ ipsa Ecclesia vacaret per renunciam dicti electi Spalatensis: quia in illa dicitur a nonnullis vacare asseratur: ergo nō affirmat illam sic vacare, vt habetur per Cassador. decis. 4. in tit. de probat. in princ.

Præterea inibi dicitur, quòd dicta collatio sit pro potiori cautela in beneficialibus: etenim ac cumulari potest titulus ad cautelā, nec ideo in-
7 ducitur prioris tituli renunciatio. † Fely. in cap. in nostra, in vers. titulus multiplicat. num. 4. & Abb. in cap. post electionem, in princip. de conceſſ. præben. & in cap. olim, el 2. de priuileg. in fi. ideo etiam vigore istius secundi tituli præfatus presbyter Paulus Vgolinus sub die 15. Septēbr. iterum accepit possessionem dictæ Ecclesiæ, sine tamen præiudicio sui prioris tituli & possessionis, vt patet in processu.

Similiter non obstat, quòd de dicto an. 1543. die 15. Septemb. presbyter Perinus supradictus ad instantiam Dom. Pauli de Alenis procuratoris præfati Reuerendi Dom. Georgii Cornelii electi Taruisini dicit, quòd reuocat obligationē à se factam iam duobus mensibus de officiando nomine Reuerendi Dom. Pauli Vgolini Ecclesiam prædictam asserens se hactenus celebrasse, & in futurum celebraturum nomine præfati electi Taruisini, seu aliorum quorumcunque habētium iura in dicto beneficio: quia constat hoc in fraudem factum, quæ fraus nemini patrocinari
8 debet vulgata iuris regula. † Præterea obligatio per eum facta de officiando pro Domino Paulo Vgolino dissolui non potuit, non accedente
9 consensu dicti Vgolini: quia † contractus mutuo consensu initus, non nisi mutuo consensu dissoluitur. l. nihil tam naturale, ff. de regulis iur. sunt enim a principio contractus voluntarii, ex post
10 facto † necessarii.

Et licet procurator dicti electi Taruisini obtinuerit a Magnifico Prouisore Salodii fraudulenter sibi dari dicto nomine possessionē dictæ Ecclesiæ ex asserta prouisione ob renunciam Reuerend. Domini Marci electi Spalatensis, vt patet sub die 11. Augusti, in processu. Tamen indolente de hoc Paulo de Vgolinis, de cuius interesse tractabatur, Prouisor Salodii fructus dictæ Ecclesiæ iussit teneri in sequestro apud Consulē loci, vt in processu. demum partibus auditis, præfatus Magnificus Dom. Prouisor Salodii sub die 21. Augusti prædicti, reuocauit mandatum suum, de ponendo in possessionem dictæ Ecclesiæ Reuer. D. electum Taruisinum, & iussit omnes fructus in sequestro teneri vsque ad ius cognitum. Ex quibus constat de fraude d. Pauli de Alenis aduersarii, qui vestitur sub nomine Reueren. d. electi Taruisini. Nam cum in bullis & supplicationib. nouæ prouisionis pro præfato D. electo Taruisino obtentis super dicto beneficio illius fructus exprimantur ad duc. 70. clarū erat, quòd Magnificus Dominus Prouisor Salodii non poterat dare possessionem dicti beneficii ex Senatus dispositione, ac lege id sibi prohibitum est: quia Rectoribus locorum tantùm a ducatis 20. infra, licet dare possessionem beneficiorum vacantium, & ab inde supra vsque ad duc. 100. adiri debet Illustrissimum Dominium, & duc. 100.
11 supra, Illustriss. Senatus. † Ex quibus liquido patet de dolo & fraude dicti Reuerendi Do. Pauli de Alenis: dolus autem & fraus illi patrocinari
12 † non debent.

Concludo igitur ex præmissis, quòd de iure partes V. Reuerendæ Dom. sunt in referendo Illustrissimo Dominio literas Ducales possessorias dandas esse Reuer. Dom. Paulo de Vgolinis supradicto. Laus Deo.

Vt supra conclusum est, iuris esse arbitror, ego Hieronymus Gigas I.V.D.

IN MATERIA DECIMARVM.

SVMMARIVM.

1 Aquileia, quòd sit extra iurisdictionem Illustrißimi Dominij.
2 Limitata causa, quòd limitatum producat effectum.
3 Fines mandati excedere non licet.
4 De membris iudicatur vt de capite, & non aliter.
5 Fructus tanquàm accessorium, quòd sequantur naturam sui principalis.
6 Procurationes & decimæ Papales, in quo loco solui debeant, an in diœcesi scilicet vbi est ecclesia, vel vbi sunt possessiones.
7 Decimam in loco vbi Ecclesia sita est, persoluendam esse.
8 Decima, quòd imponatur pro modo facultatum Ecclesiæ, nec imponatur, nisi subditis.
9 Decima Papalis, quòd soluatur in ciuitate vti beneficium fuerit.
10 Ecclesia alteri vnita, quòd sortiatur naturam principalis, & eisdem legibus regatur.
11 Castrum seu villa vnita ciuitati, quòd eisdem legib. & consuetudine regatur, quibus & ciuitas.
12 Aquileiæ ciuitatis, quòd Reuerendißimus Dominus

Patriarcha sit Dominus in spiritualibus, & temporalibus, cum omnimoda iurisdictione, mero, ac mixto imperio.

13 *Patriarchæ Aquileiensi, quæ castra reseruata sint.*

14 *Cenetensis Episcopus, quod sit Dominus in spiritualibus & temporalibus ipsius ciuitatis, & territorij Cenetensi.*

CONSILIVM XVI.



VM sit, quod ciuitas Aquileiæ sit extra iurisdictionem Illustrissimi
1 Dominii, † vt patet per plura documenta: nulli dubium vigore litterarum Sanctiss. D. N. PP. quibus conceduntur Illustrissimo Dominio decimæ exigendæ ex fructibus Ecclesiarum, & beneficiorum consistentium in ipso Dominio, decimari non potest Ecclesia Præpositure Sancti Stephani sitæ in eadem ciuitate Aquileiensi, ac vnitæ, annexæ, & incorporatæ capitulari, sine distributionibus quotidianis Ecclesiæ cathedralis, ac Metropolitanæ ipsius ciuitatis Aquileiæ per Reuerendissimos D. Collectores dictarum decimarum, quorum auctoritas est restricta ad beneficia tantùm cõsistentia in Dominio Venetorum: limitata enim causa limita-
2 tum producit effectum. † l. milites agrum, ff. de re milit. immo esset excedere fines mandati: si se-
3 cus fieret, quod vtique non licet. † cap. cum dilecta, cum vulgarib. de rescript. & esset ius dicere extra territorium sibi commissum, contra iuris regulas. l. fin. ff. de iurisdic. omnium iud. Et ista conclusio de se clara est, ideo nõ insisto vlterius, sed videtur facere dubium: quia ipsa Præpositura habet nõnullos redditus, & prouentus in Dominio Illustrissimorum Dominorum Venetorũ, & per consequens aliqua eius membra, videlicet fructus, & redditus prædicti sunt in dicto Dominio: pro quibus videtur, quod probabiliter dici possit, decimam exigi posse per dictos Reuerendissimos D. Collectores. Nihilominus contrariũ est de iure verius: & est ratio, quia de membris
4 iudicatur, vt de capite, & non aliter. † l. cum in diuersis, ff. de relig. & sumptib. fun. nam fructus tanquam accessorium sequuntur naturam prin-
5 cipalis, † hoc est dictæ Ecclesię. l. fi. C. de non numer. pecu. regula, accessorium, de reg. iur. in 6. & istam quæstionem reperio decisam per Paul. in clem. 1. vers. sanè, de iure patro. vbi quærit, in quo loco solui debeât procurationes, & decimæ Papales, videlicet in diœcesi, vbi est ecclesia, vel
6 vbi sunt possessiones, † & determinat, quod de-
7 cima solui debet in loco, vbi sita est ecclesia, † mouetur, quia possessiones non tenentur ad decimam, sed Ecclesiæ, vnius sunt: quia tale onus imponitur Ecclesiæ, secundum facultates, & sic nõ
8 imponitur, nisi subditis, † allegat tex. in l. est verum, & in l. cum neque, C. de incol. lib. 10. hanc decisionem refert, & probat Imo. ibidẽ, & Card. in vlt. quæst. pro qua est tex. apertus in extrauag. Bonifacij VIII. de decim. in §. si in diuersis. vbi dicitur, quod decima Papalis soluitur in ciuita-
9 te, vbi beneficium fuerit. † constat autem ciuitatem Aquileiæ esse extra Dominium. Propterea Præpositura prædicta S. Stephani, posita, ac sita in ipsa ciuitate Aquileiæ, vigore litterarum Apostolicarum, decimari non potest.

Adde superiori Consilio infrascriptas allegationes.

Adducitur in terminis decis. Ioan. And. Lap. Gemin. & Philip. in d. cap. 1. de immun. eccles. lib. 6. vers. sed quid si ecclesia. vbi concludunt, quod si Ecclesia est in vno loco, puta territorio, vel diœcesi, & eius bona: pro quibus grauatur collectis, vel decima Papali, sunt in alio loco, quod impositione decimæ, vel collectæ considerabitur Ecclesia, & non locus, in quo sunt redditus, & possessiones ad Ecclesiam spectantes. & ita etiam decidit Paul. de Leaza. in clem. 1. c. sanè, de iure patr. vbi Card. in 6. quæst. refert & sequitur Alex. in consi. 78. videretur prima consideratione, col. 3. lib. 6. per quæ confirmatur secunda ratio supra adducta.

Item allegatur in fortioribus terminis decis. Feder. in præalleg. consi. 151. vbi col. 1. & 2. format casum in monasterio Sãcti Galgani, in diœcesi Vulterrana, in qua monasterium illud habebat multa membra, & bona ecclesiastica, sed habebat etiam multa bona, & membra ecclesiastica in diuersis diœcesibus, & locis, quæsitum fuit, vbi monasterium illud teneretur soluere decimas Papales, & alias collectas impositas. Nã erat quæstio inter Episcopum Vulterranũ, in cuius diœcesi situm erat monasterium, & alios Episcopos Senensem, Grossitanum, & Mussatensem: in quorum diœcesibus monasterium habebat multas possessiones, & Ecclesias, membra ad illud monasterium spectantia, consuluit Federic. quod monasteriũ illud tenebatur ad decimas, & collectas Papales Episcopo Vulterrano tantùm etiam de possessionibus, & bonis, ac fructibus existentibus in aliis diœcesibus, & locis etiam spectantibus ecclesiis subiectis illi monasterio, licet sita essent in alienis diœcesibus.

Et est casus in fortioribus terminis, quia in eo etiam aderant Ecclesię in alio loco, & dięcesi, sed in casu nostro existunt tantùm certa bona in Dominio spectantia ipsi Præpositure. Mouetur pluribus rationibus, & maximè, quia quãdo aliqua vniuntur, communicant sibi ad inuicem priuilegia, prout vtilius, & melius sibi conuenit: immo quando vna Ecclesia alteri vnitur, illa, quæ vnitur alteri, sortitur naturam princi-
10 palis, & regitur eisdem legibus. † ita gl. & Doct. in cap. 1. ne sed. vacan. Bart. Alex. & alii in l. 1. & l. si ex toto, in princ. ff. de leg. 1. Bart. si in l. conuenerit, §. si vnde, ff. de pign. act. Ange. in l. de quibus, col. pen. ff. de leg. Bal. & Sal. in l. etiam, C. de iure dot. & in l. cunctos populos, col. 2. C. de

summa Trinitate. vbi inferunt ad quæstionem de castro, seu villa vnitis ciuitati, quæ debent regi legibus, & consuetudinibus, quibus regitur
11 † ciuitas.

Federic. allegat aliam rationem: nam dicit, si enim bona, & redditus existentes in Dominio possent decima, & collectis grauari, cum ratione eorum de iure possint grauari à Domino, vbi caput Ecclesiæ, sequeretur, quòd pro eisdem bonis duplici onere, & à duobus grauarentur, quod esset absurdum, & contra iura per eum allegata.

Vlterius Federic. de Senis in dicto consi. posuit casum, in quo Papa concesserat decimam Episcopo Aretino beneficiorum suæ diœcesis, in qua Episcopus Senensis habebat bona Ecclesiastica spectantia ad suam Ecclesiam Senensem. Concluditur, quod Episcopus Senensis non tenebitur soluere decimas Episcopo Aretino de illis bonis.

Idem dicit, si Papa mandat clericis Aretinæ diœcesis, quod Episcopo Aretino soluant decimas, quod clerici alterius diœcesis non tenebuntur, licet in ea diœcesi teneant bona ecclesiastica spectantia eorum ecclesiis diœcesis Senensis.

Ita ergo dicamus in casu quęst. nostræ: Papa mandat, quod soluatur decima de fructibus Ecclesiarum existentiũ in Dominio, & grauat personas illi subditas: ergo non intendit grauari bona, & redditus spectantes Pręposituræ S. Stephani, sitæ extra Dominium, idest in ciuitate Aquileiæ, cuius ciuitatis Reuerendissimus Patriarcha est Dominus in spiritualibus, & temporalibus, cum omnimoda iurisdictione, mero, & mixto
12 Imperio, † prout constat per instrumentũ transactionis cum Illustriss. Duc. Dominio, del 1445. & per alia documenta. Nec grauare personas canonicorum, qui hoc respectu non sunt subditi, licet habeant bona in Dominio.

Item adducitur dicta extrauagans Bonifacij Octaui, de decim. vbi probatur, quod si Ecclesiæ Prælatus, vel Rector locat fructus ecclesiasticos iusta mercede, non conductor, sed locator tenetur ad decimas. Per quod apparet, quod non fructus ipsi percepti, vbicunque locorũ sint, sed æstimatio, & perceptio illorum est in obligatione decimę. Vnde cũ Ecclesia Pręposituræ S. Stephani mediis Canonicis, quorum distributionib. quotidianis, vt supra dictum est, est annexa, & incorporata, percipiat affictus, & redditus, ipsosq; in suos vsus conuertat, non potest dici, quod istud precium, vel fructus sint percepti in Dominio Veneto, vbi sunt aliqua bona, sed in loco, ciuitate, & Ecclesia Aquileiensi: ergo ibi, & non alibi cogentur soluere.

Et ista opinio ita, vt supra, comprobata iuuatur etiam consuetudine generali totius Italię, de qua in multis locis obseruata attestatur ibi Fede. col. fin. quæ consuetudo in huiusmodi est attendenda. cap. ad Apostolic. c. cum sint homines, de decim. cap. cum olim, de consuetud. cap. fin. de offic. Archid. cap. fin. de paroc.

Et ita etiam semper obseruatum fuit in castris pari modo reseruatis Reuerendiss. Patriarchę in conuentionibus del 1445. S. Viti, & S. Danielis
13 subiectis immediatè, † vt dictum fuit etiam superius, præfato Reuerendiss. Patriarchæ Aquileiensi, sicut ciuitas Aquileiæ. Nam Ecclesia maior S. Danielis habet bona, & nonnullas villas obnoxias quartesio beneficii ipsius Ecclesiæ extra territorium suum in Dominio, & tamen nũquam de fructibus illis fuit soluta decima Dominio, sicut nec de Ecclesia principali ipsius S. Danielis. Similiter & beneficia posita in oppido S. Viti habent bona extra territorium S. Viti in Dominio, & tamen nunquã soluerunt, nec soluunt decimã, nec pro bonis existentib. in suo territorio, nec pro existentibus extra territorium.

Idem quoque seruatum semper fuit in Episcopatu Cenetensi. Nam neque canonicatus ipsius ciuitatis, neque beneficia consistentia in territorio ipsius ciuitatis vnquam soluerunt decimam, nec pro bonis positis in suo territorio, nec pro bonis positis extra territoriũ in Dominio. Et hoc, quia Episcopus Cenetensis est dominus in spiritualibus, & temporalib. ipsius ciuitatis,
14 & territorii Cenetensis. † A fortiori ergo canonici, & clerici Ecclesiæ Aquileiensis non debẽt, nec possunt de iure cogi ad solutionem huiusmodi decimarum, pro fructibus, & redditibus, quos percipiũt ratione dictæ Pręposituræ S. Stephani, vnitæ, annexæ, & incorporatæ mensæ capitulari, vt dictum fuit, sine distributionib. quotidianis suæ principalis, cathedralis, ac metropolitanæ Ecclesiæ Aquileiensis: quia ipsa principalis ecclesia, cui est annexa præpositura, & ipsa præpositura sunt extra Dominium, & in omnimoda iurisdictione Reuerendiss. D. Patriarchę Aquileiensis, vt sæpius dictum fuit &c.

Hieronymus Gigas V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Sollicitator repellitur à testificando.*

2 *Testis maxima amicitia coniunctus, quòd repellatur à testificando.*

3 *Exceptio à principio repellens, quòd debeat admitti ad probandum.*
Communis est opinio.

4 *Exceptio à principio contra testes, quod admitti debeat, nisi in casibus, in quibus iura disponunt eandem reseruandam esse.*

5 *Testis, qui non debuit examinari, si examinetur, saltem examinatus indicium facit.*

6 *Excipientis interest vt testis, contra quem est oppositum, non examinetur ante discussionẽ exceptionis. Et quare.*

7 *Iudicis arbitrium versari examinare testem, vel discutere exceptionem sibi factam.*

CONSILIVM XVII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iustitiæ.



EVERENDE Pater Iudex iustissime ac integerrime. Quòd iustũ sit grauamẽ R.D.presbyteri Stephani de Stephanellis canonici Plebis Sacci, qui in causa inter ipsum reum conuentum ex vna, & presbyterum Io.Baptistam Passalacqua aduersarium ex altera partibus, vertente de & super dicto canonicatu & præbenda coram Reuerẽdiss. Dom.Legato, in qua prefatus Reuerendissimus D. Legatus pronunciando reseruauit exceptiones datas pro parte d.presbyteri Stephani contra personam R.& Excell.Doct.D.Camilli Bonzagni testis nominati pro parte dicti aduersarii, mandando dictum testem examinari, à qua pronuncia pro parte ipsius presbyteri Stephani appellatum extitit, faciunt infrascripta.

Primò, quia præfatus D.Camillus causam dicti canonicatus, dum verteretur corã Illustriss. Dominio super possessorio inter ipsas partes solicitauit comparendo ad fauorem presbyteri Io. Baptistę Passalacquę aduersarii, solicitator autẽ
1 repellitur à testificando. † Abb.in c.insuper, in ver.queritur vlterius, col.fi.de testi. Butr.& Imo. in c.cum a nobis, in fi.de testi. Rota decisio.154. solicitator in nou.Ang.consi.275. Quędam Domina Margarita, Pet.de Anch.consi.216.ad corroborationem prædictorum Alexan.consi.154. col.2.vers.alia ratione, num.12.in 5.vol. Et ista exceptio est admittenda antequam examinetur, & probanda, vt scribit Alex. del Nieuo consi. 5. in 1.col.

Secundo, quia dictus R.& Excel.D.Camillus est immoderatus amicus præfati Io.Baptistę Passalacquę, ex quo sępius habuit dicere ipsi presbytero Stephano, nullum ius competere in dicto canonicatu, sed illum spectasse & pertinuisse dicto Io.Baptistę aduersario, exhortãdo ipsum presbyterum Stephanum, vt cederet liti, ex quo deprehẽditur maxima amicitia inter ipsum & præfatũ Io.Bapt. aduersariũ. ideo talis exceptio erat
2 admittenda & probanda, antequam † examinaretur. vt concludit Alex.del Nieuo, in præalleg. cons.5.nu.3. allegando Bal.in c.1.de testib.

Tertio facit, quod voluit Io.And.in c.ex parte, de testi.vbi dixit, ꝙ exceptio a principio repellẽs
3 admitti debet ad probandum, † cuius opin.communiter sequuntur Doct.vt scribit Fel.in d.c.ex parte, col.4.vers.glo. in verbo, notabiles. & dixit Abb.in d.c.ex parte, col.8.in vers. ego tamen, ꝙ si non admittatur exceptio, poterit appellari.

Accedat, quod voluit Io.And.& Vinc.in c.cũ causam, de testi. vbi dicunt, ꝙ semper admitti debet a principio probatio exceptionis contra testes, nisi in casibus, vbi iura disponũt ipsam esse
4 reseruandam. † & idem videtur tenere Hostien. vt refert Pet. de Anch. in præalleg. cap.ex parte, col.2. sub num.12. de testi.

Et, ꝙ iustum sit grauamen prefati R.D.presbyteri Stephani, ex eo etiam manifestè cõstat, quia testis, qui non debuit examinari, si examinetur,
5 saltẽ examinatus indiciũ facit. † vt scribit Abb. in c.2.col.6.vers. tertiò probo, de test.& no.Bar. in l.maritus, ff.de quæst. & ideo dixit Abb. in c. ex parte, col.8. in ver.ego tamen, ꝙ interest excipientis, vt testis, contra quẽ est oppositũ, non exa
6 minetur ante discussionem exceptionis † ex eo, quia saltem indicium faceret. subdens idẽ Abb. sequendo opi. Io.And. ꝙ licet esset arbitrarium iudicis, prius examinare testem, vel discutere ex
7 ceptionem sibi factam, † tamen si non iustè arbitretur, quòd appellari posit.

Patet ergo ex pręmissis, ꝙ iudex a quo, quãdo etiam esset arbitrarium sibi, vel prius examinare testem, vel recipere probationes super exceptione, malè arbitratus esset, posset ab eo appellari, & propterea concludo partes Reuer. Domini Iudicis esse in pronunciando in casu isto malè iudicatum, & bene appellatum.

Hieronymus Gigas I.V.D.

IN MATERIA BENEFICIALI ad referendum commissa.

SVMMARIVM.

1 *Mensis Maij, ꝙ sit de mensib. reseruatis Papæ, & expectantib. Apostolicis, in quo de beneficijs vacantibus ordinarij locorum sese impedire non possunt.*
2 *Decretum irritans in litteris Apostolicis incertum, quid operetur.*
3 *Possessionem sine titulo in beneficialibus non dari.*
4 *Gratia, quibus concurrentibus consumpta dicatur.*
5 *Acceptatione beneficij gratia consumpta, quando dicatur.*
6 *Viticsum ingressum in beneficialibus non dandum.*
7 *Legati Apost. facultas est, vt conferre possit beneficia vacãtia in Dominio, et in mensib. Papæ reseruatis.*

CONSILIVM XVIII.



N causa possessionis capellaniæ, seu mansionarię in Ecclesia Taruisina, quæ per obitũ D.Antonii de Brundusio nuper vacauit ad referendum commissa per Illust. Dom. V. Reuer. D. presuppono vnum, quod est in iure & in facto notissimum, videlicet, ꝙ dicta mansionaria vacauit de mense Maii proximè preteriti, quod ex scripturis productis liquido patet. Et successiuè presuppono, ꝙ de beneficiis vacantibus de mense Maii, ordinarii locorum, non possunt se impedire, cum sit de mensibus reseruatis Papæ, & expectantibus
1 Apostolicis, † vt patet ex regula Cancellariæ, quæ super inde emanauit, quæ quidem regula, vt nouit Vestra Reueren. Dominatio, habet decretum

cretum irritans, cuius virtus est, vt titulum & possessionem contra illud habitos, ipso iure in-
2 ficiat,† vt habetur per Domin. in cap.si hi, contra quos, vt lite penden. lib.6. & per Docto. vbi Franch. in cap. statutum, & in cap.licet, de præben.eod.lib. traditur & not. in cap. vt nostrum, de appellatio. & habetur per Dominos de Rota decis. 16. in nouis, & in pluribus aliis decisio.

Quinimmo adeo est infecta possessio habita vigore tituli infecti, ratione dicti decreti, quòd nullum possessionis, seu detentionis commodũ parit, vt tradunt Domini de Rota decisio. 433. & in dicta decisio.16. Quinimmo, si talis possessor spoliaretur, non posset petere restitutionem. Rota dicta decisio. 16. & dicta decisio. 433. habetur per Felyn. in cap.in nostra, versic. trigesimumsextum correlarium, de rescriptis. Cardin. Alexandri.in cap. reintegranda, 3.quæstio. 1. in 3.col. in versic. quæro, an remedium, Aret.in l. naturaliter, §. nihil commune, col. penult. ff.de acquir. poss.

Stante modò dicto præsupposito verissimo in iure & in facto, dico prouisionem factam de dicta capellania per Capitulum Ecclesię Taruisinæ, de dicto mense Maij, fuisse ipso iure nullam. & propterea illius vigore non posse peti per Reuerendum Dom. Franciscum Martinutium prouisum de dicta capitania aliquas litteras possessorias, si quidem non datur in beneficialib. pos-
3 sessio sine titulo, † vt notatur per Innoc. in cap. ex parte, de restitut. spoliat. & in cap. vnico, de hom. qui mitt.in poss.cau.rei seruan. per Archidiac.in 6.facit tex.in cap. 1.de regul.iuris, lib.6. & quæ ibi not. Petr. de Anch.

Nec etiã dictæ litteræ possessoriæ dari, & concedi debent Reuerendo Dom. Augustino Vonico, qui dictam capellaniam vigore suæ gratiæ expectatiuæ acceptauit: quia & ipse nullum habet titulum. Nam cũ eius gratia sit penitus consumpta, non valuit talis acceptio. Quod autem eius gratia sit consumpta, patet, quia illius vigore de anno Domini 1527. acceptauit parochialem Ecclesiam Sancti Mauri de Castignolis Taruisinæ diœcesis, super qua litigauit cum Domino Iacobo Beuelotto. Et tandem cum eo concordauit, vt patet ex instrumento concordii producto. per quam compositionem sua gratia est
4 consumpta, † vt tradunt Hostiens. & Ioannes Andr. in cap. cum in multis, de rescriptis, in 6. quos refert & sequitur Roma. in consi. suo 329. incipit, præsens consultatio. col. 2. versic. cæterum gratiam.

Et, quòd gratia dicti Reuerendi Domini Augustini sit consumpta, patet etiam, quia de anno 1527. die 26. Iunii, vigore dictæ suę gratiæ acceptauit etiam canonicatum & prębendã Ecclesię Taruisinæ, & illorum possessionem obtinuit, vt patet ex instrumento producto &c. per quam ac-
5 ceptauit, eius gratia fuit consumpta, †vt latè tradit Gemin.in consi. suo 103. incipit, pro responsione primi. Cum igitur appareat multipliciter de consumptione gratiæ dicti D. Augustini eius acceptatio fuit & est nulla, & propterea ei non est concedenda littera possessionis pro dicta ca-
6 pellania, † ne detur vitiosus ingressus. c. ex frequentibus, de insti. cap. vnico, de eo, qui mitt.in poss. causa rei seruan. lib.6.

Ex prædictis constat neutri aduersariorũ concedi debere dictas litteras. Sequitur, ꝙ partes R. P.V. sint in referendo Illustriss. Dominio tales litteras dandas esse R. D. Ioan. Baptista Casalio Prothonotario Apostolico, cui de dicta capellania prouisum fuit per Reuerendiss. Legatum, qui habet in facultatibus suis, ꝙ possit conferre beneficia vacantia in dominio, etiam in mensi-
7 bus Papæ reseruatis, † vt notissimum est Vestræ Reuer. D. & maximè, quia D. Prothonotarius vigore dictæ suæ collationis, adeptus est possessionem dictę capellaniæ. Et prædicta sufficiant, licet & istis non erat opus homini peritissimo, qualis est V. R. D. quę scripturas hincinde productas vidit & considerauit.

Et ita, vt supra, iuris esse arbitror ego Hieronymus de Gig. I.V. D. saluo semper &c.

PRO D. LEONARDO DE BRIXIANIS, contra D. Nicolaum de Antibaris, in materia beneficiali ad referendum commissa.

SVMMARIVM.

1 *Spolium non dari cedenti beneficio, vel illud renuncianti.*
2 *Possessione sua sine causæ cognitione, etiamsi de facto possideret quis priuari non debet.*
3 *Prædo etiã notorius antequam spolietur citari debet.*
4 *Possessor siue colorẽ habeat possidendi, siue non, nõ est amoueudus à sua possessione sine causæ cognitione.*
5 *Possessionem habens etiam contra decretum irritãs, quòd tamen sine causæ cognitione sua possessione priuari non debeat.*
6 *Reus & possessor lite pendente transferendã possessionem beneficij litigiosi in alium permutando, vel aliter, quòd talis translatio per modum attentati reuocanda veniat causæ cognitione præmissa.*
7 *Titulum habens infectum, ꝙ canonicatum & præbendam possidere non possit.*
8 *Papa, si mandauerit possess. alicui conferendã, & in possessionem inducendam amoto inde quolibet illicito detentore, ꝙ talis executor conferre possit, sed non in possess. inducere possessore aliter non citato.*
9 *Dominium quo casu cognitionem non habeat in beneficialibus.*
10 *Causa possessoria temporalis est.*
11 *Iudex secularis, an ad effectum tradendi possessionem de exceptionibus concernentibus defectum tituli cognoscere possit.*
12 *Iudex secularis non cognoscit de causa spolij in beneficialibus.*
13 *Exceptiones de inualiditate tituli in beneficijs sunt improportionabiles coram seculari.*

14 *Materia attentatorum lite pendente, quòd sit multum odiosa.*

15 *Triennalem possessorem priuari sua possessione causa aliter non cognita à iudice seculari, absurdum esset.*

CONSILIVM XIX.



Everende pater: Licet res sit satis clara, nihilominus pauca quę dam subiiciam: ex quibus patebit partes Reuerendæ Dom. V. esse in referendo Serenis. Principi, & Illustrissimo Dominio litteras Ducales possessorias dandas esse Reuerendo D. Leonardo de Brixianis principali meo, reseruato iure Reuerendo Domino Nicolao Antibaro vtendi de iuribus suis coram competenti iudice super petitorio: vt etiam alias fuit relatum per Reuerendum Dominum Vicarium Reuerendissimi Domini Patriarchæ Venetiarum, ex commissione Illustrissimi Dominii: alioquin si secus fieret, concurrerent sidera sideribus, & tanto magis Vestra Reuer. Dominatio referre debet in fauorem Reuer. D. Leonardi, quanto nunc habet fortiora iura, quam haberet tempore relationis factæ in eius fauorem per dictum D. Vicarium.

Agitur in casu nostro de duobus: primo, cui danda est litera Ducalis pro Ecclesiis de Spinono, & monasterolo Bergomensis diœcesis, videlicet, an Reuerendo Dom. Nicolao, vel Reuerendo Dom. Leonardo. & in hoc nullam esse arbitror difficultatem, quòd littera Ducalis sit danda d. Leonardo habenti titulum & possessionē, vt in actis. Cum d. Nicolao nullum ius competat in eisdem stante eius asserta cessione facta cuidam Saluio de Lupis clerico Bergomensi, vt constat literis Apostolicis per eum productis. Quo casu non potest illorum petere possessionē.
1 † cap. accepta, de restitu. spoliat. Nam quo ad dictum Nicolaum Leonardus liberas habet ædes. & hoc est expeditum.

Secundo agitur de littera Ducali possessoria pro canonicatu, & præbenda Ecclesiæ Bergomē. & similiter in hoc dico dictam litteram dandam præfato D. Leonardo: facit, quia ipse Leonardus de anno 1530. 26. Februarii, præuia acceptatione, & prouisione sibi factis de eisdem, in vim suę gratiæ Apostolicæ assequutus fuit illorum realē possessionem, in qua stetit vsque nūc. Et sic per annos tres & vltra, vt constat ex scripturis productis. non est ergo priuandus sua possessione sine causæ cognitione. etiam si de facto posside-
2 ret: † quia, vt inquit Bald. in l. si deserta, C. si propter public. pens. in præiudicium etiam de facto possidentis, nil agi potest, eo non vocato. Idem voluit Barto. in l. fin. in versic. item extra glossam, C. de edicto Diui Adriani tollen. idem voluit Cardinal. in consi. 12. col. 1. versic. item prædicta theorica, 1. vol. & consil. 158. incipiente, visis processu & sententia, in 2. vol. col. 3. versic. primum est. facit quod voluit Bald. in l. nam ita diuus, in versic. sed nunquid quilibet, ff. de adopti. vbi dixit, quòd etiam prædo notorius
3 antequam spolietur citari debet, † sequitur Decius consi. 191. versic. venio ad secundum, in 1. vol. Et prædicta conclusio procedit, etiam si dictus Dominus Leonardus haberet titulum inualidum, per doctrinam Oldradi in consi. 227. incipiente, de toto themate. vbi dixit, quòd possessor, siue colorem habeat possidendi, siue non, non est amouendus a sua possessione sine cau-
4 sæ cognitione. † Ad idem est bonus textus in cap. licet Episcopus, de præbendis, in 6. & ibi bona glo. in verbo, te non vocato.

Quinimmo, etiam si quis haberet possessionem contra decretum irritans, vt allegatur in casu nostro, per Dominum Consultorem partis aduersæ, tamen non deberetur priuari sua
5 possessione sine causæ cognitione. † Ita signanter decidit Rota, decisio. 56. in nouis, loquendo præcisè in terminis tex. capit. si hi contra quos, vt lite pendente, in 6. in quo textu adest decretum irritans, & tamen ibi Rota decidit, quòd licet is, qui est reus, & possessor lite pendente in Palatio Apostolico transferret possessionem beneficii litigiosi in aliud permutando, vel aliter, licet talis translatio sit reuocanda per modum attemptati, tamen fieri non de-
6 bet sine causæ cognitione. † facit ad prędictam conclusionem, quæ in iure verissima est, quòd agens possessorio retinendi, prout est Reuerendus Dominus Leonardus, qui nil aliud tractat, nisi de retinenda sua possessione canonicatus, & præbendæ, de quibus agitur, etiam quòd possideret contra decretum irritans, tamen obtineri deberet. Ita in terminis decidit Petrus de Ancharano in capit. 1. in principio, de regulis iuris, in 6. Quem omnino placeat videre, quia ex eius doctrina patet responsum ad id, quod dicit Dominus Consultor partis aduersæ, dum conatur ostendere, quòd ex quo Dominus Leonardus habet titulum infectum, non potest pos-
7 sidere dictos canonicatum & prębendam, † allegando textum in dicto capit. 1. de regulis iuris, in 6. qui non facit ad propositum in casu nostro.

Nec obstat dum D. Consultor partis aduersæ dicit, quòd fieri debet relatio in fauorem d. Nicolai. Quia Papa in gratia sibi concessa mandat illum induci in possessionē amotis quibuslibet. Quia non propterea Dominus Leonardus est amouendus à sua possessione sine causæ cognitione. vt est doctrina Abbatis in capitu. fin. col. 6. de præsumptionibus. quem alii sequuntur ibi, vbi voluit, quòd quando Papa mandat executori, vt alicui præbendam conferat, & inducat in possessionem amoto inde quolibet illicito detentore, talis executor bene poterit cōferre, sed non potest illum inducere in posses-
8 sionem non † citato possessore.

Ad

Ad alia multa, quæ allegantur per Excell. D. Consultorem partis aduersæ, respondetur, quòd loquuntur & procedunt in possessione adipiscẽdę simplici. Sed in casu nostro d. Leonardus possidet & tractat de retinenda possessione. Hinc est, quòd sine causæ cognitione non debet spoliari. Istam autem causę cognitionem non habet Illustrissimum Dominium, nec V. R. Dom. susti-
9 nens illius vices. † ergo reseruanda iudici ecclesiastico competenti.

Nec obstat, quòd dicatur exaduerso, quòd causa pos-
10 sessoria est temporalis, † allegando gloss. in cap. litteras, de iuram. cal. ideo iudex secularis potest ad effectum tradendi possessionem cognoscere de exceptionibus concernentibus defectum ti-
11 tuli: † quia respondeo, quòd ista conclusio est falsa in iure. secularis enim est penitus incapax in tali cognitione. Hinc est, quòd secularis non
12 cognoscit de causa spolii beneficialis, † vt voluit Abb. & communiter Doctores in dicto cap. litteras. vbi Doctores communiter reprobant opinionem Vincentii, qui contrarium tenuit, & in cap. fin. de iudic. & tales exceptiones de inualiditate tituli in beneficiis sunt improportiona-
13 biles coram seculari. † & tradit Decius in consi. 220. in 2. vol.

Nec obstat, quòd allegetur possessionem d. Leonardi esse discoloratam propter decretum irritans appositum in gratia d. Nicolai Antibari. quo casu non posse amoueri a sua possessione sine causæ cognitione. allegat decis. Rotæ in antiquis num. 429. quæ loquitur, quando quis inducitur in possessione auctoritate rei iudicatæ per executorem. Nam tunc dicit non vocandum possessorem, qui lite pendente habuit possessionem: & ratio est, quia stante sententia res est decisa, & possessor non potest se aliquo pacto defendere.

Item id est propter vitium attemptatorum lite pendente contrarium in eo, qui possessionem habuit ante litis pendentiã, vt dicam infra. Secus in casu nostro, in quo contra gratiam Antibari possunt dari multæ exceptiones, videlicet consumptionis gratię & reuocationis, ac aliæ.

Præterea etiam in casu illo Rota in fine illius decisionis decidit, quòd si possessor se opponat, debet audiri: ergo non amoueri sine causæ cognitione. Et sic facit pro d. Leonardo, qui se opponit non esse dandam litteram poss. Antibaro, ex quo ipse possidet.

Allegat etiam aliam decisionem num. 433. in antiquis, quæ similiter loquitur in terminis cap. si hi contra quos. Respondetur, quòd ibi sumus in materia attemptatorum lite pendente,
14 quæ est materia multum odiosa. & † tamen in eadem met materia, Rota decisio. 56. in nouis, contrarium decidit, quæ decisio, cum sit iunior, præualere debet: quia posteriora prioribus derogant. Idem dico, quo ad alias decisiones exaduerso allegatas.

Dicas etiam, quòd prædicta decisio procedit in eo, qui lite pendente fuit positus in possessionem: secus in eo, qui ante litem motam habuit possessionem, vt est in casu nostro, ita seipsam declarat dicta decisio, quam placeat conside rare: quia est eadem met decisio de verbo ad verbum registrata in recollectis Bisigneti, in tit. vt lite pend. decis. 1.

Vltimo dicas etiam, quòd dicta decisio non firmat pedes: quia in fine dicit, quòd nil fuit determinatum. Ergo iunior decisio est attendenda.

Et, quòd in casu nostro d. Leonardus de mente Papæ non debeat priuari sua possessione, sine causæ cognitione, vt dicit & malè Dominus Consultor partis aduersæ consideranda est com missio, quam dat Papa executori gratię dicti Domini Nicolai, dum dicit, quòd illum inducat in possessionem amotis quibuslibet illicitis detentoribus. & tamen per doctrinam Abbat. & aliorum in dicto cap. fin. de præsumptionib. executor datus cum illa clausula, amotis, &c. sine citatione, & causæ cognitione possessorem amoueri non poterit d. Leonardus a sua possessione per iudicem secularem, qui istam causæ cognitionem non habet. Ideo partes Reuerendæ Dominationis V. sunt in referendo Illustrissimo Dominio litteras possessionis dandas d. Leonardo, & ipsum esse conseruandum in sua possessione, donec aliud iudicio ecclesiastici iudicis fuerit decisum: hæc enim est secundùm intentionem Papæ verè & secundum conscientiã, ne fiat confusio iurisdictionum.

Et tanto magis, quia Reuerendus Dominus Lenardus die 26. Februarii, 1530. habuit possessionem dictorum canonicatus & præbendæ. & in illa perseuerauit vsque modo. & sic per annos tres & menses octo. Quo casu etiam est tutius ex regula de triennali possessore. Et nimis absurdum esset dicere triennalem possessorem priuari sua possessione causa non cognita, præ-
15 sertim a iudice seculari &c. † Concludo igitur ex præmissis, vt supra. Et me V. Reuerendæ paternitati, vna cum iustissima causa Reuerendi Domini Leonardi commendo.

Ita vt supra iuris esse dico ego Hieronymus Gigas Iuris Vtriusque Doctor. saluo semper &c.

IN CAVSA SPOLII BENEFICIALIS.

SVMMARIVM.

1 *Beneficio renuncians si possessioni illius incumbat, quòd inde sine iudice expelli non debeat.*
Item nec spolianti competat exceptio spontaneæ renunciationis.
2 *Doctoris opinioni sine lege minus standum esse. Maximè in iudicando.*
3 *Spoliatus violenter possessione beneficij non restitui-tur,*

tur, si illud prius sponte renunciauit.

4 *Lex vbi nō distinguit, nec nos distinguere debemus.*

5 *Butrij opinio in cap. accepta, in fine, de restit. spoliat. reprobatur.*

6 *Beneficij secundi curati assecutione, quòd quis primo iuris dispositione priuetur.*

7 *Illatio de vno ad aliud ex diuersis non infertur.*

8 *Beneficium primum si quis per assecutionem secundi dimiserit, secundum verò obtinere non potuerit, quòd ad primum redire possit etiam si alteri collatum fuerit, nec alium noua collatione opus sit.*

9 *Resignatione beneficij sponte facta, quòd quis titulum & possessionem amittat.*

10 *Resignanti beneficium etiam ex causa permutationis, ad illud sine noua prouisione superius regressum non dari.*

11 *Renunciationis beneficij sponte factæ ab ea, quæ ex priuatione iuris resultet differentia, quo ad restitutionem subinde petitam.*

12 *Renunciatio spontanea quo ad impediendam restitutionem non solùm maioris potentiæ est, quàm sententia iuris, sed etiam quàm sententia hominis.*

13 *Renunciatio nulla, si qua facta sit in manibus personæ non habentis auctoritatem illam admittendi.*

14 *Gratiam morte concedentis, & etiam de facto per reuocationem gratiarum Pontificum successorum expirare.*

15 *Beneficium resignatum coram ordinario, qui illud tanquàm reseruatum conferre non poterat, quod verè vacare dicatur.*

Quodq. talis resignatio restitutionem impediat.

16 *Reus conuentus potest excipere de renunciatione coram quolibet facta contra agentem interdicto vnde vi.*

17 *Gratia facta intuitu certæ personæ non habita contemplatione alterius personæ, quòd non expiret morte concedentis.*

18 *Regulæ Cancellariæ Apostolicæ in causa, quæ vertitur extra curiam, sub sigillo Reuerendiss. Vicecancellarij producendæ sunt, aliàs fidem non faciunt.*

CONSILIVM XX.



RO resolutione dubiorũ in causa Marnia spolij: breuiter dico, ꝙ inquantum Inno. in c. super hoc, col. pen. de renunc. videtur tenere, ꝙ si is, qui beneficio renunciauit, possessioni illius incumbat, ꝙ
1 inde sine iudice expelli non debeat. † Et, ꝙ tunc spolianti non competat exceptio spontaneæ renunciationis, Innoc. pro ista sua opin. non allegat aliqua iura. & propterea ei non est standum,
2 † maximè in iudicando stante, ꝙ cõtra ipsum est tex. in c. accepta, de restit. spol. qui indistinctè determinat, ꝙ spoliatus violenter possessione beneficii, non restituitur, si illud prius spontè renun-
3 ciauit. † & vbi lex non distinguit, nec nos distin-
4 guere debemus. † l. de pretio, ff. de public.

Nec obstat, quod secundo loco dicebatur, videlicet, ꝙ opinionem Inno. videtur tenere Butr. in d. c. accepta, in fi. vbi videtur velle, ꝙ post renunciationem incumbens possessioni de facto, spoliari non debet, nisi vocetur. per tex. in c. licet Episcopus, de pręb. in 6. Nã respondetur breuiter, ꝙ Butr. loquitur contra tex. in c. d. accepta.
5 † nec pro eo. facit tex. in d. c. licet. quia loquitur in priuatione iuris, videlicet quãdo quis per assequutionẽ secundi beneficii curati, amisit pri-
6 mum. † Nos autẽ sumus in renunciatione spontanea, & sic in casu diuerso, ergo non bona illa-
7 tio de vno ad aliud. † l. Papin. exuli, de minorib. quod autem sit longa diuersitas inter casum nostrum, & casum d. c. licet, patet, quia si in casu illo is, qui dimisit primum beneficiũ per assequutionem secundi: secundum verò non potuit obtinere, esto, ꝙ primum beneficium per se dimissum fuisset alteri collatũ. Nihilominus ad illud liberè reuerti potest, nec est opus noua collatio-
8 ne. † tex. est in c. si beneficia, de præben. in 6. vbi Doct. ratio est, quia primus tit. nõ est extinctus. Et in euentum, ꝙ spoliaretur, posset colorare suã possessionem illo tit. Sed in casu nostro per resignationem spõtè factam, quis amittit tit. & pos-
9 sessionem, vt alias dictum fuit. † meritò si spolietur, obstat sibi exceptio resignationis. Quia cum eius tit. sit extinctus, non potest suam possessionem tit. colorare. patet, quia non potest habere regressum ad beneficium renũciatum, etiam ex causa permutationis, sine noua prouisione su-
10 perioris, † vt per Rotam decis. 352. in nouis, & in aliis locis per me allegatis.

Præterea, prout dixi, in casu d. c. licet, sumus in priuatione iuris, quę non impedit restitutionẽ simpliciter, vt per Rot. decis. 16. in vlt. addit. vers. ex prędictis patet, & per Oldr. in consi. 227. incip. de toto themate. secus est in renũciatione
11 spontanea, per d. c. accepta. † Immo renunciatio spontanea quo ad impediendam restitutionem, non solùm maioris potentię est, quàm sententia
12 iuris, sed etiã, quàm sententia hominis, † vt pulchrè tradit Rot. in d. decis. 16. in fi. addi. in fine.

Ad tertium, dum dicitur, ꝙ renunciatio videtur fuisse nulla tanquam facta in manib. personæ non habentis auctoritatem illam admittẽdi:
13 † quia indultũ Innoc. fuit de anno 1493. & renunciatio fuit de anno 1521. & sic post mortem Innoc. Alex. Pij, & Iulii, quo casu gratia expirauit morte cõcedentis. c. si cui nulla, de pręb. in 6. c. si super gratia, de off. deleg. eo. lib. Et etiam de facto reuocationem gratiarum Pontificum suc-
14 cessorum. † Breuiter dicitur, ꝙ beneficium verè vacat etiam resignatum coram ordinario, qui illud tanquam reseruatum conferre non poterat.
15 † Rota decis. 398. in antiq. & decis. 352. in nou. & talis resignatio impedit restitutionem, vt in d. decis. 352. facit dictũ Innoc. in d. c. super hoc. in vers. item potest reus. vbi dixit, quòd reus conuentus potest excipere de renunciatione coram quolibet facta contra agentẽ, interdicto vnde vi.

Præterea negatur, ꝙ de iure expirauerit d. indultũ Inno. concessũ presb. Mattheo de Ausero.

Nec

Nec obstant tex. in d. cap. si cui nulla, & in cap. si super gratia, supra allegati: quia immo faciunt pro validitate dicti indulti, si quidem probant, quòd quando gratia fit intuitu personæ, cui fit solum, non habita contemplatione alterius certæ personę, tunc non expirat, morte concedētis:
17 † cum igitur contineat specialem gratiam dictū indultum factum ipsi presbytero Matthęo de Ausero, absonum est dicere, quòd expirauerit morte concedentis per iura adducta per aduersariū.

Nec est verum etiā dicere, quòd de facto per reuocationes successorum Pontificum dictū indultum sit reuocatum: quia negatur dicta reuocatio, & pars aduersa se fundans in illa, eam probare debebat, quòd minimè factum fuit: vt ex processu apparet. Et clarū est in iure, ꝙ quando quis se fundat in aliqua regula Cancellarię Apostolicæ in causa, quæ vertitur extra curiam, debet regulam, quam allegat producere sub sigillo Reuerendissimi Vicecancellarii, alias fidem nō
18 faciunt, † vt voluit Pauinus in præludio extrauagant. Et ex præmissis puto satisfecisse. cætera supplebit prudentia, doctrina, & integritas Reuerendi D. Iudicis.

Hieronymus Gigas I.V.D.

IN CAVSA DE GLEMONA, & de iure collatatiui Sancti Spiritus in collibus Glemonæ.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia vacantia in curia Romana, quòd dispositioni Pontificis reseruata sit cum decreto irritanti: quod inficit non solum titulū, sed etiam possessionē.*
2 *Decreti irritantis effectus.*
3 *Legati Apostolici facultas in conferendo etiam beneficia reseruata, quòd non extendatur ad beneficia dupliciter reseruata.*
4 *Duo vincula, quòd magis stringant, quàm vnum.*
5 *Surrogatus contra decretum irritans, quòd non habeat fundamentum alicuius coloratæ possessionis, vel detentionis.*
6 *Possessor beneficij reseruati, ꝙ non habeat aliquam possessionem, vel detentionem, nec aliquod iuris adminiculum coadiuuabile.*
7 *Attentata lite pendente reuocari non debent ad instantiam illius, de cuius notorio non iure constat.*
8 *Reus & possessor, de cuius non iure constat, an possit dare de non iure actoris etiam contra reseruationem Apostolicam.*
9 *Litteris Episcopi credendum in his, quæ tendunt ad validitatem suæ collationis.*
10 *Litteris ordinarij dicentis, quòd A. præsentauit B. ad cuius præsentationem ipse instituit B. plena fides adhibetur.*
11 *Litteræ ordinarij sigillatæ, & subscriptæ à Notario cum signo Notarij, & appositione testium, quòd indistinctè probent.*
12 *Notario in instrumento per se confecto aliquod asseueranti, quibus concurrentibus standum sit.*
13 *Instrumenti verbis in dubio standum esse.*
14 *Verbis narratiuis inferioris à Papa regulariter credendum non esse.*
15 *Surrogatus, quòd teneatur probare ius eius, in cuius iure surrogatur, licet non ita exactè, prout primus actor fecisset.*
16 *Inferior à Papa, vt puta Abbas, si conferat beneficium manuale, talis cui facta fuit collatio, poterit ad nutum Abbatis remoueri.*
17 *Beneficium manuale acceptatum vigore gratiæ expectatiuæ, quòd non propterea efficiatur perpetuum.*
18 *In collatione ordinarij, ꝙ non sit necesse exprimere ea, quæ alias essent necessaria coram Papa, vel eius Legato.*
19 *Beneficij annexi, in impetratione principalis beneficij, quòd non sit opus facere mentionem, sed sufficiat exprimere principale.*
20 *Conferens beneficium, quibus concurrentib. in quasi possessione illud conferendi dicatur esse.*

CONSILIVM XX.



IN pręsenti causa, quę vertitur inter Reuerendum Dom. Ioannem Angelum de Sācto Seuerino Vicarium Reuerendiss. Dom. Cardinalis Grimani in Patriarchatu Aquileiensi, & Do. presbyterum Franciscum Vrsettum de Glemona, de & super prioratu S. Mariæ, & Sancti Spiritus in collibus Glemonæ, duo videnda sunt. Primo, an præfato Reuer. D. Ioanni Angelo aduersario aliquod ius competat in dicto prioratu. Secundo, an ius cōpetat dicto D. presbytero Francisco: ita, quòd sententiari possit iuxta petita per se.

Circa primum dicitur nullum ius competere præfato Reuerendo D. Ioanni Angelo: quia dictus prioratus vacauit in Romana curia, vt extitit probatum in processu, & non negatur per aduersarium, meritò de illo non potuit disponere Reuerendissimus Patriarcha Aquileiensis. esto, quòd alias ad ipsum pertineret collatio dicti beneficii, cap. licet, de præben. in 6. vbi reseruantur dispositioni Pontificis beneficia vacantia in curia, cum decreto irritanti, quòd inficit non
1 solùm titulum, sed etiam possessionem, † vt notatur maximè per Domin. in c. si hi contra quos, vt lite penden. in 6. & in cap. fin. eo tempore, de elect. lib. 6.

Quinimmo adeo inficit dictum decretum, quòd titulus habitus contra ipsum, est ipso iure nullus. & possessio vigore talis tituli habita nullum effectum & spiritum possessionis habet, &
2 est pura occupatio: † vt tradunt Domini de Rota decis. 16. in nouis. & Felyn. in cap. in nostra in 36. correlario, versic. & ad hoc considero, de rescriptis.

Secundo, de non iure dicti aduersarii, constat ex alio: quia dictus prioratus est membrum hospitalis Sancti Spiritus, in Staxia de vrbe,

vt in processu fol. 687. fol. 71. de membris autem dicti hospitalis disponere non potest, nisi Reuerendissimus pro tempore existens commẽdatarius dicti hospitalis de vrbe, vt constat in processu fol. 81. per constitutionem Sixti, Papæ, in qua quidem constitutione apponitur similiter decretum irritans, & sic dictus prioratus ex duabus reseruationib. reperitur reseruatus, quo casu etiam si dictus Reuerendissimus Patriarcha Aquileiensis habuisset facultatem cõferendi beneficia reseruata, non potuit de isto se impedire duplici reseruatione reseruata, per decisio. Bellam. num. 425. vbi dixit, quòd si nuncio Sedis Apostolicæ sit data facultas conferendi beneficia reseruata, non tamen poterit conferre
3 dupliciter reseruata. facit, † quia duo vincula ma
4 gis stringunt, quàm vnum. † capit. 1. de treuga & pace.

Et ex præmissis infero, quòd ex quo Reuer. Dom. Ioan. Angelus habet titulum contra duplicem reseruationem Apostolicam, & sic contra decretũ irritans, non poterit etiam dare obiect. de non iure, presbyteri Franc. & hoc voluit expresse Rota decisio. 433. in antiquis. vbi dicit, quòd surrogatus lite pendente in beneficio per ordinarium contra dispositionẽ. d. c. si hi contra quos, vt lite penden. in 6. propter decretum irritans in dicto tex. existens, non poterit dare de non iure actoris, licet ipse surrogatus sit possessor: quia talis surrogatus contra decretum irritans huiusmodi non habet fundamentum ali-
5 cuius coloratæ possessionis, vel detentionis: † immo eius possessio adeo est affecta & nulla, quòd carere debet iuris adminiculis, propter decretum appositum in dicto decretali si hi, contra quos, sicuti alibi dicitur de possessore possessio-
† nis beneficii † reseruati, qui non habet aliquam possessionem, vel detentionem, nec iuris adminiculum coadiuuabile, per nota. Innoc. in c. vt nostrum, de appell. ista sunt verba Rotæ, in dicta decis. hoc idem voluit Rota decisio. 1. in titu. vt lite pend. in recol. Bisgnetti.

Confirmantur præmissa, quia is, de cuius notorio non iure constat, prout est in casu nostro, non potest etiam petere reuocationem attenta-
7 torum, lite pendente. † Ita dicunt Domini de Rota decisio. 55. & decisione 14. in nouis. sequitur Bellame. decisio. 356. & Franch. in cap. non solum, §. illa vero, vers. quarto noto, de appellatio. in 6. Felyn. in cap. inquisitionis, §. ad petitionem, in 3. col. vers. secundo declara, de accusationib. ad idem Rot. decisio. 348. in antiquis.

Nec prædictis obstat, si diceretur, quòd immo Rota decisione 160. in nouis, videtur velle, quòd reus & possessor, de cuius nõ iure constat, possit dare de non iure actoris, etiam contra re-
8 seruationem Apostolicam. † Quia ad hoc breuiter respondetur, quòd aduersarius est actor non reus, vt patet ex processu. agitur enim possessio retinendæ, decisio autem prædicta loquitur in reo. Secundo respondetur, quòd dicta decisio modificatur, & intelligitur secundùm decisionem eiusdem Rot. num. 16. similiter in nouis, vt ipsamet decisio seipsam declarat, in dicta autem decisio. num. 16. fit differentia inter reseruationem notoriam, & quæ habet decretum irritans, prout est illa. cap. licet. nam ista magis inficit, & generalem reseruationem, puta beneficiorum collectorum, & similium, quæ non ita inficit, nec impedit restitutionem: & sic dicta decisio. num. 160. dum dicit, ꝙ reus, & possessor potest dare obiectionem contra reseruationem, intelligitur secundum dictam decisionem num. 16. videlicet, vt non procedat in reseruatione, de qua in dicto cap. licet. quæ habet decretum irritans, & est notoria, & sic non procedit in casu nostro.

Ex prædictis igitur clarè & apertè constat, ꝙ dicto Domino aduersario nullum penitus ius competit in dicto prioratu.

Circa secundum dicitur, quòd Dominus presbyter Franciscus est in casu victoriæ.

Primò, quia collatio dicti prioratus spectat & pertinet Reuerendo Domino pro tempore existenti Commendatori hospitalis Sancti Spiritus de vrbe, vt in processu fol. 80. qui etiam Commendatarius est in possessione iuris, vel quasi conferendi dictum prioratum, vt patet ex pluribus collationibus in processu, folio 85. folio 87. folio 95. folio 98. maximè, quia frater Albertus, qui fuit vltimus dicti prioratus possessor, habebat illum ex collatione Domini Alexandri de Neronibus, Commendatoris dicti hospitalis Sancti Spiritus de vrbe, vt patet in processu, fol. 95.

Secundo dicitur, ꝙ vacante dicto prioratu in curia Romana, per obitum Domini fratris Alberti, fuit de eo prouisum per Commẽdatarium dicti hospitalis fratri Simoni de Senis, vt probatur ex narratione bullæ presbyteri Francisci, fol. 99.

Et si dicitur, quòd prouisio facta per dictum Commendatorem dicto fratri Simoni non valuit, ex quo dictus prioratus vacauit in Romana curia, per tex. in dicto cap. licet, de præben. in 6. Respondetur, quòd reseruatio dicti cap. licet, locum non habet in dicto prioratu: ex quo est membrum hospitalis Sancti Spiritus de vrbe, vt declarat Sixtus Papa in sua bulla, de qua in processu, folio 81. & quodcumque vacet in curia ad prædictum Commendatarium dumtaxat spectat & pertinet illius collatio & prouisio, vt constat ex bulla Sixti, in processu fol. 81.

Et si diceretur, quòd collatio facta dicto fratri Simoni non est probata legitimè in processu: quia solùm probatur per narrationem factã in dicta bulla presbyteri Francisci. Respondetur, quòd quantum de iure sufficit, est probata dicta collatio: quia literis Episcopi in his, quæ pertinent ad suum officium, prout est collatio d. prioratus, cũ expressione testium & subscriptione notarii, statur etiã in preiudicio tertii. Rot. in

nouis

nouis.decis.12.& in antiquis decis.397.& maximè litteris episcopi creditur in his, quæ tēdunt
9 ad validitatem suæ collationis. † facit pulcra decisio Dominorum de Rot. in nouis.. decis.423. vbi voluerunt, quòd litteris ordinarii dicentis, quòd representauit B. ad cuius præsentatio-
10 nem ipse instituit B. plena fides adhibet.†facit, quod voluit Felyn.in cap. post cessionem.col.3. ver.fallit ista conclusio.de proba.vbi dicit,quòd quando litterę ordinarii sunt sigillatæ & subscriptæ a notario,tamen signo notarii, & appositione testium, vt in casu nostro, tunc ndistinctè
11 † probant.

Et quòd per tales litteras, in quibus exprimitur, quòd ipse contulit dictum prioratum fratri Simoni, die tali, anno, mense tali, in tali loco, tamen expresione testium, & fide, ac subscriptione notarii, qui dicit, quòd omnibus & singulis, vt prænarrantur, præsens fuit &c. probetur dicta collatio. facit pulcra doctrina Host. in c.quoniam contra, de proba. vbi dicit, se non videre rationem quare notarius instrumentum sententiæ conficiens narrans præcedentia acta cum determinatione loci temporis & personæ.& postmodum dicat, se omnibus & singulis præsentem interuenisse, per tale instrumen-
12 tum non probentui omnia in eo contenta.†Cū
13 in dubio standum sit verbis instrumenti. † l. eū precibus. C.de fals.secus dicit, si notarius narret acta sine dicta expresione. Idem voluit Innoc. in c.cum in iur. vers. fin. de offic.delega.dicens hoc procedere, quando vnus & idem notarius conficit acta & instrumentum, in quo ea narrantur, prout est in casu nostro.

Nec obstat, quòd verbis narratiuis inferioris
14 a Papa regulariter nō credatur, † vt habetur per Felyn. post alios in c. cum a nobis.versic. tertio not. de testi.quia istud & alia allegata in contrarium circa hoc procedunt, quando non est facta expresio loci, temporis, & personæ, prout facta fuit in casu nostro, vt supradictum fuit.

Præterea dico, quòd etiam quòd nō esset probata collatio facta de eo fratri Simoni, nil refert, quia cum dictus prioratus sit ad libitum dicti commendatarii,& sit manualis, non perpetuus, sufficit, quòd appareat de collatione facta ipsi presbytero Franc.quia prouisio sibi facta dependet a mero arbitrio & auctoritate ipsius R. Do. Commendatoris, non autem suscipit vires d. coll. ex aliquibus iuribus dicti fratris Simonis, quia cum posset remoueri ad nutum d. Commēdatoris, vt habetur in processu fol. 80. non plus iuris in ipsum presbyterum Franciscum transfertur ex cessione d.Fratris Simonis, quam ipse haberet, si Commendatarius, sibi ex mero arbitrio suo dictum prioratum præfato presbytero Franc.contulisset. allegata non in contrarium circa hoc, inquantum dicit, quòd surrogatus tenetur probare ius eius, in cuius iure surrogatur, licet nō ita exactè, prout primus auctor fecisset,
15 † iuxt.decis. Bellame.nu.112.non obstant, quia procedunt in surrogato in beneficio perpetuo, in quo primus auctor ius habebat, & ab eo non poterat remoueri sine sua cessione.

Tertio probatus est titu. presbyteri Francis. per eius bullas, vt in processu fol.98. nā sibi fuit de dicto prioratu prouisum per dictū Commendatarium ad quem spectat d.collatio, vt supradictum extitit.

Nec habet obstare, quòd ex aduerso dicitur dictam collationem fuisse ipso iure nullā, quia facta in titulum perpetui beneficii, contra expressam dispositionē Papę Sixti, vt in processu fol.81. quia ad hoc respondetur dupliciter, primo, quòd dispositio & constitutio Sixti, non loquitur in collatione ordinarii, & sic Domi. Prę-ceptoris, vt clare patet ex eius tenore. Secundo dicitur, quòd dato, quòd loqueretur, & locum haberet etiam in collatione d.R.Præceptoris, ꝙ d.collatio nō est, vt de beneficio perpetuo, quia immo intelligitur facta iuxta formā dictæ constitutionis Sixti, vt notanter tradit Lap. alleg. sua 19.& Abba.in c.ad nostram.col.2.in fi. de confir.vtil.vel inutil.vbi dixit, quòd si inferior a Papa, vt puta abbas, conferat beneficium manuale alicui, donec vixerit, poterit tamen ad eius nutum illum remouere, etiam si iurasset non remouere. idem dixit Feder.de Sen. consil. suo 134. incipit, casus talis est, quidam Abbas. & Card. in clem.prima.§.præmissa.in fin. de supplen.negligen.prælat.

Quinimmo si Papa supplendo negligentiam Abbatis, iure deuoluto conferat prioratum manuale, talis, cui facta fuit collatio poterit ad nu-
16 tum Abb.remoueri.†ita voluit Paul.in d.clem. 1.de supplen.negligen.prælat. vbi cæteri docti: & Doct.in c.per tuas.de maio.& obed.vbi Fely. col.2.& Fely.in c.constitutus.de restitu.& idem est quādo Papa simpliciter confert beneficium manuale, cessante negligentia Abbatis, dummodo non apponantur in collatione Papæ illa verba.videlicet, quo ad vixeris. nam tunc etiam poterit prouisus de tali beneficio remoueri ad libitū superioris, vt voluit Abb. notanter in d. c. ad nostram, col.2.post prin.idem tenet Rot. decis. 265. in antiquis, quæ voluit, quòd beneficium manuale acceptatum vigore gratiæ expectatiuę,
17 non propterea efficiatur † perpetuum.

Nec minus obstat aliud, dū dicebatur, quòd locus Sancti Spiritus est principalior, & Ecclesia Sanctæ Mariæ est sibi annexa. Et tamen fuit solum prouisum præfato Domino presbytero Franc.de prioratu Sāctæ Mariæ, &c. quia ad hoc breuiter non replicando allegata per partes aduersarii: aliter respondetur, quòd vt ex processu apparet quandoque iste prioratus appellatur S. Spiritus, vt in processu fol.84.& fol.87.quādoq; appellatur Sanctus Spiritus cum Ecclesia Sāctæ Mariæ, vt in processu fol.68.quandoque appellatur Sancti Spiritus, seu Sanctæ Mariæ, vt in processu fol.91.& fol.106.quandoque appellatur S. Mariæ, vt apparet ex bulla Papę Nicolai, in processu

cessu fol.71.& fol.98.& sic nil refert, quo nomine nuncupetur, vt patet ex prædictis.

Considerandum est etiam, quòd dicta collat. facta fuit ab ordinario, coram quo non est necesse, quòd exprimantur ea, quæ alias essent necessaria coram Papa, vel eius Legato, †vt habet & late tradunt Hostien. & Ioan. Andr. in c. cum nostris. de concess. præben. tradit Fel. post alios in c. in nostra. correlario 29. de rescript. quòd tã to magis procedit in casu nostro, in quo agitur de beneficio manuali non perpetuo. adducta. n. in contrarium loquūtur in beneficio perpetuo impetrando, merito non obstant, cum ex diuersis non sit bona illatio. l. Papinianus exuli, cum vulgaribus. ff. de minor.

Quinimmò plus dicitur, quòd etiã, quòd dictus prioratus, de quo agitur, esset perpetuus, nõ opportuit facere mentionem de Ecclesia Sancti Spiritus, quia, vt fatetur & articulat pars aduersa in processu fol.42. Ecclesia S. Mariæ est principalior & dignior, cui annexus fuit locus Sancti Spiritus humilis. Et clarũ est in iure, ꝙ non est opus facere mentionẽ bñficii annexi, sed sufficit
19 exprimere principale, †vt voluit Rot. decis. 319. in antiquis. & Ioan. And. in c. super eo. de præb. in 6. tradit Felyn. in d. c. in nostra 33. correlario. de rescript. & ex his tollitur aliud fundamentũ partis aduersæ: & sic constat optime de bono iure ipsius presbyteri Francisci.

Non ob. modo dũ dicebatur, quòd Reuerendissimus Patriarcha Aquileiensis erat in possessione vel quasi iuris conferendi dictum prioratum per collationem per eum factam, vt in processu fol. 119. quia ex quo dicta collatio locum non habuit, vt patet in processu fol. 124. vbi apparet, quòd Ioan. de Perinis, qui habebat collationem a Reuer. Patriarcha, cessit iuri, liti, & causę, in fauorem fratris Alberti, cui de dicto prioratu prouisum extitit per Reuer. Dom. Commendatorem prædictum, constat D. Patriarcham nõ fuisse in aliqua quasi possessione &c. vt patet ex notatis per Calderinum in cons. suo 12. in titu. de iure patronatus. Nec potest quis conferendo beneficium constituere se in quasi possessione aliqua conferẽdi, nisi is de cuius præiudicio agi-
20 tur, id sciat & patiatur, vt†per Cal. in d. suo cõs. tradit Decius in consil. 126. incipit, in causa Domini Fran. gentilis, in fine, sed Reuer. præceptor tunc temporis, de cuius præiudicio agitur, non solum contra dixit, sed etiam dictum prioratum cõtulit d. fratri Alberto, vlt. illius possessori, merito d. R. Patriarcha, nõ potest allegare aliquam quasi possessionem iuris conferendi d. prioratũ.

Ex quibus omnibus concludo nullum ius cõpetere, in d. prioratu præfato Do. Ioan. Angelo aduersario, & optime esse dictum deductum & probatum de bono iure R. D. Franc. Vrsetti: & propterea partes R. P. V. esse in pronunciando iuxta petita per d. presbyterum Franciscum.

Et ita iuris esse dico & affirmo ego Hieronymus de Gigantibus V. I. D.

PRO REVERENDO CAPITVLO Ecclesiæ Taruisinæ.

SVMMARIVM.

1 Papa non censetur tollere ius conferendi competens capitulo Taruisino, nec illi aliter præiudicare vigore indulti Cardinali Pisano perpetuo administratori Ecclesiæ Taruisinæ concesso.

2 Verba potius impropriari debent, quam iuri tertij præiudicari.

Et etiam si agatur de iure ad rem, quòd aliter iuri tertij per superiorem præiudicari non intelligatur.

3 Indultum etiam ex certa scientia concessum, quòd non intelligatur præiudicare iuribus capituli.

4 Indultum factum motu proprio latissimè interpretandum.

5 Mandatum datum Vicario Episcopi de conferendis beneficijs, quòd comprehendat etiam dignitates, & curata.

6 Papa quòd in mensibus reseruatis circa collationem beneficiorum ordinarijs præiudicare voluerit & potuerit.

7 Papa in beneficialibus omnimodam potestatem hẽt.

8 Limitata concessio limitatum producit effectum.

9 Indultum in ea parte, in qua est exorbitans a iure communi, extendi non debet.

10 Concessio seu Principis indultum & priuilegiũ quòd semper sit interpretandum, vt minus noceat & operetur in præiudicium tertij quàm fieri possit.

CONSILIVM XXII.



Iso & diligenter considerato indulto per S. D. N. D. Clementem VII. R. Do. Cardinali de Pisanis perpetuo administratori Ecclesię Paduanæ concesso de anno Domini M. D. XXIIII. & visa illius extensione facta per præfatum S. D. N. Clementem sub tertio cal. Iulij anni M. D. XXVIII. per quam voluit dictum indultum extendi ad Ecclesiam Taruisinam, cui postmodum D. R. Cardinalis perpetuus administrator deputatus a Sede Apostolica extitit, & hoc loco vnius monasterii per præfatum Reuerendissimum Dom. Cardinalem nominandi. iuxta dictæ extẽsionis formam, dubitari contingit, an dictus Reuerendiss. Cardinalis vigore dicti sui indulti cõferre possit capellanias, & alia beneficia spectantia ad collationem Reuerendi capituli dictæ Taruisinæ Ecclesiæ, circa quod breuiter concludẽdum esse censeo, quòd non, quia clarũ est, quòd per indultum prædictum Papa non censetur tollere ius conferendi competens dicto capitulo, & sic præ-
1 iudicare tertio. †l. 2. §. merito. & §. si quis a Principe. ff. ne quid in loc. publi. glo. in cap. ad aures. versic. intentionis. de rescript. glo. fin. in l. ratas. C. de rescind. vend. glo. in cap. penul. de Eccles. ædifi. glo. in c. pastoralis, de priuil. glo. in c. 2. de relig. domi. glo. in c. ex multiplici, de deci. versic. intentionis.

intentionis.& in c. exposita, de arbit. fac. text. in c. super eo.V.Abb. de offic.deleg.c.quamuis de rescript.in 6. ca. ex tuarum. de auct. & vsup. Pall.not.Bal.in l.1.col.1.de consti.prin.ff. Oldr. in consi.268.incip.quęstio est.in princ.& tradit Cald.consi.12.de priuil.& verba potius impro-
2 priari debent, quàm iuri tertij præiudicetur:† vt dicunt Card.& Bald.in d.c.super eo.& ibi Abb. & Card.in consi.65.incipit, pro discussione col. penult.& habetur per Alex. in consi.125.incip. viso titulo quæstionis lib.2.& idem Alex.in cōsil.3.incip.ex his quæ in themate, col.2.lib.5.& latè per Deci.consi.373.incip. viso consilio col. 3. vers. & pro fundamento, & latè etiam ponit Dec.post alios in d.c.super eo.in pri.col.& multa accumulat Felyn. in c. causam quæ.col. 8. de rescript. Quinimmo etiam si agatur de iure ad rem per superiorem iuri tertii præiudicari non intelligitur, vt notatur per Abb.in cap.in nostra in tertio nota. de rescript. & per Domi.in cap.si motu proprio, de præben.in 6.& in c.quam sit. de elect.eo.lib.ad idem Rot.deci.16.de præben. in nouis.

Quinimmo etiam si in d. indulto esset clausula, ex certa scientia, non propterea censeretur Pontifex voluisse præiudicare iuribus d. capitu-
3 li,† vt notabiliter voluit Bal.in prælud.feud.col. 14.versic.item dicit,& habetur per Deci. in d.c. super eo in 1. col. vbi allegat Paul. de Castr. in consi. 157.incip. quæstio ista vertitur. Fely.in c. nonnulli in 5. limitatione quartæ fallentiæ. de rescript. Aret.in cons.15.incip.Reuerendissime pater col.5.Alex.consil.23.incip.viso.col.fin.in 5.volum.

Nec obstat si dicatur, quòd indultum præfati Reuerendissimi Cardinalis fuit factū motu proprio, quo casu videtur latissime interpretādum,
4 † vt voluit Alberi. in l. beneficium. in 5. col. de consti.princ. quia ista latissima interpretatio est fienda, quantum ad præiudicium concedentis, tamen non quo ad eius tertii, cui non præiudicatur per clausulā motu proprio, vt tradit Deci. in consi.33.in vlt.col.in vers.præterea. & secundo & notant Abb.& Host.in d.c.causam quæ.el secundo.V. Felyn. col. 1. de testi.& per Deci. in d.cap. super eo.col.1.vers. secundo. Ampliatur. facit ad hoc quod voluit Rot. decis.7.in antiquis.de offic. vic. & habetur per Domi. in c.fi. in fin.de offic.vic.in 6.vbi dicunt, quòd mandatum datum Vicario Episcopi de conferēdis Beneficij comprendit etiam dignitates, & curata:
5 † quia ista larga interpretatio tantummodo concedenti nocet nō tertio. dicendum igitur ex prędictis, quòd apertè constat, Quod per dictum indultum non sit adempta facultas præfato capitulo conferendi beneficia aliàs ad eius collationem libere spectantia, & hoc maximè procedit in mensibus ordinariorum: quia in mensibus Papæ reseruatis: ex quo in illis voluit ordinariis præiudicare collationem beneficiorum: quòd
6 facere potuit† cum in beneficialibus habeat om-
7 nimodam potestatem.† clem.1.in fin.vt lit. pēd. c.2.de præben.in 6.fac.text. in c. proposuit.ibi. qui secundum plenitudinem potestatis.de concess.pręben.& not.Card.in d.clem. pri.in 10.nota.forte.ex quo in conferendis beneficiis vacantibus in dictis iuribus, nulli præiudicatur, nisi summo Pōtifici, poterit d. Reuer. Card.manum apponere & conferre.

Confirmantur etiam prædicta ex tenore d.indulti, quòd restringitur tātum ad beneficia spectantia ad collationem, prouisionem, electionē, institutionem, seu quamuis aliam similem, vel dissimilem dispositionem d. Cardinalis ergo in spectātibus ad collationem dicti capituli indultum non se extendit, limitata.n.concessio limita-
8 tum parit effectum. † l.milites agrum.ff.de re.mili.in princ.

Nec obstat si diceret, quòd ex quo in primo indulto concesso eidem Reuerendissimo Cardinali apparet, quòd Papa voluit tertio præiudicare: quia dedit sibi auctoritatem conferendi beneficia alias spectantia ad collationem Reuerendi capituli Ecclesiæ Paduanæ: quia dicitur indultum in ea parte esse odiosum: ex quo lędit ius tertii,& propterea nō esse trahendum etiam ad Ecclesiam Taruisinam, hoc est ad beneficia spectantia ad collationem capituli Taruisini ca. odia restringi.de reg.iur.in 6. pręterea in ea parte d.indultum tamquam exorbitans a iure com-
9 muni, extendi non debet. † c.quæ a iure communi eo.tit.& lib.

Secundo respōdetur, quòd cōcessio seu principis indultum, seu priuilegiū, semper est interpretādum, vt minus noceat, & operetur in præ-
10 iudicium tertii, quàm fieri possit† tex.est in cap. dilecti. de for.compet. & ibi D. Ant. & habetur per Roma. in consil. 180. incip. si admittemus totum.

Respondetur & tertio, quòd ex constitutione noua Pontificis Cardinalibus indulta ad vnam tantum Ecclesiam cathedralem, & vnam monasterium nominandum per Cardinalem cui indultum concessum extitit, extenduntur. & præfatus Reuerendissimus Cardinalis supplicauit Pontifici, vt loco monasterii indultum haberet in dicta Ecclesia Taruisina, & sic dicta Ecclesia Taruisina surrogata extitit loco monasterii.ergo non plus iuris in dicta Ecclesia, quam in monasterio habuisset, habere debet præfatus Reuerendissimus Cardinalis: quia surrogatum naturam
11 sapit eius, in cuius locum surrogatur. † l.si eū.§. qui iniuriarum.vbi glo. & Docto.ff.si quis caut. Bal.in l.parabolani.C.de epis.& cler.& habetur per Bart.in l.1.C.de præpo. agen. in reb.lib.12. sed in monasterio illa exceptio, de qua in primo indulto non est proportionabilis, ergo non censetur concessa in Ecclesia Taruisina ratione prædicta.

Ita vt supra dico iuris esse ego Hieronymus de Gigantibus V.I.D.

PRO

PRO R. D. IACOMO ZAMBELLO canonico Cenetensi.

SVMMARIVM.

1 Procurator constitutus ad accipiendum possessionẽ beneficiorum vacantium & vacaturorum in diœcesi, quod non possit capere possessionem beneficiorum vacantium in ciuitate.

2 Diœcesis appellatione quòd verè & propriè non veniat ciuitas.

3 Mandati verba verè intelligi debent.

4 Arbiter assumptus in ciuitate quòd non possit iudicare in diœcesi.

5 Iudex datus vt procedat contra hominem alicuius diœcesis, quòd tunc appellatione diœcesis non veniat ciuitas.

6 In contractibus quòd stricta fiat interpretatio.

7 Diœcesis appellatione in materia stricta, quòd non veniat ciuitas.

Idem in priuilegijs, quæ concernunt præiudicium tertij.

8 Stilus curiæ attendi debet.

9 Ciuitas & diœcesis, quòd de stilo curiæ vt diuersa ponantur.

10 Ioannem Riccium excell. Doctorem Gigantis compatronum, & vti fratrem honorãdũ ab eo nominari.

CONSILIVM XXIII.



QVòd procurator constitutus ad accipiendam possessionem beneficiorum vacantium & vacaturarum in diœcesi nõ possit possessionem capere beneficiorum vacantium in ciuitate, † facit, quia
1
proprie & vere appellatione diœcesis non venit
2 ciuitas, † vt sentiunt omnes in cap. Rodulphus. de rescript. & Cardin. in clem. 2. §. sanè. q. 7. in fine de elect. vbi dixit, quòd in dispositionibus, in quibus verba debẽt intelligi in proprio significatu, nomine diœcesis non venit ciuitas, nec e contra, sed quando vna sub alia venit hoc fit per extensionem & interpretationem. mandati
3 autem verba vere intelligi debent † Bald. in l. nõ abstulit in fine. C. de nouat. facit quia in litteris beneficialibus idem seruatur c. quamuis de præben. in 6. idem est in litteris iustitiæ cap. Rodulphus. & ibi omnes de rescript. Alex. in l. 2. in apostil. ad Bartol. ff. de verbor. oblig. idem est in arbitris, quia arbiter assumptus in ciuitate non
4 potest iudicare in diœc. † l. si cum dies. §. si arbiter. ff. de arbitris, & habetur per Card. in d. qõ. 7. idem est in iudicibus, quia iudex datus, vt procedat contra hominem alicuius diœc. tunc appel-
5 latione diœc. non venit ciuitas † Fely. in d. cap. Rodulphus. versi. declaratur. col. 3. nu. 20. versi. sed verius puto. de rescript. idem erit in contra-
6 ctibus, in quibus fit stricta interpretatio. † l. quicquid astringendæ. ff. de verbor. oblig. facit quod dicunt Hostien. Ioan. And. Butr. Imol. Abbas & alii in d. c. Rodulphus. vbi Felyn. in d. vers. declaratur. col. 2. vers. tertia conclusio Card. in d. §. sanè. q. 7. in fine. vbi concludunt, quòd in materia stricta appellatione diœcesis nõ veniat ciuitas. idem est in priuilegiis, quæ concernunt præ
7 iudicium tertii. † Abb. in d. cap. Rodulphus. vbi Felyn. in d. versic. declaratur. col. 2. num. 17. & Franchus in d. c. quamuis. in princ. de præben. in sexto.

Facit, quia de stilo curię, qui attendi debet. c.
8 † quam graui de crim. fals. cum vulgaribus, ciui-
9 tas & diœ. ponuntur vt diuersa. † quia curia propter honorem ciuitatis non vult, quòd ciuitas diœc. appositione comprehẽdatur, sed quòd suo nomine nominetur ita tenuit Compostel. quẽ refert & sequitur Cardi. in d. c. Rodulph. col. 2.

Et ex hiis cõcludo quòd in mandato de quo agitur non veniat facultas apprehendendi possessionem beneficiorum ciuitatis. & ista dicta sint addendo allegationibus excellentis Docto. D. Io. Riccii compatroni & vti fratris honoran-
10 di † &c.

Hieronymus Gigas V.I.D.

ALLEGATIONES R. D. CALIXTI de Amadeis. In materia beneficiali si beneficiatis vsuariorum an vsufructuariorum nu. intelligant Calixti Amadæi.

SVMMARIVM.

1 Superuacuis laborat impendijs qui solem certat facibus adiuuare.

2 Clerici seu Prælati an faciant fructus suos, & an sint vsuarij, vel vsufructuarij in vita, vel in morte remissiue.

3 Commendatarius an faciat fructus suos. quando habet commendam perpetuam auctoritate Apostolica & ad sui commodum.

4 Commendatarius secundum opinionem Doctorum magis communem, quòd non faciat fructus suos etiam quo ad vsum simplicem.

5 Commẽdatarius, quòd sit solũ custos & procurator.

6 Commendarum moderni temporis forma.

7 Substentare verbum simpliciter sumptum quid importet.

8 Substentatio absque pecunia, a substentatione commoda in quo differat.

9 Abbates quòd nõ sint vsufructuarij sed meri vsuarij, sicut cæteri monaci.

10 Abbates sicut Monaci simplices proprium habere non possunt.

11 Promotio ad dignitatem licet absoluat Monacum & Abbatem ab obedientia, non tamen habilitat eosdẽ ad proprium obtinendum.

12 Monasterij redditus quòd non sint Abbatis, vel Monacorum, qui solum habent alimenta.

13 Insignia pontificalia hoc præstant Abbatibus, quod præstant genitalia mulis, qui steriles sunt.

14 Limitata causa limitatum parit effectum.

Ampliatur quòd habeat locum etiam in priuilegijs.

Cardi-

15 *Cardinales & alij prælati habentes Ecclesias in commenda habent tenere eas in priori statu, non diminuto solito diuino cultu.*

Item ex fructibus superextantibus deductis expensis & oneribus pro statu suo sustentari debent.

16 *Religiosis si concedatur aliqua Ecclesia vt conuertat illius fructus in proprios vsus, ad quæ extendatur dicta concessio.*

17 *Prælato etiam seculari translato ad aliam Ecclesiã, quòd eius bona propria sint obligata Ecclesiæ pro mala administratione.*

18 *Glo. sing. in c. ex litteris de pignor.*

19 *Ecclesiam male administratam esse dicitur si ædificiaruant, vel debitis onerata remanserit.*

20 *Ecclesiam non solum in contractibus, qui fiunt alterius gratia tantum, sed & in alijs non teneri nisi in quantum in eius vtilitatem versum sit.*

21 *Mutuans Ecclesiæ debet esse sollicitus quòd pecunia quam ei pro contractu dat, in vtilitatem Ecclesiæ conuertatur, & expendatur.*

22 *Clerici debent sibi necessaria retinere, & superflua pauperibus erogare.*

23 *Acquisita ex bonis Ecclesiæ, vel ex fructibus beneficij debent esse Ecclesiæ, & successorum in beneficio, non autem hæredum carnis.*

24 *Cons. Lud. Rom. cccl. diuersimodè impugnatur.*

25 *Ecclesia commendata quòd sit beneficium cum administratione, & dubitatur an habeat titulum.*

26 *Commendatarium Abbatiæ sibi commendatæ administrationem habere.*

27 *Commendatarius quo ad dispositionem fructuum in morte superextantiũ non vsufructuario, sed vsuario æquiparatur.*

Et quicquid superest in morte restituitur successori suæ Ecclesiæ tamquam proprietariæ.

28 *Romani dictis in consilijs suis quòd non multum credant Doctores, & signanter Alex. de Imola asserat se parum credere huic Romano.*

29 *Prælatum comparari vsufructuario, vel bonæ fidei possessori, dictum impropriè.*

30 *Prælatum vsuario comparari.*

31 *Clerici possunt comparari vsuarijs, quibus tantum ad vsum quottidianum vti licet.*

Aliquando tutori.

Quodque aliàs procuratores dicantur.

32 *Beneficiati an fructus suos faciant, vel non, varias extare rpiniones. & in quibus casibus procedant.*

33 *Rectoribus Ecclesiarum morientibus bona inuenta, vel in vtilitatem Ecclesiæ debent expendi, vel futuris successoribus reseruari.*

34 *Bonorum appellatione quòd veniant fructus.*

35 *Vsufructuarij ad Prælatum & beneficiatum comparationem fallacem, & vanam esse.*

36 *Clericus habens administrationem quamdiu viuit, & sanus est, quòd moderatè dare posit.*

37 *Bene[illegible]ut vsufructuarij ius, morte finitur.*

38 *Clericus non habens administrationem sed personaliter & simpliciter beneficiatus quantum ad faciẽdum fructus suos, quòd in vita & in morte vsufructuario comparetur.*

Et de ipsis testari potest.

39 *L. defuncta ff. de vsufruct. & l. diuortio solut. m[illegible]r. & illarum dispositio, quo casu procedat, & locum sibi vendicet.*

40 *Prælatus, quòd non sit Dominus bonorum Ecclesiasticorum.*

41 *Dissimilium & diuersorum non est valida argumentatio, & illatio.*

42 *Clausula generalis post quædam specificata restringitur ab illis.*

43 *Commendatarius non debet habere aliquos fructus inspecto mero iure communi, nisi forte aliquid ratione laboris, non autem ratione tituli vel commẽdæ sibi concessæ.*

44 *Labor & pecunia compensationem recipiunt.*

CONSILIVM XXIIII.



PRo resolutione dubiorum transmissorum in causa de qua agitur inter. R. Do. Episcopum Veron. modernum commẽdatarium ex vna, & eius aduersarios partibus ex altera, licet sit superfluum aliquid allegare. Nam superuacuis laborat impen-
1 sis, qui solem certat facibus adiuuare. †vt in c. si omnia 6. qõ. 1. cum res agatur (vt audio) coram Reuer. Dom. meo Domino legato V.I. præstantissimo. Tamẽ vt satisfaciam votis eius, cui operas meas dedicaui, denegare non possum quicquid valeo. Et pro decisione non est opus ingredi illam quæstionem, an videlicet, Clerici, seu Prælati beneficiati faciãt fructus suos, & an sint vsuarii, vel vsufructuarii in vita, vel in morte.
2 †Quam Cardinalis Zabarella in consi. 110. dicit esse vetustam controuersiam, & Dec. in c. repræhensibilis. de appel. in 3. col. dicit esse profundã, & Bar. in c. fin. de pecul. cler. dicit esse Pelagus sine fundo nauigare sub isto passu dubitabili. Et dicit, quòd fortasse egeret declaratione pontificia. Et propter bonum Ecclesiarum & animarũ piè & sanctè faceret Romanus Pontifex, cũ Reuerendissimis D. Cardinalibus declarare istum passum, vtrum beneficiati vsuarii sint duntaxat, vel vsufructuarii. Et ibi disputans, & in c. ex litteris. de probat. & in tertia quæstione Basilica de præstantia Cardinalium & sequenti, sequitur Archid. & Ioan. de Lign. tenentes esse vsuarios simpliciter. pro qua tamen veritate, me remitto ad materiam, vbi supra. Et in clem. præsenti de off. ord. in 6. & ad Abb. in c. cum esses. de testam. & in clem. gratiæ de rescript. & ad Abb. in cons. 96. in 4. parte & ad Archid. in c. statutum de rescript. & ad Soc. in consil. 32. in prima parte, & ad dictum c. fin. & ad omnia allegata in istis locis, quæ non est opus referre, quoniam in quæstione, & controuersia prædictis non agitur, nec vertitur in dubium, an commendatarius faciat fructus suos de mero iure cõi, quando commenda fit secundũ meros terminos iuris cõis, prout in c. nemo. de elect. in 6. sed duntaxat an commendatarius faciat fructus suos, quando habet

commendam perpetuam auctoritate Apostoli-
3 ca, & ad sui commodum. † Nam inspecto mero iure communi, secundum opinionem Doct. magis communem, commendatarius non facit aliquos fructus suos, etiam quo ad vsum simplicẽ,
4 † vt declarat Innocen. in c. dudum el 2. de elect. in 1. col. in verb. concessionem, vbi dicit, quòd ille cui cõmendatur Ecclesia non habet aliquid nec in ipsa Ecclesia, nec in fructibus. Nec potest aliquid aliud facere nisi colligere, gubernare, custodire & erogare fructus pro vtilitate Ecclesiæ. cuius dictum sequuntur cæteri, & præsertim Alexan. ad Bart. in l. Lucius. ff. deposit. & Ange. de Perusio in consil. 35. & Ioan. de Anan. in ca. si constiterit. de accusat. & Aret. ibi. qui dicunt, q̃
5 est solũ custos, & procurator. † & similiter scribẽtes in dicto c. nemo, & in multis aliis locis, & sic inspecto iure communi in hac causa pro Reuer. Episcopo & moderno commendatario non est aliqua difficultas, non obstantibus fundamentis partis aduersę, quibus in fine apparebit responsum.

Facit ergo dubium quæstionem & controuersiam solum bulla producta, & forma commendarum moderni temporis, quia Papa dat commendas perpetuas ad vtilitatem ipsorum com-
6 mendatariorum. † De qua forma faciunt mẽtionem Alexandrinus in summa 44. dist. in 1. col. & Aret. & Io. de Anan. in d. ca. si constiterit. Ex qua bulla aduersarii accipiunt fundamentum, & concludunt victoriam pro se ipsis, vt audio. Sed certe ipsa bulla recte intuenti, non probat aliquod fundamentum pro parte aduersa, & quòd commendatarius non fuerit vsufructuarius, sed tantum vsuarius. & pro maiori declaratione præmitto ad euidentiam, quòd verbum substentare simpliciter sumptum importat solũ
7 substentationem, sine qua quis periret fame, † vt probatur in clem. 1. §. sane. de iur. pat. iuncto dicto Card. Zaba. in 5. notab. & in c. fin. de clerico non ordinato ministrante. Et substentatio posset verificari in duobus, vel tribus panibus quolibet die, qui debent dari, & alia sine quibus vitam non possent ducere carcerati, vt l. iudices. C. de Episcopali audientia. Et propterea canones, quando faciunt mẽtionem de substentatione, ne intelligatur substentatio ita stricta. Modo addunt sufficiẽtem, & congruam, vt declaratur in d. clem. 1. §. sanè, ibi, nec non substentationẽ ei præstare sufficientem, & congruam: modo addunt verbum, congruam simpliciter, vt in c. de monachis. de præben. Modo addunt verbum commode ad verbum substẽtari, vt in c. cum teneamur. de præben. & c. 1. eodem titu. lib. 6. modo ponunt verbum absque penuria, vt in clem. 1. §. sanè. de statu monacorum. ibi, absque penuria substentari.

Item pro euidentia, etiam præmitto illud notissimum, de quo in d. §. sanè in glos. absque penuria. & per Abb. in c. 1. de instit. & in c. postulasti. de rescript. & ibi post ipsum Fely. & per alios Doct. in multis aliis locis, quòd inter substentationem absque penuria & substentationem cõ-
8 modam, est sola differentia, † quòd substentatio commoda est aliquantisper pinguior. Et vtraq; substentatio, vel absque penuria, vel cum commoditate importat solum alimenta, secundum discretionem prædictam.

Item præmitto etiam ad euidẽtiam, quòd Abbates non sunt vsufructuarii, sed meri vsuarii, si-
9 cut cæteri monaci, † vt tangit Barb. in c. cum ordinem in 3. col. de rescript. & ideo Alexan. in c. Abbati 54. distin. dicit, quòd Abbates sicut monaci simplices proprium habere non possunt.
10 † immo promotio ad dignitatem, licet absoluat Monacum, & Abbatem ab obedientia, non ta-
11 men habilitat eos ad proprium obtinẽdum, † vt not. in c. pri. 18. q. 1. & bona. & redditus monasterii, non sunt Abbatis, nec monacorum, qui so-
12 lum habent alimenta, † vt in c. cum ad monasterium de stat. monac. & ideo Ioann. Andr. in c. vt Apostolicę. de priuilegiis in 6. facetè dicit, quòd insignia Pontificalia hoc præstant Abbatibus, quod præstãt Genitalia Mulis, qui steriles sunt.
13 † Quod dictum allegat etiam ad hoc propositum præfatus Alexandrinus in c. 1. 69. distin. quibus præmissis, cum bulla prædecessoris commendatarij dicat, vt ex facie videri potest in corpore, vt commodius substentari valeas de alicuius subuentionis auxilio, prouidere volentes monasterium prędictum sic vacans &c. Inferius narratis oneribus subeundis, & narrata commendatione curæ regiminis, & administrationis ipsius monasterii dicat de residuis illius fructibus, redditibus, & prouentibus monasterii huiusmodi oneribus prædictis debite supportatis, disponere & ordinare libere & licite valeas, sicuti eiusdẽ monasterii Abbates, qui pro tempore fuerunt, de illis disponere & ordinare potuerũt, seu etiã debuerunt. Et sic cum prædicta bulla, seu gratia Apostolica restringat, & limitet concessionem fructuum ad solam substentationem commodã vitæ commendatarii, & ad solum vsum, quem solebant habere Abbates, qui erant regulares, quia Abbatia est regularis, vt est notorium. Nescio igitur quomodo possit fieri aliqua interpretatio per aliquem sanæ mentis, quòd commendatarius prædecessor virtute bullæ, quam habebat, sicut & cæteri commendatarii, qui habent sub eadem forma commendas, secundum stilũ curiæ fecerint, & faciant fructus suos, & sint vsufructuarii, cum sint fructus dati limitate, & limi-
14 tata causa pariat limitatũ effectũ. † vt l. in agris. ff. de acquir. rer. domi. & l. cancellauerat. ff. de his, quæ in test. delent. & ca. cum cum causa. de sent. excommuni. cum cõcordantiis. quod habeat locum etiam in priuilegiis, [illegible] Felyn. in c. cum ordinem. §. limitata causa priuilegii. Et per notata ibi per ipsum, & propterea nõ immerito Abbas in dicto c. de Monachis. de prębẽ. & in c. querelam. in princ. de eccl. & Fel. post ipsum in c. auditis in 2. col. de præscript. exclamat

contra

contra Cardinales & alios habētes Ecclesias in commendam, quia debent eas tenere in priori
15 statu, nō diminuto solito diuino cultu,† & aliis, de quibus ibi. Et ex fructibus super restantibus, deductis expensis & oneribus pro statu solito, debent sustentari. & idem Abb. in dicto c. querelam, subiungit sequendo Innoc. quòd si religiosis conceditur aliqua Ecclesia, vt conuertāt fructus illius in proprios vsus, intelligitur concessio facta modo prædicto, vt. s. Ecclesiā teneat
16 in priori† statu. quia nō est verisimile, quòd Papa fecerit concessionem in præiudicium diuini cultus, & Ecclesiæ: fortius ergo (dicit ipse) prædicta interpretatio debet habere locum, quādo Ecclesia conceditur Card. vel alteri in commendam, vel gubernationem: ex quibus apparet luce clarius, quos fructus debuit lucrari commendatarius prædecessor. Qui, vt audio a fide dignis personis, conseruauit Abbatiam in ruina. Non obstante, quòd bulla det formam, quòd supportentur onera consueta. Et ꝙ certa pars extrahatur a conuentuali mēsa. Et quòd alia certa pars omnium fructuum, redditūm, & prouentuum ipsius monasterij in restaurationem fabricę, seu ornamentorum, vestium, ac paramentorum emptionem, vel fulcimētum, aut pauperum alimoniam &c. vt in dicta bulla, & sic cum in dicta Abbatia multa fuerint omissa restaurāda, pecuniæ, de quibus agitur, fuerunt, & sunt Ecclesiæ commendatæ. Et præsertim cum commendatarius deductis oneribus debuerit solum habere alimenta, si tātum supersunt illis deductis. Immo credo potius, quòd cum dicta Abbatia, vt mihi relatum fuit, male administrata fuerit, teneātur successores hǣredes carnis non solum restituere quæ supersunt, sed etiam de proprio satisfacere Abbatiæ commendatæ, quicquid fuit omissum de debita administratione, per notata per Do. Cardin. Zabarellam in dicto cons. 110. qui vult, quòd si prælatus etiam secularis & translatus ad aliā Ecclesiam haberet bona propria, illa essent obligata Ecclesiæ pro mala administratione. Al-
17 legat † glo. in c. ex litteris de pignor. quam dicit
18 esse singularem. † Et ibi formaliter dicit. non potest autem dici bona administratio, si ædificia ruunt 12. q. 2. quatuor. de elect. fundamenta vero nūquid lib. 5. C. de administratiōe tut. lexq;. de relig. dom. clem. quia contingit in princ. & extrauag. Io. 22. execrabilis. Similiter dicit ipse, non potest dici bona administratio, ex quo
19 Ecclesia remansit onerata debitis. † de solut. c. 2. cū ergo tenerentur pro prædictis bona propria, infert, dicēdo, fortius ergo possunt retineri fructus prædicti pro his oneribus, ad quæ tenetur successor. Et ibi latius per ipsum: Præterea cum dicat Innocen. in c. grauis, de deposito, non solum in mutuo, sed etiam in aliis contractibus non teneri Ecclesiam, nisi in quantum versum
20 est in vtilitatem eius † quod intelligimus (dicit Spec.) verum in contractibus, qui fiunt alterius gratia tantum. Si autem fiant gratia Ecclesiæ pu in emptione, locatione, & consimilibus, secus: sufficit. n. quòd vtiliter contraxit. ff. de minoribus. l. verum. §. sciendū, & §. sequenti nisi in mutuo, vt in casu nostro, quod licet cōtrahatur gratia Ecclesiæ, nō tamen tenetur nisi versum sit in vtilitatem Ecclesiæ 10. q. 2. hoc ius porrectum, & ibi subiungit, quòd in mutuo ille, qui contrahit cum Ecclesia, debeat esse sollicitus, quòd pecunia, quam ei pro contractu dat, in vtilitates
21 Ecclesiæ conuertatur, vel expendatur. † Et ibi sequitur Abb. quod etiam voluit Paul. de Castr. in consi. suo pri. & faciunt quæ habentur in l. ciuitas. ff. si cer. pet. cum ibidem allegatis, & c. pri. de solut. vel saltem secundum Hostien. quòd appareat mutuum, siue debitum fuisse cōtractum pro necessitate Ecclesiæ, vt refert ipse Abb. & tenet in d. c. cum ergo mutuum, de quo agitur, non fuerit concessum in vtilitatem Ecclesiæ, & non ostendatur fuisse factū pro necessitate Ecclesiæ, vt ex informatione facti constat, apparet sole clarius, quòd creditori non debeat satisfieri de fructibus Ecclesiæ commendatæ, nec etiā apparet fuisse contractum debitum pro necessitate personæ prædecessoris commendatarii, vt Ecclesia teneatur secūdum notata in d. c. ex præsentium. de pignor. & quando allegaretur, esset opus calculare cum Ecclesia, & moderno commendatario, quid superfuerit, vel supersit de fructibus Ecclesiæ commendatæ, deductis onerib. & factis expensis, quæ fieri debuere in vita prędecessoris commēdatarii, & haberi etiam respectus ad fructus aliorum beneficiorum, quæ ipse habebat cum commenda, vt apparet ex ipsamet bulla.

Restat modo respondere ad fundamenta partis aduersæ. Et primo non obstat dictum Romani in cōsi. 350. Quoniam ad ipsum dictum possunt dari multa responsa: & primum est, quòd licet secundum ipsum faciat fructus suos, tamē debet intelligi secundum, quòd intelligunt Doctores, & prout Archid. in d. cap. statutum in 11. & 12. col. vbi dicit, quòd illud, quod acquiritur occasione Ecclesiæ, est clericorum, quod probabili vsu consumuntur. nec alio modo debent dispensari res Ecclesiæ, nisi in suas necessitates, & eorum, qui seruiūt sibi, & etiam pauperibus erogare. Et huius sententiæ est etiam Innoc. in cap. indecorū, de ætate & qualitate. Nam clerici debent sibi necessaria retinere, & superflua paupe-
22 ribus erogare: † Et si contra fiat, hoc est iniquitas, & ideo dicit canon. quicquid de prouisione Ecclesiæ suę fuerit, siue de agris, siue de frugib. siue de oblationibus, omnia in iure Ecclesię obseruare censuimus. Nam vsus tantum tam mobilium, quàm immobilium conceditur clericis, & ibi dicit, quòd dicere contrarium credit hæreticum esse, iure nostro. Ad cuius dictum me remitto pro vberiori declaratione, quod etiam sequitur Soci. in suo consil. prædicto 32. in princ. 2. col. multo magis in casu, de quo agitur, cum solummodo sit ostensum debere habere alimenta

recepta commoda commendatarium.

Secundo potest intelligi dictum eius, quādo commenda, seu bulla commendę non restringeret, vel modificaret dispensationem fructuum, vt facit bulla prædecessoris, & alię moderni temporis. & quòd dictum Romani debeat intelligi supra dictis modis, potest comprehendi ex his, quæ notat ipsemet in consi. 346. immo cōs. 159. in quibus vult, quòd acquisita ex bonis Ecclesię vel ex fructibus beneficii debeant esse Ecclesiæ, & successorum in beneficio, non autem hæredū

23 carnis† vt voluit etiam Abb. in c. 3. de pecul. cleric. & c. cum esses supra allegato. & Dec. cōsi. 91. Nā si simpliciter Ludouicus teneret, ꝙ fructus acquisiti ex cōmēda, possent dispēsari, distribui, & expēdi pro libito voluntatis in proprios vsus beneficiati, non faceret distinctionem & differentiam, vbi supra, pro Ecclesia, an clericus beneficiatus acquisiuerit ex bonis patrimonialibus industria propria, vel artificio, an ex bonis vel fructibus Ecclesię. Et si aliter intelligeretur dictum Romani, in dicto consil. 350. sequeretur, quòd indistincte quicquid acquiritur ex fructibus beneficiati, esset hęredum carnis non successorum in beneficiis, nō facta aliqua distinctione, quod abhorrent canones, & Doctores in mille locis, in iure canonico & theologia. Et aliter intelligēdo, quàm supra, Romanus redderetur sibi cōtra-

24 rius,† & per consequens, dictum eius debet intelligi, vt dixi. Alias esset respuendum, & non audiendum per c. sollicitudinem in fine. de appellatio. & in l. professio. C. de muneribus patrimoniorum. libro 10. & l. 1. C. de furt. cum concordantiis.

Tertiò potest audacter negari fundamentum eius, tum quia est cōtra Doctores, si loquitur de iure communi, & contra communem per supra dicta in c. si constiterit, & c. nemo. & per Innoc. in c. dudum, & per Alex. in d. l. Lucius ad Barto. & per ea, quæ notat etiam Franciscus Aret. in d. consi. 35. Potest etiam quarto respōderi, salua reuerentia & pace eius, quòd eius dictum nihil valet, quia ea, quæ allegat pro fundamento, sunt multum a remotis, & non probant eius intentum. Nam §. qui pecuniam, nihil concludit, vt ex inspectione cuiuscunque volentis videre apparet, quod pro superfluo, & breuitate omitto. Et intellectus, quem dat ad glo. in c. nemo, est cōtra intelligentiam communem Doctorum, per supra latius dicta. & maximè in casu nr̄o, quod est satis minus dubitabile, tum propter restrictionem, quam facit bulla de fructibus, tū quia tractatur de fructibus Ecclesiæ commendatæ, quod est beneficium cum administratione, &

25 dubitatur, an habeat titulum.† Nam constat cōmendatarium habere administrationem Abba

26 tiæ sibi commendatæ,†per notata per glo. & Doctores in dicto c. nemo, & per Barbat. vbi supra, in loco supra allegato. & ideo Abbas antiquus in c. reliquisti. de testa. specialiter loquens de cōmendatario dicit, quòd nullo modo commēdatarius, quo ad dispositionem fructuum in morte superextantium æquiparatur vsufructuario.

27 † Et per consequens nullo modo (dicit ipse) poterit commendatarius de superextātibus disponere, sed potius æquiparat̄ vsuario. Et quicquid superest in morte, restituitur successori seu Ecclesiæ tāquam proprietariæ per l. 1. & secundā. ff. de vsu. & habitatione. Et maximè etiam dictū eius est debile, tamquam absque iuribus fundatum pro §. consideremus, in aucten. de trien. & semis. & per notata per modernos in l. illam. C. de collat. & tāquam ratione carens per c. coepiscopi 68. distin. cum vulgaribus. & quia etiam dictum eius apud Doctores non est multum autenticum, nec multum credēdum, vt dicit Alex. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore in 2. col. ff. sol. matrimonio. Qui dicit, parum credo huic

28 Romano,† quia quando aliquod somnium conatur affirmare, nititur auctoritate quorundam antiquarum decisionum, quę sunt adeo innumerosæ, quòd ferè non veherentur vno curru. Et allegat eas, quia difficile est illas cotas inueni re. Et vere sæpe, pro fundamento suorum dictorum etiam impetrantium, allegat ad balistam. & adducit argumenta ll. & canones, quibus facile est respondere, tanquam non stringentibus.

Secundo principaliter ad dictum Dominici in d. consil. 17. vltra præmissa allegata contra dictum Romani, quod dictum Dominici non obstat, immo facit potius contra aduersarios, quia Dominicus dicendo, quòd quando datur commenda, seu beneficium propter substentationē suæ personæ, commendatarius poterit fructus, qui supersunt, conuertere in suis necessitatibus. Et sic non dicit, ꝙ fructus, qui supersunt, applicentur commēdatario, adeo quòd de ipsis possint solui debita commendatarii non conuersa in vtilitatem Ecclesiæ, vel personę, secūdum terminos materiæ. c. 3. de pignor. & c. prin. de solu. secundum quos terminos dictum Dominici debet intelligi, dicendo expressè, poterit fructus, qui supersunt, in suas necessitates conuertere: cum ergo mutuum, de quo tractatur, non appareat contractum pro necessitatibus Ecclesiæ, vel corporis, maxime habita ratione, & respectu ad restrictionem distributionis fructuum, non video, quomodo fundamentum subsistat. Et sic dictum Dominici remanet resolutum contra aduersarios, & bene interpretatum pro moderno commendatario, pro quo magis facit.

Tertio non obstat aliud fundamentū de ęquiperantia in vsufructu commendatarij, & personaliter beneficiati, per glo. in c. præsenti de offi. ordi. lib. 6. quam sequitur, & refert Alex. in l. diuortio, quia potest dari responsum, quod dat Cardin. in d. consil. 90. qui dicit, in simili materia, quòd comparatio illa, quæ fit de prælato, ꝙ comparetur vsufructuario, vel bonæfidei posses-

29 sori, non est omnino propria,† immo, secundū

30 alios comparatur vsuario,† vt no. de pecul. cleri. c. finali, in glo. 2. quę licet in principio sui comparet

paret prælatum vsufructuario, tamen in fine cõcludit, quòd potius clerici possunt comparari vsuariis, quibus tãtum ad vsum quottidianum
31 vti licet. † vt instit. de vsu. & habitatione. §. primo. item alibi comparatur tutori, vt notatur, de restit. in integrum, auditis. in 4. glo. alibi dicitur procur. de donatio. c. 2. & propterea dicit idem Cardinalis, quòd in his comparationibus, non est insistendum, quia cum non procedat in omnibus, vt patet in locis suis, non potest ex eis aliquid certum inferri. & sequitur, omissis ergo istis comparationibus, dicendum est, quòd prælati potestas in prædictis tanta est, quanta in canonibus permittitur. Quicquid autem sit de illis variis opinionibus, an beneficiati faciãt fructus suos, vel non, illæ tamen varietates procedunt, quando prælatus disposuit de fructibus. sed quando nil disposuit, vt in casu nostro, tunc fructus omnes debentur Ecclesiæ, & reseruãtur
32 successori. † de offic. ord. præsenti. in principio. lib. 6. vbi dicit, quòd morietibus rectoribus Ecclesiarum, bona ibi inuenta in ipsis, in vtilitatem Ecclesiarum, debent expendi, vel futuris
33 successoribus reseruari. † Et quòd nomine bo-
34 norum veniant fructus, † probatur ex. §. porro qui, ibi sequitur. Hæc ille ad litteram. & propterea comparatio, quæ fit de vsufructuariis, ad prę
35 latos & beneficiatos, est fallax, & vana. † Et maxime in casu nostro, in quo apparet apertissime, gratiam Apostolicam dedisse vsum, & non vsumfructum, secundum discretionem, de qua supra. & Alexan. non bene allegat glos. in dicto cap. præsenti, dicendo, quòd communis conclusio est per dict. glos. quòd aut habebat administrationem, & tunc transmittit ad hæredes ius petẽdi, vel retinendi fructus pro portione tẽporis, quo deseruiuit Ecclesiæ, alias autem nunquam &c. Quia glo. non dicit sic, sed dicit, quòd clericus habens administrationem, quamdiu viuit, & sanus est, dare potest, moderate tamen.
36 † de donatio. Cæterum, comparant enim eum vsufructuario, quia eius ius morte finitur, si-
37 cut vsufructuarii, † vt in capit. si quis sane, & de donati. consultationibus, & de pignor. cap. vltimo, & instit. de vsufructu. §. finitur. potest ergo dum viuit, voluntatem suam facere, dummodo moderate donet, cum incipit infirmari, comparatur vsuario. Et ita non habet nisi vsum tantum, eleemosinam tamen facere potest. Si verò sit clericus, non habens administrationem, sed personaliter, & simpliciter beneficiatus, & in vita, & in morte comparatur vsufructuario, quan-
38 tum ad faciendum fructus suos, † & de ipsis possunt testari. Ecclesia tamen succedit eis, in istis, si decedant ab intestato. Et sic dicit glos. & ideo credo, quòd Dominus Alexander non viderit de proximo, quando allegauit illam glossam, sicut dicit Dom. Abbas. de Dom. Anton. de Butrio in cap. ex parte Adę. de test. concluditur ergo quamtum ad hoc, quòd auctoritas Domi. Alexandri non facit aliquid pro parte aduersa, neque æquiparantia vsufructuarii, præsertim quum tractetur de commendatario, cum administratione, & tractetur de commendatario alimentario, virtute bullæ sæpe dictæ.

Quartò non obstat lex defuncta. & l. diuortio. cum eius materia, tum quia materia legis defuncta habet locum, quando tractatur de vero vsufructu in vita, & in morte, vt apparet tam ex dictis in d. l. quàm ex titulo, in quo est
39 situata. † Et pro responsione ad ipsam legem, est fundamentum, quod suscipit ex ipsa vltra allegata superius, quæ eneruant, & legem, & materiam, quo ad casum nostrum, tres casus sunt distinguendi, subtiliter intuendo.

Primus est, quando legata sunt prædia, vel quid aliud pro alimentis. & sic eorum Dominium. & tunc eo casu si quid supersit tempore mortis ipsius alimentarii, illud ad hæredes transmittit. Et iste non est casus noster, siue æquiparemus commendatarium vsufructuario siue vsuario, quia neque prælatus est
40 Dominus bonorum Ecclesiasticorum, † vt in capitu. secundo. de donatio. & in capitu. hoc consultissimo, iuncta glossa, in verbo ipsarum, de reb. Eccles. non alienandis. in 6. multo fortius nec commendatarius per ea, quæ iam pluries supra dixi.

Secundus casus est, quando alicui simpliciter relinquitur vsusfructus, & tunc fructus extantes, vel pensionem, pro illis debitam ad hæredes, transmittit, vt in l. arboribus. ff. de vsufructu. Et in hoc casu loquitur lex defuncta. & similiter iste casus non est casus noster, quia non tractamus de vsufructu concesso per Sanctissimum Dominum nostrum, vel per aliquam bullam per superius allegata.



Tertius, & vltimus casus est, quando relinquitur vsusfructus alicui, non simpliciter, sed ratione alimentorum, scilicet, vt se, & suos de fructibus Abbatiæ possit decentius, vel commodius alimentare. Et ita vt plurimum dicitur in litteris commendarum concessarum per summum Pontificem, vt referunt Alexandrin. in summa 44. distinctio. & Ioannes de Anania, & Aretinus, in capitu. si constiterit, de accusatio. superius allega. & iste est proprie casus noster. Et tunc omne emolumentum, quod superest tempore mortis alimentarii, redit ad proprietarium. Casus est rotundus, in l. dominus. §. fina. ff. de vsufructu. Non dico l. si Dominus, quem. §. fin. etiam expressius declarat gloss. fin. ibidem pro casu nostro. Et sic dicta. l. defuncta, & l. diuortio, cum materia ambarum vere & bene intellectæ non merentur allegari, ad decisionem casus nostri, quia casus noster est de vsufructu alimentorum, vt in litteris Apostolicis millies allegatis. Et per hoc patet responsum ad legem, defuncta, & legem, diuortio,

in materia, quæ vere non obstant.

Quinto, & vltimo non obstat glo. in l. 1. C. de Annon. ciuili lib. 11. iuncto dicto Bart. super ipsa, quia arguit de dissimili. Nam dissimilium, & diuersorum non est valida argumentatio, & illa
41 tio, † vt l. naturaliter. §. pri. & l. Pomponius. in princip. ff. de acqui. possess. & c. fin. de calumnia toribus. Nam illa glo. sumit argumentum a re prophana. & loquitur in diuersis terminis. Præterea illa glo. est cribrata in iure canonico in locis prædictis, & ad illam recurrere, est mendicatum suffragium, & debilissimũ. Nam in iure canonico cum sint infiniti canones expressi, non est opus allegare glo. illam, quia allegantes incidunt in reprehensionem glos. in l. sed licet. ff. de offi. præsi. & debemus veritatem de fonte magis, quã de riuulis quærere, vt dicit tex. in c. ieiuniũ el 2. 76. distinctione. Vlterius est glo. iu. ciui. in quo non est veritas huius materiæ. Nam Bartol. in d. l. diuortio. §. econtrario, dum format quæstionem glo. de qua in d. l. 1. dicit. canonistæ tamen aliter dicunt, quibus in hoc est standum. Nec obstat si forte allegarentur verba bullæ ibi libere & licite disponere possit &c. Quia dicta verba restringuntur a verbis præcedentibus, & sequentibus, videlicet, ab illis verbis, vt commodius substentari valeas &c. quæ præcedunt, & ab illis verbis, sicut Abbates, quæ subsequuntur, &c. Nam clausula generalis post quædam speci-
42 ficata restringitur ab illis. † vt per Bal. in l. pactũ. C. de colla. cum vulgaribus. & sunt posita solummodo ad tollendum impedimẽtum iuris, & ad denotandum & declaran. quòd possit habere fructus ad substentationem, quia de iure, vt supradictum est, commendatarius non debet habere aliquos fructus, inspecto mero iure communi, nisi forte aliquid ratione labo-
43 ris † per iura per dominum Ludouicum allegata in dicto suo consilio 350. non autem ratione tituli vel commendæ sibi concessæ, quia labor & penuria compensationem recipiunt.
44 † vt l. Seio. ff. de Ann. leg. & per hæc puto satisfactum resolutioni fundamentorum partis aduersæ, submittens me semper iudicio melius sentientis: cætera suppleat prudentia, & sapientia catholicè iudicare debentis, ad laudem Dei.

Et ita vt supra conclusum est arbitror iuris ac summæ æquitatis esse, & catholicum ego Calistus Amadeus Iur. Vtri. Doct. in Ecclesia Veronen. Vicarius, saluo semper &c. in quorum fidem &c.

IN MATERIA BENEFICIALI super fructibus clerici prædefuncti Roberti de Montibus, Responsum. quod adaptatur constitutioni Iulii III. de fructibus beneficiatorum non exactis.

SVMMARIVM.

1 *Vsufructuarius facit fructus suos, & de eis ad libitum disponere potest.*
2 *Clericus administrationem habens dum viuit & sanus est, quòd donare possit, moderate tamen.*
Et vsufructuario comparatur.
3 *Vsufructuarij ius morte finitur.*
4 *Clericus cum incipit infirmari, quòd vsuario comparetur, & licet non nisi vsum tantum habuerit, eleemosinam tamen facere potest.*
Non autem aliàs disponere, vel testari.
5 *Clericus administrationem non habens, sed simpliciter beneficiatus vsufructuario comparatur quantum ad faciendum fructus suos, & de ipsis testando.*
Item, quòd ab intestato eidem succedat Ecclesia.
6 *Clericus simpliciter beneficiatus non habens administrationem facit fructus receptos & reconditos suos, & post mortem suam hæredes succedunt in dictis fructibus.*
7 *Clericus non simpliciter vsufructuario comparatur.*
8 *Clericus simplicis beneficij comparatur vsuario.*
9 *Clericus, quòd sit tantum vsuarius, non autem vsufructuarius, qui victu & vestitu contentus esse debet, nec de bonis Ecclesiæ testamentum condere potest.*
10 *Clericus emens equum de bonis Ecclesiæ, quòd ille nõ sit suus, sed Ecclesiæ.*
11 *Sacerdos de altari viuere, non luxuriari quærat.*
12 *Clericus tantum necessaria habere debet ab Ecclesia, & necessitas huiusmodi arctatur ad victum, & vestitum.*
13 *Clericus si vltra debitum aliquid expendat de bonis Ecclesiæ, quòd teneatur ad restitutionem.*
14 *Acquisita de bonis Ecclesiæ, Ecclesia vendicare põt.*
15 *Intellectus glos. in c. præsenti, de offic. ord. in 6.*
16 *Intellectus. c. vnici, de cler. non resid. in 6.*
17 *Episcopatus, est patrimonium episcopi, quantum ad dispensationem.*
18 *Clerici ꝙ sint Domini fructuum, quo ad dispẽsationẽ.*
19 *Clerici sunt dispensatores fructuum Ecclesiæ, & habent potestatem canonicè disponendi res Ecclesiæ.*
20 *Intellectus. c. si quis quamlibet 12. q. 2.*
21 *Intellectus. c. relatum. de testam.*
Clericus non habens administrationem, quòd de fructibns bonorum Ecclesiæ aliter disponere nõ possit.
22 *Glo. in cap. præsenti de off. ord. in 6. reprobatur per Abbatem.*
23 *Clericũ vsufructuario cõparari, quo casu procedat.*
24 *Clerico ab intestato morienti, quòd de consuetudine in partibus Franciæ consanguinei succedant.*
25 *Clericus tam habens administrationem, quàm non habens de fructibus Ecclesiasticis disponere non potest, nisi in casu eleemosinæ.*
26 *Prælatus & clericus in bonis Eccles[illegible] habent proprium vsumfructum, sed solum habent ius administrandi tam in necessitatibus suis, quàm Ecclesiæ & pauperum.*
27 *Clerici, quòd non sint vsufructuarij, sed fideles dispensatores redditum rerum ecclesiasticarum.*

Quæsita

28 *Quaesita de bonis Ecclesiae pertinent ad successorem.*
29 *Doctoribus etiam pluribus in eorum lecturis aliquid de consuetudine obseruari attestantibus, minus credendum.*
30 *Doctoribus actu legentibus iura interpretari concessum, non autem super his, quae sunt facti disponere.*
31 *Doctori affirmanti consuetudinem credendum non esse, cum nec religiosis sine iuramento credatur.*
32 *Consuetudo vt iuri communi praeiudicet, quae requirantur.*

CONSILIVM XXV.

Punctus talis est.



P. MASSADA beneficiatus simplici beneficio in plebe Leonici decessit, relicta plurium annorum quantitate fructuum, qui per ipsum in veritate non fuerunt percepti. Sed deuenerũt ad manus Petri Pauli Priantis communis administratoris omnium fructuum illorum simplicium beneficiorum in dicta plebe existentium. Cui defuncto successit dominus Annibal in dicto beneficio, Modo per ipsum, vel eius procuratorẽ repetuntur dicti fructus a dicto administratore vnà cum redditione rationis, de administratione eorũ. Qui Petrus Paulus administrator dicit se nõ teneri, quia dicti fructus pertinẽt ad hęredes dicti clerici praedefuncti, vel ex eius dispositione, vel ab intestato. Modo quaerĩt quid iuris.

Diuini numinis implorato pręsidio. Videtur dicendum, debere dictos fructus transire ad haeredes defuncti, si qui haeredes reperiuntur, vel consanguinei, maximè si dictus Massada super his condidit testamentum. Cum in his comparetur vsufructuario, qui facit fructus suos, & de
1 eis potest disponere ad libitũ. † pro qua opinione allegatur glo.not.Ioan.And.in c.praesenti.de off. ord. lib. 6. in verbo reseruari; quae facit distinctionem inter clericum administrationem habentem, & clericum non habentem. Dicens, quod clericus habens administrationem dũ viuit, & sanus est, potest donare, moderatè tamẽ.
2 c.caeterum.de dona.comparat† eum vsufructuario, quia eius ius morte finitur, sicut vsufructua-
3 rii.†c.fi. de pecul. cleric.c.consultationibus. de donat.c.fi.de pigno.§.finitur.instit.de vsufr.potest ergo dum viuit voluntatem suam facere, dũmodo moderate donet. Cum autem incipit infirmari, ipsum comparat vsuario, & ita nihil habet, nisi vsum tantum. tamen eleemosinam fa-
4 cere potest. † c. ad haec. de testa. non autem aliàs disponere vel testari.c.cum in officiis.eo.tit. & clericus non habens administrationem, sed simpliciter beneficiatus, vt in casu nostro comparatur vsufructuario, quantum ad faciendũ fructus
5 suos, & de ipsis potest testari † inferendo, quòd ab intestato succedit Ecclesia. & illa distinctio dicitur ibi probari per iura ibi per eam allegat. quae opinio in clerico simpliciter beneficiato videtur corroborari per.l.si fur.ff.de vsufr.& l.vsufructuario.ff.qui. mod.vsuf.amit. & sequitur secundum quosdam Philip. Franc. de Peru. in d. c.praesenti.in vlt.col. & Alber. in l.defuncta. in 2.col. ff. de vsufr. & l.diuortio.ff.solut.matr.vbi dicit secundum eos, quòd cõsuetudo generalis hoc obseruat, videlicet, quòd clericus simpliciter beneficiatus, nõ habens administrationem, facit fructus receptos, & reconditos, suos, & ꝙ post mortem suam, hęredes succedunt in dictis
6 † fructibus.

Quibus tamen non obstantibus, contrariam sententiam de iure puto veriorem, videlicet, ꝙ dictus clericus praedefunctus de eis non potuit disponere post mortem, quatenus disposuerit. sed dicti fructus debent indistinctè restitui Ecclesiae, & successori. cui de iure reseruantur. Neque enim verum est, ꝙ clericus comparetur vsu-
7 fructuario simpliciter.†Nam immo clericus sim
8 plicis beneficii comparatur vsuario. † vt in casu nostro, & sic post mortem non potest disponere. hoc habetur per gl.in c.fi. de pigno.super verbo fruatur.& glos.in c.quia nos, super verbo, testamentum.de testam.& gl.in c.fi. super verbo obitus.in fine.de pecul.cler.& gl.in c.cum olim.super verbo diffinitiuam. de rer. permut.in quib. gl. indistinctè dicitur, quòd clericus est tantum vsuarius, non autem vsufructuarius, quia debẽt esse cõtenti victu, & vestitu. nec de bonis Eccle-
9 siae valent condere testamentũ.† Ad idem, quod not.Io.glo.in c. res Ecclesiae.12.q.1. vbi dicit, ꝙ de bonis Ecclesiae illud solum est clericorum, ꝙ probabili rõne consumunt.vnde infert, ꝙ si clericus emit equum de bonis Ecclesię, ꝙ ille nõ est
10 suus, sed Ecclesiae. † idem vr̃ tenere Inn. in c.cũ in off.de test.vbi dicit, ꝙ varias, & delicatas expẽsas dẽt iudex deducere super bonis clerici. solas autem expensas approbabit de bonis Ecclesiae, quae factę sunt in eleemosinam pauperum, vel in redẽptionem captiuorũ, vel in hospitali, vel alias pias causas. 12.q.2. aurum hẽt Ecclesia, & c.gloria episcopi.cũ simil.vnde Hier. dicit.vt hr̃ 44.dist.in princ. sacerdos de altare viuere, non
11 luxuriare quaerat.† vnde dicit ibi glos. super verbo viuere, quòd clericus tantũ necessaria habere debet ab Ecclesia, & illa necessitas arctatur
12 ad victum & vestitum, †allegat.c. episcopus Ecclesiarum 12. q. 1. vnde dicit ibi Arch. quem sequitur Io. de Lig. in cle.gratia.de rescript. quòd si clericus vltra debitum aliquid expendit de bonis Ecclesię, quòd tenetur ad restitutionẽ.opti-
13 mè † facit tex.in c.Episcopi.de reb. 12.q.prima. vbi habetur, quòd quicquid de prouisione fuerit, siue de agris, siue de fructibus, siue de oblationib. ꝙ oĩa debent conseruari Ecclesiae. simile hr̃ in c.eps.10.q.2.vnde dici consueuit, ꝙ acquisita
14 de bonis Ecclesię pòt Ecclesia vẽdicare.†12.q.4. sacerdotes.& q.5.fixũ.& ead.cau.q.2.c.Apostolica.inf.& c.inquirẽdũ.de pec.cler. & facit c.cleri

cus.in fi.& c.duo sunt genera 12.quæst.1.& cap. quia tua. in fine. Quam partem tenet vltra alios Panor.in cap.cum esses.de testa.

Ex quibus omnibus concluditur,quòd dictus prædefunctus clericus simpliciter tunc beneficiatus,de fructibus dicti beneficii non potuit disponere,nisi quantũ supra, & ꝙ debent reseruari ecclesię,vel successori. Et multo magis debent reseruari, si non disposuit de eis,vt in casu nostro.

Restat modo respondere ad contraria.Et primo respondeo ad dictam glos.in dicto c.præsenti,ꝙ illa distinctio non est vera, & non procedit.
15 †Quia vt dicit Panor.in dicto capitulo cum esses de testam. In secunda q. principali iure non probatur. dicit enim ibi, quòd c.requisisti, allegatum per glos. probat potius contrarium,vt ibi per eum. & respondit ad capit. vnicum. de cler.
16 non residen. lib. 6. allegato per eam, †quòd clericus recipiendo fructus sui beneficii, dicitur illos facere suos,quoad vt sibi prouideatur primo, & de superfluis dispenset in pios vsus.in capitu. penulti. & fi.12.q.prima. non autem, vt de ipsis possit testari, vel pro libito voluntatis facere, vt est bonus text.in c.si quos.de seruis.12.q.secunda,vbi reuocatur donatio facta de fructibus,& c. iudicatum 89.distin.vbi dicit ipse,quòd episcopatus est patrimonium episcopi,& debet intelli-
17 gi quantum ad dispensationem , † vt in iuribus supra allegatis. & sic debent intelligi omnia iura, quæ videntur velle, quòd clerici sint domini
18 fructuum, scilicet quoad dispẽsationem. †Nam clerici sunt dispensatores, & habent potestatem canonice dispensandi res ecclesiæ † dicto capit. præcipimus 12.q.1.& pro hoc c.nõ satis 86.dist.
19 †Non obstat prædictis c.si quis quamlibet 12. q.2. vbi habetur quòd episcopus potest rem ecclesię relinquere in testamento suo, quia illa iura procedunt, prout in eis dicitur, quando Episcopus videtur tantundem de suo proprio conferre ecclesiæ, & quòd nulla sit differentia inter
20 habentem administrationem,& non † habentẽ, probatur in dicto capi.cum in officiis d.c.relatũ. il 2. de test.vbi dicitur,quòd acquisita per ecclesiã, siue clerici decedãt testati,siue intestati, & illud capitulũ dẽt intelligi tam in habente administrationem,quàm in non habente, vt patet in
21 dicto cap.relatum, ibi,nomine ecclesiæ.† Et sic expresse patet ex illo tex. quòd clericus non habens administrationem, non potest in testamento disponere de talibus bonis. Cuius contrariũ tenuit d.gl. iud.cap.præsente.& in hoc illa glos. reprobatur per præfatum Panor. † per prędicta, & alia,quæ ipse allegat. & contra dictam glos.tenet in hoc expresse.Philip. Franch. de Perusi.in dicto cap.præsenti in tertia colum. versicu.circa secundam,ibi,non obstante.
22 †Non obstat.l.si fur. ff. de vsufruct. ff. quibus mo.usufr.amit.vbi disponitur,quòd fructus percepti sunt vsufructuarii,& quòd potest de illis disponere,& ꝙ sic debet dici in clerico,qui comparatur vsufructuario,quia respondetur, ꝙ hoc nõ est simpliciter verum.Nam etiã si teneremus clericum cõparari vsufructuario,nihilominus, debet intelligi,ꝙ faciat fructus suos, quoad suas ne-
23 cessitates,& dispensationẽ canonicã.† d.c.præcepimus.12.q.1. & aliis iuribus superius allegatis. & ita allegat illa iura Card.Flor. in cons. 110. & Cald.in consil.2.de pecul.cleri. Et hanc opinionẽ de iure esse tenet Phil.Franc.iud.in c.præsenti.In 3.col.& sequenti. vbi reprobat consuetudinem contrariã.Quæ extat in partibus Franciæ,ꝙ moriente clerico ab intestato, consanguinei suc-
24 cedũt.†Alber.qui videbant in cõtrariũ allegari. in l.diuortio 6.col.ff.sol. mat. non firmat pedes, & tandem se reportat ad quandam æquitatem,ꝙ fructus diuidantur secundum terminos. d.l. diuortio.& l. defuncta.ff.de vsufr. quæ quidẽ æquitas haberet locum in dubio,sed nos sumus in casu claro, quòd dicti fructus sunt distribuendi,vt supra dictum est,& alii remanent successori.

Et istam opinionẽ,ꝙ indistincte tã clericus habens administrationem,quam qui non hẽt,non
25 possit disponere de fructibus ecclesiasticis†sequitur Host.in summa de dona.§.Et quid. versi. nisi causa eleemosinæ.Et Nicol.de mil.in suo solẽni repertorio, quod ad vnguẽ practicatur per dominos Rotæ, in Romana curia.in versi. Prælatus.§. Prelati non sunt domini. vbi dicit,tu dic,ꝙ prælatus & clericus in bonis ecclesiæ non habent ꝓprium vsumfructũ,sed solum habent ius administrandi,tã in distribuendo in necessitatibus suis,
26 ꝗ ecclesiæ,ꝗ pauperũ.† Et sic necessaria sibi retinent, & superflua pauperibus errogare debent. & hoc in clericis secularibus. Et And.de Iser.in c. Domino guerrã.§. his consequenter in Rubr. hic fi.le de.cõsi.inc.uer. Quid in clerico.ibi,multo fortius ergo fructus & a solo separati,decedẽte clerico, erunt ecclesiæ,& successoris.Et Arc.in c.hæc huius.in addi.ver.sed cõtra hoc,vbi dicit, dicta bona reseruari successoribus indistincte, tã dignitatũ,ꝗ simplicium beneficiorum.Et Nico. de Vual.in suo tract.de suc.ab intest.clericorũ.§. finita tandem.ver.Prima conclusio.nu.7.vbi dicit,ꝙ huiusmodi fructus, redditus vel prouentus simplicium beneficiorũ, reseruantur successori. Et ita in simili consuluit Roma.in consil.259.in casu ꝓposito.nu.3.& 4.Et Car.Flo.in cons. 110.

Tria sunt,vbi dicit, ꝙ omissis istis cõparationibus,ꝙ cõparetᷣ vsufructuario, uel vsuario, quę ꝓcedunt, cum prelatus disposuit de fructib.si aũt nõ disposuit,vt in casu nostro,tũc fructus oẽs debentur ecclesiæ, & reseruantur successori c. ꝑsenti de of.or.Io. 6. & ibi dicit,ꝙ appellatione bonorum veniunt fructus, & ibi hoc tenet d.gl.cõiter in hoc apꝓbata,in ver.reseruari. ibi ecclesia succedit eis in istis, si decedãt ab intestato. Cald. in cons.2.qui succedere, ver. Puto concludẽdũ.vbi concludit dictos fructus non trãsire ad hæredes, prædefuncti clerici, nec ex testõ, nec ab intestato, sed succedere ecclesia. Pet. de Anchara. consil. 116. Secundum ordinem, nume. tertio. vbi dicit, item non est verum, secundum Archid.

quod

quod clerici sint vsufructuarii, sed fideles dispẽ-
27 satores redditiuũ rerum ecclesiasticarum,† allegat.c.2.de dona.c.fi.12.q.vltima.Ioan. de Ana. consil.86. circa dubium, in princ.vbi allegat gl. iudi. cap. præsenti, quòd licet clericus habens beneficium sine administratione possit in vita, & in morte libere de fructibus disponere, quia æquiparatur vsufructuario, tamen si non disponit, imputetur ei, & Ecclesia ab intestato succedit. & Paul. de Castr. consil. 337. Primo quæritur, in primo volum.in add.d.consil.incip. Nouissime quæritur, in princ. vbi dicit, talia reseruanda successori, allegat d.c.præsenti, & Bal. in consil.80.ad euidentiam.5.vol. vbi dicit, quòd quæsita de bonis Ecclesiæ pertinent ad successo
28 rem. † & idem Bald. consil.113. prætermittendum, vbi tenet post multa tam in clerico administrationem habente, quàm non habente, quòd si nihil disponunt, & in casu nostro, debent fructus reseruari successori Ecclesiæ. & Socin.in consil.32.ex his, prima col.versic.circa secundam quæstionem primo volum.quod de bonis Ecclesiæ illud est clericorum duntaxat, quod probabili ratione consumitur, & quatenus vrget necessitas, allegat illud Apostoli, victu & tegumento his contenti simus. vnde secundum eum ibidem, si vltra debitum aliquid expendit de bonis Ecclesiæ, tenetur ad restitutionem. Ex quo, vt ibi subiungit, non est vsufructuarius.

Non obst.consuetudo allegata per Doctores, quia, vt dicit Alex.in l.post dotem.col.pen.vers. sed puto indistincte. ff. solut. matr. quod etiam si plures Doctores, in eorum lecturis affirmarent ita de consuetudine esse ac obseruari, quòd il-
29 lis non creditur, † quia illis est concessum iura interpretari, non autem super his, quæ sunt fa-
30 cti disponere. † & idem tenet Aret. consil.132. in causa quæ vertitur, col.2. versicu. sed tamen his.vbi inquit, quòd nunquã sibi placuit, quòd credatur Doctori affirmanti consuetudinem esse, quia non creditur etiam religiosis sine iura-
31 mento. † c. nuper.de test. & cum ista opinione transit Phil. Dec. in consil.372. testator legauit, num.17.3.col.& 3.vol.

Et quatenus dicta cõsuetudo allegaretur per partem, respondetur, quòd adhoc, vt consuetudo iuri communi pręiudicet, Primo requiritur, quòd sit rationabilis, & pręscripta. cap. fin. de consuet. secundo, respondetur, quòd ex certa scientia, & non per errorem sit inducta. l.quod non ratione.ff.de legib. tertio requiritur, quòd sit introducta sciente illo, qui potest ius cõdere, l.de quibus.in fin.eo.titu.4. requiritur, quòd sit obtenta saltem bis in contradictorio iudicio.l. cum de cõsuetudine.ff.de leg.c. Abbate.de ver. significatio.glo.& Docto. in d.cap. fin.& in d.l.
32 de quibus.† quæ requisita in præsenti casu non adsunt, ergo potius corruptela censenda est d. cap.fin.

Ex quibus omnibus supradictis concludo, dictum clericum prædefunctum de dictis fructibus non potuisse disponere, quatenus constaret disposuisse, & successiue non facta alia dispositione, non transire ad hæredes, vel consanguineos suos, sed restitui debere moderno successori, per dictum administratorem.

Et ita dico & consulo ego Robertus de montibus. I. V. D. & nunc Vicarius Reueren. Domini Episcopi Vicentini & in fidem me subscripsi & sigillaui, saluo meliori iudicio; Laus Deo &c.

PRO REVER. DOM. AVGVSTINO de Vonico Decano Taruisino.in causa intrusionis. in quo possessorii & petitorii in beneficialibus materia expenditur.

SVMMARIVM.

1 *Possessionem beneficij adeptus sine titulo, ac fauore & potentia laicali tantum, quòd inhabilis effectus dicatur.*
2 *Decanatus in Ecclesia Taruisina, quòd sit prima dignitas post Pontificalem.*
3 *Dignitas prima post pontificalem, quòd Sedi Apostolicæ reseruata sit.*
4 *Expectãs dignitatem primam post Pontificalem, acceptare non potest.*
5 *Beneficia vacantia in curia, quòd de iure communi Sedi Apostolicæ reseruata sint.*
6 *Familiarium Cardinalium beneficia per regulas cãcellariæ Sedi Apostolicæ reseruata.*
7 *Decretum irritans sui natura, nec dum titulum, sed possessionem inficit.*
8 *Agenti possessorio in beneficialibus, quòd obstet notorius defectus proprietatis.*
9 *Spoliatus cui obstat Papalis reseruatio, non restituitur.*
10 *Non valenti agere, non currit præscriptio.*
11 *Impedito facto aduersarij tempus non currit.*
12 *Sententia lata contra impeditum iusto impedimento non valet, maximè si iudex sciuit impedimẽtũ.*
13 *Impedimentum, quod per modum protestationis deduci debeat, & ad hoc vt impeditum releuat.*
14 *Vno prohibito quòd omnia prohibita dicantur, per quæ peruenitur ad illud.*
15 *Impedimentum non præstat, quod de iure non sortitur effectum.*
16 *Spoliatus, quòd intra annum cessante legitimo impedimento restitutionem petere debeat.*
17 *Beneficium colorato, vel incolorato titulo possideri ad iudicem laicum non spectat cognoscere.*
18 *Beneficium possidens, nullum habens titulum, quòd tamen sine causæ cognitione possessione sua priuari non possit.*
19 *Possidens beneficium contra decretũ irritans, ꝙ eius titulus sit ipso iure nullus, pariter et possessio nulla.*
20 *Prædo quòd in sua possessione manutenendus sit.*
21 *Beneficij possessor siue colorem habeat possidendi, siue non, a sua possessione sine causæ cognitione amouendus non est.*

22 *Supplicationem habens signatam, & non bullas, ad possessionem beneficij admittendus non est.*
23 *Litteræ Apostolicæ, quòd sint de substantia gratiæ.*
24 *Gratiam Papæ non nisi per litteras probari, & ita in Rom. curia seruari.*
25 *Beneficij possessionē ingrediēs sine litteris, & sic bullis aliter nō leuatis, ius amittit, si quod in eo habet.*
26 *Sequestrum factum per iudicem sine consensu possidentis, ipsum sua possessione non priuauit.*
27 *Executor Apostolicus incipiens ab inuocatione auxilij brachij secularis, nulliter procedit.*
28 *Iudex secularis cuius brachium requiritur, videre debet an iuste petatur.*
29 *Executor qui habet conferre præbendam, & inducere in possessionem amoto ex inde quolibet illicito detentore, non potest possessore non vocato illum sua possessione priuare.*
30 *Verbis Papæ credendum esse.*
31 *Verbis narratiuis Papæ collationem probari.*
32 *Beneficij possessionem ante litteras expeditas non tradendam.*
33 *Gratia Papæ ꝙ in scriptis redigenda aliàs minus perfecta dicatur.*
34 *Canonicum titulum ante confectas litteras, quem non habere.*
35 *Litterarum expeditionem breui non probari. Rationem ad idem assignari.*
36 *Papæ attestanti de facto alieno, in præiudicium tertij plenè non credendum.*
37 *Titulum non habenti beneficij possessionem nō dari.*
38 *Possessor conuētus qui nullū ius hēt, vbi constat de non iure petentis à sua possessione eijciēdus nō est.*
39 *In beneficialib. sine cā & titulo quē possidere posse.*
40 *Possidere beneficium, vel bene, vel male ad iudicem secularem non spectare.*
41 *Beneficialis causa ꝙ sit spiritualis siue agatur possessorio, siue petitorio, nec coram iudice seculari pertractanda.*
42 *Causa beneficialis possessoria ex quo dependet a proprietate spirituali, & spiritualis censenda.*

CONSILIVM XXVI.



PRIMO in ista causa, videndum est de iuribus q. Bonini tā circa possessorium, quam circa petitoriū. Et primo circa possessorium dicitur, quòd Boninus erat intrusus in d. decanatu. quia possessionē adeptus fuit sine aliquo titulo solum fauore, & potentia laicali, videlicet ex reseruatiua excell. consilii X. vt per litteras excell. consilii patet, sub die 27. Aug. 1502. & sic de facto, quo casu etiam inhabilis effectus fuit. c. si quis deinceps 16. q. 7.
1 † cuius tex. dispositio locum etiam habet in inferioribus prelatis, vt ibi dicitur & habetur in bulla aurea Innoc. Papæ viij.

Secundo est aduertēdum, quòd posito, quòd Boninus habuisset aliquem tit. ab ordinario, tamen nullum & notorium non ius habebat, etiā si illud vigore gratiæ expectatiuæ obtinuisset, q̄a cum decanatus in Ecclesia Taruisina, sit prima
2 dignitas post Pontificalem, † illa est specialiter
3 reseruata Sedi Apostolicæ, † vt legitur in regula cancell. & c. penul. in princ. de offi. legat. & expe
4 ctans tale beneficium acceptare nō potuit. † Roma. in consi. 260. & est text. in c. 2. de præb. in 6.

Tertio de notorio non iure Bonini cōstat ex eo, quòd dictus decanatus vacauit in curia per mortem D. Poli de Vonico, de anno 1502. & sic de iure communi erat reseruatus Sedi Apostoli
5 cæ. † c. licet Ecclesiarū. c. præsenti de præb. lib. 6. item erat reseruatus, quia Do. Pilus erat familiaris R. tunc Card. Grimani, per regulam cancell.
6 Apostolicæ. † Quæ omnia iura & regulæ habent decretum irritans, si secus factum fuerit, ꝙ infi
7 cit ne dum titu. sed etiam possessionem. † c. si hi cōtra. & ibi Domi. vt lit. pend. in 6. habetur per Rot. decis. 16. in nouis. & in c. statutum. & in c. licet de præben. in 6.

Et ex his patet de nō iure d. q. Bonini tam in possessorio quā in petitorio, ergo D. Ioan. de Dominis, qui ex resignatione Bonini, & ex surrogatione in iuribus illius innititur agēs modo possessorio adipiscendæ audiri non debet, quia successit in vitium. Nec potuit Boninus ex resignatione plus iuris ad eum transferre, quā ad se pertineret c. nemo plus iuris. de regul. iu. lib. 6. Agēti enim possessorio adipiscendæ obstat notorius
8 defectus proprietatis. † Rot. decis. 7. in antiquis. & decis. 347. Bellam. deci. 407. incipit, vbi lis cōtestata est. ponit Inn. in c. cōstitutus de fil. presb. Specul. in tit. de pet. & possess. §. quia supra. Quinimmo spoliatus cui obstat Papa lis reseruatio
9 non restituitur. † Rot. in nouis decis. 16. & Rot. decis. 56. in antiquis. Fely. in c. in nostra. vers. trigesimum sextum correlarium de rescri. Alex. in c. reintegranda 3. q. 1. in 3. col. Aret. in l. naturaliter. col. pen. ff. de acquir. possess.

Nec ob. asserta res iudicata Bonini in cuius fauorē Petra Sancta auditor, vt dicitur, iudicauit, quia ex quo D. Aug. agere non poterat, & nec se defendere stante prohibitione Illustriss. consilii Decem. vt patet in parte capta de an. 1506. die 4. Februarii, in qua dicitur, ꝙ D. Aug. neq; ꝑ cessum neq; per decessum Bonini, posset hr̄e dictū decanatū, & per litteras scriptas Oratori in Curia de an. 1519. 4. Aug. quib. iniungitur d. Aug. vt sub pena confiscationis bonorum & indignationis &c. nō se impediat in d. decanatu. Sequitur ergo regula iuris, quòd non valenti agere nō
10 currit prescriptio. † l. 1. in fin. C. de anna. except. quis. n. accusare poterit d. Aug. si non egerit cū non potuerit prohibitus iuxta verba illius text. de quo habetur in c. cum sit Romana. & in c. ex rōe. de appel. & maximè, q̄a d. Aug. fuit impeditus facto aduersarii, qui obtinuit sibi præcipi ne
11 cām ageret &c. quo casu tempus nō curr. † l. si cum ipse, & ibi Bal. & Doct. ff. de excus. tut. facit, quia snīa lata contra impeditū iusto impedimēto nō valet, maximè si iudex sciuit impedimē
12 tū, † vt habet in l. 2. §. 1. ff. si quis caut. vbi Bar. & licet

licet de impedimento quis protestari debeat,
13 † iuxta tradita per Innoc. in c. penult. de dilat. tamen in casu nostro idem timor erat in prosecutione, quòd in protestatione, si quidē vno pro hibito prohibentur oīa per quæ ad illud peruenitur.
14 †l. oro. ff. de sponſ. & si D. Aug. non fuisset impeditus, vtique produxisset iura sua, & prædictas exceptiones, & R. pater D. Barthol. petra sancta non sic iudicasset. Cuius sentētia nulla fuit, & est stante dicto impedimento. Ergo non ob. quia non præstat impedimentum, quod de iure
15 non sortitur effectum. † vt habetur in c. non prę stat, de regul. iur. lib. 6.

Aduertendum est etiam, quòd d. sentētia fuit lata, contra D. Aug. actorem absentem & impeditum agere, vigore etiam lata fuit quatuor instrumentorum falsorum, vt dicitur in narratione facti, quorum falsitatis causa est, nunc indecisa pendet coram gubernatore vrbis Romæ, & Cassiodoro auditore Rotæ, quibus fuit cōmissa.

Item D. Aug. aliàs de an. 1503. die 24. Sept. inductus fuit in possessionem decanatus. per R. capitulum Ecclesiæ Taruisinæ, in vim litterarum Apostolicarū. quā possessionem sub die dict. habuit etiam vigore litterarū Excel. cōsilii Decem. modo mortuo Bonino, ex quo cessauit impedimentum, D. Aug. rediјt ad suam possesionē d. decanatus, quā semper animo saltim retinuit & sic ciuiliter possedit. & si nō fuisset admissus spoliatus diceret l. clā possidere. §. fi. & l. si id, quod. §. fi. ff. de acquir. posses. glo. in c. significasti in gl. 1. de diuor. in c. intelleximus de adult. & in c. litteras de resti. spol. Nec ob. si dicatur, ꝙ obstat D. Aug. lapsus anni iuxta glos. in c. reintegranda 3. q. 1. in c. solicitus. de resti. spo. & in c. querelā. vbi Ioan. Andr. de elect. quia illa iura locum ha-
16 bent, vbi nū adest impedimētum, † secus in casu nostro, in quo quoad vixit Boninus durauit impedimentū. eo mortuo & resoluto impedimēto D. Aug. rediit ad suam possessionē, ad quam fuit admissus per cap. Taruisinum sub die 20. Iunii 1528. quam continuauit vsq; mō. modo d. Aug. tractat de retinenda possesione. aduersarius tractat de acqu. possess. quo casu fauorabilior est cā D. Aug. vt no. in c. pastoralis, & ibi gl. de cā poss. & propriet. glo. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. in glo. magna. patet ergo posse & debere referri in fauorem D. Aug.

Dominus Augustinus est possessor saltim tit. colorato. de cuius tituli validitate, vel inualiditate ad huc pendet lis. nec de hoc V. R. P. cognoscere potest. quia talis cognitio non spectat ad iudi
17 cem laicum, † vt late per Deci. in eius cons. 220. in 2. vol. stante igitur possessione d. D. Aug. quæ si sibi debita erat & si denegata fuisset, vtiq; esset nouum spolium, vt not. per glo. in verbo expulsare. in cle. 1. de for. comp. qua ratiōe volumus, quòd ipse sua possessione priuetur sine causæ cognitione, & ipso possessore nō vocato. cum sit ꝙ etiam ꝙ nullum haberet titulum, tamē sine cau-
18 sę cognitione possessione priuari nō posset. † c. licet episcopus, vbi casus de pręben. in 6. quoniā immo ēt si contra decretum irritans possideret, quo casu titulus est ipso iure nullus & possessio
19 similiter nulla, † vt habetur per Domi. in c. si hi contra quos. vt lit. pendente lib. 6. tamen vocari deberet Rot. decis. 56. in nouis. Quinimmo etiā si esset prædo, in sua possessione manutenendus
20 esset. † c. in litteris de restit. spolia. facit quod voluit Oldr. cons. 227. incipit, de toto themate col. 2. vbi dicit, ꝙ possessor siue colorē habeat possidē
21 di † siue non, amouebitur a sua possess. sine causę cognitione. Præterea quō potest D. Io. de Dominis aduersarius petere possessionē. d. decanatus, ex quo nullus hēt bullas, sed solum supplicatio-
22 nem signatam, † & tn̄ de substantiæ gratiæ sunt
23 litteræ, † vt habetur in extra. iniunctæ Bonifacii viij. de elect. not. Card. in proœmio clem. §. nec fine. vers. quarto quæro Domi. de Ro. decis. 332. incipit, licet Ro. curia, in nouis, vbi dicūt, quòd Ro. cu. obseruat, ꝙ gratia Papę probari non pos-
24 sit, nisi per litteras. † Ad idem Fely. in c. ex diligē ti. in fi. de symo. Quinimmo plus dicit Fely. in c. veniens col. 1. in fi. de accus. ꝙ intrans possessionem beneficii non leuatis bullis, ius amittit si
25 quod habet † in eo.

Et si diceretur, ꝙ D. Aug. non posidet, quia possessio fuit sequestrata per litteras Dominii & Magnificorum D. Aduocatorum, respōdetur, ꝙ sequestrum factum per iudicem sine consensu posidētis, ipsum sua possesione non priuauit,
26 † vt habetur per Doct. in c. examinata, de iudic. vbi Aret. & Fely. post eum, & ibidem Abb. in 4. col. de iud. ver. & primo in eo, vbi dicit, quòd in sequestratione necessaria facta per iudicem, nō de consensu partis, non trāsit possessio in sequestrum. allegat hoc tenere Cyn. & alios in l. 1. C. de prohibi. sequestra. & Iac. de Aren. & Bart. in l. interesse. ff. de acquir. poss. & communiter sequuntur Docto. in d. c. examinata. idem voluit Io. de Cign. in clem. 1. de causa poss. & fruct.

Præterea si D. Io. aduersarius habet suas bullas, de quibus fit mentio in suo breui directo Illustrissimo Dominio, in quibus sunt dati executores, quomodo potest petere possessionem d. decanatus ab Illustrissimo Do. si prius non adiuit suos executores, cum brachium seculare, quod implorat, fit accessorium ad actum executoris, & sic eius exequutiuum, vt patet ex breui, cuius ordinem peruertit, merito audiendus non est. faciunt not. per Felyn. in c. cum dilecta. col. 3. in fine. de rescript. vbi dicit, quòd executor applicatiuus incipiens ab inuocatione bra-
27 chii secularis nulliter procedit. † & ideo dixit Oldrad. in consil. 89. incipiente, episcopus, in fine. quòd iudex secularis, cuius brachium re-
28 quiritur, videre debet, an iuste petatur. † quod autem iniuste petatur in casu nostro, patet: quia Dominus Augustinus non potest sua possesione priuari nisi causa cognita, etiam per ipsum executorem, vt voluit Abb. in cap. fin. col. 6. de præsumptionibus, dicens, quòd executor,

quia habet conferre præben.& inducere in pos-
sessionem amoto ex inde quolibet illicito detẽ-
tore, non potest possessore non vocato illum pri
29 uare sua † possessione.

Est etiam aduertendum in præsenti causa, ꝙ
cum sententia lata in fauorem Bonini, fuerit la-
ta prętextu quatuor instrumentorum falsorum,
quorum quæstio falsitatis adhuc indecisa pẽdet
coram gubernatore Vrbis, & Cassiodoro, dicta
sententia est nulla.

Nec obstat si dicatur, quòd ex quo Papa atte-
statur in breui suo se contulisse beneficium, ꝙ
probata est collatio: quia verbis Papæ creditur.
30 † clem.pri. de probat.c. cum a nobis, vbi Doct.
de probat. quia respondetur dupliciter. primo,
quòd esto, ꝙ per verba narratiua Papæ sit proba-
31 ta collatio, † non sequitur ergo & possessio tradi
32 debet ante litteras expeditas, † cum contrarium
sit statutum per regulas cancell. maximè per re-
gul.25. in ordine, vbi dicitur, quòd non, iuxta te
norem supplicationis signatę, sed iuxta tenorẽ
bullæ expeditæ iudicari debeat. pro qua facit di-
ctum Bal. in c.1. col.2. per quos. fiat inuesti. vbi
dicit, quòd omnis gratia Papæ fieri dicitur hoc
acto, vt inde scriptura conficiatur, & nisi in mo-
33 dum reducatur non dicatur perfecta † arg. text.
in l. cõtractus, C. de fid. instr. idem voluit Oldr.
in consil. suo 326. incipit, quòd articuli col. 3.
vers. item quis dubitat ad idem Mil. in suo reper
torio in verbo gratia, vbi dicit quòd ante confe
ctas litteras quis non dicitur habere canonicũ
34 titulum. † facit decisio Rot. 332. cum sequenti.
quę incipit, licèt Rom. curia, quinimmo intrans
possessionem beneficii bullis non leuatis amit-
tit ius si quod habet in beneficio, vt supra dictũ
fuit. & sic dicatur quòd litterę fuerũt expeditæ,
prout attestatur Papa in d. suo breui. & tunc re-
spondetur, quòd per breue non probatur expe-
35 ditio litterarum, † quia Papa attestatur de facto
alieno tũc. quo casu ei nõ creditur plene in prę-
36 iudicium tertii, † vt per doct. in locis superius al
legatis. Fely. in c. nõnulli in §. sunt, & alii in ver.
amplia quarto de rescri.

Secundo respondetur in d. breui Papa se re-
fert ad litteras Apostolicas vt patet ibi quemad-
modum ex litteris &c. Papæ enim se ad litteras
refert, quo casu eius narratio litteras nõ probat
nisi illæ producantur auct. si quis. in aliquo do-
cumento. C. de eden. & ꝙ se referat patet etiam
in d. breui ibi iusta illarum tenorem &c.

Cum ergo litteræ non reperiantur expeditæ
non debet audiri Dominus Ioan. aduersarius,
nam nedum possessionem beneficii prædicti,
sed etiam causæ commissionem superinde an-
te litterarum expeditionem obtinere non pos-
set & obtenta commissio nulla esset per regu-
lam cancellariæ Apostolicæ in regulis Innocen.
num.29. incipit, item quòd omnes & singulæ.

Cum igitur d. Io. aduersarius nullas habeat
bullas, sequitur quòd ad ipsum possessio d. deca
natus non spectet; nam non habenti titulum
37 non datur possessio beneficii † facit. c. primum,
de regul. iur. in 6. & hoc ne detur vitiosus in-
gressus. c. ex frequentibus de institutio. c. vnico.
de eo qui mitti. in possess. causa rei seruan. ergo
possessio d. decanatus spectat ad D. Augustinum
possessorem: quia etiam quòd nullum haberet
ius, tamen possidet, & quo ad D. Io. aduersarium
liberas habet ędes. ex quo nil probat facit decis.
Rot. num. 15. incipit, si in causa beneficiali, in
nouis. & decis. eiusdem num. 150. incipit, reus
& possessor similiter in nouis, quæ concludit,
quòd licet possessor conuentus qui nullum ius
habet, vbi cõstat de non iure petentis a sua pos-
38 sessione non est † eiiciendus.

Ad illud, quod dicitur, quòd post impedimẽ
tum Reuer. Dom. August. causam prosequutus
fuit, quia reperitur commissio illius nomine im
petrata, dico quòd ex commissione non sequi-
tur, quòd Do. Augustinus impetrauerit. potuit
enim eius procurator impetrasse Federi. in con-
sil. 107. incipit, casus talis est, Ioannes impetra-
uit. sequuntur Butr. & Imo. in cap. sunt, & alii, &
ibi Fel. col. 2. circa fin. de rescri.

Ad illud, quòd Dom. Augustinus habet con-
tra se rem iudicatam dicitur, quòd ex quo possi-
det, non est curandum de titu. quia etiam sine
causa & titu. quis in beneficialibus possidere po
39 test † Petr. de Anch. in c. primo. de regul. iur. in
6. & ista cognitio vtrũ bene, vel male possideat,
40 non pertinet ad iudicem secularem, † patet quia
sicuti petitorium causæ beneficialis est causa spi
41 ritualis, ita & possessorium, † vt notat Abb. per
glos. ibi ad text. relatam in cap. fin. de iudic. di-
cens, quòd sicut causa petitorii super beneficio
non potest tractari coram seculari, ita nec pos-
sessoria quasi & ipsa spiritualis sit censenda. ac-
cedat quòd voluit Barbat. in cap. litteras de iur.
cal. vbi dixit, quòd ex quo causa possessoria be-
neficialis est dependens a proprietate spiritua-
42 li, spiritualis est censenda † allegat tex. in clem.
dispendiosam. in verbo dependentibus. de iudi.
merito iudex secularis non potest se impedire
priuando Do. Augustinum sua possessione per
not. in cap. decernimus. & in capitu. at si clerici
de iudi.

Hieronymus Gigas V.I.D.

CONSILIVM RVINI REGIENSIS, pro R.D. Cardinali S. Mariæ in porticu. M. D. XI.

ARGVMENTVM.

Si quando conductor intruso vel prædoni sol-
uere liberetur.

SVMMARIVM.

1 *Possessio canonicatus, & præbendæ acquiritur per installationem residendo, & deseruiendo.*

Clericus,

2 *Clericus, qui propter delictum est priuatus ipso iure beneficio à possessione sua amoueri non debet.*
3 *Possessor siue colorem habeat possidendi, aut non, à sua possessione amoueri non debet sine causæ cognitione.*
4 *Prior in possessione beneficij potior esse debet in assecutione litterarum Ducalium.*
5 *Possidere vnum, & idem beneficium duo insolidum non possunt.*
6 *Canonici omnes vocandi sunt in collatione præbendæ.*
7 *Reseruatio alicui facta de beneficio impedit collationem alteri fieri.*
8 *Canonicatum Ecclesiæ cathedralis, quis assequi non potest, habens gratiam ad plura beneficia.*
9 *Gratia impetrantis ad collationem Episcopi, & Capituli non comprehendit beneficium Ecclesiæ cathedralis.*
10 *Ea quæ sunt speciali nota digna, non veniunt in generali sermone.*
11 *Factum contra decretum rescripti est nullum, si habens rescriptum eo vti nolit.*
12 *Iudex secularis vbi agitur de mero facto se intromittere potest in beneficialibus.*
13 *Vincentij opinio in c.fin.de iudic. reprobatur.*
14 *Causa possessoria beneficialis spiritualis est censenda. & num. 15.*
16 *Litis contestatio quemadmodum non requiritur in causa petitorij beneficialis, ita non requiritur in causa possessoria.*
17 *Iudex secularis quare in Parlamento Delphinali cognoscat de causa possessoria beneficiali.*
18 *Actore non probante reus absoluitur.*
19 *Iudex secularis in cognitione validitatis, vel inualiditatis tituli beneficialis est incompetens.*

CONSILIVM XXVII.

IESV CHRISTI, ac gloriosissimæ Virginis nominibus inuocatis.



DE tribus principaliter est videndum. Et primò, an D. Antonius Stella, qui Abbatiam conduxit ab intruso Prælato, per solutionem ei factam, sit liberatus. Secundò, si non sit liberatus, vtrum ad fructus conueniri possit per successorem in beneficio. Tertiò, an ad fructus iam perceptos, & ablatos per milites & alios, teneatur.

Quo ad primum, videtur prima facie dicendum, quòd mediante solutione fuerit liberatus, per tex. in l. si vrbana, de condi. indeb. vbi dicitur, quòd ille, qui conduxit à prędone liberatur,
1 si illi soluat. † ex quo infert Bar. ibi (cum quo alii magis communiter transeunt) quòd conducens
2 à Prælato intruso liberatur ei soluendo. † & idē per illum textum tenet Innoc. in c. nihil, de elec. Et hoc videtur etiam verum, quando conductor sciebat locatorem non esse verum Pręlatum, sed intrusum, dummodo ille sit soluendo, ita quòd contra eum succurri possit vero Prælato: vt probatur in l. filiæ, in fine, de solutionib. à contrario sensu.

Sed præmissis non obstantibus contrarium puto verius: quia secundùm Ang. Paul. de Cast. & Moder. in dicta l. si vrbana. quis soluendo prædoni, vel intruso, à quo conduxit, ita demum liberatur, si ignorauit eum esse prædonem, vel intrusum. Sed vbi sciuit illum non esse verum Prę
3 latum: tunc non liberatur. † per dictam l. filiæ, in fi. & idem vult Paul. de Castro in l. si pro parte, §. versum, in fine, de in rem verso. Quod autem D. Antonius sciuerit locatorem esse intrusum, & sic, quod in dolo fuerit, satis est probatū per testes: & maximè per duos, qui sunt contestes, dum dicunt audiuisse á d. D. Antonio in domibus Abbatiæ, & in coquina: quod fuerat in ciuitate Venetiarum ad effectum, vt d. Abbatem Venetum induceret ad renunciādum Abbatiam Reuerēdissimo Domino Cardinali sub certa annua pensione. ex hoc enim probatur, quod ille sciebat dictam Abbatiam pertinere ad illum Venetum, & non ad D. Cardinalem: quia ex his, quæ quis dixit extra iudicium, & in ab-
4 sentia partis, probatur animus & dolus, † secundum glos. not. in l. Fulcinius, §. quid sit, in vers. animus, ex quibus cau. in pos. ea. & ibi ad illam ponderat Bart. & idem vult glo. in l. apud Celsum, in princ. in glo. 2. ff. de doli except. Et tanto magis, quia dictus Abbas Venetus longo tempore fuerat in possessione. & hoc erat in loco notorium: quod etiam dictus Dominus Antonius sciuisse præsumitur propter locorum vicinitatem. cap. quosdam, & cap. quanto, de præsumptio. & ibi per Doct. & per Paul. de Castro in l. 1. si certum petatur. dum dicit, quòd vicinus præsumitur scire factum vicini, quando habet tra-
5 ctum successiuum. † Iunior ergo possessio Reuerendissimi Domini Cardinalis clandestina, & iniusta pręsumebatur, ex quo eam aliter non iu-
6 stificauit. † cap. licet causam, de probationib. & planè not. in l. si duo, in princ. vti possid. Et per consequens præsumendum est, quòd dictus Dominus Antonius hoc sciuerit, & quod in iure non errauerit. secundum Barto. in l. sed si lege, §. scire, de petitio. hæredi. Et scientia etiam præsumi debet: quia D. Antonius cum sciret, & scire præsumeretur, quod Abbas Venetus longo tempore possederat, vt dixi, fuit in culpa non inuestigando, & in perquirendo, quo iure dictus Reuerendissimus D. Cardinalis dictam Abbatiam occupauerit viuente adhuc dicto Abbate. Et propterea cum hoc non fecerit, præsumitur, quod sciuerit. l. qui cum alio cōtrahit, & ibi no. de reg. iur. & facit l. 3. in fi. cum ibi not. de fideiuss. & not. Ang. Paul. de Cast. & Moder. in l. 1. in princ. ff. si quis in ius voca. non ierit. & Alexand. in l. si cum dotem, §. si mulier primo, sol. matrim. & in l. 2. in principio, eodem titu.

Nec obstat dicta l. filiæ, in fi. de solutio. quia secundùm Paul. de Castro in dicta l. si vrbana, loquitur

loquitur ille tex. quando fuit solutum matri, quę gerebat negotia filiæ, quæ erat domina, & sic
7 bona fide, † sed alias secus secundum eum per prædicta.

Circa secundum dubium facit: quia videtur, quod ad fructus agi non potuerit, sed ad pensionem, quam conductor intruso promisit, vt colligitur ex not. per Bart. in dicta l. si vrbana, dum dicit ex locatione facta ab intruso: acquiritur
8 actio ipso iure vero Prelato sine cessione, † & hoc speciali iure, & idem in minore, per l. si vt proponis, C. de rei vendicatio. & l. 2. quando ex fac. tuto. Si ergo ei competit actio ex contractu locationis, debuit agi ad pensionem: & non potuerunt fructus peti, sicut factum est: quia pensiones debitæ nō possunt peti tanquam fructus,
9 † vt sentit glo. in l. si vrbana, & hoc clarè per dictam glo. vult Bart. in l. si traditio, in vlt. quæst. C. de act. empti.

Sed istis similiter non obstantibus contrarium arbitror verius. Et præmitto in primis, quod ius petendi fructus, vel retinendi transmittitur ad successorem in beneficio, quando
10 habet administrationem, † secundùm glo. communiter approbatam in cap. præsenti, de officio ordin. cum concordantibus, de quibus per Alexand. in l. diuortio, in princip. col. 2. soluto matri. qui dicit hanc esse communem opinionem. & quam administrationem in beneficio Abbas dicitur habere, vel Commendatarius: vt probatur in cap. requisisti, & ibi Docto. de testam. & per Innocen. in cap. ex litteris, de probationib. & per Anton. de Butrio in repetitio. cap. fin. de cau. possess. & proprieta. Quamuis igitur Reuerendissimus Dominus successor dicti Abbatis Veneti, pensionem à Dom. Antonio potuisset petere: quoniam, vt dixi in pręcedenti, dubio non fuit liberatus soluendo intruso, per ea, quæ habentur in dicta l. si vrbana, & per allegata in contrarium: nihilominus ab eo etiam potuerunt fructus peti, quamuis habuerit titulum: ex quo sciuit illos ad alium pertinere, & non ad locatorem: vt in præcedentibus probatum est, & hoc per nota. per glo. in l. ex diuerso, in principio, de rei vendicat. in fi. magnæ glo. quæ vult, quòd malæ fidei possessor habens etiam titulum teneatur ad omnes fructus perceptos etiam con
11 sumptos, † & probatur in l. si fundum, C. de rei vendic. & ibi etiam not. & sequuntur hoc Doct. communiter in dictis locis, & in cap. grauis, de restitut. spoliat.

Quando igitur contra malæ fidei possessorem agi possit ad fructus ciuiles, idest ad pensionem, declaratur in dicta l. si vrbana. & prout etiam dicit Bart. in dicta l. ex diuerso. sed per hoc non tollitur, quin Dom. possit potius velle agere contra eundem ad fructus naturales, quàm ad ciuiles. & vbi eligit velle agere ad naturales, tunc locum habent, quæ habentur in dictis locis.

Nec obstat dum dicebatur, quod pensiones non possunt peti tanquam fructus, per nota. in dicta l. si vrbana. & per Barto. in l. si traditio, C. de actio. empti. quia concedo, sed non inficiatur quin fructus directò peti possint per prædicta.

Quo ad tertium, videlicet, an d. Antonius teneatur ad illos fructus, qui dicuntur ablati. Et videtur prima facie dicendum, quòd non: nam dictus Dom. Antonius capitulauit, quod de anno 1511. quidam Ioannes Rota nomine dicti Dom. Abbatis Veneti, & vt eius factor abstulit claues factori, & gubernatori redditus, & introitus dicti beneficii, & habuit & accepit linum, bladum, & fœnum, & alios fructus recollectos super dicta possessione de anno 1511. & quod apportauit quædam alia bona dicti Dom. Antonij. Item capitulauit d. Antonius, quod de anno præcedenti milites diuersis vicibus subripuerunt, & consumpserunt quamplures fructus recollectos super possessione dicti beneficii. Et quæ capitula dictus Dom. Abbas confessus est ad instantiam Dom. Antonii fuisse, & esse vera. De fructibus ergo dicti anni 1511. quos abstulit dictus Ioannes Rota non videtur teneri Dom. Antonius tanquam sint ablati de voluntate dicti Domini Abbatis per factorem suum, etiam si de mandato non appareret: quia factum à domestico, vel familiari præsumitur factum de voluntate domini, quando negotium
12 pertinet ad eum. † cap. constitutis, & capit. seq. de testib. & not. Barto. in l. de pupillo, §. si quis ipsi prætori, in 10. quæst. de operis noui nuncia. cum concordantibus, de quibus in dictis locis. Et eodem modo confessus est Dominus Abbas, quòd de anno præcedenti milites abstulerunt de fructibus dicti beneficii. ideo ad tales fructus ablatos per vim non debet Dominus Antonius teneri, per not. per Bart. in l. penult. in princip. ff. soluto matrim. vbi vult, quod de violentia sibi illata quis non teneatur, quando non fuit fa-
13 cta propter indignationem contra eum, † sed vbicunque fuisset illata. & no. etiam Bar. in l. creditor, in fi. de solutio. & facit etiam, quod not. idem Bart. in l. stipulatio ista, in fine princip. de verb. oblig.

Sed istis etiam non obstantibus contrarium videtur de iure verius. Non enim constat legitimè, quòd fructus dicti anni 1511. fuerunt ablati de mandato Domini Abbatis. Quia licet confiteatur contenta in capitulis esse vera: non tamen dicitur in capitulis hoc esse factum de mandato illius, sed solùm quod Ioannes accepit fructus nomine d. Abbatis. Quæ verba non important, quod illud fecerit tāquam procurator, sed tanquam negotiorum gestor: ex quo de mandato præcedenti non constat, propterea tale factū non præiudicat domino, nisi sequatur ratihabi-
14 tio. † l. si pupilli, §. si pupilli, §. sed si ego, de negotiis gest. & not. per gl. & Bart. in l. 1. §. sed & si. de vi & vi armata. & de qua ratihabitione non constat nec verbo, nec facto.

Quamuis enim confiteatur Dominus Abbas Ioannem

Ioannem sic fecisse nomine suo, non tamen per hoc approbat illud factum.

Nec obstat dum dicebatur, quòd ex quo dictus Ioannes erat factor, quòd sic fecisse præsumitur de voluntate domini, per dictum cap. con stitutis. & per not. in dicto §. si quis ipsi prætori. quia non constat, quòd dictus Ioannes esset factor, vel domesticus dicti Domini Abbatis. quia licèt in capitulo enunciatiuè narretur illum esse factorem: tamen confessio Domini Abbatis refertur solùm ad id, quod in capitulo continetur principaliter, & non ad illud, quod in eo cō-
15 tinetur incidenter, & enunciatiuè. † l. fin. §. Titia, de liber. lega. & ibi Bart. & præsertim hoc verum est, quando interrogatio non præcessit, secundùm Doctores, & maximè Alex. in l. si cui. ij. §. si à filio, de leg. 1. prout in casu nostro nō præcessit: quia per productionem capitulorum non dicitur pars interrogari. & ideo quamuis confiteatur pars contenta in capitulis esse vera, per hoc non dicitur ad interrogationē respondisse. Præterea domesticus, vel coniunctus ita demum præsumitur fecisse de voluntate domini, quando constat, quod dominus sciuit, & alias non,
16 † vt plenè declarat Alexand. ex mente aliorum in dicto §. si quis ipsi prætori. de qua scientia in casu nostro non constat, nec etiam presumitur. l. verius, C. de probationib. & maximè quando aliquid fuit factum in absentia. quo casu etiam non præsumitur coniunctus scire facta coniun-
17 cti. † l. Titius, §. Lucius, de liberis & posthumis. & ibi not. Doct. & Bart. in l. is potest, de acquir. hæreditate.

Secundò etiam respondetur, quòd in capitulo continetur qualiter factor habuit linum, bladum, fœnum, & alios fructus, & recollectas, & quę verba sunt indiffinita: si ergo testes dicto modo deponerent, non probarent: quia indiffinita
18 prolata à teste, non æquipollet vniuersali, † secundùm Ioan. And. Abb. & alios in cap. auditis, de præscrip. & idem de verbis prolatis in instrumento, secundum Oldrad. in consi. 100. incip. in exæquatione &c. & Petr. de Anchar. & Imola in cap. quanto, de his, quæ fiunt à maio. par. cap. & Alexand. in l. rescriptum, in princ. de pact. & in consi. 7. & in consi. 110. 1. vol. & Socin. in l. si quis cum totum, in princ. de except. rei iudica. quamuis aliud sit, quando deponeret de re singulari, vt ibi latius per eum, & ea ratione: quia
19 probatio debet de necessitate concludere. † cap. in præsentia, de probationib. & l. neque natales, C. eodem titu. sed indefinita potest verificari in
20 toto, & in parte. † l. inter illam, §. fin. de verbo. signific. ergo non concludit de toto, nec etiam in casu nostro concluderet in parte ratione incertitudinis: quia de qua parte intelligi debeat incertum est. l. cum post, §. gener, de iure dot. l. si ita stipulatus, in princ. & in l. triticum, in princ. de verb. oblig. Idem igitur dicendum est de probatione, quæ oritur ex confessione Domini Abbatis, dicentis contenta in capitulis esse vera: quia dicta confessio per relationem ad capitula est indefinita: ideo non probat, nec in toto, nec in parte: quia confessio rei interpretatur ad eius
21 commodum. † secundùm Bart. in l. si quis intentione ambigua, in fi. de iudic. etiam sine declaratione, vt communiter dicunt Doct. in l. naturaliter, §. nihil commune, de acquiren. possess. & in proposito etiam idem vult Alexan. in l. scire debemus, in princ. de verb. obligat. sicut etiam in eius fauorem interpretatur alia dubia probatio actoris. d. cap. in præsentia, & per Bart. & Doct. in l. inter stipulantem, §. 1. de verborum oblig. & sic vtroque casu est eadem ratio. Et similiter dictus Dominus Antonius tenetur ad fructus iam perceptos, & a militibus ablatos: quia ex quo erat in mala fide, & in dolo, vt superius dixi, ad eum pertinet periculum. l. 1. §. rectè, de vi & vi arm. l. si possessor, §. fin. de pet. hæred. & no. Bart. & Doct. in l. nemo rem suam, de verbo. oblig. & est de mente glo. & Doct. in d. l. ex diuerso. & in d. l. si fundum, dum dicunt indistinctè, quòd talis possessor etiam cum titulo tenetur ad fructus etiam consumptos, quamuis non sit factus locupletior. Nam & vbi ad pensionem conueniretur ratione talis damni non deberet etiam fieri remissio mercedis, ex quo fructus erant percepti,
22 † secundùm Bar. in l. si merces, §. vis maior, ff. loca. & Doct. in cap. propter sterilitatem, de loca. & ita concludo. Laus Deo.

Vt supra conclusum est, iuris esse arbitror, ego Carolus Ruinus Regiensis, I. V. D. ac iura ciuilia legens ordinariè in almo Bononiensi gymnasio. & in fidem præmissorum me subscripsi, ac consueto sigillo signaui, saniori consilio semper saluo &c.

CON-

CONSILIA IN CAVSA MATRIMONIALI.

PRO MAGNIFICA D. DIANA MINIO.

SVMMARIVM.

1 Iudæus regulariter testis esse non potest contra Christianum.
2 Iudæus est infamis infamia facti.
2 Infamis infamia facti, quando vocatur in contestem admittitur ad probandum.
3 Iudæus potest esse testis in testamento, & in contractibus inter viuos.
4 Iudæus potest est testis contra Christianum illo consentiente.
5 Iudæus medicus non potest regulariter Christianos curare, nisi ex priuilegio Papæ.
6 Iudæus potest esse testis pro Christiano, quando tractatur de alterius præiudicio.
7 Frater & soror, an admittantur in testes in causa matrimoniali pro sorore.
8 Mater admittitur in testem pro filia in causa matrimoniali.
9 Testis, qui alias non admitteretur admitti debet, si fide dignum habet contestem.
10 Testis familiaris & domesticus, qui alias non admitteretur admitti debet, si fide dignum contestem habeat.
11 Testi affini, quod ex fide detrahitur, suppletur per alium non affinem.
12 Testi quod deficit in fide suppletur maiori numero.
13 Testes duo domestici, si non admittuntur, admitti debent, quando sunt tres.
14 Testium inhabilitas non consideratur, vbi maior numerus testium adhibetur.
15 Testes etiam maxima amicitia coniuncti si sint tres, vel quatuor admittuntur.
16 Testis rusticus & pauper in causa matrimoniali admittitur.
17 Testis habens interesse principaliter non secundariò repellitur.
18 Legatarius potest esse testis in causa testis, in qua ei legatum est relictum.
19 Fideiussor pro confideiussore potest esse testis.
20 Testes de vniuersitate admittuntur, quando de principali eorum interesse non tractatur.

CONSILIVM XXVIII.



N causa Magnificæ Dom. Dianæ Minio, quæ matrimonialis est, contingit dubitari in presentiarum de duobus. Primò, an magister Lazarus Hebreus Physicus: Secundo, an D. Hermolaus frater, & D. Elisabet soror dictæ D. Dianæ pro parte eius coram Reueren. D. Iudice in testes producti examinari debeant, & quia res agitur coram sapientissimo & doctissimo Iudice breuis ero, & succinctè loquar.

Primò, quo ad personam dicti magistri Lazari satis copiosè & eleganter fuit allegatum per Excellentiss. D. Thomam Diplouatatium præsentis causæ compatronum, ex cuius allegationibus, licèt clarè satis colligatur d. Hebreum esse examinandũ: nihilominus addendo pro maiori
1 corroboratione dictorum per Excel. suã, † dico, ꝙ licet Iudeus regulariter testis esse non possit cõtra Christianum. c. Iudæi, de testi. c. si hæreticus, 2. q. 7. Nihilominus inter duos litigantes Christianos, prout est in casu nostro Iudæus poterit esse testis. nã ratio quare Iudeus contra Christianum testis esse nõ potest, est, quia odio Christianum Iudei prosequuntur. c. nonne, 1. q. 2. quãdo autem Iudæus producitur in testem inter duos Christianos militat par causa odii, & sicuti par affectio tollit omnem suspicionem. l. qui testamento, §. in contrarium, ff. de test. ita par causa odii tollit omnem suspicionem. l. non solum, §. 1. ff. de ritu nupt. vt contrariorum eadem sit disciplina. instit. de tutel. in princ. & istam conclusionem per prædicta firmat insignis Doctor preceptor meus D. Ioannes Crotus de Monteferrato in tract. suo de testi. in 4. parte, col. 7. in vers. nonò quæritur, an Iudeus.

2 Et ꝙ dictus magister Lazarus Hebreus possit per dictum Reuer. D. Iudicem admitti, & examinari, facit, quia Iudæus est infamis infamia facti, vt notat Pet. de Anch. in cap. Iudæi, de testib.
2 † Infamis autem infamia facti, quando habet secum alia adminicula, prout est in casu nostro, in quo iste Hebræus habet alios contestes, à quibus in contestem nominatur etiam in causis grauibus, prout est ista non repellitur, vt voluit Bald. in l. cunctos populos, in 5. oppositione, C. de summa Trinitate, & fide catholica. & istud firmatur ex doctrina Iacobi Butrig. in l. si quis ex argentariis, in principio, vbi Bald. in §. quod autem, in fine, ff. de edendo. vbi dixit, quòd infamis infamia facti cum aliis contestibus idoneis admitti debet, sequitur Alexander in dicta l. si quis ex argentariis, in §. cogentur, in versic. secundò noto. & licet Doctores præallegati intelligant prædictam conclusionem procedere in eo infami, qui omnino non repellatur, meritò illa procedit in casu nostro. † Nam Iudæus
3 omnino non repellitur à testimonio, patet, quia potest esse testis in testamento, & in omnibus contractibus inter viuos. l. quoniam in fide, & ibi Barto. C. de hæreticis. Felyn. in dicto capit. Iudæi, versic. fallit tertiò, de testibus.

Item

4 † Item potest esse testis contra Christianum illo consentiente, vt voluit glos. in dicta l. quando. in verbo orthodoxæ. Sequitur Aret. in c. præsentiũ de testi. col. 2. in versic. Quæritur vtrum. & Fely. in c. Cum sit. in ver. dixit tãtum. de Iude. & Crot. in dicto tract. suo de testib. in 4. parte. versi. tertio fallit quando quis.

Præterea patet dictum magistrum Lazarum esse longe melioris conditionis, quam sint cæteri hebræi. † Nam licet regulariter Iudæus medicus nõ possit Christianos curare. c. nullus. 28. q. 1. Nihilominus iste magister Lazarus Ad instantiam Serenissimi ducis Venet. per speciale priuilegium Summi Pont. potest in quibuscunque domibus Christianorum infirmos curare.

5

Confirmantur prædicta, quia Iudæus potest esse testis pro Christiano vbi non habet alia adminicula, quando non agitur de alterius præiudicio Card. in clement. prima versicu. Secundo quæro de testi. Ang. in auct. iusiuran. quòd præstat ab his. §. 1. ergo patet quòd Iudæus & maximè magister Lazarus non est omnino repellendus, merito cum alijs testibus adminiculãtibus admitti potest, & ita singulariter voluit Firmanus in suo repertorio, in verbo Iudæus vers. 47.

Et licet Bart. in dicta l. quoniam, videatur dicere quòd aliqui tenuerunt, quòd in nullo casu de mundo Iudæus in testem admittatur. In iudiciis respondetur dupliciter.

6 †Primo, quòd istam opinionem improbat Bar. ibidem cum dicat aliam opinionem esse magis veram & postmodum in fine relata dicta opinione sic tenentium, dicat hoc sibi non placere.

Secundo ꝙ posito, ꝙ dicta opinio esset vera ꝓcedit simpliciter, quando Iudæus non haberet alia adminicula, secus quando Iudæus habet cõ testes, quorum dictis adminiculatur, & a quibus in contestem nominat, prout in casu nostro per supradicta.

7 †Circa personam Magnifici domini Hermolai fratris & D. Helisabeth sororis dictæ D. Dianæ, breuiter concludo similiter eos examinari debere, cũ nulla lege prohibiti inueniantur. l. 1. ff. de testi. Spec. in tit. de teste in §. 1. in versi. Sed nunquid frater.

Et si diceretur, ꝙ ex quo sumus in causa matrimoniali admitti non debeant ratione affectionis pro sorore stante disparitate inter ipsos contrahentes per tex. in c. super eo. el 2. de testi.

Respondetur, ꝙ ille tex. loquitur solum in matre, quam dicit nullatenus admittendã pro filia data disparitate. secus est in fratribus & sororibus, in quibus non militat eadem ratio, quia in eis nõ cadit tanta affectio. facit, quod voluit Abbas in d. c. super eo col. vltima in versi. An autẽ idem. vbi dicit, quòd in aliis consanguineis præter Matrem nõ est tãta suspitio, sed eis creditur plus & minus, secundum quantitatem affectionis. Et sic expresè innuit, quòd examinari debeant, & postmodum haberi ratio eorum dispositionis, pro modo affectionis, & ita videtur tenere Fely. Abb. referendo in dicto c. super eo in vltima col.

8 †Quinimo in casu nostro. Si mater dictæ do. Dianę in testem produceretur admitti deberet, quia esto ꝙ dictus Mag. Do. Aloysius Carauello aduersarius esset ditior ipsa Diana: econuerso dicta D. Diana est ex maiori prosapia tam ex parte matris, quàm patris, quæ omnia sunt in maxima consideratione in matrimoniis, in hac omnium nobilissima, & inclyta ciuitate Venet. vt experientia docet, quæ rerũ est magistra. ca. quàm sit. de elect. & ita sentit immo tenet expresse Imo. in d. c. super eo in uer. In gl. prima, dicens, ꝙ si vir excedit mulierem diuitiis, Mulier vero virũ nobilitate: tunc maius testimonium non videtur esse suspectum.

9 †Comprobantur prædicta ex his, quæ voluit Bald. & Ang. similiter in l. si quis ex argentariis. §. primo. ff. de eden. vbi volunt, ꝙ admittatur testis, qui alias non admitteretur, si fide dignum habet contestem, In casu autem nostro examinati fuerũt super fœdere matrimonii duo testes. quorũ alter maxime est ꝑsona oĩ exceptione maior, & probatissimę uitæ, uidelicet magister Franciscus marangonus, qui etiam in contestem vocat prædictos D. Hermolaum, & Helisabeth merito examinari debent.

10 †Ad idem facit quod voluit Ang. in consil. 1. vbi consuluit, ꝙ familiaris & domesticus, quando adest alius fidedignus in testem admittatur, & tamen domesticus regulariter in testem non admittitur. l. etiam. C. de testib. §, primo. versicu. Item quòd est domesticus.

11 †Ad idem Doctrina Romani in consil. 486. Incipit, in casu propositæ consultationis in fine. vbi voluit, quòd id, quod detrahitur testi affini, suppleatur per alium non affinem.

12 † Facit quia, quòd deficit in fide, suppletur maiori numero testium, vt est glos. not. in l. 3. in verbo numerus. ff. de testi. per quã dixit ibi Iaco. Butri. notanter, quòd licet duo testes deponẽtes per eundem præmeditatum Simonem non probent. d. l. 3. §. diuus. ff. de testi. Tamen quando essent plures, puta tres vel quatuor, bene probarẽt.

13 †Et per illam gl. dixit etiam not. Alexander in consil. 5. Incipit, in casu inquisitionis in versi. secundo respondeo. in primo volu. quòd licet duo testes domestici non faciãt. l. 2. C. de testi. Tamẽ tres bene sufficiunt.

Ad idem Alex. in consil. 249. in ea. col. in ver. ꝙ quando testes in 5. vol. Ideo in casu nostro, in quo plures testes producuntur ad probandum dictum matrimonium examinari debent etiam prædict. quia quod in fide deficit numerus supplebit.

14 † maxime, quia in casu etiam nostro duo testes sufficiunt, vt expresse nota. Abbas in dicto capitulo super eo. in tertio notabili. Et ꝙ inhabilitas non attendatur, vbi maior numerus testium, quàm requiratur, adhibetur. facit, quod voluit Alex. in consil. 78. incipit, in causa & lite. versic. accedit. in secunda col. primo vol. & Crot.

Dominus

Dominus meus in tract. de testi. in 4. parte, col.
15 vlt. vers. trigesimoprimò ibi. not. tamen. † & idẽ Alexand. in cons. 88. in 3. col. vers. quia respondeo, in 2. vol. vbi volunt, quòd licet testis maxima amicitia coniunctus repellatur: tamẽ vbi essent tres, vel quatuor testes etiam coniuncti maxima amicitia bene admitterentur, per dictam glo. in dicta l. 3. in verbo, numerus. per quam dixit etiam idem Alexan. in consi. 42. incipit, visis & ponderatis, col. pen. vers. secundo respondeo, in 4. vol ꝙ si vnus magnus amicus produceretur in testem pro amico vbi adessent alii duo testes nõ amici admitti deberet in testẽ & examinari.

Idem voluit de affinibus & cõsanguineis Alexand. in consi. 189. abundè, in princip. in 2. vol. & idem de testi. de vniuersitate dixit Alexand. in consi. 99. in 5. vol. vers. nec obstat.

16 †Facit etiam ad prædicta: quia in causa matrimoniali rusticus etiam & pauper, qui non sunt omni exceptione maiores admittuntur, & per Aret. in cõs. suo 13. incipit, viso diligẽter, col. 10. in ver. ad secundum de paupertate. idem voluit Sic. in consi. 26. incipit, clementissimum Deum, col. pen. in vers. nec obstat, quòd dicitur, ꝙ rusticus. & idem de paupere voluit Alex. in cons. 149. incipit, viso processu causæ, col. 2. in fi. in 5. vol.

17 † Comprobantur etiam prædicta per adducta per Alex. in consi. suo num. 78. in 1. vol. incipit, in causa & lite, & per eundem Alex. in consi. 99. incipit, visis processibus. in ver. nõ obstat etiam, in 5. vol. vbi voluit, quòd quotiescunque potest considerari in teste aliquod interesse, propter quod repellatur à testimonio, tunc respicere debemus, vtrum huiusmodi interesse principaliter, vel in consequentiam tangat ipsum testem, & tunc si principaliter testis nullatenus admittatur, facit tex. in l. nullus, ff. de testi. & in l. omnibus, C. eod. tit. vbi verò interesse secundariò tangit testem, prout est in casu nostro, in quo non principaliter agitur de interesse Magn. D. Hermolai fratris, & Magn. D. Elisabeth sororis dictę Magn. D. Dianæ, & tunc testis admitti debeat.

Ad quod facit tex. in l. si quis, ff. de reb. dub. & in l. dictantibus, C. de testa. in quibus habetur, ꝙ
18 † legatarius potest esse testis in causa testamẽti, in quo legatum sibi relictum est, etiam si agatur causa de validitate ipsius testamẽti. licet de eius commodo in quandam consequentiam tractetur, vt latè tradunt Doct. & maximè Fel. in c. insuper, col. 5. in vers. secundò quæritur, de testib.

19 † Faciũt etiam ad præmissa adducta per Alex. in d. cons. 68. in 1. col. propè fin. dum dicit, ꝙ fideiussor pro cõfideiussore, & correus pro correo poterit esse testis, adducendo doctr. Bart. in d. l. si quis, ff. de reb. dub. ac alia plura vt ibidem per
20 † eundem, ac etiam ea, quæ latè deducunt Doct. in d. c. insuper, & in c. cũ Numius, de test. in quibus locis concludunt, ꝙ quando producuntur in causa vniuersitatis, vel collegii in testes illi de vniuersitate, vel collegio, tunc admitti debent, si de eorũ interesse principali non tractetur, licet in quandã consequentiam reportarent commodum, si collegiũ, vel vniuersitas obtineret in causa. Cum igitur, vt dictũ est, pręfati Magn. D. Hermolaus, & Magn. D. Elisabeth in quandam consequentiã videantur reportare commodũ ex victoria Magn. D. Dianæ eorum sororis, non propterea sunt repellendi, immo debent ex eo, maximè, ꝙ examinãtur cum maiori numero testiũ: necnon ex eo, ꝙ vocantur in contestes ab aliis in huiusmodi causa examinatis, & ꝙ habent alios contestes fide dignos, & præsertim supradictum Franciscum marangonum, qui est omni exceptione maior. Laus Deo.

Et ita, vt supra conclusi iuris esse & affirmo, ego Hieronymus de Gigantibus I.V.D. Forosemproniensis. saluo semper meliori & saniori consilio, ideo me subscripsi & sigillaui &c.

Stante vera facti narratione, in eandẽ sententiã concurro ipse Petrus Paulus Parisius I.V.D. Paduæ ordinariè iura ciuilia legens: & de sola subscriptione rogatus, in fidem ista manu propria scripsi, meoq; solito sigillo roboraui, saluo semper in omnibus, &c.

In Dei nomine. Pręsuppositis his, quę in consilio pręsupponuntur. Et posito etiã, ꝙ simpliciter disputetur, an sit contractum matrimonium, vnà cum suprascriptis Excellentiss. Doctoribus concludo pręnominatos testes posse examinari, ego Marianus Socinus Senẽsis, I.V.D. in studio Patauino ordinarius iuris ciuilis interpres: & ideo de simplici subscriptione requisitus, in fidem propria manu subscripsi, & solito sigillo roboraui, saluo semper consilio rectius sentientis. Ad laudẽ omnipotẽtis Dei, & Virginis gloriosę.

In Christi nomine, eiusq; gloriosæ matris Marię. Viso suprascripto consi. elegantissimo & copiosissimo, & pręsuppositis pro veris iis, quæ in facto cõtinentur, ac visis etiã subscriptionib. Clariss. Doctorũ, qui se subscripserunt, deueniẽdo in eandẽ sententiam, idem etiã dico & consulo iuris esse ego Antonius Franciscus de Doctoribus de Padua I.V.D. & iura Pontificia de mane legens in fęlicissimo studio Paduano, ideo in fidem propria manu subscripsi, & solito meo sigillo signaui, saluo iudicio melius sentientis. Laus Deo clementissimo. Amen.

Suppositis iis, de quibus in consilio fit pręsuppositum, idem quod cęteri asseruerunt, iuris esse arbitror, testes videlicet, de quibus in themate examinari posse, maximè in causa matrimoniali nostra, in qua agitur de matrimonio contracto, ego Bernardinus Gammarus I.V.D. Bononien. Pataui j primam cathedrã iuris canonici de mane legens, sicq; de sola subscriptione requisitus, in præfatorum Iurisconf. sententiam conuenio, solitoque sigillo iussi muniri, saluo &c.

PRO

PRO MAGNIFICA DOMINA Iulia de Nerlis.

SVMMARIVM.

1 *Testes omni exceptione maiores requiruntur ad probandum impedimentum pro dissoluendo matrimonio.*
2 *Consanguinei & affines non dicuntur testes omni exceptione maiores.*
3 *Testes familiares non dicuntur omni exceptione maiores.*
4 *Infamis infamia facti in causis ciuilibus grauioribus testis esse non potest.*
5 *Meretrix in causa criminali non potest esse testis.*
6 *Testes deponentes non verisimilia, non probant.*
7 *Testes contrarij non probant.*
8 *Sententia conformis petitioni esse debet.*
9 *Testes duo sufficiunt generaliter in omni negotio, etiam si ageretur contra Papam.*
10 *Testes duo tam mares, quàm fœminæ admittuntur ad probandum impedimentum in causa matrimoniali.*
11 *Testes deponentes vidisse coeuntes per fissuram portæ, sunt contestes.*
12 *Fornicatio habet tractum successiuum, nec finitur momento temporis.*
13 *Fornicatio probatur, si testes deponant vidisse virum & mulierem se in latebris osculantes.*
14 *Adulterium probatur etiam per coniecturas.*
15 *Scolaris puellam alloquens, non præsumitur dicere, Pater noster.*
16 *Turpitudinem suam allegans, non auditur, nisi id faciat metu periurus.*
17 *Turpitudinem suam allegare licitum est, vbi agitur de periculo animæ.*
18 *Turpitudinem suam iam detectam licitum est allegare.*
19 *Turpitudinem suam allegare contra participem criminis licitum est.*
20 *Impedimentum affinitatis causatum ex illicito coitu, probatur per testes etiam non exceptione maiores.*
21 *Copula carnalis probatur per coniecturas.*
21 *Testes non omni exceptione maiores admittuntur, quando non fuit in potestate partis, quòd interuenirent.*
22 *Lex contentatur leuioribus probationibus in ijs, quæ sunt difficilis probationis.*
23 *Testes affines & consanguinei admittuntur ad probandum impedimentum pro dissolutione matrimonij.*
24 *Testes familiares, & domestici ad probandum ea, quæ domi fiunt, admittuntur.*
25 *Idem quando tractatur de probando eo, de quo familiares habent [illegible] notitiam.*
26 *Testis eodem morbo laborans, non admittitur.*
37 *Testibus de bona fama deponentibus plus creditur, quàm deponentibus de mala.*
28 *Testibus, quod deficiat de fide, suppletur ex fide aliorum.*
29 *Testes infames infamia facti admittuntur ad probandum obscœna.*
30 *Testes non omnino integri admittuntur ob defectum surgentem ex natura negotij, super quo producuntur.*
31 *Testes infamia facti laborantes admittuntur in criminalibus in defectum aliorum.*
32 *Testes participes criminis in defectum aliorum admittuntur.*
33 *Testes de Ecclesia, vel de vniuersitate admittuntur in defectum aliorum.*
34 *Testes de capitulo, vel collegio admittuntur ad probata gesta in capitulo, vel collegio.*
35 *Partus suppositus per mulieres, quæ in ipsa suppositione interuenerunt.*
36 *Testes, qui admittuntur in defectum aliorum, videntur integri.*
37 *Copulæ carnalis probatio ex probatione tactuum, amplexuum, osculorum, conuersatione, colloquio, muneribus, & amore, comprobatur.*
38 *Testium idoneitas suppletur maiori numero.*
39 *Testes domestici tres sufficiunt.*
40 *Testes contrarij cum habeant contestem, concordari debent ad effectum probandi.*
41 *Testes contrarij dicuntur, qui incompassibilia deponunt.*
42 *Testium contrarietas, quæ non est circa principale, non obstat.*
43 *Testes in facti substantia non discordant, sed circa alia probant.*
44 *Iudex, cui de impedimento constat, etiam parte non petente potest copulatos separare.*

CONSILIVM XXIX.

In nomine indiuiduæ Trinitatis.



CAVSA admodum ardua est, & ab vtraque parte fauorabilis, cum non minus fauoris versetur, cum agitur de dissoluendo & annullando matrimonio iam cōtracto, stante canonico impedimento, quàm si ageretur de legitimo contracto confirmando, seu probando. iuxta textum in c. videtur nobis, qui matr. ac. poss. Videndum est ergo, an impedimentum, de quo in pręsenti casu quęritur, sit legitimè probatum, ad hoc, vt matrimonium contractum inter nobilem Do. Iuliam de Nerlis, & Dom. Sanctum aduersarium declarari possit nullum & inualidum per R. D. Iudicem, coram quo causa ipsa vertitur. Et videtur prima facie dicendum, quòd non, rationibus & fundamentis, de quibus infra.

1 † Et primò, quia ad probandum impedimentum affinitatis, seu cōsanguinitatis, ad effectum dissoluendi matrimonium, requiruntur testes omni exceptione maiores, iuxta textum in c. 1. de consang. & affin. vbi Doct. facit glo. in cap. in litteris, in vltima glo. in fi. de testi. & hanc conclusionem firmat Andr. Sicul. in cons. 45. incip.

scribitur

ſcribitur belliſſimè in primo volumine, colum.
prima, & in conſil.54. quod incipit, illud afferã
in ſecunda colum. in verſicu. Et ſi quiſpiam di-
xerit in dicto primo volu. vbi plus voluit, videli-
cet, quòd dicta concluſio non ſolum procedat,
quando tractatur de diſtrahendo, ſcilicet etiam
quando agitur de matrimonio contracto, pro-
bando quod etiam ſequitur Deci. in conſil. 310.
Incipit, viſis diligenter atteſtationibus, in prima
colum. in ſecundo volum. Verum in caſu iſto te
ſtes non ſunt huiuſmodi, vt patet, quia Marina
eſt conſanguinea Dominæ Iuliæ, vt ipſa fatetur.
2 † & clarum eſt in iure, quòd conſanguinei & af-
fines non dicuntur teſtes omni exceptione ma-
iores, vt notat Bart. in l. admonendi, colum. 8. in
verſiculo venio ad tertium. ff. de iureiuran. Tra-
dit Alexan. in conſilio 13. in primo volumine,
& in conſil. 232. incipien. In cauſa & lite. in ter
tia columna, in verſiculo præterea, in ſecundo
volumine. Et idem Dominus Alexander in cõ-
ſilio 18. incipiente, in his, quæ in themate. in pe-
nultima columna. in verſiculo, item, non eſt in-
teger teſtis. in quarto uolum. & in conſil. 102. in
fi. incipiente, viſo proceſſu cauſæ vertentis, in
3 quinto volum. † Similiter Eua & Anaſtaſia te-
ſtes deponentes de impedimento dici non poſ-
ſunt teſtes omni exceptione maiores. Tum quia
ſunt domeſticæ ipſius Do. Iuliæ, & Dominæ Lo-
douicæ eius matris, & in ipſarum domo conuer-
ſantes. quo caſu admitti non debent, maximè
in caſu iſto, per text. in c. in litteris, de teſtib. vbi
familiares repelluntur in terminis noſtris: facit
etiam tex. in l. etiam. C. de teſti. Tum etiam quia
videtur probari per aliquos teſtes, Marinam &
Euam teſtes eſſe meretrices, & ſic infames, ſaltẽ
infamia facti. & per conſequens ſequitur, quòd
non probent in caſu iſto, per nota. per Barto. in
l. cunctos populos in 5. opp. C. de ſumma Trin.
4 & fid. Cath. † vbi voluit, quòd in cauſis ciuilibus
grauioribus, in quibus requiruntur teſtes omni
exceptione maiores, infamis infamia facti non
poſſit eſſe teſtis. quod reputat notandum Abb.
in capit. teſtimonium. in quinta colum. de teſti.
facit text. in c. licet cauſam. In verſiculo quidam
5 vero. de probat. quem ibi ponderat Bald. † & di-
xit aliàs Alexand. in conſil. ſuo vndecimo inci-
piente, circa primum dubium. in primo volu.
quòd meretrix in cauſa criminali, non poteſt eſ
ſe teſtis. prædictam concluſionem firmant Cyn.
& Bald. in l. qui accuſare. C. de eden. & Bal. l. op-
timam. C. de contr. ſtipul.
6 †Secundo dicitur, quòd Marina, Anaſtaſia, &
Eua teſtes deponentes de dicto impedimento,
non videntur veriſimilia deponere, & ideo non
probatur c. veriſimile. vbi notatur maxime per
Abb. in ſecundo notabili de præſump. l. non eſt
veriſimile. in prin. ff. quod met. cauſa. ponit Spe.
in titulo, de probat. §. fi. columna fina. in fine. in
verſic. quintum: Bald. & Alexan. in l. tranſactio-
nem. C. de tranſ. idem Alexan. in conſil. 99. inci
pit, in caſu prædicto, in fi. tertio uolumine. Non
enim veriſimile uidetur, quòd Domina Lodoui
ca mater dictæ Dominæ Iuliæ, ipſam Iuliam in
vxorem iunxiſſet dicto Sancto, ſi prius ab eo ip-
ſa fuiſſet carnaliter cognita.
7 †Tertio pro iſta opinione facit, quia Marina
& Eua ſunt ad inuicem contrariæ, dum depo-
nunt de copula carnali, quæ fuit inter Sanctum,
& dictam Dominam Lodouicam. Nam Marina
dicit, quòd poſtquàm vidit, aſcendit ad Camerã
ſuperiorem, & dixit Marinæ, quæ non credebat,
& ſic ſunt contrariæ, quo caſu non probant l.
vbi repugnantia. ff. de regul. iur. l. qui falſa. ff. de
teſti. Barto. in l. eos. ff. de falſ. & licet forte reduci
poſſent ad concordiam, hoc fiet, vt euitetur per-
iurium, non vt probent, vt late notatur per Doc.
maximè. Felyn. in c. cum tu. de teſti. per Specu.
in titulo, de teſti. §. 1. uerſicu. quid ſi idem teſtis.
& per Bart. in d. l. eos.
8 †Quarto dicitur, quòd in caſu iſto, Reuer. Do-
minus iudex, non poteſt ſententiare prædictum
matrimonium eſſe inualidum, ratione dicti im-
pedimenti, quia debet eſſe conformis petitioni.
l. vt fundus. ff. communi diuidun. hoc autem nõ
fuit petitum pro parte dictæ Dominæ Iuliæ. er-
go Iudex ſuperinde pronunciare non poterit.
facit elegans doctrina Bald. in cap. 1. in ſecunda
colum. de mil. vaſal. qui contum. eſt. in vſibus
feud. vbi voluit, quòd iudex non poſſit ſupplere,
aut condemnare, ſi plus eſt probatum, quàm
petitum.
Prædictis, tamen non obſtantibus, contra-
riam partem, de iure veriorem eſſe arbitror, vi-
delicet, quòd impedimentum, de quo in ca-
ſu noſtro quæritur, ſit legitime & ſufficienter
probatum, & quòd partes Domini Iudicis ſint
in pronuntiando dictum matrimonium fuiſſe
& eſſe inualidum ratione dicti impedimẽti, pro
9 quo præſuppono vnum, quod eſt regulare, † vi-
delicet, quòd generaliter in omni negocio ſuffi
ciunt duo teſtes. l. vbi nume. ff. de teſti. capitu.
nouit, de iudic. capitu. in omni, de teſtib. & hęc
regula procedit etiam ſi contra Papam agatur, vt
voluit notanter gloſ. in c. Præſul. 2. q. 4. quam ſe-
quitur Abb. in cap. ſuper eo el ſecondo. in tertia
colum. de teſti. & idem in capitu. licet vniuerſis.
10 in tertio notabili. eod. titu. † & procedit etiam
iſta regula in probando impedimẽto huiuſmo-
di c. quotiens, de probat. & admittuntur mulie-
res, ſicut mares. l. ex eo. ff. de teſti. l. qui teſtamẽ-
to. §. mulier. ff. de teſtam. facit tex. in dicto capit.
ſuper eod. vbi Abb. in tertio notabili notanter
dixit, quòd ad probandum impedimentum etiã
ad effectum diſſoluendi matrimonium, ſuffi-
ciunt duo teſtes, tam mares, quàm fœminæ. mo-
do in caſu noſtro habemus tres fœminas pro-
tes tale impedimentum, videlicet Anaſtaſiam,
Marinam & Euam. quæ deponunt, ſe uidiſſe d.
Sanctum & Dominam Lodouicam adinuicem
ſe carnaliter cognoſcentes, antequam d. San-
ctus matrimonium contraheret cum Domina
Iulia filia d. Dominæ Ludouicæ, quo caſu teſtes
de

de visu plene probant, sine aliis adminiculis, ca
11 pi. præterea de testibus, vbi Doc. & licet dictæ te stes attestentur vidisse prędictos coeuntes per fis suram portæ: Nihilominus dicuntur contestes, esto, quod vnus non potuerit videre, nisi post alium, vt probat glos. magistra, in capitulo, nihilominus tertia quæst. contra. per quā dicunt ibi Doct. maximè Cardinalis Alexandri. quod esto, quod testes dixerunt vidisse fornicantes per fissuram, & non potuerunt, nisi vnus post alium videre: nihilominus sunt contestes, &
12 rectè probant. & †ratio est, quia fornicatio habet tractum successiuum, & non finitur momento temporis. ita etiam tenent omnes Docto. in dicto capitulo, præterea. vbi Abb. in prima columna, in versiculo prima, an improprianda. vbi allegat dictam glossam. idem voluit Baldus in l. testium. in fine columnæ, in versiculo quæritur etiam vtrum. C. de testibus, & Bartolus in l. quærebatur. ff. de testamen. milit. & talis probatio per visum, in casu non est adeo sufficiens, quod nullis aliis adminiculis eget, vt voluit Abb. in dicto capitulo præterea. In secundo notabili. quinimmo dicit Abbas ibidem in dicto
13 versiculo. prima † an improbanda, quod si testes deponerent vidisse virum & mulierem, se in latebris osculantes, & amplexantes, fornicatio esset probata. allegat Barto. in l. secunda, in principio. ff. de furt. vbi dixit, quod si aliquis deprehenditur in domo, in qua sit pulchra mulier, dicitur manifestum adulterium. facit capit. in litteris. de præsumptio. & quod notat Bald. de scolare, qui fuit inuentus, de nocte exire de domo meretricis. In authen. quas actiones, in fine. C. de sacrosancta Ecclesia. & vltra prædictam copulam, deponunt etiam prædictæ tres mulieres, de amore dictorum Sancti, & Lodouicæ, de longa conuersatione, quam insimul habebant, de risu, colloquio, tactib. osculis, & amplexibus. nec non de muneribus, quæ sibi adinuicem dicti Sanctus, & Lodouica mittebant, de quibus fatetur ipse Sanctus dum respondet positionibus Iulię, & etiam de illis deponit Magnificus Dominus Federicus Grimaldus, qui dicit de vno corde argenti, quod Sanctus misit pręfatę Dominæ Lodouicæ. & etiam de amore prędicto deponit specialis Dominus Andreas a Pomo aureo Aromatarius, quæ omnia sunt adminicula satis vrgentia in hac materia, vt voluit Hostien. in dicto capitulo præterea, quem alii ibidem referunt, & sequuntur maximè Abbas in vltima columna, in uersiculo, & dicas,
14 quod vbi agitur. † faciunt not. per Bartolum in lege secunda in fine. ff. de adulteriis, vbi dixit, quod adulterium cum non possit directe probari, probatur per coniecturas, accedant ea, quę not. Bald. in lege neque natales in principio. C.
15 de probationibus, † vbi inter cętera dixit, quod scolaris puellam alloquens non pręsumitur dicere, Pater noster. Cum igitur dictæ tres mulieres deponant de dicto impedimento, & cum ipsis adsint alii testes, qui deponant de circunstantiis ipsam copulam pręcedentibus, remanet dictum impedimentum plenè probatum.

Confirmatur prędicta conclusio, quia dicta Domina Lodouica examinata per Reuerēdum Dominum Iudicem ex suo officio non ad alicuius instantiam delato sibi a iudice iuramento sæpius fassa fuit prędictum impedimentum, vt apparet ex eius dispositione in processu. Nec obstat, quod aduersarius dicebat dictam confessionem non admittendam, quia præfata Domina Lodouica in ea allegat suam turpitudinem, & sic audiri non debeat, nam talis obiectio est
16 multum friuola. † Qua licèt regulariter allegans suam turpitudinem non audiatur, iuxta not. per Bartolum in lege iusiurandum. §. procurator. ff. de iureiurando, & per Doctores in capitulo lator. de re iudicata. illud procedit quando quis agendo, vel excipiendo suam allegaret turpitudinem. sed in casu nostro Domina Lodouica metu periurii a Iudice interrogata, depo
17 nit, & confitetur impedimentum. † Pręterea vbi agitur de periculo animę, prout in casu nostro licitum est allegare suam turpitudinem tex. est in dicto capitulo lator, vbi late Doctores examinant hunc articulum, & tanto magis licuit præfatæ dominæ Lodouicæ suam allegare turpitudinem, quia iam erat detecta per depositionem Anastasiæ, Euę, & Marinæ, in processu. faciunt not. per Bartolum in dicta lege iusiurandum. §. Procurator in tertia columna, in versi. ad contrarium, & per Felinum in dicto capitulo lator. in prima columna. † & est communis
18 † conclusio, quod licitum est allegare suam tur-
19 pitudinem iam detectam ab alio. † & dato etiam, quod essemus in casu, quod non liceret suam allegare turpitudinem, ex quo illam allegat contra participem criminis, hoc est contra Dominum Sanctum, qui secum rem habuit, audiri debet, ita firmat Bartolus in dicta lege iusiurandum, in dicto §. procurator, in tertia columna, in fine. in versiculo, aut non agit. vbi voluit, quod quis allegando turpitudinem suam excipiendo, vel replicando aut aliter suam opinionem confirmando auditur contra participē criminis.
20 † Nec obstant in contrarium superius adducta & primo dum dicebatur, quod in probando impedimento ad effectum dissoluendi matrimonium, requirebantur testes omni exceptione maiores dicto capitulo primo, de consanguinitate, & affi. quia respondetur multipliciter. & primo, quod contrarium procedit in casu suo, videlicet quando tractatur de probando impedimento legitimę affinitatis, seu consanguinitatis, quæ innotescit de sui natura pluribus, & ideo probari potest per testes omni exceptione maiores. & ita loquitur, dicto capitulum primum de consang. & affini. secus erit in casu nostro, vbi

tractatur de probanda affinitate contracta per copulam illicitam. capitu. discretionem de eo, qui cogn. consang. vxoris suæ, quæ copula fit secrete, & cum de suis natura turpis sit, non admittit ad eius probationem testes omni exceptione maiores, vt experientia docet, quæ est rerum magistra. capitu. quam sit de elec. in sexto.

21 patet, quia in dicta † prima huiusmodi copula sufficiunt coniecturæ, cap. in litteris, de præsumpt. faciunt nota. per Doct. in dicto capitulo. Pręterea, & quæ supra dixi: Quinimmo si diceremus, quod in probando huiusmodi impedimēto copulæ illicitę requirerentur testes omni exceptione maiores, esset dicere, quod iura, quę volunt, quod prædictum impedimentum possit probari per testes de visu, vt in capitulo præterea de test. seruirent nobis, de vento, quia cum huiusmodi actus de se turpis sit, non erit dare casum, quod persona omni exceptione maior talia vnquam viderit, & sic semper deficeret probatio non ius. l. duo sunt Titii. ff. de testam. tut.

Sed posito, quod in huiusmodi casu uis requireret testes omni exceptione maiores, ex quo non fuit in potestate Iuliæ ipsos testes adhibere, in tali actu non est, quid ei imputetur. Et propterea admittendę sunt huiusmodi probationes, vt voluit Alexander in consilio 152. incipit viso processu causæ. in tertia colum. in fi. in quinto volumine.

22 † Accedit, quod in his quæ sunt difficilis probationis ex contētatur leuioribus probationib. l. non omnes. §. a Barbaris. ff. de re milit. l. filium. diffinimus. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris l. si vicinis. C. de nupt. capitulo transmissa, vbi notatur, qui filij sint legitimi. capitulo fina. vbi glos. & Doct. quod met. cau. capitu. in litteris, de præsump.

23 † Facit, quia licet alias consanguinei, & affines non sint testes omni exceptione maiores, vt supra deductum est: Tamen admittuntur ad probandum huiusmodi impedimentum, etiam ad effectum dissoluendi matrimonium, capitulo quotiens, de testibus. capitulo videtur, qui matrimo. accusare possunt. & sic non obstat illud, quod dicebatur Marinam esse affinē seu consanguineam Dominæ Iuliæ. immo etiam mater vna cum aliis testibus admitteretur in simili dicto c. super eo. el 2. de testi.

24 † Nec obstat, quod supra secundo loco dicebatur, quod Marina, & Anastasia ac etiam Eua deponentes de tali impedimento erant familiares, seu domesticæ ipsius Dominæ Lodouicæ, & Dominę Iuliæ, & quod propterea non probetur per supradicta, quia immo familiares, & domestici in casu nostro sunt optimi testes, cum tractetur de probando eo, quod factum fuit in domo, quod verisimiliter melius sciunt familiares, & domestici, quam alii. facit ratio text. in dicto capitulo videtur, qui matrim. accusare possunt. & ita in terminis nostris tenuit Albericus in tractа. de testi. in titulo, qui testes repel. ratione domesticitatis, in versiculo, hęc omnia limitabitis, vbi dixit, quod non solum in impedimento affinitatis, vel consanguinitatis, verū in quocunque alio, ex quo matrimoniū veniret dissoluēdū testes domestici admittuntur, & hoc de facto ob-

25 seruari dicit. † faciunt not. per D. Io. Crottū Præceptorē meum, in tractatu suo de testi. in versic. circa istam quartā partem, in vers. 2. fallit, vbi dicit, quod quando agitur de probando negotio, in quo familiares verisimiliter habent maiorem notitiam, quàm alii, tunc admittuntur, licet regulariter contra legem etiam. C. de testib. cum similibus.

Ad textum in capitulo in litteris, de testi. respondetur, quod ideo ibi familiares repelluntur in casu simili, quia contra se habebant magnam pręsumptionem, cum ille vir, qui petebat dissolui matrimonium, per septennium stetisset cum sua vxore. In casu nostro Iulia non cohabitauit cum Sancto, nec secum matrimoniū consummauit, immo Dominus Sanctus nunquam eam fuit osculatus, vt ista omnia ipse fatetur respondendo positionibus Dominę Iuliæ, in processu, secundo familiares, de quibus in illo textu erant tales, quibus ille vir poterat imperare ratione Dominicæ potestatis, vt probatur in dicto textu ibi. Testes de familia sua tres: in casu autem nostro Eua, Anastasia, & Marina nō sunt de familia Dominæ Iuliæ: licet in eius domo conuersentur, & sic probatur iuxta notata per Antonium de Butrio, in dicto capitulo in litteris. Accedat, quod ibi tractabatur de probando impedimento causato, ex parte petentis dissolutionē matrimonii, secus in casu nostro, & ibi tractabatur de dissoluendo matrimonio iam per septennium consummato, in casu nostro agitur de dissolutione matrimonij non consummati, ex quibus omnibus apparet, quod ille textus non obstet cum loquatur, in casu diuerso, nec inferri possit ad casum nostrum. l. Papinianus exuli, de minor. ff. cum vulg.

Nec obstat, quod tertio loco dicebatur Marinam & Euam testes deponentes de huiusmodi impedimento esse meretrices, & sic infames saltem infamia facti, & propterea non admittendos, in casu isto, quia respondetur, quod per testes Domini Sancti aduersarii non est probatum prædictas testes esse meretrices. nam licèt Hieronymus Gratiabona dicat, quod ipse rem habuit cum dicta Eua est vnicus, & nil probat. lege iurisiurandi. C. de testibus. capitulo veniens, el primo, & capitulo cum a nobis. de testibus. Pręterea cum dictus Hieronymus deponat de crimine, in quo fuit particeps nil probat. textus est in §. liberi testes, quarta, quæstione tertia, capitulo veniens, vbi bona glo. in

26 verbo confesso, de testibus, † & facit textus, in capitulo personas, eo titulo. vbi in testem non admittitur simili morbo laborans. l. quoniam liberi.

liberi. C. de testi. & ita in similibus terminis consuluit Alexander in consilio 157. incipit circa principium, in quinto volumine. quinimmo testes per Dominum Sanctum aduersarium producti prout sunt, Lodouicus Triuisanus, & Catherina Ser Nicolai Topo deponunt prædictam Euam esse bonæ conditionis, & famæ, & quod ita a tota vicinia reputatur, quibus magis credendum est: vt notat Franciscus de Curt. in tractatu suo, de testi. Conclusione quadragesima-
27 octaua. † Vbi dicit, quòd testibus deponentibus de bona fama plus creditur, quàm deponentibus de mala, licèt deponentes de mala sint plures numero. Nec minus probatum est aliquid contra personam Marinæ, licèt magister Petrus testis productus per aduersarium videatur deponere ipsam esse concubinam cuiusdam, cum nullum habeat contestem, & solus nil probet, d. l. iusiuiandi. C. de testi.
28 † Vlterius etiam, quod Eua & Marina supradictæ essent infames infamia facti adhuc probarent cum habeant contestem Anastasiam, quæ est probatæ fidei, & cui nihil opponitur, & sic, quòd fidei deest Marinæ, & Euæ suppletur ex fide dictæ Anastasiæ, vt notant Baldus, & Angelus in lege si quis ex argentariis in §. cogentur. ff. de eden. Baldus in lege prima, in secunda columna. C. de testamen. Salyce. in lege bonæfidei. C. de reb. credi. Romanus in consilio 290. Incipit, in casu propositæ consultationis, & scri
29 bit Angelus in primo consilio. † Et cum agatur, in casu nostro de probanda copula illicita, quæ est difficillimæ probationis, & est de se res obscena, & turpis, non video rationem, quare prædictæ mulieres, etiam quòd infames essent infamia facti non probent per doctrinam Abbatis, in capitulo tertio loco, columna secunda, versi-
30 culo glos. secunda, de probatio. † Vbi notanter dixit, quod propter defectum testium surgentem ex natura negotij testes non omnino integri admittuntur accedant not. per eundem Abbatem, in capitulo de cætero. de testi, vbi dixit, quod laycus, qui regulariter contra clericum, non admittitur, in criminalibus, in subsidium tamen admittitur, idem voluit Alexander, in consilio septuagesimoquarto, viso themate, in
31 secundo volumine. † Immo in criminalibus si agatur, de probando crimen, quod per alios probari non possit, verisimiliter testes facti infamia laborantes admittuntur, ita firmat solennis Doctor Dominus Ioannes Crottus, præceptor meus, in tractatu suo, de testi. in versiculo Circa tertiam. versiculo secundo fallit in subsidium, & in versiculo secundo fallit, quando crimen.
32 † Facit ad prædicta, quia licet regulariter particip[illegible]idonei testes. l. fina. C. de accusat. l. quoniam liberi. C. de testi. tamen hoc non procedit, quando sumus in casu, in quo alii testes haberi non possunt, vt inquit Baldus in dicta lege, quoniam liberi, in prima columna, in versiculo quæro, igitur, vbi concludit, quod conuiuatio facta inter aliquos per ipsos complices probari possit, allegat textum, & glos. in capitulo finali, de testi. cogen. vbi glo. & Abb. dicunt, quod tali casu admmittuntur cōplices, quia ex natura negotii, & criminis alii te
33 stes haberi non possunt. † faciunt etiam ad prædicta ea, quæ voluit glos. & ibi, Antonius de Butrio, in dicto capitulo tertio loco, de probat. in glos. secunda, vbi dicunt, id quod dicitur illos de Ecclesia, vel vniuersitate admitti pro Eccle. vel vniuersitate procedere in subsidium, quando haberi non possunt alii testes verisimiliter, ex natura actus. secus si casualiter; vel sorte alii non interuenerunt. & hinc est, quod illi de capi
34 tulo, seu collegio † admittuntur ad probandum gesta in capitulo, vel collegio, quia regulariter extranei non admittuntur in ipso capitulo. c. veniens, el secondo, in fi. de testi. secus est, vbi ex natura actus possunt interuenire testes omni exceptione maiores, sed partium culpa non interuenerunt, nam tunc minus idonei non admittuntur. Ita voluit Alexander in consilio suo. 152. incipiente viso processu causæ matrimonialis, in secundo volumine. vbi concludit, quod testes minus idonei non probant matrimoniū, quia matrimonium, de sui natura admittit testes omni exceptione maiores. secus est in casu nostro. Nam huiusmodi actus, & ratione turpitudinis, & quia ex sui natura fit in domo, & secretè non admittit testes omni exceptione ma-
35 iores. † Et ex prædictis eleganter consuluit Decius in consilio suo 342. incipit, in causa partus suppositi, in secundo volumine, quod suppositio partus probaretur, per duas mulieres, quæ in ipsa suppositione fuerunt ministræ, cum verisimiliter ex natura suppositionis partus alii testes haberi non possent.
36 † Quinimmo infert & concludit Decius in dicto suo consilio, in secunda columna, in principio, ꝙ tales testes, qui propter negotii naturā in defectum aliorū admittuntur, tali casu uidentur integri testes, ac etiam omni exceptione maiores. text. est in capitulo tertio loco, de probat. quem allegat, vbi testes, qui in defectum aliorū admittuntur, recipiuntur etiam ad reprobandum instrumentum. Et tamen in reprobando instrumento requiruntur testes omni exceptione maiores. text. est in l. optimam, in verbo idoneos, & omni exceptione maiores. C. de cont. stipul.

Ad id, quod dicebatur, qeod prædictæ testes in casu nostro deponebant, de non verisimile, respondetur, quod casus noster est verisimilis, quia est consideratus a iure. capitulo veniens, & capitulo ex litteris, de eo, qui cogn. consang.
37 vxor suæ. † Præterea dictum dictarum trium mulierum deponentium de copula, quæ fuit inter Dominum Sanctum, & Dominam Lodouicam matrem Dominæ Iuliæ ante cōtractū matrimonii huiusmodi coadiuuatur pluribus aliis

 admi-

adminiculis, de quibus deponunt etiam alii testes, videlicet ex tactibus, amplexibus, osculis, conuersatione, colloquio, muneribus, amore, de quibus omnibus vltra dictas tres mulieres deponunt etiam Magnificus Dominus Federicus Grimaldus, & supradictus Dominus Andreas a Pomo aureo Aromatarius, quæ omnia sunt adminicula satis vrgentia in hoc casu, vt supra dictum fuit, per ea, quæ notantur per Hostien. Abb. & alios, in dicto capitulo præterea de testi. & propterea esto, quòd dictæ mulieres viderentur deponere de non verisimile, probarent, vtiq; iuxta not. per Abbatem, in dicto capitulo, quia verisimile in ff. de præsump. vbi concludit, quod testibus deponentibus de non verisimile creditur, quando secum habent aliquam aliam præsumptionem.

38 †Comprobantur prædicta, quia licet alias testes non sint multum idonei: Nihilominus idoneitas suppletur maiori numero testium, iuxta not. per glossa in l. 3. in verbo numerus. ff. de testi. per quam dixit Iacob. Butrig. ibi, quod licet duo testes, per eundem præmeditatum sermonem deponentes non probent. vt in dicta l. tertia. tamen, quando essent plures puta tres, vel quattuor bene probarent, hoc etiam voluit Alexan. in consilio quinto incipiente in causa inquisitionis, in versiculo, secundo respondeo, in primo volumine allegat Imol. in l. qui testamento, in prima columna. ff. de testamen. & plures alios, de quibus per eum ibidem, & per illam glossam, & doctrinam supradictam Iacob. Butri. Concludit Alexander in dicto suo cõsilio quin-
39 to, † colum. penultima, in dicto versiculo secundo respondeo, quod licèt duo domestici testes non sufficiant: tres tamen bene sufficiunt. Cum igitur in casu nostro habeamus tres testes, si qđ deficit eis ex fide suppletur ex maiori, non cum alias duo testes tantum etiam fœminæ sufficerent, vt supra dixi.

40 †Ad illud, quod dicebatur, quod Marina, & Eua testes erant adinuicem contrariæ, & quod concordari non poterant ad effectum probandi, scilicet solum, vt periurium euitarent per not. in capitulo cum tu. de testibus respondetur multipliciter, & primo, ꝙ licèt Eua, & Marina essent contrariæ: Cum tamen habeant contestem Anastasiam concordari debent, etiam ad effectum probandi. Ita concludit Alexander in consilio 286. incipit, quoniam abunde. in versi. accedit, quod licet in secundo vol.

Secundo respõdetur, qđ Marina, & Eua non sunt contrariæ, licèt Marina dicat, quod Eua vocauit ipsam, Eua vero deponat, quod dixit Marinæ. Nam ista compatiuntur se ad inuicem, quod Eua postquam uidit Dominum Sanctũ, & Dominam Lodouicam coeuntes, ascenderit ad Cameram superiorem, vt ipsa, deponit, uocauerit Marinam, & ei dixerit, quo casu
41 contrariæ non sunt. † nam contrarii testes dicuntur, qui incompassibilia deponunt, ut uoluit Barto. in l. eos, uersiculo uaria testimonia. ff. de fals. & not. Bald. in prima constitutio. C. in §. ideoque in secunda columna. versiculo interdum dicuntur, & intelligendo testes prædictas dicto modo facilis, possibilis, & verisimilis erit concordia dictæ contrarietatis vti esse debet, iuxta notata per Baldum in lege prima. columna secunda. in lectura antiqua. C. de fide instrumen. & ponunt latè Doctores, in dicto capitulo, cum tu de testi. vbi Felynus, & Decius vltra alios in lege secunda. in §. Creditum in se
42 cunda columna. ff. si certum petatur, † & posito quod essent contrariæ, cum ista contrarietas nõ sit circa principale negotium testium dicta non inficit, vt voluit Alexander in consilio quinto. in secunda columna in fine. in primo volumine. allegat multa, de quibus per eum ibidem. ad idem facit, quod notanter uoluit glossa, in capitulo dudum, in verbo substantia, de con-
43 uersa. coniugat. † quæ voluit, quod nil referat narrandi diuersitas, vbi eadem dicuntur, inducens ad testes diuerso modo loquentes, non tamen in facti substantia discordantes accedant ad hæc dicta Alexan. in dicto suo consilio quinto. In tertia columna. in versiculo videatur. Igitur & in consilio 189. incipit abunde. in versiculo nunc est videndum circa testes. in secundo uolumine. & quæ notat Curtius in tractatu suo, de testi. vndecima conclusione faciunt dicta per Alexandrum, in consilio 156. incipiente viso processu causę, in versiculo, non obstat etiam in quinto uolumine.

Nec quod vltimo loco dicebatur habet obstare, videlicet, quod in processu fuerit petitum, pro parte Dominæ Iuliæ matrimonium prædictum declarari nullum, & inualidum ratione di-
44 cti impedimenti, † quia Iudex, cui de impedimento constat etiam parte non petente potest copulatos separare, & matrimonium declarare inualidum. text. in capitulo porro in fine, de diuor. & in capitulo primo, qui matrimo. accusa. pos. facit capitul. cum inhibitio. de clandest. despon. Et ex litteris manifeste puto apparere adducta supra in contrarium non obstare, & quod impedimentum, de quo in casu nostro sit legitime probatum. Adeo, quod partes Reuerendi Domini Iudicis sint in declarando matrimonium inter prædictos Dominum Sanctũ, & Dominam Iuliam esse nullum, & contrahi non potuisse.

Laus Deo.

Ita vt supra dico, & consulo ego Hieronymus de Gigantibus vtriusque Iuris Doctor Forosempronienfis. Saluo Semper saniori consilio, in cuius rei testimonium me subscripsi, & meum solitum sigillum apposui.

Vt supra conclusum est, per Excellentissimũ vtriusque Iuris Doctorem, Dominum Hieronymum fratrem honorandum. Dico, & concludo ipse

ipse Petrus Paulus Parisius, vtriusque Iuris Doctor minimus, Paduæ ius ciuile, in primo loco de Sero, ordinarie legens: saluo tamen semper. &c. Et rogatus de subscriptione: Manu propria subscripsi, & solito meo sigillo firmaui.

Idem iuris esse arbitror Ego Franciscus Sfrōdatus iurium Doctor Taurinen. Collateralis, & Mediolani Senator in præsens Paduæ legens. In cuius rei testimonium proprium subscripsi, & solitum sigillum supposui, saluo, &c.

IN CAVSA MAGNIFICI DOMINI Pauli Barbo.

SVMMARIVM.

1 *Maritus petens restitutionem vxoris probare habet matrimonium, & vxorem transduxisse.*
2 *Vxor a propria auctoritate a viro discedens illum spoliare dicitur.*
3 *Vxor post adulterium viri, eidem reconciliata, illud marito vlterius opponere non potest.*
4 *Vxor est subdita & pene famula viri.*
5 *Marito licita est moderata castigatio, & correctios suæ vxoris.*
6 *Testi deponenti factum circa tempus non est credendum.*
7 *Testis deponere debet de tempore quādo tempus plus & minus est de substantia.*
8 *Testi pauperi, an sit credendum arbitrium est Iudicis.*
9 *Malus semel semper præsumitur malus in eodem genere mali.*
10 *Fornicatio est minus malum, quàm adulterium.*
11 *Litis contestatio fit etiam per responsionem ad articulos conclusiuos.*
12 *Litis contestatio non requiritur, quando vir vxoris restitutionem petit.*
13 *Testes deponentes de adulterio non reddentes rationem dicti eorum nil probant.*

CONSILIVM XXX.



IN casu nostro, in quo quæritur, vtrum sit fienda restitutio vxoris Magnifico Domino Paulo Barbo,† breuiter dico, quod sic. Pri- 1
mo, quia ad hoc, vt fiat restitutio vir habet matrimonium probare, & traductionem vxoris, ad domum. c. transmissa, & c. ex parte, vbi not. de restit. spol. de matrimonio, & traductione huiusmodi constat per confessionem Dominæ Paulæ eius vxoris aduersariæ, vt constat ex petitione, & capitulis, per eam productis, in præsenti causa, ergo sequitur, quod nullæ sunt partes Reuerendæ dominationis vestræ, nisi in condemnando dictam dominam Paulam, vt ad virū suum redeat, iuxta text. in l. proinde. ff. ad leg. Aquil.

2 Constat etiam de spoliatione,† quia eadem domina Paula fatetur se absentasse a d. Domino Paulo eius viro, & clarū est in iure, quòd vxor ꝓpria temeritate sine ecclesiæ iudicio a viro discedens dicitur illum spoliare se ipsa. c. ex conquæstione, & c. litteras. vbi Abb. de resti. spol. & ille restitui debet, vt in dictis iuribus, & præsumitur contra ipsum text. quo diuertit a viro sine iudicio ecclesiæ text. in d. c. litteras, in §. quod si non habeat, quinimmo licèt alias vxor litigans cum eius viro, ab eo alimentari debeat, secus est quādo ab eo propria auctoritate, diuertit, vt per Cynum in l. quod in vxorem. c. de neg. gest. & ibidem per Bald. Ange. Alberi. & Salyce. Socin. in consilio 286. visa. colum. 1. in 2. volum.

Videndum modo est, vtrum seruitus, & adulterium Domini Pauli allegati pro parte Dominæ Paulæ sint taliter in processu probati, quod impediant istam restitutionem, & causetur diuortium petitum, pro parte Dominæ Paulæ aduersarię, & certe non. Et est ratio, quia per testes dictæ Dominæ Paulæ nō probatur seruitus & adulterium allegatum. & posito, quod probarentur, adhuc dico, quod non propterea fieri debet diuortium, & impediri restitutio. quia quādo Domina Paula primo discessit a dicto Domino Paulo, eius viro obiecit omnia ista & longe plura ei, quem traxit in causam coram Iudicibus laycis vti apparet, ex citationibus factis, & capitulis per eam exhibitis coram præfatis iudicibus, & tamen mox reuersa fuit ad dictum Dominum Paulum eius virum, & ei reconciliata, quod fuit de mense Maii anni 1524. in vigilia Sancti Iob, vt deponit Magnificus Domi. Dominicus Gritti, in processu. Ergo sequitur, quod non possit amplius illa, de quibus notitiam habuit antequam ad eius virum rediret illi obiicere nunc per textum iuncta gl. ibi in verbo. Nec reconciliatio, in c. plerunque, de dona. inter vir. & vxorem, & in l. si vxor. In §. si quis vxorem. ff. de adult. facit text. In argumentum in capitulo
3 quemadmodum. de iureiurando, vbi † habetur, quod mulier reconciliata viro post adulterium, per virum commissum, illud eidem obiicere amplius non potest. censetur enim quodammodo illius mores approbasse, vt dicit glo. in dicto capitulo plerunque.

Et licèt Antonia testis examinata, pro parte Dominę Paulæ videatur deponere, quod postquam Domina Paula rediit ad eius virum, ipse eam male tractauit, dicitur, quod propterea nil probatur, ex quo causari debeat, & fieri diuortium inter eos. nam dum dicit, quòd Domina Paula per certum tempus stetit sine ancilla, & quod fecit seruitia domus. Id fecit, ad quod te-
4 nebatur,† cū vxor sit subdita, & pene famula viri. capitulo hæc imago, & capitulo satis, trigesimaquarta, quęstione quinta. Præterea deponit

potius in fauorem Domini Pauli, quam contra: cum dicat, quod Dominus Paulus nunquam verberauit dictã suam vxorem. quinimmo esto quod quandoque verberasset eam, non propterea seruitus esset ei imputanda.
5 † Cum de iure permissum sit viro moderata castigatio & correctio suę vxoris. glossa est in dicto capitulo quemadmodum. in fin. in verbo denuntia. de iureiurando.

Pręterea esto, quòd dicta testis deponeret aliquid concludentur contra dominum Paulum ei fides adhiberi non debet, cum falsum deponat, dum dicit, quòd stetit cum dictis dominis Paulo & Paula per menses 8. in nouem, & tamẽ hoc est falsum, quia si fuit ad habitandum cum d. domina Paula, qnando ipsa vltimo loco reuersa est ad dominum Paulum, id fuit de mense Maij, anni 1524. & a dicto mense, vsque ad finẽ Iulij, quo tempore domina Paula vltimo discessit a d. eius viro, non sunt lapsi, nisi tres menses. Ergo cùm dicat se stetisse longiori tẽpore, quàm stetit, id fecit, vt delictum domini Pauli aggrauet, cum dicat in dicta sua depositione, quòd per dictum tempus nouem mensium dominus Paulus malè tractauit dominam Paulam, & sic tempus plus & minus in casu nostro, in considera-
6 tione esse debet, & testis falsum, in eo deponens delinquat, & ei credi non debeat iuxta cõclusionem firmatam per Innocentium, & alios in capitulo fraternitatis de hęret. & per Oldra. in consilio suo trigesimoseptimo incipit, ad primam, & licèt aliàs testis non teneatur deponere de tempore: Nihilominus, quando tempus
7 plus, & minus † est de substantia, de eo deponere debet, iuxta latè tradita per Docto. vbi Felyn. in capitulo cum causam, de testib.
8 Secundo testis, † vt ipsa deponit, est pauper, & licèt paupertas non sit de genere malorum, capitulo illa. 15. quæst. 1. Tamen in arbitrio Reueren. Dom. Iudicis est adhibere, vel non adhibere fidem eidem, vt notat Abb. in c. si qui testiũ. in secunda colum. in versic. notab. bene. de testi. & ibi per Felyn.
9 Ad id, quòd dici posset, quòd ex quo dominus Paulus ante matrimonium huiusmodi habuit dictam concubinam, ex qua tũc filiam suscepit, & sic cũ semel fuerit malus, & nunc malus præsumatur per regulam, qui semel malus: respondetur, quòd dicta regula intelligitur in eodem genere mali. sed pręsumere de præterito ad præsens, in casu nostro esset præsumere ab minori genere mali ad maius malum, & sic non in eo-
10 dem genere, † cum fornicatio sit minus malum, quàm adulterium, vt dicit Ang. de Clauasio in sua Summa, in §. luxuria, in versiculo. Quod est grauius horum, & etiam quòd diceremus, quod viuente marito Paulæ, Dominus Paulus rem habebat cum ea, quo casu adulterium committebat, vt tradit idem Angel. in dicta Summa in §. adulterium. in principio. Respondeo, quòd adhuc ista præsumptio fieri non potest, in casu nostro, quia illud erat adulterium simplex, cum dictus Paulus tunc vxoratus non esset, & sic minus malum velle modo pręsumere, quòd etiam dum viuebat maritus dictę Paulæ, & postquam Dominus Paulus in vxorem duxit dominam Paulam Contarenam, adhuc Dominus Paulus adulterium committeret, hoc est etiam velle pręsumere a minori malo ad maius, cum minus malum sit adulterium simplex, quàm adulterium duplex. nam quando quis est solutus adulterando solum iniuriam facit alterius thoro, sed quando quis vxoratus adulterium committit lædit & thorum alterius, & suum, & propterea magis peccat, vt per dictum Angelum de Claua, in dicta Summa in dicto §. adulterium. In principio.

11 Ad illud, quod dicitur, quòd in casu nostro non fuit facta litis contestatio, & quod propterea processus est nullus, capitulo 1. vt lite non contest. Responde, quod litis satis dicitur contestatio facta per responsionem, & oppositionem nostram factã ad capitula partis aduersæ, Rota decisio. septuagesimasexta, in titulo de articulis in antiquis, vbi firmat, quod litis contestatio dicitur fieri, per responsionem ad articulos conclusiuos. Præterea dictum c. 1. vt lite non conte. loquitur, quando nullatenus est responsum ad libellum, sed in casu nostro fuit responsum, & intentata restitutio coniugis, quod iudicium non requirit litis contestationem. quia cã matrimonialis litẽ contestatam nõ requirit. clemen. dispendiosam, de Iudic. & clemen. sæpe. de verborum signification. Quod etiam procedit, quando agitur possessorio recuperandæ, vt in casu nostro. Ita notat Petrus de Ancharano, in dicta clementina dispendiosam, in prima columna, & Rota decisio. 155. in antiquis, & Marianus Socinus, in capitulo quoniam frequenter. decimatertia columna in versiculo, secundo limitatur, vt lit. non contesta. facit, quia vbicunque petitorium est summarium, nec requirit litis contestationem: ita etiam eius possessorium, vt notat idem Maria. in dicto capitulo, quoniam frequenter, colum. 25. in versic. non obstat decimum. Ibi aut possessorium.

Facit, quia ex quo petita fuit restitutio vxoris, pro parte domini Pauli, & per eum extitit protestatũ, quod non volebat litem contestari, super iudicio separationis thori, nisi in primis, & ante omnia decideretur articulus restitutionis, Dominus Paulus non tenebatur litem contestari, super dicto iudicio separationis thori, per textum, in capitulo super spoliatione de mutuis petitio. vbi intentans spolium, non tenetur spoliatoribus respondere ante restitutionem.

Et adde superioribus dictis, quòd posito ꝙ testes bene deponerent de adulterio, de quo quæritur: Nihilominus nil probant, quia non reddunt rationem dicti sui. Ita notanter uoluit Bald.

Bald. in l. solum in prima columna, circa medium. C. de testi.

Hieronymus Gigas V.I.D.

IN MATERIA MATRIMONIALI

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium viri seruitutem inductiuum esse.*
2 *Matrimonium seruitutem esse.*
3 *Virum corporis sui potestatem non habere, sed vxorem, & è contra.*
4 *Matrimonium dura seruitus reputatur.*
5 *Matrimonialem causam grauem esse, & criminali æquiparandam.*
6 *Testis dictum deponentis de confessione facta parte absente non coniungitur cum dicto testis deponentis de confessione facta parte præsente.*
7 *Præstationes imperfectæ in criminalibus non coniunguntur ad plenam probationem faciendam.*
8 *Testis vnus in causa matrimoniali de confessione deponens, non coniungitur cum vno teste deponente de facto ad præstandum matrimonium.*
9 *Regulæ, quæ non prosunt singula, multa iuuant, quo casu procedant.*

CONSILIVM XXXI.



PRO resolutione dubij, de quo q̃ritur vtrum, in causa matrimoniali quæ vertitur inter Do. Marinã ex vna actricẽ & egregium iuuenem do. Franc. de Augustinis reũ conuentum partibus ex altera, fieri debeat coniunctio eorum, de quibus testes deponunt ad plenam probationem facien. licet satis copiose, & eleganter scriptum fuerit per R. decretorum doctorem dominũ Michaelem Pegolottum mihi vti fratrem honoran. Nil minus vt satisfaciã domino Francisco clienti meo paucis quædam subijciam.

Primo præsuppono, quòd cum agitur de coniungendo matrimonio, vt in casu nostro agitur de hominis statu, quia per matrimonium inducitur viro seruitus,
1 † vt est gl. in c. mulieri de iureiurando, & est textus in l. 1. §. si ea. ff. deuent. in pos. mit. quẽ ad hoc Bal. allegat in consi. 196. incipiente in hac causa, in tertio vol. & quòd matrimoniũ seruitus sit, probatur,
2 † nam scriptum est in sacris, relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori, & erunt duo in carne vna. Genes. c. 2. In fi. Marci c. 10. Matthæi capi. 19. neque vir habet sui corporis potestatem, sed vxor, & econtra
3 † Paul. ad Corinth. 7. in c. diuersis, de clericis coniuga. immo matrimonium dicitur dura seruitus,
4 † vt inquit Bal. in l. in bonæfidei. col. 1. ad finem. C. de reb. cred. & facit ad prædicta text. in l. secunda. ff. de lib. homi. exhiben. Hinc est, quòd dicunt Doc. in l. admonendi, de iureiuran. causam matrimonialem esse causam grauem, & criminali ęquiparandã,
5 † de quo latius per dominum Michaelem in suis allegationibus.

Stante dicto præsupposito in iure verissimo, resultat conclusio, quòd coniunctio eorum, quã testes deponunt, in præsenti causa fieri non debet ad inducẽdã plenã probationẽ asserti matrimonij contracti, vt dicitur inter dictas partes videmus. n. ꝙ dictũ testis deponentis, de confessione facta parte absente, nõ coniũgitur cum dicto testis deponentis, de confessione facta parte pręsente,
6 † vt late deducit Cornel. consil. 105. incipiente, visis attestationibus, colum. 3. nu. 10. in tertio volumi. Et vnus testis deponens directè de facto non coniungitur cum dicto testis deponentis, de confessione eiusdẽ facti, licèt facta parte præsentes. quæ confessio si per duos testes probaretur, plenè probaret. ita consulendo dixit Corn. consil. centesimo, incipiente. in causa vertente. colum. secunda. nume. 9. versicu. & vnus testis in secundo volumi. Idem voluit Alexan. in consil. 20. incipiente repetitio in causa. colum. prima circa finem. in quarto volumine. & idem Alexan. in consilio 127. colum. secunda. versic. Tertius testis, in septimo volumine. facit, quia in criminalibus probationes imperfectę non con-
7 iunguntur ad plenam † probationem faciẽdam. Bal. in l. si quis ex argentarijs. §. primo. ff. de edẽ. Decius consil. 429. incipien. licet in causis. in secundo volumine. Decius, in c. cum causam col. penultima, de probat. quæ conclusio procedit in causa matrimoniali. ita expresse voluit idem Decius in dicto capitulo cum causam. columna fina. circa primam, versiculo secundo limitatur. Alexan. consil. 287. incipiente, quoniam abunde. in secundo volumine. idem voluit Stephanus Beltrandi consil. 122. incipiente intentio honeste. nume. tertio, in primo volumine, vbi dixit, quòd in causa matrimoniali vnus testis, de confessione non iungitur cum vno teste deponente de facto ad probãdum matrimonium.
8 † Et quòd talis coniunctio non fiat, in causa matrimoniali tenet Zasius, consilio suo tertio, uersiculo. Non obstat quintum. in secundo uolumine. numero 72. Et Parisius in subscriptione sua ad dictum consilium Zasij, quæ habetur inter prædicta consilia in dicto secundo uolumine. consilio 40. in uersiculo. Postremo minus obstabit numero 33. & numero 34. ubi dixit, quòd regula, & quæ non prosunt singula multa iuuant, locum habet, quando unaquæque se-
9 miplena probatio, de se esset perfecta. † quod nõ est in casu nostro.

Hieronymus Gigas I.V.D.

IN CAVSA MATRIMONIALI
Pro Magnifico D. Prosdocimo Sbroiauacca nobili Foroiuliensi.

SVMMARIVM.

1 *Vox quòd sit nota voluntatis, & passionis in animo existentis secundum Philosophum.*
2 *Nemo præsumitur, quod non prius merito agitauerit.*
3 *Vox, quòd sit nuntia cordis.*
4 *Verba obtinent principatum significando, quæ in animo concipiuntur, & omnia alia signa verbis cõparata paucissima sunt.*
5 *Posteriorem euentum a primordio tituli formari.*
6 *Testamentum nullum maius esse, quàm qualitas inspecta verborum.*
7 *Facti qualitas, ab animi qualitate æstimatur.*
8 *Subiecta talia esse, qualia prædicata demonstrant.*
9 *Litteras recipiens ab aliquo, si non contradixerit in illis contenta & expressa confiteri videtur.*
10 *Patientia sequens, quòd inducat cogitatam repetitionem actus præambuli.*
11 *Promissio facta mulieri, de non accipiendo aliam in vxorem, an & quando sit inductiua matrimonij.*
12 *Verba si quæ ad matrimonium, & sponsalia trahi possunt, quòd in dubio ad matrimonium trahenda sint.*
13 *Butrij opinionem reprobari, & contrariam communem existere, a qua in iudicando & consulendo recedendum non est.*
14 *Interpretatio si quæ induceret mulierem ad inhonestatem sumenda non est.*
15 *Pudoris rationem habendam esse, maxime in muliebri sexu.*
16 *Verba si quæ taliter sonent, quòd in delictum, & non delictum interpretari possint, quòd semper interpretentur in non delictum.*
17 *Actus geminatus, dicitur magis deliberatus.*
18 *Tractatus si præcesserit de matrimonio contrahendo, quòd solo facto etiam sine verbis matrimonium contrahatur.*
19 *Testis dictum deponentis de verbis matrimonij, quæ ad matrimonium de præsenti, & de futuro trahi possint, quòd de præsenti intelligi debeat.*
20 *Talia sunt subiecta, qualia prædicata demonstrant, teste Philosopho. & supra nu. 8.*
21 *Verbis recipio te in meam, & recipio te in meum, matrimonium de præsenti contrahi.*
22 *Præcedentia sequentia declarant.*
23 *Maritus si dixerit erga mulierem accipio te in meã, & illa responderit placet, vel consentio, matrimonium contrahi.*
24 *Interrogatio de contrahendo matrimonium, si præcesserit per verba de præsenti, responsio autem fiat per verba dubia, quòd intelligatur contractum de præsenti.*
25 *Assertioni alicuius etiam iurantis in materia matrimoniali, & contra matrimonium minus standum esse, sed communis verborum intellectus attendi debeat.*
26 *Declarationi & interpretationi illius, qui protulit verba dubia in matrimonijs, standum non esse.*
27 *Geminata confessio multum operatur.*
28 *Deus factum infectum reddere non potest, secundum Theologos. & hoc vno priuari.*
29 *Voluntas facto declaratur.*
30 *Opinio vnius Excellentissimi Doctoris stans pro matrimonio, præualet opinioni Doctorum stantium contra matrimonium. & consil. 6. nu. 13.*
31 *Iudex si quando contra communem opinionem sententiam tulerit, per imperitiam iudicasse cẽsetur. & inf. nu. 33.*
32 *Iudex in causa matrimoniali in dubio pro matrimonio iudicare debet.*
33 *Iudicans contra communem, quòd per imperitiam faciat. supra nu. 31.*
34 *Animæ periculum euitandi gratia in duriorem partem facienda est interpretatio.*
35 *Copulatos aliquos remanere melius est, qui forte ab initio non essent iugales, quàm legitimè coniunctos, contra præceptum domini separare.*
36 *Pecunia & patrimonium, quòd dicatur vita hominis.*
37 *Patrimonium si quis perdat, quòd vitam perdere dicatur.*

CONSILIVM XXXII.



OMISSA facta narratione tanquam notissima Reueren. Dom. Iudicibus, qui habent iudicare præsentem causam ipsi .n. accurate viderunt processum formatum. In causa ipsa demum aduocatos partium satis superq; audierunt in allegationibus iuris, deueniam ad ea quæ substantialia sunt. in hoc casu, tam in facto, quàm in iure resecatis superfluis.

Et primo præsuppono vnũ in facto, quod est verissimum, quòd Dominus Prosdocimus licèt ardentissime amaret D. Matthæã nil vnquã quæsiuit, nisi cũ ea matrimoniũ contrahere vt honesto modo consequi posset desiderium suum.

Ad hoc adduco confessionem D. Matthęæ, in suo constituto fol. 4. vbi A. quæ fatetur se requisitam a D. Margarita, in horto si volebat contentari accipere D. Prosdocimum pro suo marito.

Item Dominus Prosdocimus, requiri fecit Dom. Rafaellam matrem, quòd esset contenta tradere sibi in vxorem Do. Matthæam eius filiã, quod fatetur Matthæa in suo constituto fol. 4. vbi B.

Idẽ habetur in positione Do. Prosdocimi. nu. 3. fol. 35. vbi id fatetur Matthæa illi responden. fol. 49. vbi A.

Item Dom. Prosdocimus interpellauit ipse etiam Domi. Rafaellam matrem, quòd vellet sibi Matthęam filiam in vxorem dare, vt habetur positione 4. vbi D. fol. 35.

Quod fatetur Matthęa respondere dictæ positioni. fol. 49. vbi B.

Quæ

Quæ Domina Rafaella mater respōdet se daturam responsionem D.Margaritę.habetur positione V.fol. 35.vbi C. quam positionem verum continere fatetur Matthæ a fol.49.vbi C.

De his omnibus præfata D.Mathæa cognitionem habuit,positione 6.vbi D. fol.35. & responsione ad eandem fol.49.vbi D.

Item D.Matthęa dixit Do.Margaritę,qualiter D.Raphaella mater sibi dixerat se petitam a dicto Prosdocimo pro vxor. habetur positione 7. vbi E.fol.35.

Quòd fatetur Matthæa fol.49.vbi E.

Et quia mater nolebat assentire votis d.Prosdocimi D.Matthęa,quę volebat D.Prosdocimū, quem valde amabat in suum maritum,dixit Dominæ Margaritæ, *se mia matre non me vorra dar messer Prosdocimo,io mel torrò.* hr̄ positio 8.fol.35. & vbi F. Not. verbum *mel torrò*, quod est verbū de præsenti.fatetur Matthæa,respondendo d.positioni fol.49.vbi F. Et extra hoc colligitur manifestus animus ipsius Do. Mattheæ, ꝙ volebat accipere Do.Prosdocimū in eius maritum, etiam contra voluntatem matris. voces.n. sunt earum passionum, quæ in anima sunt notæ, vt inquit Aristoteles lib. 1. de interpretatione capite primo. Cum vox sit nota voluntatis & passionis in
1 animo existentis secundum Philosophū, †vt refert & Bal.in l.1.§. vbi autem col.3. C. de caduc. tollen. nemo præsumitur dicere nisi qđ prius
2 mēte agitauerit.†l.Labeo.cir.fi. ff.de supel.lega.
3 & vox est nuntia cordis, † vt inquit Bal. in suo tract. scisma col.12.

Et dixit Thomas in secūda,secundę q.72.art. primo, quòd verba obtinent principatum,significando quæ in animo concipiuntur, & omnia alia signa verbis comparata paucissima sunt.

4 † Habita notitia per d. Prosdocimum, quòd mater nolebat sibi Matthæā filiam in matrimonium collocare, scripsit ad D.Matthæam, quòd ipsa sibi per suas promitteret litteras, habeť positio.17.fol.36.&c.vbi G. quod fatetur Matthæa responden.d.positioni fol.49. vbi G.

Litteras has d.Prosdocimi acceptauit & legit D.Matthæa positione 18. fol.37.vbi H.quod fatetur Matthęa fol.49.ter. vbi H.

Demum d. Prosdocimus scripsit ad Mattheā eam requirendo, vt sibi declararet eius animū. pondera verba, *se seti resoluta d'esser mia*, positione 21.fol.37.& verba, *d'hauermi voluto cōtra la volunta della Signora vostra madre*, vbi I. quā positionem Matthæa fatetur fol.50. vbi I.

Ista positio iuncta cōfessione D.Matthæa super ea fortificat tenorem litterarū, in quibus ad interrogata respondet.

Et insuper præfata Matthæa fuit requisita a Do.Margarita & Do.Lunarda,quòd acceptaret D.Prosdocimum,pro eius marito,positione 23. vbi K. fol. 37.ter.quam positio. fatetur Matthæa fol.50.

Matthæa manu propria scribit Do. Prosdocimo litteras, de quibus in processu positione 24. fol. 38. fatetur Matthęa fol. 50. vbi K. ex qua comprobatur quod dicit Matthæa in dictis suis litteris, & manu sua scriptis.

Quæ litteræ ostensæ Matthęæ per iudicem illas fatetur esse eas, quæ d. Prosdocimo misit in suo constituto fol. 5. vbi A.

Consideratis iis omnibus tractatibus, quæ seruiunt matrimonio ꝑ verba de præsenti quomodo volumus & possumus aliter intelligere verba d.litterarum, quòd istę litteræ habent sequelam a litteris Domini Prosdocimi requirentis,quòd sibi declararet mentem suam.& si erat resoluta esse sua, ei promitteret per suam polizā ēt contra volūtatē matris,& sic litteræ actoris tāquā ēt primæ regulātur moderātur & declarant litteras reę tāquam causam secundam,vnde dicitur a primordio tituli formari posteriorē euen-
5 tum.†l.1.C.de impo.lucra. descrip.lib.10.ita in simili in causa matrimoniali dixit solēnis Doct. D. Vldaricus Zasius consi.2. in 2. vol.num.72.

Considerandus.n.est animus D.Matthęæ de quo supra.quæ dixit *se mia madre non mel vorrà dar, mel torrò*. ex quo declaratur quæ fuit mens & intentio D.Matthęę scribentis d.litteras.nam non possumus aliter dicere,nisi quòd matrimonium cum d. Prosdocimo etiam inuita matre contrahere voluerit. nam præcedentia sequen-
6 tia declarant.†Et nullum est maius testimoniū, quam qualitas inspecta verborum, vt dixit Curtius consil.29.col.3.ad fin.

Et qualitas facti a qualitate animi æstimatur,
7 †vt dixit Bal.in l.1.in 1. lect. C. vnde vi.animus enim,vt ex eius confessione colligitur, erat accipiendi illum in maritum,ergo sic intelligendæ sunt eius litteræ, vt in illis,in eū consentiat vti in maritū.facit quod dixit Philosophus talia es-
8 se subiecta,qualia† prædicata demōstrant,vt per Bar.in l.3.ff.de fund.instr. c. inter dilectos §.cæterum de fide instru.

Immo verba litterarum Matthęæ regulari debent secundum tractatus præcedentes, vt latè per Decium consil.63. col.penult. & fin.in pri. vol.& consil.499.col.1.3.volu.idem consil.538. col.2.eo.vol.idem consi.539.col.3.eo.vol.

Et istas litteras d. Prosdocimus acceptauit & rescripsit Matthęę illi gratias agendo.ei dicēdo, quòd haberet rarum maritum,quæ litteræ receptæ fuerūt per D.Matthęam,vt ipsa fatetur,& receptionem & tenorē in suo constituto fol.5.ter. vbi B.& habetur in positio.34.vbi B.fol.39.& in responsione Matthęæ ad illam fol.51.vbi A.Immo plus dicit, quòd in d. litteris Prosdocimus ei dicebat, *che la potria vantar d'hauer vn rarissimo marito*.ex quo enim Matthæa dictas litteras recepit & non contradixit, neq; aliquid est protestata, censetur fateri, quæ in his scripta sunt.
9 vt†voluit Lauren.Calcan.consi.18.col.3. qui dicit esse doctrinam Bal.in l. quo enim.ff.rem rat. haber. quam refert & sequitur in casu simili Zasius præallegato consil.2.in 2.vol. nu.77. immo ex quo Matthæa passa est, quòd d. Prosdocimus

in suis litteris se nominaret eius maritũ, & non contradixit, sequitur, quòd Dom. Signorolus de Amodeis consi. suo 104. col. 3. quòd sequens patientia cogitatã inducat repetitionẽ actus pręãmbuli, † per text. in l. minorem ff. de rit. nupt. l. si quis §. res pignori. vbi not. ff. si cert. pet.

Quod autẽ per dictas litteras matrimoniũ sit cõtractum, quæ continent talia verba, videlicet.

. . . .

Facit, quia si quis alicui mulieri dixerit promitto non accipere aliam in vxorem nisi te: per ista verba inducitur matrimonium si præcesserũt tract. de matrimonio cõtrahen. † facit doctr. Abb. in cap. ex litteris col. 2. sup. glos. prima, & ibi præpositus col. 4. vers. 4. modo. qui dicunt, ꝙ quando tract. præcessit de matrimonio contrahen. & post verba dubia sequuntur quæ ad matrimonium & sponsalia trahi possunt, trahũtur ad matrimonium in dubio, † vt præcesserunt in casu nostro, vt supradictum fuit. ista fuit opinio Specul. in tit. de sponsal. quam sequitur Archidiac. in c. si quis 3. q. 5. Abb. in c. ex parte col. fi. in fine de sponsal. Cardinal. in d. cap. ex parte col.... Petrus de Anch. ibidem in fine, vbi Iacob. Zochus præceptor Fely. & ibidem præposi. col. 3. vbi dicit, hanc esse communem opinionem. sentit Ioann. Andr. in additionibus ad Specul. in tit. de sponsal. in princ. idem sentit Io. Andr. in c. ex parte, in nouella. & Ioan. Crot. in l. 1. §. si stipulanti. ff. de verb. oblig. in princ. & vlt. loco hanc opinionem sentit Ioan. Brunellus in trac. suo de spõsal. & matrimo. concl. 13. col. 2. nu. 5. hanc opi. sentit Bellam. in cap. nec illud. §. obiicitur 30. qõ. 5. remittẽs se ad Specul. in d. titu. de sponsal. in princ.

Et licet contrarium tenuerit D. Ant. de Butr. in d. c. ex parte. & ibidem. Tamen communis opinio est contra eum, † à qua in iudicando nõ debemus recedere, vt notatur per Doct. in c. pri. de constitut. vbi Abb. col. 3. vers. & vt habeas ad idem Bald. in l. 1. in fine. ff. de vulg. & pupil. & in c. pri. in fine de nat. succes. feud. & est tenẽda in iudicando & consulendo Bart. & Bal. in l. 2. C. de pœna iud. qui male iudicauerit. & quòd a cõmuni in iudicando non sit recedendo habetur per Alex. consil. 75. num. 2. in 6. volu. & Socinũ nepotem consil. 189. num. 74. in 2. vol.

Nam mulier potest esse alicuius dupliciter, scilicet vel honesto vel inhonesto modo, sed interpretatio quæ adduceret mulierẽ ad inhonestatem non est sumenda, † cum sit pudoris habenda ratio. † l. quintus. ff. ad macedo. & maximè in muliebri sexu. l. 1. C. de off. diuers. iudicum. l. 1. §. sexum. de postul. facit quia quãdo verba taliter sonant, quòd possunt interpretari in delictum & non delictum, semper interpretantur in non delictum. † l. merito cum vulgaribus. ff. pro socio. ideo dicta verba magis honesto & matrimoniali proposito & consensu prolata esse intelliguntur, quam inhonesto & libidinoso, ita in simili dixit Zasius in consil. 9. num. 28. in pri. volu. allegat in argumentum ea, quæ habentur, per Iasonem in l. qui seruum, secunda col. ff. de verbor. oblig. facit quia inter eos tractabãt de honesto modo explendi amorem, mutuum videlicet, de matrimonio contrahendo, meritò responsio fuit conformis tractatibus. nam, vt inquit Philosophus, talia sunt subiecta, qualia prædicata demonstrant.

Facit, quia si velimus dicere, quòd illa verba litterarum Matthææ, quæ dicunt *son cõtenta & vi giuro sopra la fede mia de non esser mai d'altri, che vostra*, non intelligũtur quòd velit esse sua vxor, & sic suam esse modo licito & honesto, ergo intelligi deberent ꝙ velit esse sua mõ inhonesta.

Et quòd animus D. Matthææ fuerit constare, quòd vellet D. Prosdocimum in eius virum, patet manifestè, quia nõ solum d. litteras scripsit, vt ipsa fatetur respondendo posit. Do. Prosdocimi. num. 28. fol. 38. vbi A. Cuius responsio est, fol. 50. ter. vbi B. Itẽ actus geminatus dicitur magis deliberatus. † 2. q. 3. c. si quis iratus, vbi glos. final. & not. in c. si Christus de iure iuran.

Et quòd mens & intentio D. Matthææ cõsentire in Dominum Prosdocimum, vti eius maritum, quia sic ab ea requirebat d. Prosdocimus. vt late supradictum fuit patet, quia Matthæa dãdo litteras suas Sebastiano, dixit loquendo de d. Prosdocimo, *el tasera pur*. modo videnda posit, num. 30. fol. 38. vbi P. & responsio Matthęę fol. 51. vbi P. quæ fatetur dixisse *el taserà pur mò, e non me darà piu fastidio*. ergo voluit per d. litteras cõtrahere matrimonium cum eo, quia D. Prosdocimus nil aliud ab ea petebat.

Quòd autem per litteras matrimonium contrahatur notissima est conclusio, ideo in hoc nõ insisto breuitati studendo.

Comprobatur opinio communis, de qua supra ex doctr. Io. And. in c. tuę. circa fin. de sponsal. vbi dixit, ꝙ quando tractatus præcessit de cõtrahen. matrimonium, solo facto etiam sine verbis, matrimonium contrahitur, † ꝙ & ibidem quod Abb. sensit.

Facit, quod voluit Alex. cons. 151. col. 2. nu. 1. in 5. volum. vbi dixit, quòd si testis deponit de verbis matrimonii, quæ possunt trahi ad matrimonium de præsenti & de futuro, intelligi debent de † præsenti.

Cognoscentes defensores D. Matthææ dictã communem opinionem esse veram & tergiuersari non posse, dicunt, ꝙ in litteris D. Matthææ nil dicitur de vxore vel marito, sed solum, *non serò mai d'altri che vostra*.

Responsum fuit, ꝙ per ista verba, recipio te in meam, & recipio te in meum, contrahitur matrimonium per verba de pręsenti. † c. licet. de sponsa duorum. c. si inter. de spon. [illegible] & licet aduersarii defensores dixerint, ꝙ ibi per alia iura supra posita, in quibus de vxore & marito, mentio fuerat habita, suppletur, id firmat conclusionem nostram, quia præcedentes tractatus erant de matrimonio contrahendo. ex quibus præcedentibus

tibus declarant illa verba, *de non esser mai d'altri, che vostra. videlicet mogliere*. præcedentia. n. se-
22 quentia declarant.†l. Titia. §. 1. ff. de verb. obli. c. 2. requiris. de appel. & in simili ita dixit præpositus in materia matrimoniali. in d.c. ex parte. col. 3. in vers. aut verba sonant.

Ad idem Abbas in d.c. si inter. in fine, vbi dixit, quòd si vir dicat erga mulierem, accipio te in meam, & illa respondeat, placet, vel consen-
23 tio, quòd erit matrimonium. † & ibidem dixit, sic fuisse bis iudicatũ. Idẽ voluit Henri. Boych. ibidem col. 1. in princ.

Facit, quòd voluit Præposit. in ca. ex litteris, el primo col. 2. de spõs. vbi dixit, quòd si præcedẽs interrogatio est per verba de præsenti, & respon
24 sio per verba dubia, intelligerẽtur de† præsenti.

Nec obstat, quod dicunt defensores Do. Matthææ, quòd ex quo ipsa dicit, quòd non fuit intentionis per verba litterarum suarum contrahere matrimonium, quòd debet stari eius assertioni iuratæ, per glo in cap. significasti. de homicidio. nam contrarium est verius in ista materia matrimoniali, in qua non statur simplici assertioni stantis contra matrimonium, sed attendi-
25 tur communis verborum intellectus† Hostien. in summa in titu. de matri. col. 5. versic. quid si taliter, & tradunt Docto. in d.c. ex litteris el primo de sponsali. & Docto. in l. 1. §. si quis ita. vbi per Domi. Guilielmum Pontanum præceptorẽ meum dicentem, quòd non statur declarationi & interpretationi illius qui protulit verba du-
26 bia in † matrimoniis.

Rursus opponunt defensores Domi. Matthææ asserentes, quòd D. Prosdocimus receptis litteris præfatę D. Matthææ immediate non declarauit nuntio præsentanti sibi d. litteras seu eidem Dominæ Matthææ suum mutuum consensum, vt facere debebat, vt habetur per Philip. Frãchũ in c. final. col. penul. versi. in gl. in verbo contraxerit. de procurat. lib. 6. & per Socynum nepotem consi. 29. col. 1. in 2. volu.

Respondeo hoc nimis frigidum esse, quia totum contrarium est verum. nam non solum D. Prosdocimus litteras acceptauit, & Sebastiano nuncio suum consensum declarauit, sed etiam sequẽti die prę fatæ D. Matthææ litteras scripsit, vt infra patebit.

Legatur depositio Sebastiani, qui litteras attulit fol. 31. ter. vbi A. & fol. 32. vsque ibi †.

Legatur Franc. Ottellus fol. 40. super 32. & 33. cap. fol. 49. ter. vbi A. vsque †. qui deponunt de præsentatione litterarum, & de consensu legatur dictum Matthææ in suo constituto. fol. 5. a ter. vbi B. fatetur, ꝙ d. Prosdocimus sibi litteras scripsit, & ei gratias egit de eo, quòd sibi scripserat, & dicebat, *che lei se potria vantar d'auer vno ra rissimo* [illegible]

Idem habetur positione 34. vbi E. fol. 39. & in responsione Matthææ fol. 51. vbi A. has litteras Matthææ recepit, & illis non contradixit.

Item habetur ex confessione Matthęę in suo constituto fol. 6. vbi A. in illis verbis, *trouai che in ditta littera me nominaua sua consorte*.

Legatur confessio Matthęę fol. 53. vbi A. quæ dicit, quòd in litteris D. Prosdocimi sibi scriptis dicebantur ista verba, videlicet, *che lui la riputaua tanto sua moglie, come se l'hauesse sposata in præsentia de Christo*.

Et ex prę missis patet rñsum ad illud, quod dicebatur D. Prosdocimum nõ prę stitisse mutuũ consensum, super quo fundamento audio, ꝙ se fundarunt hi viri excell. qui se subscripsere allegationibus defensorum d. Matthææ. quod tamẽ fundamentum est manifeste in facto falsum.

Et quia de iure requiritur, ꝙ consensus eius cui litteræ scriptæ sunt ad effectum, vt matrimonium valeat, præstetur, antequã scribentem pœniteat, vt habetur in c. fin. per omnes doctores. de procurat. lib. 6. & in c. iuuenis. per Innoc. de spõsal. Bal. in l. sufficit. ff. de sponsal. & per alios, quos breuitatis causa omitto. Ideo dicũt defensores Do. Matthææ eam pęnituisse ante consensum præstitum per dominum Prosdocimum, quod in facto falsum est.

Adducunt positionem d. Prosdocimi nu. 31. fol. 38. ter. & responsionem Matthææ fol. 51. vbi A. ibi, *se quella sera Bastian tornando, non li hauendo data la littera, me l'haria fatta restituir &c.* quia illas eidem libenter non dederat, adduxit præposit. in c. si inter. in 3. not. de sponsal. qui dixit, ꝙ si alter ex interuallo respondeat, non præsumitur durare prioris consensus.

Respondeat ꝙ hoc procederet, quando matrimoniũ inter præsentes contrahitur. secus quãdo contrahitur per litteras. nam tunc non nisi ex interuallo præstari potest consensus. facit, quia perseuerantia voluntatis præsumitur. cap. maiores. de Bapt. l. 3. ff. de probat. & latè tradit Socinus nepos consil. 144. viso puncto col. pri. num. 7. in 2. vol. & in consil. 183. licet in præsenti. num. 18. eo. vol. immo ei, qui dicit mutatam voluntatem, incumbit onus probãdi l. eum qui voluntatem & l. cum tacitum ff. de probat. & habetur per Ioan. Oldendor. in suo tract. de proba. col. vlt. num. 19. Guido Papæ in tract. suo de prę scrip. num. 12. Anton. Corset. in tract. Trebell. §. 2. num. 4.

Sed in casu nostro nedum præsumptam, immo expressam perseuerãtiam dominæ Matthææ in processu probatam habemus ostendo.

Legatur positio nu. 48. fol. 41. & responsio ad illam dominæ Matthææ fol. 53. vbi A. vbi dicit, ꝙ viso domino Iosepho, qui volebat eam in vxorem, dixit Sebastiano, *che non me era pentita d'hauer scritto a messer Prosdocimo*.

Et sic habemus geminatam eius confessionẽ,
27 quę multum operatur, † vt per Bart. in l. cum scimus. C. de agricol. & censit. lib. 11. C. & late tradit Corset. in tract. suo de verb. geminat.

Demum consideranda sunt dicta verba, quia domina Raphaella mater volebat eam tradere in vxorem prafato domino Prosdocimo, & quia ipsa

ipsa Dom. Matthæa per suas litteras iam se matrimonio copularat cum ipso d. Prosdocimo, ideo eam nō pœnitebat scripsisse dictas litteras, quia Dominus Prosdocimus erat pulchrior legare possit. nume. 50. fol. 41. ter. vbi E. & responsum Matthææ ad illam fol. 53. à ter. vbi fatetur, quòd intellectis litteris Do. Ioseph, qui eam in vxorem volebat dicentis *ch'el pregaua Iddio, che ostasse alli suoi riuali*, ipsa dixit *messer Iosepho doueua pregar Iddio auanti*. quæ verba bene ponderata ad rectum sensum, nil aliud important, quā implicitam confessionem matrimonii contracti cum d. Prosdocimo, per antea, & sic frustra Deum rogabat, quòd ostaret suis riualibus. nam Deus factum infectum facere non potest, vt atte-
28 stantur Theologi† præsertim Thomas, in prima parte quæst. 25. arti. 3. & 4. Cardin. in clem. pri. de immunit. Eccles. c. vt nostrum. & ibi Doct. de appellat. & fuit Agatonis sententia Aristoteli probata lib. 6. moralium nicomachiorum ergo hoc Deum priuari, quòd factum infectum facere non possit. cui opinioni assentiēs Horatius lib. 3. Carminum ode 29. de Ioue loquens, ait: non tamen irritum quodcunque retro est efficiet, neq; diffringet infectumque reddet. & fuit plurium Theologorum & nostrorum Doctorū opinio, quos late refert Andræas Tiraquellus regius in Pariensi curia curia senator in suo tract. de iure constituti possessorii parte 3. 7. 6. 7. 8. 9. limitatione. num. 5. fol. 93. in impressione in 8.

Ad idē legatur positio, scilicet fol. 42. vbi d. & responsum Matthææ fol. 54. vbi d. considerāda sunt illa verba Matthææ *ne son sta mal contenta che M. Prosdocimo el sauesse*.

Ex istis omnibus probatur ex ore ipsius Do. Matthææ perseuerantia voluntatis, & si quid in contrarium dixerit, id timore matris factum, & eius suasionibus liquido præsumi debet, quia stat firma intentio Matthææ, quòd volebat habere Dominum Prosdocimum in eius virum, etiā contra voluntatem matris, dum dixit *se mia madre non mel vorrà dar, io mel torrò*. quam opinionē & voluntatem exequuta fuit per suas litteras d. Prosdocimi, & patiendo se ab eo consortem nominari. & quòd d. Prosdocimus se eius maritū nominaret in litteris, quas ei scripsit, vt supra dictum fuit. voluntas. n. vt aiunt, facto declaratur.
29 †l. Paulus. ff. rem rat. haberi. glo. in c. si rectori. in verbo opera 43. distin. glos. in l. de quibus. ff. de legibus. & late Zasius consi. 2. in 2. vol. num. 52.

Nec obstat, quòd dicebatur per d. Pronum & defensorem D. Matthææ, quod Dominus Prosdocimus saltim tacitè fatetur litteras Matthææ matrimonium non facere. ex quo alias litteras clariores ab ea petiit, allegando responsionem Matthææ ad positionem D. Prosdocimi. nu. 43. fol. 4. vbi A. quæ responsio est fol. 52. vbi B. quæ responsio est considerāda, quia ex ea manifeste constat, quòd D. Prosdocimus petebat d. litteras a d. Matthæa ad effectum ostendendi illas Dom. Odoardo de Spilimbergo quærenti habere Matthæam pro vxore d. Ioseph eius filii. Nam litteræ Matthææ scriptæ d. Prosdocimo, non habebant annum mensem nec diem, nec nomen scribentis, nec cui scriptæ erant. Nec dum erat mota lis. itaque non apparebat, quòd Do. Matthæa illas scripsisset, quia nondum erat acceptū eius constitutum. & ista fuit causa quare d. Prosdocimus litteras prædictas petiit a Matthæa, vt ipsamet fatetur in d. sua responsione. fol. 52. quæ legatur tota. & etiam legatur depositio Sebastiani. fol. 35. vbi A. qui idem declarat.

Consilia Parisij, cuiusdam v niuersitatis Alemaniæ, & consilium Excell. Dom. Antonii quete, qui consuluere contra matrimonium in casu illo, in quo non apparebat de tenore litterarum scriptarum ex lectura ipsarum litterarum, quia litteræ non erāt in processu, sed tantum harum tenor erat per testes probatos inuentę negantes illarum tenorem, respondeo, quòd loquuntur in casu diuerso a nostro, in quo Matthæa fatetur litteras scripsisse, & sunt in ꝓcessu registratę.

Secundo dicitur, quòd in illo casu contrariū consuluit Zasius consi. 9. in primo volumine, & consil. 2. in 2. vol. & Soci. nepos consil. 29. & pro ista parte, & sic pro matrimonio lata fuit sn̄ia.

Facit, quia in materia matrimoniali, quando agitur de coniungendo, opinio vnius Excellen. Doctoris stantis pro matrimonio præualet communi opinioni Doctorum stantium contra ma-
30 trimonium. †Hostien. in c. si vir. de cognat. spirituali. Fely. in cap. 1. col. 2. vt lit. non contest. in princip. idem in rub. de sponsal. versic. nono. in causa matrimoniali. Soci. consil. 178. col. fin. in 2. vol. Abb. in cap. 1. de re iud. Imol. in l. 1. col. 2. ff. solut. matr. Fely. in c. 1. col. vlt. versic. 3. limita. de constit. Socinus nepos. consi. 140. num. 47. in 2. volum.

Quanto magis dicēdum erit in casu nostro, quòd pro matrimonio sit iudicādum, cum in eo concurrat communis Doctorum opinio, contra quam quando iudex sententiam tulit, censetur
31 per imperitiam iudicasse. † vt dixit Iason in l. sciendum. §. fin. col. penult. ff. qui satisd. cogant. immo, vt dixit Barba. in l. 2. C. de pœna iud. qui mal. iud. qui iudicat contra communem dicitur facere litem suam. immo dixerunt Ang. & Alex. in l. cum prolatis. ff. de re iudica. qui contra communem iudicat, creditur id per imperitiam
32 † facere.

Quinimmo posito sine veritatis præiudicio, ꝙ casus noster dubius esset, Patres Reuerendi ac iudices iustissimi & integerrimi norunt D. V. doctiss. quòd in dubio pro matrimonio iudican-
33 dum † est. Præpositus in d. c. ex parte col. penul. per tex. in c. fin. de re iud. & ibidem Io. Andr. & alii. c. videtur. & ibi notat qui matri. accus. poss. & per Socynum nepotem consi. 88. 2. col. n. 15. in 2. vol. cum infinitis allegationibus, quę breuitatis causa omittuntur, cum causa iudicanda sit a praticis integerrimis & doctissimis iudicibus. ista. n. pars iudicādo pro matrimonio est tutior

tum

tam animę ipsorum litigantium, quàm Do. vestrarum, quia scriptum est, quod Deus coniunxit, homo non separet. si enim declararetur nullum esse contractum matrimonium inter prædictos, vtique sequeretur animę periculũ. ad quod euitandum, etiam in duriorem partem fit interpretatio. †c. iuueni. de sponsa. facit, quia in casu nr̃o iuuenis iuueni, nobilis nobili, pulcher pulchræ, amãs amãti matrimonio copulabit̃. Si verò per cõtrariũ fieret, facile sequi posset aliquod scandalum, vt ex earum prudentia R. D. vestræ facile coniecturare & existimare possunt; subinde animæ periculum vtriq; parti consequi posset, si vere matrimonium inter eos existit, vtputo verissimè existere. facit, quod habetur in c. licet, ex quadam. de testi. in fin. dum ibi dicitur, quòd melius est copulatos aliquos remanere, qui fortasse ab initio non essent iugales, q̃ legitimè con
35 iunctos contra præcepta Domini separare.† faciunt quæ latius adducunt in hac materia Zasius d. consil. suo 2. in 2. vol. circa finem. & Socinus nepos in d. consil. suo 29. propè & vsque ad finem. & cum ea iudicanda sit a peritissimis praticis iustissimis & timoratæ conscientiæ iudicibus, longiori sermone non opus esse censeo. Vnum non omitto dicere, ꝙ si Excell. Doctores, qui, vt audio, se subscripserũt allegationib. partis aduersæ, vidissent processum agitatum in præsenti causa, quem non viderunt, & considerassent omnia superius per me enarrata, quæ in facto vera sunt, non vtique vt arbitror declinassent in opinionem contra matrimonium in casu isto.

Et licet D. Matthæa post litem motam neget multa, quę vera sunt, & dicat, ꝙ eius intentio nõ fuit per dictas litteras matrimonium contrahere: Id dicit, quia D. Raphaella eius mater, q̃ stat contra matrimoniũ, hẽt dotẽ Duc. triummilliũ, & minata est illi nil sibi relicturam de eius dote. Pecunia autem & patrimonium dum vita homi
36 nis. †vnde qui perdit patrimonium, dicitur per
37 dere vitam, †vt not. Bal. in l. aduocati. C. de aduoc. diuers. iudic. in pri. lectura.

Hieronymus Gigas V. I. D.

IN CAVSA MATRIMONIALI.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonij contractum duobus testibus, qui præsentes fuerint, probari.*
2 *In ore duorum, aut trium stat omne verbum.*
3 *Inimicus a testimonio repellitur.*
4 *Inimicitia quo casu testem a ferendo testimonio nõ repellat.*
5 *Actuum vicinitate ad fraudem & dictum inferri.*
6 *Nulla maior probatio, quā proprij oris confessio.*
7 *Confitenti suam confessionem interpretari quo casu permissum sit.*
8 *Ratione mẽdacij, quòd quis in dolo esse præsumatur.*
9 *Reus repertus in mendacio, quòd maxima contra eundem insurgat præsumptio.*
10 *Probationem sufficientem censeri, quæ iudicem ad credulitatem inducat.*
11 *Probationis virtus an sufficiens sit iudicis arbitrio committitur.*
12 *Matrimonio plurimum iura fauent, & in dubio pro eo iudicandum.*
13 *Matrimonij fauore opinioni vnius excellentissimi Doctoris stantis pro matrimonio, communi Doctorum opinioni præualet. & consi. 5. num. 30.*

CONSILIVM XXXIII.

Dominus illuminatio mea.



DAvcis agam, quia causa iudicanda est a viro Doctissimo, & integerrimo, nec opus esset Mineruã instruere: clarum est, quòd contractus matrimonii inter Do. Ioannem a Caluis, & D. Margaritã de Crema est probatum in processu per duos testes, qui fuere præsentes huiusmodi contractui.
1 † videlicet Apolloniam & Io. a tabulis, & in ore
2 duorum, vel trium stat omne verbum. †c. nouit de iudic. l. vbi numerus. ff. de testib.

Sed opponitur Apolloniæ, quòd sit inimica patris, dictæ Do. Margaritæ, stante, quòd ab eo fuit accusata, de furto: inimicus, autem a testimo
3 nio repellitur. †Barto. in l. in quæstionibus. ff. ad leg. Iul. maiest. Alberi. in l. famosi eo. titu. c. per tuas de simo. Grammat. cõsi. 46. in causa magnifici Tristani. num. 8. & num. 9. dicas, quòd quando inimicitia est procurata, ab opponẽte in fraudem, ad hoc, vt quis excludatur a ferendo testimonio, talis inimicitia testem non repellit,
4 †per ea, quæ voluit Barto. in l. 1. §. seruus, & in §. cum quis. ff. de quæstioni. & sequitur Præposit. in c. accusatores, in ver. ex his dictis 3. q. 5. fraus autem in opponente clare constat. nam cum de anno 1552. die tertio mensis Ianuarij, emanauerit monitoriũ R. Vic. Episcopi Taruisini ad instantiam d. Domini Ioannis de Caluis, contra dictam D. Margaritam, quòd adhereret dicto Ioanni eius viro, intimato dicto monasterio D. Lauren. patri ipsius Dominæ Margaritæ sub die 4. d. mensis, idem Lauren. sciẽs, quòd ipsa Apollonia, omnia quæ acta erant inter ipsum Ioannem, & D. Margaritam eius filiam, statim sub dicta die quarta produxit querelam de furto contra ipsam Apolloniã. Ex ista enim actuum vicinitate fraus & dolus, in dicto D. Lauren. præsu-
5 mitur. †per not. per Bal. in l. 2. C. de repudi. hæredit. Specu. in tit. de donat. §. 1. ver. item pone, quòd aliquibus, & habetur per Guido. Papę in tract. de præsump. col. 4. nu. 50. & Bald. in l. ea:n, quam. C. de fideicom. & facit text. & ibi not. per Doct. in l. post contractum. ff. de dona. Et quòd dicta inimicitia culpa ipsius d. Laurentii patris fuerit suborta patet, quia omnia bona quæ habuit Apollonia a Domi. Margarita filia ipsius

Lauren.

Lauren. vt per testes in processu criminali constat, & sic erat actio ciuilis non criminalis.

Præterea vltra depositionem prædictorum testium probatur etiam contractus dicti matrimonii ex confessione ipsius Dominæ Margaritæ, quæ monuit Geneuram vxorem magnifici Hieronymi sutoris, ne se impediret in procurando, quòd ipsa Domina Margarita, alteri viro nuberet, quia promiserat d. Ioanni de Caluis, vt patet ex depositiõe ipsius Geneuræ. & licet ipsa sit vnica testis, attamen habemus confessionem iudiciariam, ipsius Dom. Margaritæ, quæ in vltimo suo constituto, fatetur dixisse, prædicta ipsi Do. Geneuræ, cui standum est, quia nulla est maior
6 probatio, quam oris proprii confessio. †l. generaliter. C. de non numer. pecu. cap. per tuas de probatio.

Et licet ipsa Dom. Margarita, dicat id, se dixisse ipsi Geneuræ iocose, hoc non est, ei credendum. immo quod serio dixerit, quia ita est rei veritas, quòd contraxerat cum d. Domino Ioanne, vt ex processu constat. & si diceretur, quòd immo ad confitentem pertinet interpretari eius
7 confessionem, †vt per Barto. in l. is qui reus. col. penult. ff. de public. iudic. & Anton. de Butr. in c. pri. in fine, de spons. Alciat. in c. placuit, in 3. regula præsumptione pri. num. 9. de præsumpt. hoc sane intelligitur, vbi confessio est ambigua. l. si quis intẽtione ambigua. ff. de iudic. vt declarat Alciat. loco præallegato præsumptione 35. num. 11. & idem Alciat. in l. si quis maior. num. 54. C. de transact. sed in casu nostro, confessio prædicta non est ambigua, immo clarissima, ergo non indiget declaratione.

Confirmantur prædicta ex eo, quòd dicta D. Margarita, etiam cum iuramento ausa est negare, se cum dicto Domino Ioanne fuisse loquutã, neque ei litteras, ac sudariolos, & alia dona misisse, nec fuisse illius amore captam. quæ tamen omnia ex processu apparent esse probata, & tamen ipsa spreta iuramenti religione (vt credere par est) minus & terrore parentum suorum mẽtiendo, negare est ausa, ex quo maxima cõtra ipsam præsumptio, suboritur fraudis, & doli, cum ratione mendacii quis in dolo esse præsumatur.
8 †l. si seruus. §. si persuaseris. ff. de dol. & habetur per Paris. de Put. in tract. de sindic. in §. viso de indiciis num. 3. & num. 4. facit quod voluit Bartol. in l. fin. in pri. col. ff. de quęstion. vbi dixit, ꝙ si reus repertus fuerit in mendatio maxime con
9 tra eum insurgit præsumptio, †per text. in l. vnicus. §. testes. ff. de quæstion. de quo habetur in c. litteras de præsumpt. & per Roma. in consi. 8. viso facto, & Blancum in tract. de indit. num. 265. & num. 266. Cum igitur d. Domina Margarita, ita perperam & dolose ea quæ per testes in processu probata sunt, a parentibus suggesta negauerit, insurgit contra eam manifestum argumẽtum, quòd matrimonium contraxerit, cum d. Domino Ioanne de Caluis argumento eorum, quæ in simili casu matrimoniali, scribit Zasius consil. 9. num. 20. & num. 30. & num. 40. in primo volum.

Ex prædictis & pluribus aliis, ex processu colligibilibus, quæ diligenter cõsiderabit oculatus & doctissimus iudex facile adduci poterit ad firmiter credendum matrimonium, inter prædictos fuisse contractum, iuxta doctrinam Socin. in consil. 363. col. 6. dicentis, eã censeri sufficientem probationem, quæ iudicem ad credulitatẽ
10 inducat, † cum omnis probationis virtus iudi-
11 cis arbitrio committatur, an sufficiens sit. †alleg. tex. in l. 3. §. cum magis. ff. de testi. cuius doctrinã reassumit & comprobat Zasius in consil. 2. in 2. vol. num. 81.

Considerabit insuper Excellen. Dominus Iudex, quòd stamus pro matrimonio, cui plurimũ omnia fauent iura, & in dubio, pro eo iudican-
12 dum est. † c. licet ex quadam de testib. c. final. de re iudic. c. ex litteris de probatio. Iason in consi. 178. in causa matrimoniali, in 2. vol. col. fin. in fine. Gozadi. consil. 77. num. 6.

Quininimmo tantus est fauor matrimonii, ꝙ opinio vnius excellentissimi Doctoris stantis pro matrimonio pręualet communi Docto. opi-
13 nioni, † vt voluit Host. in cap. si vir. de cognat. spirit. Abb. in ca. primo. de re iudic. Imol. in l. 1. col. 2. ff. solut. matri. Felyn. in c. 1. vt lit. non contest. col. 2. in princ. & idem in rub. de sponsal. in vers. nono, in causa matrimoniali.

Vt supra conclusum fuit, iuris esse arbitror ego Hieronimus Gigas Vtr. Iur. Doct.

IN CAVSA MATRIMONIALI, vertente inter Vincentiam, & Dominicum de Opitergio, 1530. die 26. Decembris, &c.

SVMMARIVM.

1 *Sapiens ex paucis multa intelligit.*
2 *Testes duo sufficiunt siue agatur de coniungendo, siue de absoluendo matrimonio.*
3 *Testes discordantes in cortice verborum formalium an probent.*
4 *Testium verba non cauillanda, sed iuuanda sunt.*
5 *Testium verba intelligenda tunc, ne sint captiosa.*
6 *Testes duo si vnus deponat de tempore, alius non, contestes dicuntur.*
7 *Testi, quod deficit in fide, suppletur maiori numero.*
8 *Testis magna amicitia coniunctus non admittitur, nisi sint tres, vel quatuor.*
9 *Testis magnus amicus si producatur cum duobus nõ amicis admittitur.*
10 *Testis vnus domesticus non admittitur, secus si sint tres aut quatuor.*
11 *Confeßioni cõiugum in præiudicium alterius matrimonij non statur.*
12 *Procurator sine speciali mandato non potest respondere positionibus.*
13 *Iudex quando agitur de duplici matrimonio, iudicare debet*

re debet pro melius probato.

14 *Iuramentum in defectum semiplenæ probationis deferri potest aliis circunstantiis concurrentibus in causa matrimoniali.*

15 *Iudicis officium multum exuberat in causa matrimoniali.*

16 *Iudex in causa matrimoniali constito sibi de errore sententiæ, vel deceptione Ecclesiæ potest matrimonium reintegrari.*

CONSILIVM XXXIIII.



Visis & consideratis processib. tam primæ, quam secundæ instantiæ, in causa matrimoniali, quæ vertitur, inter Dominicum quondam Bini Cerdonis, de Opitergio, & Vincentiam quondam Ioannis Mariæ, de Opitergio, videndum est, vtrum sit sufficienter probatum matrimonium cõtractũ, inter prædictos, ita & taliter, quòd partes Reuerendi Domini Io. Angeli de Sancto Seuerino, Vicarii meritissimi, R.D. Patriarchæ Aquileien. Coram quo causa ipsa, in secunda instantia vertitur, sint in confirmando sententiam, Reuerendi Domini Vicarii Episcopi Cenetensis latam in fauorem dictæ Vincentiæ, & quia, vt audio, res fuit satis, ad sufficientiam disputata, per Excellentissimos Aduocatos vtriusque partis, ac etiam, quia causa ipsa, per virum, & doctum, &
1 sapientem, est iudicanda, paucis agam,† si quidẽ scriptum est, apud gl. in auct. de consan. & vter. fra. in §. 1. in verbo operari, quòd sapiens ex paucis, multa intelligit, & longitudo narrationis, & scripturæ, sæpe mentẽ inuoluit, vt dicebat Aret. in consil. suo 83. in princ. videndum est igitur, quid sit probatum pro parte dictæ Vincentiæ, circa quod inuenio, quòd in processu primæ instantiæ, per tres testes probata fuit, confessio Dominici de contractu matrimonii, cum d. Vincẽcentia, cum aliàs duo tantum sufficerent. c. nouit. de iudi. l. vbi numerus. ff. de testi. c. in omni. de test. quę conclusio, procedit etiam, si ageretur contra Papam, quia similiter tũc duo testes sufficerent. vt notanter dixit glos. in c. præsul. 2. q. 4. quam refert, & sequitur Abb. in c. super eo. el 2. in 3. notabili. de testi. & procedit dicta conclusio in omni negocio, etiam in probando, vel in improbando matrimonium, per not. per Abba.
2 in d. c. super eo. in 3. not. † vbi notanter dixit per illum tex. quòd etiam ad matrimonium cõiungendum, vel separandum sufficiunt duo testes, tam mares, quàm fęminæ, & hanc doctrinã, sequitur Dec. in consil. 163. incipit. in causa matrimoniali, in princ.

Nec obstat, si dicatur, quòd presbyter Franciscus, primus testis examinatus pro parte Vincẽtiæ, videtur deponere de verbis formalibus, quibus vsus est Dominicus, quando confessus fuit, contraxisse matrimonium, cum d. Vincentia, in quibus verbis, alii duo testes non videntur cum eo concordare, & sic videtur dicendũ, quòd propterea dicti testes nõ probent, per ea quæ voluit Ant. de butr. in c. nihil. & ibidem Abb. de verb. signi. & not. Bal. in c. bonæ. el 1. de elect. col. 6. & Alex. in l. 1. §. fi. ff. de verbo. oblig. & idem Alex. in consil. 150. incipiente in causa, & lite col. 2.
3 vers. alia. & sic in 5. vol. † in quibus locis concludunt, quòd quando testes discordant in cortice verborum formalium, quoquomodo dicuntur contrarii, & sic non probant, ad hoc enim respõdetur, quòd prędicta procedunt quãdo esset differentia, inter partes, de verbis formalibus, de quibus testes interrogarẽtur, tunc variatio causaret effectum prędictum. secus, quando ad id testes non fuerũt inducti, quia licet in verbis formalibus discordent, dummodo concordent in eo ad quod probandum inducuntur, probant. Ita late deducit & in terminis, respondet Deci. in causa matrimoniali. in d. consil. suo 163. col. 8. in fin. & col. 9. in princ. allegat Corne. in consil. 148. incipiente. in hac consultatione. col. pe. in 3. vol. & in consil. 122. incipiente. primus cõsultationis articulus. col. 7. in 2. vol. cum autem in casu nostro, testes nõ fuerint, ad hoc inducti, sufficit eos concordare in eundem rei finem, licet in aliquibus circunstantiis variarent, & discordarent, vt habetur in c. dudum. vbi bona gl. in verbo substantia de conuers. coniuga. & glos. in verbo vacillasse. de causa possess. & propriet. & late tradit Alex. in causa matrimoniali. in cõsil. 156. incipit, viso processu causæ. col. 3. in versic. & non obstat etiam in 5. volu.

Nec similiter obstat, si diceretur, quòd presbyter Franc. primus testis videtur deponere de auditu ab aliis testibus qui ibi erant, dum dicit referendo verba, quæ respondit Dominicus, Vincentiæ, *dicendo e te promissi, ma:* subiungendo ipse testis, quòd ab aliis præsentibus nominando postmodum Antonium Bononia, & Antonium Zanoli contestes, audiuit dictum Dominicum dixisse *e te promissi per hauerte*, quia stant ista simul, quòd d. testis fuerit præsens, prout deponit, & tamen nõ audierit, illa verba *per lauorarte*, sed bene præcedentia, & quòd postmodum, dicti contestes, qui forte erant propinquiores prædictis Vincentiæ, & Dominico, simul loquẽtibus, retulerint ipsi testi illa verba, *per lauorarti*
4 † ita intelligi debet eius dictum, quia verba testis non cauillanda, sed iuuanda potius sunt, vt not. Bal. in l. de quibus in fin. versic. & quid si te
5 stis. ff. de legi. † quinimmo testium verba debent taliter intelligi, ne sint captiosa, vt not. Angel. in l. ex militari. in fine. ff. de testam. mil. & licet alii duo testes, videlicet Anton. Bononia, & Anton. Zanoli videantur plus deponere, quã præfatus presbyter Franc. primus testis, tamen dicuntur contestes per ea, quæ not. Innoc. in c. qualiter, & quando. el 2. de accus. & Specu. in tit. de teste. §. iam. de interrogatoriis, vers. item de tempore.
6 † vbi dicunt, quòd si vnus testis deponat de tempore, alius non, tamen dicuntur cõtestes. & maximè

ximè, quia testes in dubio censentur contestes, quia multiplicatio actuum non præsumitur, nisi probetur.c.in præsentia, de probat.l.fin. C. si cert.peta.not.Moder. in l. 2. C. de bon. possess. secundum tabul.

7 † Et si dicatur, quòd Anton.Bononia, secundus testis, videtur esse infamis, infamia iuris, ex quo fateturse alias cõdẽnatũ in publico, ꝓ quadã rixa,& percussione,& ideo, ꝙ nil probet, rñdetur, breuiter, quòd cum ad probandam dictam confessionem, duo testes aliàs sufficiant, vt supra dictum fuit, & in casu isto, adsint tres, quod deficit in fine vnius suppletur ex maiori, non, vt voluit glo. notabilis, in l.3. in verbo numerus

8 ff. de testi. † per quam gl. dixit Alex. in consil. 78. incipit. in causa & lite. vers. accedit. in 2. col. in pri. volu. quòd licet testis maxima amicitia coniunctus, non admittatur, tamen quando essent

9 tres, vel quatuor bene admitterẽtur, † & idem esset quando vnus testis, magnus amicus produceretur, cum duobus aliis non amicis, ita dixit Alex. in cõsi. 42. incipit, visis, & ponderatis. col. penult. vers. secundo, respondeo. in 4. vol. & idẽ in testibus affinibus, dicit per illam glos. Alex. in consi. 189. incipit, quoniam abunde. in prin.

10 in 2. vol. † idẽ in testibus domesticis, dicit Alex. in consi. 5. col. 3. vers. 2. respondeo. in primo volum. nam licet testis domesticus, repellitur. l. etiam. C. de testi. tamen quando essent tres, vel quatuor, admitterentur. idem in testibus, de vniuersitate. dixit Alex. in consil. 99. in vers. Nec obstat in 6. volu.

Fuit igitur probata sufficienter confessio Dominici de contractu matrimonii, cum d. Vincẽtia, ergo remanet probatum matrimonium, inter eos, per ea, quæ latè tradunt Doct. in c. super eo. vbi Abb. de eo, qui cogn. consang. vxor. suæ. vbi concludunt, quòd per confessionẽ coniugũ probatur matrimonium, etiam si sit clandestinum, vt habetur. & no. etiam in c. 2. de clandest. despons. sed in casu nostro, non videtur, prædicta conclusio procedere, quia asseritur, quòd dictus Dominicus ex post contraxit publicum matrimonium, cum quadam Vienna nepte Plebani Sancti Donati de Plaue, quo casu talis confessio veniret in præiudicium alterius matrimo

11 nii, & sic non videtur probare, † quia in præiudicium alterius matrimonii non statur confessioni coniugum, vt per Abb. & alios, in d. cap. 2. de clandest. despon. & in d. c. super eo, de eo, qui cogno. consan. vx. suæ. immo plus dixit Vincẽtius in d. c. 2. quem ibi sequitur Abb. Imol. & Præpositus. quòd etiam si de primo matrimonio clandestine cõtracto adsit confessio coniugum, & fama publica, cum vno teste, de contractu matrimonii, & secundum matrimonium publice contractum, sit probatũ per duos testes, probatio secundi matrimonii præualebit. Ad istud contrarium, quod videtur fortiter stringere, in hac materia, respondetur pluribus modis, & primo, quòd dictum Vincentii, non sit verum: nam contrarium tenuit Antonius de Butrio. ibi in fine, vbi dicit, quòd sicuti Ecclesia acceptat matrimonium clandestinum, vt in illo text. ita acceptare debet confessionem. & hanc opinionem contrariam tenuit etiam Cardin. ibi. & Aretinus in consil. 13. in 5. colu. circa medium. & idem Aretinus in consil. 82. colum. 3. vbi impugnat pluribus mediis opinionem Vincentii, quam dicit iure non probari. idem tenuit Barbat. in consil. 40. colum. 5. in tertio volu. & consil. 26. in 4. volum. & istam opinionem, sequitur, & tenet etiam Decius in præallegato consil. 163. in 4. colum. circa medium. & prædicta opinio maximè tenenda est, in casu nostro, in quo est etiam probata fama publica, de qua si militer constat. per confessionem dicti Dominici, factam in responsionibus, ad positiones Vincentiæ, & de qua deponunt etiam alii testes, licet non concludenter, quæ fama multum coadiuuat confessionem prædictam. per not. Abb. in c. super eo. in fine, ibi fortius. ergo valet confessio, quæ habet concomitantiam famæ. de eo. qui cogno. consan. vxor. suę. Item quia matrimonium primo loco contractum cum Vincentia fuit copula carnali consumatum, & sic tractatur de maiori præiudicio ipsius Vincentiæ, quam Viennæ, cum qua fuit secundo contractum, & quæ non fuit cognita a d. Dominico, quæ copula debet multum considerari, per ea quæ etiam notat Decius in consil. 133. incipit. viso processu. col. pri. in fine. in primo vol. & Aret. in dicto consil. 13. col. 6. in princ.

Secundo responderi potest, quòd dato, quòd doctrina Vincentii esset vera, tamen non procedit in casu nostro. nam Vincentius, & alii Doctores, ipsum sequentes loquuntur, quando secundum matrimonium fuit publicum, & fuit probatum per duos testes. in casu autem nostro, secundum assertum matrimonium contractum cum Vienna, neque in primo, neque in secundo processu, per aliquos testes fuit probatum, meritò non meretur allegari dicta doctrina in casu nostro.

12 † Nec obstat si diceretur, quòd Dominus Marquardus procurator ipsius Vincentiæ respondendo positionibus dicti Dominici productis coram Reuerendo Domino Vicario Aquileiensi, videatur fateri matrim onium publicè contractum, inter dictum Dominicum, & præfatam Viennam quia cum non constet in processu ipsum habuisse speciale mandatum ab ipsa Vincentia ad respondendum positionibus, eius responsio non præiudicat Vincentiæ, quæ potest illam confessionem reuocare etiam non aliter doctorem aliter se habere, per ea, quæ no. in cap. testium de testi. in 6. & in c. primo, de iudi. in 6. & in cap. primo, vt lite non contest. vbi Felyn. col. 10. vers. secunda declaratio. Remanet ergo primum matrimonium contractum cum Vincentia in processu per prædicta melius probatum per secundum, vt dicitur publicè contra-

ctum

13 contractum cum Viena,† quo casu succedit doctrina Abba. in d. c. 2. de clandest. despons. dicentis, quòd iudicandum est, pro eo, qui melius probauit, quando duo matrimonia deducũtur, primum videlicet, & secundum.

14 † Accedit, quòd delatum fuit, dictæ Vincentiæ iuramentum in supplementum, per Reuer. Vicarium Ceneten. quod fieri potuit, etiam in causa matrimoniali concurrentibus circunstã tiis, de quibus in casu nostro. quo casu delatio iuramenti relinquitur arbitrio iudicis, vt notanter declarat Abb. in c. mulieri in 4. col. in vers. ego indubie, de iureiuran. quę doctrinam singularem dicit Do. Hippolytus de Marsiliis præceptor & promotor meus in singulari suo 27. vbi

15 plures allegat illam tenentes.† Et videtur quòd d. Vicarius ex officio parte etiam non petente potuerit dictum iuramentum deferre, quia in causa matrimoniali multum exuberat iudicis officium, vt habetur. in c. porro de diuor. in c. ad dissoluendum de despon. impub. & in c. primo,

16 qui matri. accus. pos.† quinimmo in tantum iudicis officium exuberat, in huiusmodi causis, quòd dixit notanter Abb. in c. lator in fine. de re iudic. quòd iudex ex officio suo, probato errore sententiæ seu deceptione Ecclesiæ poterit matrimonium reintegrare.

Et ex prædictis arbitror de iure concludẽdo, quòd partes Reueren. Dom. Vicarii Aquileien. sint in confirmando primam sententiam latam in fauorem, Vincentiæ per Reueren. Vicarium Ceneten.

Et ita vt supra iuris arbitror ego Hieronymus de Gigantibus. V.I.D. minimus, &c.

PRO DOMINA CATHERINA Vincentiæ existente.

SVMMARIVM.

1 Conueniri quis potest in loco contractus.

2 Citatus coram non suo iudice protestari debet, & a non admissione protestationis appellare.

3 Citatus coram non suo iudice, non tenetur cõparere.

4 Contumax non dicitur, qui citatus coram non suo iudice, recedit non licentiatus.

5 Iudicis defectus magis reddit processum nullum, quam partis.

6 Nullitas, quæ resultat ex incompetentia iudicis non est sublata per statutum tollens nullitatem.

7 Citari quis potest in loco vbi contraxit, quando ibi reperitur, aliàs non.

CONSILIVM XXXV.



IN nomine indiuiduæ Trinitatis, in casu præsentis consultationis, videtur prima facie intrepide dicendum, ꝙ processus agitatus in episcopatu Paduæ coram Vicario contra Dom. Catherinam Vincentiæ existentem, & sententia ab eodem

1 emanata robur firmitatis obtineant:† quia, vt dicitur, ipsa Domina Catherina matrimoniũ contraxit Paduæ, cum d. Franc. ergo ibi conueniri potuit. cap. fin. de for. compet. l. hæres absens. §. primo, & l. si quis tutelam. & l. argentum. ff. de iudi. vnica. C. vbi conueni. qui cert. loc. dare permit.

2 † Secũdo prædicta opinio comprobatur, quia si Domina Catherina prætendebat non esse de iurisdictione. ipsius Vicarii Paduæ, debebat sicut misit procuratorem ad protestandum de non iurisdictione illius iudicis a non admissione protestationis seu exceptionis huiusmodi appellare, vti notatur de citato ad locum non tutum. per Abb. & alios in c. ex parte de appellat. Imol. Alexan. & alii in l. de ætate. ff. ad Trebell. per Decium in d. c. ex parte in vlt. col. per Fely. in c. accedens el 2. col. ante penul. in vers. septima conclusio, vt lit. non contest.

Tertio dicitur, quòd ex quo præfata Domina Catherina fuit ad causam personaliter citata, & fuit contumax, audiri non debet appellãs, infra decem dies, a tempore scientiæ vel notitiæ habitę de dicta sententia. 2. quæst. 7. sunt quorum. 24. quæst. 4. de illicita. l. properandum. C. de iudi. l. prima. C. quorum appellatio. Rota decis. 364. incipit. cum iura. in nouis. & decis. 49. incipit. si fertur. eo. lib.

Istis tamen non obstantibus puto contrarium de iure verius esse, videlicet, quòd sententia præfati Vicarii Episcopatus Paduæ sit nulla, & quòd ab ipsa potuerit præfata Dom. Catherina appellare, & moueor. primo, quia licet matrimonium fuerit contractum Paduæ, tamen ipsa Catherina est originaria ciuis Vicentina, & Vicentiæ habitat, quo casu debuit Vicentiæ conueniri, quia actor sequitur forum rei. c. cum sit generale. de for. compet. l. iuris ordinem. ff. de iu

3 ris. omni. iud.† igitur citata coram dicto Vicario Paduæ, de cuius non iurisdictione clare constabat comparere non tenebatur. glo. est ordinaria in c. si duobus de appe. & ibi Doctores. facit tex. in l. fin. ff. de iuris. om. iud. & ita voluit Innoc. in

4 c. venerabili in 3. col. de censib.† Quinimmo si quis comparet vigore citationis emanatæ a non suo iudice, & recedat illicentiatus, non est contumax. ita Baldus notanter in l. nam ita diuus. circa finem. ff. de adoptio. quem refert, & sequitur Marian. Sozin. in tracta. suo de citatione. in trigesimoprimo principali articulo, colu. 6. versicu. quod tamen limita. ergo sequitur, quòd prædicta sententia, tamquam lata a iudice incompetenti sit nulla, per notata per Alexand. in consil. 47. incipit, prospectis his. in suprascripto volum. in vers. quantum vero. col. fi. & in l. cum seruus. vbi bona gl. ff. de condict. ob

5 causam dat.† facit dictum Baldi post Petrum in l. si procuratorem. in 4. col. in vers. respondet Petrus. ff. de procuratoribus. vbi dicit, quòd defectus

ctus iudicis magis reddit processum nullũ, quã partis, quia excommunicatio in iudice reddit processum nullum, c. ad probandum. de re iudi. secus est in excommunicatione partis c. 1. de re iudi. in 6.

6 † Et adeo est odiosa tanquã nullitas, quòd ẽt sublata nullitate, per statutum non tollitur illa nullitas, quæ causatur ex defectu iurisdictionis, vt voluit Bald. in l. exceptionem. circa finem. in ver. sed pone statutum. C. de proba. idem voluit Petr. de Ancha. in consil. 271. incipit, de titulis. col. fin. in vers. ego saluo. saniori. Ange. in cons. 249. incipit, super primo. Cumanus consi. 44. in fine. incipit, ab arbitrali. Fulgo. consi. 40. incipit, quidam ciues. col. 2. Roma. in consi. 42. incipit, visis quæ egregiè. quos omnes refert, & sequitur Decius in consil. suo 38. incipit, circa primum dubium. col. 6. in vers. & talis nullitas.

7 † Nec prædictis obstant allegat supra in cõtrarium. & primo dum dicebatur, quòd ratione cõtractus matrimonii celebrati in ciuitate Paduana Domina Catherina ibidẽ potuit citari, per c. fi. de foro comp. & per alia iura, vt supra allegata, quia respondetur, ꝙ licet regulariter quis conueniri possit in loco, vbi contraxit, illud procedit & locum habet, quando contrahens reperitur in loco in quo cõtraxit, secus si ibi non reperitur. ita declarat Specul. in tit. de comp. iud. a dict. §. 1. in vers. quinto. ratione contractus. & notatur per Doct. maximè Abb. in d. c. fi. de for. compet. & est tex. de hoc in c. Romana. §. contrahentes de for. compet. in 6.

Hieronymus Gigas V.I.D.

IN MATERIA MATRIMONIALI

SVMMARIVM.

1 *Pubertas in masculo in 14. in fœmina vero 12. anno existit.*

2 *Matrimonium contractum inter puberem, & impuberem, non valet.*

3 *Matrimonium contractum inter puberem, & impuberem per verba de præsenti, resoluitur in sponsalia de futuro.*

4 *Sponsalia non trãseunt in matrimonium per nixum ad copulam.*

5 *Matrimonium iudicari non debet licet, sponsus sponsam deflorauerit non secuta seminis emissione.*

6 *Copula sine emissione seminis non operatur matrimonium inter sponsos.*

7 *Conatus ad copulam cum sponsa impubere matrimonium non inducit.*

8 *Pubes cum impubere contrahens tenetur expectare, donec impubes perueniat ad ætatem legitimam.*

9 *Impubes cum ad ætatem legitimam peruenerit, resilire potest.*

10 *Nuptiæ in vita difficiles exitus habent.*

11 *Sponsa impubes potest discedere a cohabitatione sponsi puberis.*

12 *Filia quare cohabitare cum matre, quæ ad secunda vota transiuit, non debeat.*

13 *Animus primi mariti contristatur, quando mulier transit ad secunda vota.*

14 *Victricus licet possit esse tutor sui priuigni, non tamen illum apud se alere potest.*

15 *Mater inducens filium impuberem ad contrahendũ cum pubere inferioris condictionis, se suspectam reddit.*

16 *Mater quæ ad secunda vota transiuit, præsumitur malæfidei erga filios primi matrimonij.*

17 *Puella cuius animus indagandus est circa matrimonium, plena libertate gaudere debet.*

18 *Verbum, debet, necessitatem importat.*

19 *Consensus vbi cum plena libertate requiritur, non sufficit sine illa.*

20 *Consentiens iussu matris non dicitur actum voluntarium facere.*

21 *Actus voluntarius non dicitur quando fit ab eo qui compelli poterat.*

22 *Voluntas coacta est qualificata non simplex.*

23 *Tutor patri æquiperatur.*

24 *Tutor si puella ante ætatem duodecim annorum sua sponte sibi sacrum velum assumat, id irritum facere potest.*

25 *Argumentum de matrimonio spirituale ad carnale validum est in iure.*

26 *Tutores in contrahendis sponsalibus pupillorum auctoritatem habere.*

27 *Tutoris seu curatoris arbitrio omnia bona etiam immobilia futuro marito de assignari posse.*

28 *Pupillæ viro aptæ absque consensu tutoris vel curatoris nuptias contrahere permissum.*

29 *Matrimonium grauis sarcina, & multis opprimitur calamitatibus.*

30 *Curatoris officium est procurare quòd puella eius fidei commissa aptè nubat & pari.*

CONSILIVM XXXVI.

Christi, eiusque gloriosæ matris Virginis Mariæ nominibus inuocatis.



IN præsenti consultatione de quatuor dubitari contingit.

Primo, an aliquod cõtractum sit matrimonium inter Bartholomæum testa, & D. Iaquelinam filiam quondam nob. Do. Iacobi Iunctæ, saltim de iure validum?

Secundo, an posito quod aliquod matrimonium inter prædictos contractum non sit, saltim inter eos sint contracta sponsalia de futuro?

Tertio, si sint contracta spõsalia de futuro, an ipsa D. Iaquelina quæ nunc habitat, cum Dom. Catherina eius matre possit ab ea iudicis auctoritate separari, & deponi penes aliquas probas & honestas matronas, vel in aliquo monasterio monialium, donec ad ætatem legitimam perueniat.

Quarto, an posito, qđ id fieri possit tutorib. & curato-

curatoribus testamentariis dictæ Iaquelinæ a patre datis ad id competat actio?

Circa primum dicendum est, nullum inter prædictos Bartholomæum, & Iaquelinam cōtractum fuisse matrimonium de iure validum. nam ad validitatem matrimonii requiritur, ꝙ vterq; contrahens sit pubes, & mutuo consensu ad in-
1 uicem consentiant. 27.q.2.c. sufficit. † pubertas autem in masculo in 14. anno, in fœmina vero, est in 12. anno, inst. quib. mod. tut. fin. §. & ideo nostra, & per Ioan. Andr. in tract. de sponsal. & matr. col. 2. vers. octauo quæ & quot, & per gl. in c. ex litteris. in verb. ætate de sponsal. si quidem scriptum est in d.c. ex litteris. quod iudex inspicere debet an matrimonium contracturi ad id faciendum sint idonei scientia, & ætate. scientia exponunt ibi glos. & Doct. idest, discretione, ætate. dicit glo. 12. annorum in muliere, & 14. annorum in viro, & ibi Præpos. post alios in 2. not., de desponsf. impub. & est tex. in c. attestationes. de desponsf. impub. & in l. sancimus. C. de nupt. l. minorem. ff. de ritu nupt. l. hæc condicio filiæ
2 meæ. ff. de cond. & demon. † & quod matrimonium contractum inter puberem, & impuberē non valeat, est text. in c. vnico. §. idem quoque. de desponsf. impub. in 6. sed sic est quod Bartholomæus testa prædictus est in 25. suæ ætatis anno, & ipsa Iaquelina est in ætate 10. annorum & mēsium trium, vt mihi in facto præsupponitur, ergo nullum inter eos matrimonium contrahi potuit, de quo est etiam text. in c. 2. de desponsf. impub. præsertim quia in ipsa Iaquelina, vt præsupponitur, malitia non supplet ætatem, c. fi. & c. is qui. extra. de sponsal. & prædicta procedunt etiam si dicta Iaquelina fuisset a dicto Bartholomæo subarrata, vt scribit Goza. consi. 2. in prin. c. primo. & etiam si inter prædictos fuisset cōtractum in facie Ecclesiæ, vt per Rot. decis. 450. si pubes in nou.

3 † Quo ad secundum an saltim inter prædictos licet intercesserint verba de præsenti censeātur contracta sponsalia de futuro; dicendum videtur, quòd non, quia verbis & mente matrimonium contrahere voluerunt non sponsalia. sed matrimonium defectu ætatis ipsius Iaquelinæ non tenuit d.c. vnico. §. idem quoq;. de despōs. impub. ergo nec sponsalia inter eos contracta videntur, quia illa contrahere non intendebāt, sed matrimonium, igitur quòd intenderunt nō potuere, & quod potuere non intenderunt, & sic voluntas & potestas se ad inuicem impediuerunt. c. cum super Abbatia. de offic. delegat. & sic dicere possunt prædicti Bartholomæus, & Iaquelina, quod potui nolui, quod volui adimplere nequiui, vt dicit tex. in d.c. cum super Abbatia. in fin. l. multum interest. C. si quis. alteri. vel sibi. l. si genero. C. de iur. doti. & glos. in d.c. cum super. in verb. cum noluerit. attamen probabilius dicendum videtur, quòd licet inter prędictos mente & verbis contractum fuit per verba de præsenti, cum huiusmodi contractus in vim matrimonii non valuerit, ex defectu ætatis ipsius Iaquelinæ, iuris interpretatione inter eos sponsalia de futuro contracta censentur, tex. est in præalleg. c. vnico. §. idem quoque, & ibi omnes scribentes, de desponsf. impub. in 6. & in c. fi. vbi Abb. extra. eod. tit. ad idem Calder. in consil. 4. minor. 14. annis, in tit. de sponsal. Deci. in consil. 368. in causa matrimoniali, in princ. in secundo vol. vbi ad hoc allegat Bal. in cōsi. 391. incipiam a radice, in primo vol. & Cardin. in clem. 1. q. 18. de consang. & affin. & in consi. 109. casus talis est; idem scribit Rui. Dominus meus, in consil. 203. ad cognitionem veritatis col. 1. in 1. vol. & Parisi. in consil. 62. col. 2. nu. 8. in 4. vol.

4 † Quinimmo etiam si forte interuenisset inter prædictos nixus ad copulam stante ętate impubere ipsius Iaquelinæ, dicta sponsalia in matrimonium non transiuissent, quia etiam in spōsalibus contractis inter puberes nixus ad copulam non facit sponsalia de futuro in matrimonium transire, vt probatur in c. is qui. & c. fi. extra. de sponsal. vbi Abba. in primo not. dixit, quòd vbi ius aliquid inducit ex pręsumptione certa, siue ex aliquo facto non est iuri satisfactū, nisi illud factum sit perfectum, dicēs idem Abb. hanc esse communem Doctorum opinionem, & reprobat opinionem Gasp. Calderi. qui con-
5 trarium tenebat, † allegando dictum Innoc. qui ibi dixit, quòd si sponsus spōsam deflorauit nō sequuta seminis emissione, pro matrimonio nō est iudicandum. subdens idens Abb. quòd si secus diceremus, concurrerent duo specialia. primum quòd copula transfunderet sponsalia in matrimonium: secundum quòd nixus ad copulam haberetur pro actu consumato, quod non est dicendum. l. pri. C. de dot. promis. & idem te
6 nuit Præpos. in d.c. fi. col. 1. nu. 4. † dicens, quòd si vir intrauit vas mulieris, sed tamen non emisit semen, quòd communiter Doct. tenēt, quòd dicta copula nil operabitur, quo ad præsumptū
7 † matrimonium, & idē a fortiori dicemus in impubere quod conatus ad copulam cum puella impubere sine effectu præsumptum matrimonium non inducit, sed generat publice honestatis iustitiam, vt scribit Host. in titu. de desponsf. impub. in vers. & quæ sponsalia, sub num. 8. in summa dicens, quòd iuuenis pubes, qui nixus est ad copulam cum impubere, poterit cum alia quæ non sit de consanguinitate puellę impuberis matrimonium contrahere, & ꝙ nixus ad copulam inter puberem & impuberem non inducat pręsumptum matrimonium, tenuit ēt Hēri. Bohic. in c. attestatiōes nu. 2. col. 1. de desp. imp.

Pro resolutione tertii quęsiti, an dicta Iaquelina deponi debeat penes aliquas probas & honestas mulieres, vel in aliquo monasterio monialium donec ad ætatem legitimam perueniat, ad hoc vt tunc plena libertate fruens, respondere valeat libere an velit dictum Bartholomęum in eius maritū, ꝓ resolutione huius q̄siti pręmitto, quod pubes quādo contrahit spōsalia cū impu-

bere tenetur expectare donec impubes deue-
9 niat ad ætatem legitimam, † impubes autem, vt est ipsa Iaquelina, cum ad legitimam peruenerit ætatem, si nolit consentire, potest resilire. c. de illis. §. pri. & 2. de despons. impub. vbi gl. & Doct.
10 † nec potest ipsa compelli tunc ad consentiēdū, quia inuite nupsit, difficiles exitus habere cōsueuerunt, vt inquit gl. in verb. iudicio Ecclesiæ, in fi. in d. c. de illis, & habetur in c. a nobis. eod. tit.
11 † Quinimmo potest impubes quando inter ipsam & puberem sunt contracta sponsalia & insimul habitant, etiā ante ætatem legitimam a cohabitatione puberis discedere, vt voluit Host. in tit. de despons. impub. col. pen. vers. quid si non reclamet. sub num. 14. in summa. allegat text. in c. attestationes. extra. eo. tit.

His pręmissis dico, quòd d. Iaquelina nullatenus permitti debet amplius cōmorari apud D. Catherinā matrem, ex infrascriptis. primo quia dicta Dom. Catherina transiuit ad secunda vota, quo casu apud ipsam d. Iaquelina filia cōmorari neque ali debet. l. 1. C. vbi pupil. educ. debe.
12 † & ibi gl. & Doct. † Idem scribit Capra cons. 72. cum viso & considerato nu. 10. vbi dixit, quòd quādo mater ad secunda vota trāsiuit, filia nō debet stare apud ipsam matrem, sed apud alias personas, apud quas iudex decreuerit. per no. in d. l. 1. & est ratio, quia mulier transiens ad secunda vota iuris præsumptione, secundo viro nō solum filię facultates, sed etiam illius vitam adijceret, vt inquit glos. in præallegata. l. pri. & est tex. in l. lex quæ tutores. §. lex enim. C. de admin. tu-
13 tor. † hinc est quòd cōtristatur anima primi mariti, & eius memoriæ fit iniuria, per transitū vxoris ad secunda vota, vt dicit text. in auct. de nup. in §. fin autem tutelam. & §. quòd vero nos.
14 † Secundo dico, quòd dicta Iaquelina ali non debet in domo ipsius D. Catherinæ matris, quæ ei superinduxit vitricū vitricus enim licèt aliàs possit esse tutor sui priuigni, illum tamen apud se alere non potest, vt per gl. in verbo. proponis. in l. 3. C. de contra. iud. tutel. & ibi tex. & Bar. in l. 1. & ibi gl. in verb. vitricus. C. vbi pupil. educ. debe. & in l. nōnunquam, & ibi Bar. ff. de adop.
15 † Tertio facit, quia cum d. D. Catherina mater ipsam Iaquelinam filiam impuberem induxerit ad contrahendum sponsalia cum dicto Bartholomæo Testa cognato dicti eius secundi mariti, longe imparis conditionis, præsertim respectu facultatum ipsius Iaquelinæ, non consentientibus, immo repugnantibus affinibus & consanguineis illius, & præsertim sine consensu tutorū & curatorum d. Iaquelinæ, per eius patrem in suo testamento deputatorum, vtique ipsa D. Catherina fraude & dolo versata est, cū ad eā onus maritandi dictam filiam nō spectaret, cum eius dos satis ampla a facultate paterna non a bonis ipsius matris dependeret, & ipsa Iaquelina esset ętatis imperfectę immiscuit. n. se mater negocio ad se nō pertinenti. c. non est sine culpa. de reg. iur. in 6. & l. culpa est. ff. eo. tit.

16 † Accedat, q̃ licèt aliàs in matre præsumat̄ bona fides, tñ secus est, cū ad secunda vota trāsiuit, tūc. n. pręsumit̄ in ea circa filios primi matrimonij mala fides, & secūdi viri amore ardere. l. lex q̃ tutores. C. de admi. tut. Bal. in l. precib. col. 8. ver. item dicit idoneos. C. de impub. & ali. subst. corroboratur hoc, quia præsumitur mater id quod fecit, fecisse ipsius secundi viri, & sic vitrici ipsius Iaquelinæ delinimentis, & instigationibus corrupta, quærentis ditare ex ampla dote dictæ Iaquelinæ dictum Bartholomæum eius cognatum, argu. text. in l. non est. ff. de inoffi. test.
17 † Quarto facit, quia cum dicta Iaquelina possit resilire adueniente legitima ætate, interim plena libertate gaudere debet, iuxta text. in c. cum locum. de sponsal. Nam cum matrimonium solo consensu contrahatur, & vbi de eo quæritur plena is securitate gaudere debeat, cuius animus indagandus est, ne per timorem dicat sibi placere quem odit, & sequatur exitus, qui de inuitis solet nuptiis peruenire, vt inquit Alexan. tertius, in d. cap. cum locum in §. matri-
18 monium autem, † & ponderatur ibi verbum debet, quod necessitatem importat, vt ibi per Præposit. col. 2. vers. contrariam, allegat glos. in c. attendentes. de re iudic. & c. primo. de desponsat.
19 impub. † vbi nāq; requiritur consensus cum plena libertate, consensus nō sufficit, nisi adsit qualitas libertatis, vt not. glos. in c. notificasti. 33. q. 5. quam menti tenendam dixit Abb. in d. c. cum locum. ver. sed hic reuoco. sub num. 6. ipsa enim Iaquelina existente penes Do. Catherinam matrem & eius vitricum captiua est, non libera ipsius voluntas. nam sicuti inducta fuit a dicta eius matre, & vitrico, ad contrahendum cum dicto Bartholomæo: ita pariter si apud ipsos permaneret adueniente ętate legitima ad consen-
20 tiendum violentari posset, † nam propriè non dicitur velle, nec actum volūtarium facere, quæ iussu matris consentit. l. velle non creditur. ff. de reg. iur. sed ex voluntate fieri dicitur, quod ex libero mentis arbitrio proficiscitur, vt est text. in c. voluntatem. 15. q. 1. & per obedientiā propria voluntas mactatur, 8. quæstione prima. c. scien-
21 dum. † Nec actus voluntarius dicitur, quando fit ab eo, qui compelli poterat, vt not. Bal. per illum text. in l. nouissime. ff. quòd fals. tut. aucto. & Ioan. Andr. in c. præterea. in verb. extorquentes. de iur. patr.
22 † Nec obstat si diceretur, quòd voluntas coacta voluntas sit. glo. in d. l. velle non creditur, & 15. quæst. pri. c. merito. Nam voluntas coacta est voluntas qualificata, non simplex, vnde non dicitur proprie voluntas, ex quo non est simplex, sed secūdum quid. c. maiores. §. item quæritur. de bapt. & per Dec. late in d. l. velle. col. prima & secunda. vbi plura ad hoc congerit.

Quo ad quartū quæsitū, videlicet an tutorib. & curatoribus a patre datis d. Iaquelinæ in eius vltimo testō Lugduni celebrato competat actio petēdi, q̃ d. Iaquelina separet̄ a matre & vitrico, &

& deponatur apud aliquas probas, & honestas matronas, vel in aliquo religioso monasterio, monialium in dicta ciuitate Lugduni, ibi permansura donec ad legitimam perueniat ætatẽ, ad hoc vt tunc plena & libera gaudens libertate, propalare posit animum suum, an velit, vel non velit dictum Bartholomæum in eius maritum? Dicendum est, quòd cum nobilis D. Iacobus iũcta in suo vltimo testamento disposuerit, quòd tutores & curatores ab ipso dati haberẽt administrationem bonorũ & personæ d. Iaquelinæ eius filiæ, quòd dictis tutoribus, & curatoribus huiusmodi competat actio. Tutor.n.parẽti æquiparatur.c.puella.20.q.2. per quem text. ita dixit Ioan. Andr. in c.2. de regular. & Specu. in titu. de sponsal. §.1. versi. & nota, quòd aut sti-
24 pulatio, † quinimmo si puella ante 12. ætatis suę annos, sua sponte sibi sacrum velamen assumpserit, eius tutor id factum irritum facere poterit. tex. est ad litteram. in d.c. puella. & potest tutor pupillam religioni afferre, vt scribunt Inno. & Ioan. Andr. in d.c.2. de regular. quod etiam ibi tenent Cardin. & Abb. in c. quæritur de tutoribus. & habetur per Soci. in consil. 61. in præsenti consultatione. col.5. circa medium, in primo volum. & per Ioan. de Turrecrema. in d.c.
25 puella, † & quia de matrimonio spirituale ad carnale validum est argumentum. ca. quoniam frequenter. §. si vero. vt lit. non cont. & c. sicut. 7.
26 q.1.c. fin. de transla. episcopi. † Hinc est, quòd tutores auctoritatem habent in contrahendis spõsalibus pupillorum, vt scribit Specul. in d. §. pri. vers. præallegato. Non tamen tutor sicuti nec pater cogere potest pupillam vt nubat, possunt tamen pater & tutor pupillum plusquam extranei ad id trahere, vt voluit Specul. in d. titu. de sponsal. §. primo. in præallegato vers. & nota ꝙ aut stipulatio, in fin. d. versic. facit quia tutor seu
27 curator † qui ratione ætatis datur dotis nomine, põt bono animo & arbitratu omnia bona & immobilia futuro marito concedere l. filiæ. §. de legat. tertio. iuncta l. siue generalis ff. de iur. dot. & scribit Berous in c. Raynutius de testa. nu. 127. & potest pupilla tutoris auctoritate matrimonium contrahere, vt no. Abb. in d.c. Raynutius.
28 † Veruntamen est, quòd pupilla sola viro apta absque consensu tutoris vel curatoris nuptias contrahere valet l. in copulandis. C. de nupt. & quia matrimoniũ grauis est sarcina, vt habetur in c. omnes. 32. q.7. & multis matrimonium op-
29 primitur calamitatibus, † vt dicit text. in l. vltima. C. de impo. lucra. descri. libr. 10. tutoris & curatoris officium est procurare, quòd puella prædicta eorum fideicommissa aptè nubat & pa-
30 ri. † ex præmisis sequitur conclusio, quã tutores prædicti possunt petere coram iudice competẽte, quòd dicta Iaquelina deponatur, vt supra, & id de iure consequi debent.

Hieronymus Gigas V.I.D.

ALLEGATIONES IN CAVSA matrimoniali ser Venturæ.

SVMMARIVM.

1 Testis deponens per verbum iudicio suo, quo casu probet.
2 Testis deponens de ætate cum dictione vel circa, non probat.
3 Testis singularis non probat, & tantum probant mille, quantum vnus.
4 Singularitas in teste operatur, quòd minus probetur per plures, quam per vnum.
5 Testium singularitas operatur vt vnus debilitet fidẽ alterius, nec deferatur iuramẽtum suppletiuũ.
6 Mediator contractus matrimonij non admittitur in testem, nisi vtraque parte consentiente.
7 Testi affectanti matrimonium non subsistere, minus standum esse.
8 Mediatori si quando laus vel vituperium ex validitate actus per se gesti sibi contingere posit, ad testificandum non admittitur.
9 Testis deponens de auditu in his, quæ aliter quam per sensum auditus percipi & fieri debent, nihil probat.
10 Ancillæ vel famulæ dictum & attestationi in fauorẽ Dominæ tamquam personæ domesticæ in causa matrimoniali standum non esse.
11 Famuli & Ancillæ domesticorum appellatione veniunt, & in causa matrimoniali repelluntur.
12 Testis domestici dictum, an per alios idoneos testes reintegretur.
Angeli opinio pro affirmatiua, sentiẽtis confutatur.
13 Testes affines hæredis instituti concurrentibus etiã alijs idoneis non admittuntur.
14 Asserenti incumbit onus probandi.
15 Actore non probante reus absoluitur.
16 Aetas sufficiens ad matrimonium in muliere 12. annorum: in viro verò 14. vulgati iuris esse.
17 Compater plenè probat ætatem sui filiozij.
18 Vicini ad probandam ætatẽ vicinorum, admittũtur. Et pro ratione sufficit dicere quia vicinus.
19 Coniuncti in eadem domo permanentes, coniunctorum ætatem scire præsumuntur.
20 Consanguinei ad probandum ætatem consanguineorum admittuntur.
21 Actus, si quando habeat debitam formam quòd habilitas in persona præsumatur.
22 Testis in probanda ætate, si de millesimo precisè non recordetur, debet attendere, si qua nouitas illo tempore facta fuerit.
23 Etatem per obstetrices probari, & quorum probatio indubitata dicitur.
24 Circa ætatem filiæ non plenè standum.
25 Parturiendi actus difficilis probationis, cum in occulto fiat, & per obstetrices probatur.
26 Aetas minor difficilis probationis existit, & qualiter probetur, vt indubitata probatio reddatur. Item per consanguineos, & vicinos.
27 Testes magis verisimile deponentes, non verisimile deponentibus præferri.

28 *Testes aliqui licet deposuerint de minori summa, tamen de maiori summa deponentibus standum esse, si taxatiuè non deposuerint.*
29 *Matrimonio in dubio iura fauent.*
30 *Iudicandum esse in dubio semper pro matrimonio.*
31 *A communi opinione non recedendum, & secundum illam iudicandum.*
32 *Opinio vnius Doctoris vel minoris partis stantis pro matrimonio, praeualet, et illi statur contra communem.*
33 *Ionnes Campegius clarißimus & verus iuris interpres, iurisconsultorum aetatis suae Princeps.*
34 *Opinio singularis vbi agitur de matrimonio substinendo praefertur communi tendenti ad illius dissolutionem.*

CONSILIVM XXXVII.



REVERENDISSIME Domine licet satis clarũ ex processu appareat matrimonium cõtractum inter ser Vẽturã de Castello, & Adrianã q.Io. Romanelli iuribus subsistere, & sic non esse infringendũ ratione praetensae minoris aetatis, quae allegatur ex parte Adrianę praedictae: nihilominus pro maiori euidentia rei, & vt satisfaciam praedicto ser Venturae, pauca quaedam infra subiiciam, ex quibus patebit manifestisśime, ꝙ antedicta Adriana tempore quo matrimonium praedictum contraxit, erat legitimae aetatis, & sic matrimonium tenuit & valuit.

Et in primis videndũ est, an pro parte dictae Adrianae probetur, ꝙ quando ipsa nupsit, ser Vẽturae haberet tantum an. 10. vel circa, super quo articulo fuerũt examinati plures testes pro parte d. Adrianae. ex quibus quatuor tantummodo aetatem praedictam probare videntur videlicet, donna Magdalena tertia testis, ser Georgius de Spalato quartus testis, Dominus Eugenius Condulmerius nonus testis, & Dorothea alias dora massaria q. Io. Romanelli, quorum dicta breuiter discurram.

Magdalena tertia testis examinata super capitulis Adrianae anno Domini 1508. die 28. Aug. dicit, ꝙ iam sunt anni nouem ꝙ cognoscit dictã Adrianam, quae tunc habebat annos tres, vel circa iudicio suo, & sic videtur cõcludere ꝙ Adriana nata fuerit anno 1496. & per consequens ꝙ tempore contracti matrimonii inter Adrianam & ser Venturam ipsa nõ haberet nisi 11. annos vel circa. istius tamen dictum, ꝙ nil probet probatur tribus rationibus. primo quia deponit per verbum iudicio suo, quo casu testis non probat nisi in his quae ex solo discursu & artis peri-
1 tia percipiũtur, † vt voluit Io. And. in addi. Spec. in tit. de test. §. nunc tractãdum. vers. quid ergo. Fely. in c. quotiens in vlt. col. versic. quid autem de testi. allegat Bal. in l. data opera in 18. col. C. qui accus. & in l. de quibus in pe. car. ff. de legi. ita voluit etiam Alexan. in cons. 109. in 2. col. in versic. nonnulli. in primo vol. & in consi. 74. incipit, viso testamento in 2. col. in vers. item iste testis in pri. vol. Decius in consil. 82. incipit viso processu in 2. col. in princ. in pri. volu. Alex. in consil. 290. incipit ponderatis his in 3. col. vers. nec obstat in 2. vol. idem Alex. in consi. 42. incipit visis & ponderatis in 4. col. in vers. Paulus in 4. volumine. & est firma conclusio.

Secunda ratione non probat dictum ipsius Magdalenae, quia dicit, quòd quando cognouit Adrianam habebat annos tres, vel circa. testis enim qui deponit de aetate cum dictione vel cir
2 ca nil probat † text. est & ibi not. per Doct. maximè Anto. de Butr. & Abba. in c. fi. de desponsat. impub.

Tertia ratione non probat dicta Magdalena, quia est singularis in suo dicto. vnde succedit dictum Bal. in l. vt iurisiurandi col. 3. vers. deinde not. rationem. C. de reb. cred. vbi dicit, quòd tã
3 tum probant mille quantum vnus. † immo plus voluit Bal. ibi, quòd singularitas operetur, quòd
4 minus probetur per plures quam per vnum. † & idem Bal. in l. de quibus col. ante pen. vers. sed nunquid testes ff. de legi. dicit, quòd in testibus singularibus vnus debilitat fidem alterius. & ideo non defertur iuramẽtum in defectum pro
5 bationis † secundum eum. Accedat quòd Magdalena prędicta est vxor ser Georgii de Spalato. qui ex subsistentia huius matrimonii vituperiũ erat consequuturus, vt infra patebit.

Ser Georgius de Spalato quartus testis productus pro parte Adrianae examinatus die Lunę 28. Aug. 1508. deponit, quòd Adriana quando fuit desponsata dicto Ser Venturae suo iudicio non excedebat annum 10. cum dimidio. cuius dictũ nil probat. quia, vt apparet ex eius depositione fuit mediator in faciendo contrahi dictum matrimonium inter ser Venturam & Adrianam. quo casu certum est, quòd non admittitur ad testificandum nisi vtraque parte cõ
6 sentiente. † glo. est in cap. fin. in verbo in testem. de testi. in 6. quam sequitur Bart. in l. deferre. ff. de iur. fisc. & Barto. & Bal. in l. omnibus in fine. C. de testi. tenet Imol. post Butr. in c. cum nobis. de testi. & specialiter in causa matrimonii tradit Alexan. in consi. 150. incipit in causa & lite. versi. tertia ratione. in 5. volum. & in cons. 154. incipit viso themate in secunda col. in vers. praeterea dictus eo. volumi. hoc idem tenet Barba. in consil. 54. in 4. col. in vers. praemitto etiam in primo volum.

Praeterea alia ratione etiam dicto ipsius ser Georgii non est standum, quia vt ex sua attestatiõe apparet, ipse fuit grauiter redargutus, quòd dedisset puellam tam diuitem ipsi ser Venturę, & quod fuit sibi dictũ, ꝙ tenebatᷓ reddere rõnem Deo de hoc. immo plus dicit in dicta sua depositione, videlicet, quòd fuit deceptus a dicto ser Ventura, & fratribus. ex quibus manifeste infertur, quòd dictus ser Georgius affectabat dictum matrimonium non subsistere, & ideo eius dicto

non

7 non est standum † per ea quæ not. Abb. post Io. Andr. in c. insuper. in 5. col. in vers. sed circa prę dicta. de testib. vbi voluit, quòd quando laus vel vituperium potest mediatori contingere ex validitate vel inualiditate actus, tunc nō admittitur
8 etiam in fauorem illius pro quo gessit, † cuius doctrinam tenuit etiam Anton. de Butr. in c. 2. in penult. colum. vers. quandoquealiter. de arbitr. & in c. cum a nobis. in penult. colum. de testi. refert, & sequitur Dominus Alex. in d. conf. 150. dicto vers. Tertia ratione in 5. volumine, faciunt optimè not. per Decium in consil. 133. in 1. vol. in 3. col. in princ. præterea etiam ipse ser Georgius deponit per verbum iudicio suo, quo casu nil probat, vt supra dictum est.

Dominus Eugenius Cōdulmerius, nonus testis examinatus super capitulis Adrianæ die 15. Nouembris 1508. super quarto capitulo, dixit, quòd Io. Romanellus pater dictæ Adrianæ mortuus est anno Domini 1458. de mense Nouembris, & quòd tunc Adriana iudicio suo bienniū non poterat compleuisse, & sic videtur probare Adrianam natam esse anno 1496. Demum interrogatus super interrogatoriis ser Venturæ super dicto quarto capitulo, dixit, ꝙ si ipsa Adriana, suo iudicio, tempore obitus patris nondum compleuerat biennium tunc debebat esse annorum 12. vel circa. Cuius dictum nō probat, quia & ipse deponit per verbum iudicio suo. faciunt superius dicta circa depositionē Magdalenæ, tertiæ testis. Præterea dum secundo loco super interrogatoriis Venturæ deponit de ætate Adrianæ, quòd tunc debebat esse annorum 10. addit, vel circa. quo casu nil probat, vt supra dictū est. præterea loquitur etiam conditionaliter. dum dicit, si ipsa Adriana suo iudicio tempore obitus sui patris nondum compleuerat biennium, nunc debet esse annorum 12. vel circa.

Nec minus probat Dorotea aliàs Dora Ancilla donnæ Elisabet matris dictæ Andrianæ, quæ videtur deponere, quòd Adriana tempore quo contraxit cū dicto ser Ventnra non habebat 10. annos, quia dicit hoc audiuisse dici a dicta donna Eilsabet matre ipsius Adrianæ, vt apparet in sua depositione, & testis deponens de auditu in his quæ aliter quam per sensus auditus percipi,
9 & sciri debent, nil probat. † text. est, & ibi gl. vbi Anto. de Butr. Imol. & alii in c. tam litteris. de testi. habetur per Felyn. multos auctores citantem in c. tā litteris in vlt. col. in vers. in gl. 1. de testi.

Vlterius alia ratione non probat dictum Doroteæ, quia erat ancilla & famula donnæ Elisabet matris dictæ Adrianæ, & sic ipsius Adrianæ, ex quo insimul Adriana, & prædicta eius mater tunc manebant. cuius dictum tanquam personę
10 domesticæ nil probant, † vt late, per Decium in consil. 133. incipit viso processu, & sententia. in secunda col. in 1. vol. vbi expresse loquitur in cā matrimoniali. nec dubium, quòd seruientes, & ancillantes veniunt appellatione domesticorū,
11 & quòd in causa matrimoniali repellantur. † vt expresè voluit Alex. in supraallegato cons. 150. in 5. col. in vers. vnde seruientes, in 5. vol. 2. Dec. in consi. 133. in 4. col.

Nec dici potest, quòd licet dictum istius mulieris debilitetur ratione inhabilitatis tamē per alios testes plene probantes reintegratur, iuxta ea quæ voluit Ang. in consi. pri. in pri. col. vbi inquit, quòd dictum domestici testis integratur ꝑ
12 alios idoneos, † vt etiam in simili voluit Bal. in l. si quis ex argentariis. §. 1. ff. de eden. quia respōdetur primo, quòd in isto casu non sunt alii testes plene probātes, & adeo probatæ fidei quòd ex eis istius defectus purgari posit, vti supra dictum est. Præterea plures defectus concurrunt in ipsa teste. nam vltra, quòd sic domestica deponit etiam de auditu, quo casu non probat, vt supra est deductum. nec dictum Angeli in d. suo cōsilio videtur vsquequaq; verū: quia idem Angel. videtur tenere contrarium in consil. 128. incipit, in facto proponitur. vbi consuluit, quòd testamentum in quo interuenerūt septem testes, tamen duo ex eis erant affines hæredis instituti,
13 licet alii essent integri testes, non valeret. † Et ex istis manifestissimè apparet, ꝙ pro parte Adrianæ est minus sufficienter probatum, quòd tempore contractus matrimonii inter ipsam, & ser Vēturā, ipsa esset minoris ætatis 12. annorum, & sic in ætate imperfecta ad contrahendum.

Ex quo sequitur, quòd cum ipsa Adriana petierit dictum matrimonium pronunciari nullum ex dicto capite quo casu sibi incumbebat
14 onus probandi, † vt est text. & ibi notatur in l. cum te. C. de proba. vbi Bal. & late per Bar. in l. de ætate. ff. de minor. & non sufficienter probauerit, merito ser Vētura venit absoluēdus, quia
15 actore non probante reus absoluitur. † l. qui accusare. cum vulg. C. de eden. c. inter dilectos. de fid. instru. stante maximè præsumptione contra prædictam Adrianam, quia præsumitur contraxisse matrimonium prædictum in legitima ętate constituta per not. per Bal. in d. l. cum te in 1. col. in princ. C. de probat. vbi dixit, quòd quotiens actus habet debitam formam, ibi pręsumitur habilitas in persona.

Vidēdum modo superest, vtrum ex parte ser Venturæ sit plene probatum de ætate legitima dictę Adrianæ, tempore, quo cum ipsa matrimonium contraxit: & in primis præsuppono illud vulgatissimum, quòd ætas sufficiēs ad matrimonium in muliere est 12. annorum, in viro 14. in
16 sti. † de nupt. in prin. iuncta gl. c. ex litteris iuncta gl. in verbo ętate. de spons. c. continebatur & c. attestationes. de spons. impub.

Item pręsuppono in facto vti verum est, quòd ser Ventura contraxit matrimonium cum dicta Adriana anno Domini 1597. de mense Februarii, vti probāt donna Lucia vxor ser Marini grādi, tertia testis examinata super capitulis ser Venturæ, & ser Bartholomæi quondam Philippi de Vareno. 6. testis, qui concordant in simul, in loco, & tempore, & sunt contestes.

His præsuppositis deuenio nunc ad probationes ser Venturæ, super prædicta ætate Adrianæ, ex quibus clarissimè, constabit Adrianam prędictam tempore contracti matrimonii, cum dicto ser Ventura, habuisse annos. 12. & menses 8. & sic fuisse in legitima ætate.

Et omissis aliis testibus, capio testes, examinatos super articulis ser Venturæ. & primo donna Rosa examinata die 9. Iulii. 1510. deponit, quòd Adriana de qua agitur nata est, an. 1494. in nocte Sancti Andrææ in domo ser Demetrii piscatoris, & quòd eam ex sacro fonte leuarunt ser Petrus de Spalato, & Dom. Eugenius Coldulmerius, cui credendum est super dicta ætate, tum quia, vt ipsa asserit in d. sua depositione eidem Adrianę leuauit chrisma, & sic est effecta cō mater dicti ser Io. Romanelli, & compater ple-
17 ne probat ætatem sui filiozij, † vt voluit Bartol. in consil. suo incipiente, in quæstione vertente inter Dominum Simonem. Alex. in consil. 42. in vlt. colum. vers. nec obstat, in 3. volum. & in l. generaliter. in vers. ex ista. ff. de in ius voc. Fely. in ca. cum nuncius. vers. & inquantum. de testi. Bald. in l. parentes in vers. quæro igitur vtrum. C. de testi. credendum est, etiam dictæ testi ex eo quòd erat viciua dicti. q. Io. Romanelli patris ipsius Adrianę. vicini enim admittuntur ad pro
18 bandam ætatem vicinorum, † vt voluit Bart. in l. de ætate in 2. col. in fin. ff. de minor. & sufficit pro ratione dicere scio, quia sum vicinus, vt per Bart. ni ibidem. quem sequitur Salyc. in l. si minorem. in 2. col. in fin. in vers. quid si obstitrices. C. de in integr. rest. minor.

Concordat cum prædicta teste ser Hieronymus Romanellus decimus testis examinatus super eisdem capitulis Vēturæ die 25. Iulii 1510. qui pariformiter deponit Adrianam præfatam natam esse in nocte vigiliæ Sancti Andrææ anno Domini 1494. & reddit optimam rationem sui dicti, sicut etiam facit Rosa testis supradicta, cum qua ser Hieronymus prefatus est contestis. & sic modo simul plene probant ætatem dictæ Adrianę. Corroborat̄ dictū ipsius ser Hieronymi, quia cum ipse esset filius adoptiuus. q. Io. Romanelli, & maneret in domo, præsumitur scire
19 ætatem dictæ Adrianæ. † l. octaui. ff. vnde cogn. faciunt not. per Bart. in l. sępius allegata. l. de ætate in 2. col. in fin. & in l. de tutela. vbi etiam Bal. C. de in integr. restit. minor.

Donna Elisabet nona testis examinata super eisdem capitulis, eodem anno deponit, ꝙ Adriana filia Zaninæ, quæ nata est eadem noctę, qua Adriana de qua agitur, vt probatur per plures testes in processu, complebit annos 16. in nocte Sancti Andrææ proximè futura, tunc de mense nouembris, quæ optimè probat, quia dicit hoc scire, quia est affinis dictæ Adrianæ Zaninæ per superius allegata. & de ætate prædicta dicit se recordari, quia habet neptē domi, quę in men. Ian. tunc proximè futuro complebit ann. 15. dicens, quòd dicta Adriana Zaninę nata est ante dictam suam neptem per menses 14. & sic reddit bonam rationem, & clarum est, quòd dicta Adriana nata est eadem nocte, qua Adriana Romanelli, vt fatentur testes tam pro parte Adrianæ, quàm pro parte ser Vēturę examinati. de quibus in processu.

Ser Bernardinus de Verona, primus testis examinatus super eisdem capitulis anno Domini 1508. die 29. Augusti dixit, quòd habuit filiā de mense Februarii, & Adriana, de qua agitur, vnà cum Adriana Zaninæ eiusdē testis neptis, natę sunt de mēse Nouembris in vigilia seu nocte Sancti Andrææ, & quòd filia sua de mense Februarii tunc proximè pręteriti compleuit annos 13. & Adrianę prędictę complebunt an. 14. in nocte tunc futura vigilię Sancti Andręę de mense nouembris. cui testi credendum est de ętate filię suę, sicut dicimus in matre per l. etiam ff. de probat. & etiā probat ætatem Adrianæ Zaninæ neptis suæ. consanguinei. n. admittuntur
20 ad probandam ætatem consanguineorum, † vt supra dictum est per not. per Bart. in d. l. de ætate, in 2. col. & Salyc. in d. l. si minorem. C. de in integr. resti. minorum.

Comprobatur dictum præfati testis per depositionem Catherinæ eius vxoris, quæ cum ipso concordat, & sui dicti rationem reddit, cui similiter standum est, dum deponit de ætate Adrianæ eius neptis per supra dicta.

Similiter probatur ætas Adrianæ, de qua agitur per Luciam vxorem ser Marini grando, tertium testem examinatam super eisdem capitulis, quæ concordat cum ser Bartholomæo sexto teste examinato super dictis capitulis ser Venturæ, quia ambo deponunt, quod dum irent ad Ecclesiam Sancti Io. Noui Venetiarum, associantes Adrianam, quæ illuc ibat ad contrahendum matrimonium cum ser Ventura, donna Elisabet mater dictæ Adrianæ dixit ipsis testibus, quòd Adriana filia sua compleuerat tunc annos 12. in nocte Sancti Andrææ proximè præteriti tūc & intrauerat anno. 13. quibus credendum est, quia nō erat verisimile, ꝙ mater ipsius Adrianæ copulasset eam matrimonio ser Venturæ, si non fuisset ætatis nubilis, vt communiter fieri solet argumento l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de ædil. edic. & ita etiam est præsumptio, vt not. Baldus in l. cum te. in secunda col. in princ. C. de probat. vbi dixit, quòd quando actus habet debitam formam, ibi præsumitur habilitas in per-
21 sona, † sed in casu nostro actus habuit debitam formam, quia Adriana prædicta cōtraxit matrimonium cum dicto ser Ventura, in faciem Ecclesiæ, vt est clarum. ergo.

Donna Cicilia vxor ser Lucæ calefatti quarta testis examinata super capitulis dicti Venturę super quinto capitulo dixit audiuisse pluries donnam Isabettam matrem ipsius Adrianæ, de qua agitur, dicentem sibi ipsam redarguendo postquam contraxerat matrimonium cū d. ser Ventura, *vecchia matta, che te vegna la giandussa, tu hai*

tu hai 13. anni e fai materie, & non honori tuo marito. Demum super 12. capitulo dixit, quod ipsa Adriana tẽpore nuptiarum habebat annos 12. & tantum plus, quantum erat a festo Sancti Andrææ apostoli, vsque ad celebrationem ipsarum nuptiarum, & quod ab omnibus iudicata esset maioris ætatis, quia erat grossa, & pinguis. quæ testis circa dictam ætatem Adrianæ concordat cum superioribus testibus, & recte probat, tum quia est mulier bonæ conditionis, & famæ, tum quia duplicem rationem reddit, quare recordetur de prædicta ætate præfatæ Adrianæ. nam dicit, quod illis dictis ante natiuitatem dictæ Adrianæ pater ipsius, qui fuit Ser Demetrius, in cuius domo nata est, ipsa Adriana fuit carceri mancipata ob quandam fideiussionem, & ideo recordatur de dicta ætate. & est bona ratio, per ea quæ notat Barto. in supra allegata.l.de ætate, in tertia colum.in versic.aduocatus, vbi dixit, ꝙ quando quis præcisè non recordatur de millesimo in probanda ætate debet attendere, si qua nouitas facta fuit illo tempore.

22 † Præterea optimè probat dicta testis, quia interrogata super interrogatorijs Adrianæ, quomodo scit præcisè ætatem dictæ Adrianæ dixit, scire, quia vidit ipsam Adrianam nasci cum tũc esset in lecto in eadem coquina, quo casu istius dictum facit indubitatam probationem, iunctũ cum depositione Perinæ matris suæ. idem dicentis infra, vt voluit expressè Bar. in d.l.de ætate in secunda col. in fi. in versi. venio ad secundum, quod ista ætas debet probari &c. Vbi concludit, quod ætas probari potest per obstetrices, quæ interfuerunt tempore partus, & viderunt puerum exeuntem de vẽtre matris, quare probatio est indubitata.

23 †Sequitur donna Perina supra testis examinata super eisdem capitulis, quę super 6. capitu. dixit, quod dum vna cum eius filia Cęcilia esset cũ dicta domina Elisabeth, mater ipsius Adrianæ, dicta Elisabeth, volens arguere Adrianam filiã suam, post contractum matrimonium cum dicto Ser Ventura, dicebat dictę Adrianę filię suæ. *Te vegna la ghiandussa vecchia matta, che tu hai al culo 12. & 13. anni, e sempre serai matta*, & sic concordat cum donna Cęcilia eius filia superiori teste, qualiter Elisabeth mater dictę Adrianę, post contractum matrimonium cum dicto Ser Ventura dicebat, Adrianam habere 13. annos, & licet matri non plene stetur circa ętatem filiæ. l. ẽt & ibi glos. ff. de probat. Tamen illius dictum coadiuuat, & adminiculatur, vt voluit gl. Innoc. in capitu. in pręsentia, de prob. quem sequitur Saly. in d.l. si minorem. in tertia colum. in versiculo, sed quæritur, an coniunctę personæ. C. de in integr. resti. mi.

24 †Vlterius probatur dicta ætas Adrianę per dictam testem, quę deponit, quod Adriana nata est in domo sua, vti etiam fere omnes testes etiã examinati, pro parte dictę Adrianę deponunt, & quod fuit præsens, & recepit dictam Adrianam nascentem vnà cum obstetrice, quo casu optimè probat, vt latè dictum est supra in depositione princ. per not. per Bart. in d.l. de ętate in secunda colum. in fi. iuncto igitur dicto Cęcilię superioris testis cum isto, ut supra dictum est, faciunt probationem indubitatam, de ętate dictę Adrianę, quam dicta prima dicit, quòd tunc in proximo festo Sancti Andreę complebit an. 13. & dicit Bar. in supra allegata.l. de ętate in secunda colum. in fi. quod cum actus parturiendi sint

25 in occulto. difficillimum est probare† minorem ætatẽ, probatio talis fieri debet per obstetrices, quæ fuerunt pręsentes, & viderunt puerum exe

26 untem de ventre matris. †allegat. l. 3. §. duæ. ff. ad Carbo. & ideo dicit ipse, ista probatio esset indubitata, si haberi possit: Sed si haberi non posset, tunc ista probatio posset fieri per consanguineos, & vicinos. Ista sunt verba Barto. ex quibus clarissimè patet, quòd ex parte Ser Venturę vltra alios plures testes, quos supra retuli ꝑ donnam Cęciliam, & donna Perinam supra ꝓximè adductas testes ætatis Adrianę, quod tunc esset. 53. anno Domini 1508. de mense Nouembris, in festo Sancti Andreæ, ętatis 13. ann. plenissimè probata sit: ex quo sequitur, quod anno Domini 1507. de mense Februarii, quando Adriana contraxit cum dicto Ser Ventura, erat ętatis 12. annorum, & tanto plus, quantum erat a mense Nouẽbris, vsque da mensem Februarij, quo tempore despõsata fuit dicto Ser Venturæ, & ita in effectu, probant omnes supradicti testes, producti pro parte Ser Venturę, qui nemine discrepante deponunt, de prędicta ętate anno. 12. & menses 8. si recte fiat calculus.

Nec dubitandum est, de aliqua subornatione testium ex parte dicti Ser Venturę, quia non est verisimile, quod homo non multum diues, potuisset tot testes subornare, quorum nullus ab aliis differt in probatione dictę ætatis, & eorũ dictum integrum est, argumento tex. in c. prudentiam. in princ. ff. de offic. deleg. facit, quia prędicti testes deponunt verisimile, vnde sequitur, ꝙ quàm ferri debeant testibus Adrianæ non veri-

27 simile deponentibus.† facit text. in l. cum de ætate. in fi. ff. de probat. non enim verisimile est, quod donna Elisabeth mater dictæ Adrianæ copulasset eam matrimonio Ser Venturę, nisi Adriana fuisset in ętate legitima, iuxta no. per Bal. in d. l. cum te. in 2. col. in princip. C. de probat.

Nec habet facere dubium, quod per quàm plures testes pro parte Adrianæ productos, vt in processu apparet, vt videatur probari, quòd Adriana tempore, quo nupsit dicto Ser Venturæ non dum haberet annos 12. quia dicti testes variant inter se. aliqui .n. deponunt, quod tunc Adriana habebat ann. 10. aliqui, quòd habebat ann. 11. alii vero, quod habebat ann. 11. cum dimidio, vt facile videri potest eorum dicta discurrendo. Non tamen prædictæ testes taxatiuè loquuntur, adeo, quòd videantur negare Adrianam non habuisse tunc ætatem legitimam, quo casu

casu dici possit, quòd non sunt contrarii testib. Ser Venturæ probantibus de maiori ætate, quã ipsi deponant, vt in simili eleganter consuluit Alexan.in cons.206.incipit,visa consultatione. in secundo volum.vbi consuluit, quod licet aliqui testes deposuissent de minori summa: tamẽ standum esset illis.de minori summa non loque
28 bantur taxatiuè,† vt latè per eum ibidem.

Sed posito, quòd pariter esset probatum, super ætate dictæ Adrianæ, ab vtraque parte. Nihilominus partes Reuerendissimę Dominationis, vestræ sunt in pronunciando in fauorã validitatis matrimonii, cui in dubiis iura fauere iu
29 dices volunt,† iuxta tex.in fi.de sententia, & re iud.& in cap. ex litteris, iuncta glos.in verbo, in liberali.de probat. quinimmo dicit Abb. in ca. fin.de despon. impub.in fi. aliis verbis,quòd in dubio semper est iudicãdum, pro matrimonio.
30 † & aliàs licèt regulariter a communi opinione non sit recedendum,sed secundum illam sit iu
31 dicandum,† vt voluit Ioan.And.& omnes Doc. in cap.1.de consti. vbi Felyn.in penul.col. in fi. & est text. in c. nouimus, de verbo. significa. & ibi Butr. in ca.de iudiciis.3.q.3.in l.1.ff.de offi. questo. Nihilominus in causa matrimoniali opinio vnius Doctoris, vel minoris partis stans pro matrimonio præualet,& illi statur contra cõ
32 munem opinionem,† secundum Hostien. in c. si vir.de cogna.spiri. quem exclamat Abb. ibi & Imo.in l.1.in secunda colum.ff.solu. matrim. & Abb.in cap.1. de re iudic. quos omnes refert, & sequitur Fely.in d.c.1.in vltima colu.de consti. hanc etiam doctrinam, vltra alios sequitur Clarissimus, & verus iuris interpres Iurisconsſ. ętatis suæ princeps Dominus Ioannes Campegius,
33 † Reuerendissime D.V.genitor in tracta.suo,de dote.in prima parte.q.80.in §. ipsi autẽ dot.ipsarum post princ.vbi & ipse eleganter dicit, quod vbi agitur de matrimonio substinendo singularis opinio præfertur communi tendẽti ad illius
34 dissolutionem † nisi communis opinio haberet tex.apertum pro se,pro qua opinione vltra alios adducit texs.singularem in l.1.§.53. neque. C. de vet.iur.enucle.

Et ex supra dictis, concludo, quod clarissimè probatum est Adrianam, de qua agitur, tempore, quo matrimonium contraxit cum supradicto Ser Ventura fuisse in legitima ætate constitutã, & sic tale matrimonium fore, ac esse legitimum, & validum, sicque pronuntiandum pro V.Reuerendis. D.de cuius iustitia, integritate, ad doctrina iudicandique peritia plurimum cõfido, &c.

Et ita sentio, ac Iuris esse arbitror, Ego
Hieronymus de Gigantibus
I. V. Doct.

PRO DOMINIS FRANCISCO DE Taurilia, & Antonia Pellegrina iugalibus, contra Iacobum de Campo Sancti Petri, in causa matrimoniali.

SVMMARIVM.

1 Matrimonialis causa grauis est, & magni ponderis, & criminali æquiparatur.

2 Matrimoniales causas non nisi Episcopis curia Romana committere consueuit.

3 Iuramentum in supplementum defertur, in causa, in qua testis vnus omni exceptione maior deposuerit.

4 Iuramentum in supplementum, in causa matrimoniali, etiam si quis habuerit pro se vnum testem omni exceptione maiorem, defertur.

5 Iudex discretus, & circunspectus omnibus ritè, & rectè consideratis qualis & quanta fides testibus adhibenda sit, iudicare debet.

6 Testes duo ad probationem matrimonij sufficiunt, & tam mares, quàm fœminæ, siue agatur ad coniungendum matrimonium, siue ad disiungendum.

7 Verba in contrahendo matrimonio secundum magis cõem opinionem modernorum non requiri.

8 Testes etiam si fuerint extra cameram de tempore matrimonij contracti, & contrahentes non viderint, si tamen illorum voces notas habuerint, probant.

9 Testes si non facerent, nisi semiplenam probationem, concernentibus, tamen alijs adminiculis coadiuuantibus eorum dicta plenam facerent.

10 Mater data disparitate in causa matrimoniali non admittitur in testem, & quibus concurrentibus admittatur.

11 Disparitas in causa matrimoniali non allegata, paritatis præsumptionem inducit.

12 Testes deponentes famam extare, de matrimonio, licèt non dixerint apud maiorem partem viciniæ, nihilominus probent.

13 Testes examinati coram iudice seculari, quòd fidem faciant, etiam coram Iudice ecclesiastico.

14 Testis referens se ad quandam aliam depositionem aliàs parti factam, quòd probet.

15 Testis deponens de auditu ab alio, quo casu præsumptionem faciat.

16 Matrimonium præsumptiuè probari ad effectum filiationis tantum, & successionis bonorum.

17 Dotis instrumentum, quod aliàs matrimonium non probat. sed ad probandum, quem esse legitimum, quo ad successiones bonorum sufficiat.

18 Natus ex masculo, & fœmina simul habitantibus, quòd legitimus præsumatur.

19 Verba quantum ad ecclesiam, quòd sint de substantia matrimonij, & ita communi opinione teneri.

20 Testis deponens super facto noctis tempore contingenti, si non dixerit lunam lucere, vel ibi lumen fuisse, non probat.

21 Testi deponenti de actu gesto de nocte, etiam si nostras habuerit voces, quòd non probet, sed inditium tantum faciat.

Testis

22 *Testis in his, quæ voce percipi possunt, etiam si noctis tempore rem gestam dixerit, quo casu probet.*
23 *Testis vnicus, & singularis non probat.*
24 *Testes mille singulares tantum probant, quantum vnus.*
25 *Testi, qui per annos tres continuos Eucharistiæ sacramentum non sumpserit, fidem non adhiberi. & moriens ecclesiastica sepultura carere debet.*
26 *Testis infamis infamia saltim canonica a testimonio repellendus est.*
27 *Testis habilitas, quòd de tempore depositionis attendatur.*
28 *Iudicis partes in confessum nullas alias esse, nisi in condemnando.*
29 *Emendatio non probatur per assertionem criminosi in foro fori, sed in foro poli tantum.*
30 *Dispositionem. c. omnis vtriusque sexus nonseruans, quòd sit excommunicatus a iure.*
Excommunicatus autem a iure repellitur a testimonio etiam, quòd non sit denuntiatus.
31 *Infamia irrogatur ex condemnatione confessata, qua licèt nō repellatur testis in totum, debilitatur tamen eius dictum.*
32 *Confessio testis, quòd occasione delicti conditionatus fuerit, quòd præiudicet producenti testem.*
33 *Teste coniuncto maxima amicitia producenti minus standum.*
34 *Amicitia cum patre in causa matrimoniali, quòd sit in maxima consideratione.*
35 *Mulierem inhonestè viuere leuioribus probationibus verificari & solas coniecturas sufficere.*
36 *Scholaris ingrediēs domum alicuius mulieris, quòd non præsumatur dicere Pater noster.*
37 *Spirituales qui sub spetie boni, sæpe visitant mulieres, reprehendi debent.*
38 *Thori separatio peti potest, si probetur, quòd vxor passa fuerit aliquem manum apponere ad eius pectus. Item si pernoctaret sine causa extra domum.*
39 *Vxore alicuius in balneo cum alio reperta, quòd maritus ad thori separationem agere possit.*
40 *Aliquem malè viuere, qualiter sufficienter probatum dicatur.*
41 *Vicinus præsumitur scire facta vicini, & consanguinei facta consanguineorum scire præsumuntur.*
42 *Timor ne mulier patiatur stuprum in viris bonis timore mortis maior est.*
43 *Probatum per duos testes pauperes non plene probatum dici.*
44 *Testi pauperi si quid detrahitur suppleri potest ab alio teste multum fide digno.*
45 *Testes deponentes de bona fama alicuius, quòd præferantur testibus contrarium deponentibus.*
46 *Probationes si pares extiterint, quæ fauent iuri communi præferuntur.*
47 *Testibus duobus in specie deponentibus magis credendum, quàm pluribus in genere.*
48 *Probationes in specie factæ contra aliquem, semper præualent probationibus in genere factis.*
49 *Præsumptiones in specie tollunt præsumptiones in genere.*
50 *Actus immißionis anuli visu tantummodo non voce percipi potest.*
51 *Testi si potuerit videre testatorem, licèt cum aliqua difficultate, puta per rimulam, vel fissuram standum esse.*
52 *Testium dicta coadiuuanda non vacillanda.*
53 *Testis deponens per sensum visus id quod tantum percipi poterat per sensum auditus, probat.*
54 *Testi non deponenti de non verisimile, non creditur.*
55 *Temporis diuersitate actuum diuersitatem induci.*
56 *Testibus discordantibus de tempore si actus sit reiterabilis, ut puta matrimonij, vel adulterij, quòd semper præsumatur pluralitas actuum ad euitandum periurium. Secus si reiterabilis non esset, vt puta homicidij.*
57 *Temporis venatio non vitiat dicta testium, vbi tempus non est de substantia.*
58 *Testes, quòd non dicantur varij, vel contrarij, quando vnus plus dicit, quàm alius.*
59 *In incertis, non certis locus est coniecturis.*
60 *Testes si sint singulares, etiam si contestes haberent, non probarent.*
61 *Testis vnus, si dixerit contrahentes conuenisse in vigintiquatuor denarijs, alter vero de duobus solidis, licèt concordent in eadem summa, tamen propter verborum discrepantiam singulares præsumuntur.*
62 *Varietas in causa matrimoniali, quòd dicta testium non vitiet.*
63 *Mater non præsumitur, quæ filium non diligit.*
64 *Stupri timor tam in viro, quàm in muliere timore mortis maior est.*
65 *Testis vnus si probet, quòd contrahentes essent Bononiæ, alter vero, quod essent Mutinæ, cum possint esse eadem die in vtroque loco, non probat.*
66 *Testis qui non iuratus deposuit, non probat.*
Idem si sine mandato Iudicis.
67 *Notario asserenti de mandato Iudicis, iuramentum detulisse testi non creditur.*
68 *Notario mortuo magis credendum.*
69 *Clericus licet prohibitum sit conficere instrumentū vti notario, tamen si clericus instrumentum conficiat, valet.*
70 *Stilus est quid facti, nec præsumitur, nisi probetur.*
71 *Testes singulares non probant, si quando agatur de probatione certi actus.*
Sed ad probandam hæresim admittuntur.
72 *Testes inducti ad probandum matrimonium, si antequàm examinarentur, interrogati si aliquid de dicto matrimonio scirent, responderint nihil penitus de illo scire, & contrarium deposuerint, quòd de falso puniri possint.*
73 *Testis, qui primo extra iudicium vnum, in iudicio verò dixerit aliud, quòd de falso suspectus sit.*
74 *Testis si dixerit vnum extra iudicium in gratiam partis cum potens esset, & contrarium in iudicio cum iuramento deposuerit, primo dicto standum non esse.*
75 *Dictum testis iurati, vel non iurati, cui magis standum sit.*
76 *Testi deponenti de auditu licet minus standum sit, quòd tamen indicium faciat.*

Semel

77 *Semel malus à tribus annis citra, quibus concurrentibus emendatus præsumatur.*

78 *Semel malus, quòd semper præsumatur, cum mutatio vitæ hominum non vsquequaque facilis sit.*

79 *Testis interrogatus super eo, quod quis possit esse malæ conditionis & famæ, & ipse ignoret, respondens, quòd sit, non probat.*

80 *Testis singularis non probat.*

81 *A communi opinione in iudicando recedendum non esse.*

82 *Glosæ auctoritas, aliorum auctoritatem antecollit.*

83 *Hostiensis opinioni pro matrimonio magis standum esse, quàm aliorum contrarium sentientium.*

84 *Matrimonij fauorem cessare, vbi animarum periculum cesset.*

85 *Testes extra cameram existentes, quibus concurrentibus matrimonium probent.*

86 *Parentes, quibus concurrebtibus ad matrimonij probationem admittantur.*

87 *Amor si quando tractetur de probanda copula carnali, quòd multum operetur.*

88 *Amor ad hoc, vt adminiculetur in matrimonio contrahendo, quæ requirantur.*

89 *Paritas vel disparitas inter contrahentes matrimonium qualiter attendenda.*

90 *Testes deponentes de fama publica non probare, nisi famam apud maiorem partem extare dixerint.*

91 *Testis super fama deponens, quòd nominare debeat saltem vnum ex eis, a quibus audiuit.*
Etiam si interrogatus non fuisset.

92 *Probatum in vno iudicio inter alias personas, in diuerso iudicio inter diuersas solum indicium facere.*

93 *Testi qui super interrogatorijs partis dixerit, quòd vellet vincere partem, pro qua deposuit, nulla fides adhibenda venit.*

94 *Affectio præsumpta, quòd expellat testem.*

95 *Testis non debet magis in vnam, quàm in aliam partem inclinare.*

96 *Testis varians, & si ad concordiam aliquo modo reduci possit, id fieri ad euitandum periurium non vt probet.*

97 *Testes deponentes de auditu, licèt faciant saltem indicium, aliquando tamen secus est.*

98 *Testes deponentes de auditu ab vno & eodem, non probant.*

99 *Compater pro compatre in causa criminali testis esse non potest.*

100 *Probationes leuiores requiruntur in ijs, quæ de nocte fiunt.*

101 *Testes minus idonei requiruntur in probando matrimonium per vim, & metum contracto.*

102 *Factum antiquum secũdum communem opinionẽ, in quo leuior probatio requiritur, est centum annorum.*

103 *Matrimonium si incidenter probandum sit, & ad effectum succedendi, & filiationis, quòd leuiores probationes requirantur, & dotis instrumentum sufficiat.*

104 *Doctoris dictum intelligi debet secundum legem, quam allegat.*

105 *Intellectus l. in libera, & l. in concubinatu. ff. de ritu nuptiarum.*

106 *Tractatus pro vxore, & quod vir vocauerit aliquã in vxorem matrimonium probant, quo ad legitimitatem filij.*

CONSILIVM XXXVIII.



IN præsenti causa, quæ vertitur inter D. Franciscum, & Antoniã Pellegrinam iugales de Taurilia ex vna & D. Iac. de Campo sancti Petri aduersarium, ex altera operæ pretium esse arbitror con-
1 siderare in primis & ante omnia, †quòd sumus in causa matrimoniali, quæ grauis est & magni ponderis patet, quia æquiparatur causæ criminali, vt habetur per doctores in l. admonendi. ff.
2 de iureiuran. †Et hinc est, quòd propter eius grauitatẽ de stilo curiæ, non nisi Episcopis committi consueuit. Spec. in tit. de rescrip. præsen. in §. ratione autem formæ, in versiculo. Nunc ad instructionem Fely. in rubr. de spons. colum. pen.
3 † & propter huius causæ grauitatẽ, licèt alias regulariter, quando quis habet vnum testem omni exceptione maiorem, qui deponeret de rei veritate in supplementum deferatur ei iuramentum per ea, quæ habentur in d. l. admonendi.
4 & in l. in bonæ fidei. C. eo. titulo. In causa † tamen matrimoniali, si quis habeat testem omni exceptione maiorem, & cui nil opponi possit, qui deponat de matrimonio, tale iuramentum nullatenus deferri potest glos. est ordi. in c. mulieri, de iureiuran. approbata ab omnibus, vt ꝑ Decium in consil. 133. incipit viso processu, &
5 sententia, in primo volum. † Considerandum etiam quales sint testes in ea examinati. Cuius famæ & condictionis an verisimile deponãt, an deponant per sensum iuris vel auditus, quibus rationibus mouentur, & an ea quæ deponunt possibilia sint, quibus omnibus rectè & maturè cõsideratis discretus, & circumspectus Iudex iudiciarius habet qualis & quanta fides adhibenda sit ipsis testibus, iuxta tex. in l. 3. §. 1. ibi tu magis scire potes. ff. de test.

Istis sic præmissis, videndum est, an Dominus aduersarius probauerit sufficiẽter matrimoniũ aliquod contractum fuisse inter quondam Ser Bernardinum de Campo sancti Petri & Apolloniam de capitibus vini, ad quod inducti fuerũt plures testes, sed duo tantum deponere videntur de contractu dicti matrimonii, videlicet Dominicus Badia, & dictus Andreas a sapone, circa quos videndum est, an probent aliquod matrimonium inter prædictos. & breuiter videtur dicendũ, prima facie, quòd sic, quia præfati duo testes dicunt se fuisse præsentes desponsationi, & contractui matrimonij inter præfatos contracti
6 iam annis 48. in circa. † sufficiunt enim ad probandum matrimonium duo testes. l. vbi numerus. ff. de testi. c. nouit. de iudi. & not. Abb. in c. super eo in tertio notabili, de testi. vbi dixit, ꝙ

siue

siue agatur ad disiungendum siue ad coniungẽdum matrimonium, duo testes tã mares, quam fœminæ sufficiunt.

Secũdo, quod prædicti duo testes dictum matrimonium probent, facit, quia licèt non depo-
7 nant, quòd† Apollonia protulerit verba matrimonii: Nihilominus ex quo passa est se desponsari per annuli immissionem matrimonium tenet, quia secundum magis communem opinionem Modernorum verba non sunt de substantia matrimonij, vt tradunt Hostien. & Abb. in c. tuæ, de spon. & Franciscus Aret. In consil. 13. & Lappus alleg. sua 57. in fine. vbi dixit, quòd licèt verba prolata fuerint a viro tãtum, si mulier passa fuit se a viro subarrari per annuli immissionẽ, & præcesserat tractatus de contrahendo, matrimonium tenet. ad quod facit doctr. Abb. in c. fi. de despon. impube. vbi dixit, quòd quando verba vnius tantum præcesserunt, immissio annuli denotare habet verbum expressum.

8 †Tertio facit, quia & si in isto casu Badia alter ex duobus testibus deponentibus de matrimonio non viderit Andream a sapone alterum testem, neque sciuerit illũ adesse intus cameram, & Andreas non cognouerit Badiam. Nihilominus ꝓbetur, quia possumus dicere, quòd idem sit in casu isto, veluti, quando testes sunt extra cameram, & contrahentes non viderunt. Tamen eos audierunt contrahere matrimonium, quia probant si illorum voces notas habebant, vt tradit Spec. in titu. de teste. §. 1. versicu. quid si viro & vxore, & per Deci. allegantem alios in consilio 163. colum. secunda.

9 † Quarto pro ista opinione facit, quia licèt prædicti testes non facerent nisi semiplenam probationem. Nihilominus adsunt in casu isto tot adminicula, quòd efficiunt plenam probationẽ. Primum nanque adminiculum coadiuuans dicta dictorum testium est, quòd præfati Bernardinus & d. Apollonia se inuicem amabant. quod videtur probari per Badiam primum testem, & & per Laurentium a Campanis tertium testem
10 Iacobi. † quòd autẽ amor adminiculetur, patet, quia licèt alias mater data disparitate non debeat admitti in testem. In causa matrimoniali, pro filia c. super eo. el secondo. de testi. Nihilominus probato, quòd ille superior puta diuitiis vel nobilitate amabat filiam, testimonium matris admittitur, vt per Doct. in dicto capitulo super eodem.

11 †Secundum adminiculum est, quia ex quo disparitas non allegatur, in casu nostro præsumitur paritas, sed paritas inter cõtrahentes efficit, vt etiam mater admittatur, quæ alias non admitteretur iuxta text. in d. c. super eo. & l. parentes. C. de testi. Ita notatur per Doct. in dicto capitulo super eo. vbi voluerunt, quòd data contrahẽtium paritate mater sit idonea testis, in causa matrimoniali filiæ. si igitur parentes admittuntur, hoc casu, qui tamen non sunt omni exceptione maiores, vt Doct. notant in l. admonendi. ff. de iureiuran. maximè, quia etiam data paritate, nihilominus nõ carent suspicione, vt not. Car. in dicto super eo. quãto magis extranei licèt nõ omni exceptione maiores?

12 †Tertium adminiculum, ex quo dicta dictorũ testium comprobantur, est fama de matrimonio prædicto, de qua deponunt duo testes, videlicet Dominicus Badia primus testis, & Iacobus Berta palea septimus testis. qui testis, licèt non dicatur, quòd talis fama esset apud maiorem partem viciniæ: Tamen probant, iuxta not. per Ias. in l. non hoc. in tertia colum. C. vnde legit.

13 †Quarto adminiculatur depositio Benedicti Ottolini, in actis producta, qui examinatus iã multis annis coram Iudice layco, & inter alias personas, videtur deponere Bernardinum sibi dixisse, quòd promisserat Apolloniam in vxorẽ ducere. nam licèt sit examinatus inter alias personas, indicium, tamen facere videtur, in casu nostro, iuxta Docto. Ant. & Abb. in c. cum quæ el primo, vbi Felyn. in quarta colum. in versic. tertia regula de testib. quod procedit etiam si testes fuerunt examinati primo coram seculari. nam fidem faciunt coram ecclesiastico, vt per Felyn. in dicto capit. causam quæ in prima colum. ver. limita primo.

14 †Quintum aminiculum est depositio Checchi Lisari, qui examinatus in causa ista pro parte d. Iaco. aduersarii, refert se ad quãdam eius depositionem alias factam in alia causa coram Iudice seculari, & inter diuersas personas, in qua deponit, quòd Bernardinus de Cãpo sancti Petri, alias contraxerit matrimonium cum d. Apollonia, quo casu testis probat ita se referens. Barto. in l. eos. ff. de fals. Alex. in consil. 133. colum. tertia in fi. in primo volum. Soci. consil. 194. lib. 1. & licèt testis iste dicat se scire, quia stabat in domo dicti q. Bernardini, eius dictum intelligitur omni meliori modo, quo fieri potest. Ita Bal. in capitulo tertio loco, vbi Felyn. columna tertia, de probat.

15 † Sextum adminiculum est dictum illorum de Zacchis testium examinatorum pro parte Domini Iacobi, qui deponunt, quòd Dominus Nicolaus eorum patruus dum viueret, eis dicebat, quòd ipse Iacobus erat filius dicti Bernardini legitimus, quia licèt deponant de auditu ab alio, psumptionem, tamen faciunt. Alexander consilio 77. in versiculo, quartum indicium. primo volumine.

Septimo adminiculatur, quia dictũ matrimonium factum fuit de nocte & in his, quæ fiunt de nocte, leuiores probationes sufficiunt, vt per Deci. in consilio 163. Alexan. consil. 166. in secundo volum. incipit, animaduersis.

Octauum adminiculum est, quia sumus in facto antiquo, in quo sufficit leuior probatio, vt puta per famam, & inditia. Alex. consil. 186. lib. 2. & consil. quarto eo. lib. Decius in capitulo primo, colum. 4. de appel.

16 †Quinto principaliter pro ista opinione facit, quia

quia in casu nostro tractatur, de matrimonio probando ad effectum filiationis tantum, & successionis bonorum, quo casu sufficit matrimonium præsumptiuè probare, vt voluit Bald. in l. filium diffinimus. ff. de litteris, qui sunt sui, vel
17 alie. iur. † vbi voluit, quòd tali casu instrumentum dotis, quod alias matrimonium nõ probat, Doct. in capitulo. illud, de præsump. sufficiat ad probandum quem esse legitimum, quo ad successionem allegat tex. in auct. vt fra. fil. post prin. & ita per illum tex. videtur etiam velle Floria. in
18 l. harum, in §. si quæratur. ff. si serui. vend. † Et ad prędicta facit dictum domini Abb. in capitu. lator. qui fil. sint legiti. vbi voluit, quòd natus ex masculo, & fœmina insimul habitantibus pręsumatur legitimus, & sic, ꝙ inter tales matrimoniu præsumatur allegat. l. in libere. ff. de ritu nupt.

Istis tamen non obstantibus contrariam partem de iure veriorẽ esse arbitror, videlicet quòd in processu non sit sufficienter probatum matrimoniuu aliquod etiam ad effectum prędictũ.

Et hãc partem firmo pluribus mediis. Et primo, quia Dominus Badia primus testis examinatus deponit de actu ipsius matrimonii, nec attestatur aliqua verba fuisse prolata per Dominam Apolloniam, sed quòd tantum Bernardinus lo-
19 cutus est, † & tamen clarum est, quòd quantum ad Ecclesiam verba sunt de substantia matrimonii. tex. est qui cauillari non potest. in capitulo, tuę. de sponf. & ita tenuit Inn. ibi rationib. de quibus per eum, & hoc idem voluit ibi glo. & in l. cum notissimi. C. de pręscript. triginta ann. idem tenuit Tancre. & Barto. Brixiensis, vt referunt Docto. in dicto capitulo tuæ, & Cald. consil. 5. in titulo de sponsa. vbi allegat idem tenere beatum Thomam. Bal. in dicta l. cum notissimi. Bal. in l. ad recognoscẽdũ. C. de ingenuis, & ma. hoc idem voluit Ioan. Andr. in capitulo primo, in fi. de desponf. impube. lib. 6. hanc etiam partem tenuit Alexan. in consil. 287. incipit, quoniam abunde, in principio, in secundo volumine, & Bald. in c. ex transmissa, de restit. spol. Et glos. ordi. in c. si rector distinc. 43. qui hoc idem Imo. in l. 1. §. si quis ita. ff. de verb. oblig. Et ista effectualiter est communis opinio quicquid dicat Abb. in dicto capitulo tuę, qui contrarium tenuit Hostiensem sequendo, quem videntur etiã sequi Card. & Petr. de Ancharano ibidem, sed Ioannes Andreas in dicto capitulo tuæ distinguẽdo dicit, quòd aut processit tractatus de matrimonio contrahendo, & tunc vera sit opinio Hostien. tenentis, quòd verba non sint de substantia matrimonii in loqui ualentibus, aut nõ præcessit tractatus, & tunc vera sit opinio Inno. in casu autem nostro de matrimonio contrahendo nullus processit tractatus saltẽ legitime probatus, vt patet ex processu. sequitur ergo, quòd præfatus Badia nil probet, quo ad matrimoniũ prædictum.

Secundo, quòd iste Badia testis non probet facit, quia deponit, quòd præfatus Bernardinus iam annis 46. in 47. contraxit matrimonium cũ d. Apollonia circa tertiam horam noctis. quam Apolloniam stantem ad fenestrã, & ipse existens sub portieu vidisse & cognouisse dicit. & similiter dicit vidisse dictum Bernardinum eandem
20 Apolloniam despõsantem annulo. † & cum nõ dicat, quòd luceret luna, vel quòd ibi adesset lumen, non probat, vt voluit Bal. in l. si non speciali. C. de testam. & in l. Aretusa. ff. de stat. homi. & in capitulo primo. §. porro in titulo, quæ fuer. prima cau. bene. amit. Ange. in l. 1. §. interdum. ff. si pars hær. pet. Ang. de Aret. in tract. male: in versiculo comparent dicti inquisiti in fi. & idem Ang. instit. de act. §. quadrupli. & Bald. in l. si cũ exceptione. §. in hac propter gl. ibi. ff. quod met. cau. vbi etiam Ange. & plura ad hoc adducit Felyn. in capitulo sciuit, in tertia columna, in ver. secunda declaratio. de senten. & re iudicata. & idem Fely. in capitu. cum causam, el primo. col. sexta, in versiculo. secunda conclusio, & in ver. & propter istam. de testib. & Crottus Dominus meus in tract. suo, de testi. in §. aggredior nunc in fina. colum. in versiculo, notate, &c.

21 † Nec habet obstare si dicatur, quòd testes deponentes de actu gesto de nocte, si notas habebant voces contrahentium, vel interuenientiũ in actu ipso probatur, licèt non dicant, quòd luna luceret, vel ꝙ ibi esset lumen, vt voluit Bald. in l. si non speciali. C. de testamen. quia respondetur dupliciter. primo, quòd Baldus in dicta l. si non speciali, non dicit tales testes probare, sed quòd faciunt indicium.

22 † Secundo respondetur, quòd posito, quòd dicti testes probarent, intelligi hoc sane debet in his tantum, quæ voce percipi possunt. sed dictus Dominicu s deponit de annuli immissione, qui est actus momentaneus, & visu tantum percipitur, igitur in hoc non probabit per supradicta. Tertio dicitur, quòd cum ipse Badia non deponat dictam Apolloniam loqutam fuisse, nõ possumus dicere, quòd eam uoce cognouerit, quinimmo dicit illam, & Barbaram d. Apolloniæ cognatam vidisse, quòd esse possibile non videtur, ex quo erat de nocte per supradicta.

23 † Tertio non probat Badia, quia est vnicus, & singularis. non enim video ipsum habere contestem, & hoc etiã ex eius depositione depræhenditur. dicit enim, quòd tempore contracti dicti matrimonii non aderant alii, nisi Domina Barbara cognata Dominę Apollonię, & ipse, & sic tã quam singularis nil prob. l. solam. C. de testi. & l. iurisiurandi. C. eo. capitu. licèt causam, de pro-
24 ba. habetur in l. ob carmen. ff. † & dicit alibi Bal. in l. de quibus. ff. de legit. & idem Bald. in rubr. de controuer. Inuestit. feu. in vsib. feud. quòd mille testes singulares tantum probant, quantum vnus.

25 † Quarto nõ debet fides aliqua adhiberi Badię, quia vt ipse fatetur in sua depositione per tres annos continuos, vsque ad tempus depositionis inclusiue non sumpsit Eucharistiæ sacramẽtum,

tum, & sic non seruauit dispositionem capit. omnis vtriusque sexus, de peniten. & remis. erat igitur inhabilis. patet; quia viuens ab ingressu Ecclesiæ arceri debet, & moriens Ecclesiastica carere debet sepultura, non seruans præceptum d.c. erat igitur Badia d. depositionis tempore infamis infamia saltem canonica merito repellen-
26 dus a testimonio, † etiam quòd ex post emendatus fuisset, quia habilitas in teste requiritur, tempore depositionis habetur in capitulo testimonium. de testi. in l. prima. C. de testi. & in l. ad testium. ff. eod. in §. conditione Spec. in tit. de test. §. 1. versicu. quid si testis, & per Ange. in consil. primo. & tanto magis hoc considerandum est in persona Badiæ, quanto ipse septuagenarius in hoc peccato ibi insorduit per tres annos continuos perseuerando in peccato mortali, quod ipsum inhabilem efficit ad testimoniũ, vt tradit Alber. in tract. de testi. §. consequenter est videndum, & est ratio, quia cum tempore depositionis suæ Badia non habuerit bonam fidem, quod ad Deum non præsumitur homini fidelis fuisse, & c. non potest 2. q. 6. & clarum est, quod
27 † peccatum mortale maximè, in quo quis insorduit, prout in casu nostro fecit Badia repellit testem, vt tradit Card. in dicto capitulo. testimonium. vbi Felyn. columna secunda, versic. Tertio nota. facit, quòd idem Felyn. dicit in dicto capitulo. testimonium. in prima colum. in versi. secundo, non vt fiat. vbi dixit, quòd obiicitur testi, quòd non seruauit d.c. omnis. de penit. & remis. habet hoc probare, nisi hoc esset publicũ sentiens, quòd hoc probato, etiam quando non esset publicum, testis repellatur, & idem voluit Dominus Antonius ibidem colum. secunda, in versic. quæro, quando dicatur, quanto magis in casu nostro, ĩ quo Badia id expressè fatetur, quo casu ei credi debet fatenti delictum suum, Spec. in titulo de test. §. primo, columna decimatertia, in ver. quid si testis. ergo frustratoria est omnis probatio circa famã ipsius Badiæ, cum in confessum nullę sint partes iudicis, nisi in condemnã-
28 do. l. proinde. ff. ad leg. aquil. † & talis confessio præiudicat producenti testem, vt tradit Spec. in titulo de testi. in §. nam de interrogatoriis col. vltima, versiculo, sed nunquid. Nec obstat si dicatur, quòd Badia per duos vel tres menses post purgauit eius contumaciam, & confessus fuit, & Eucharistiam sumpsit, quia posito, quòd hoc verum esset, sufficit ad ipsum repellendum inhabilitas tempore depositionis, nec est in consideratione illud, quod sequitur ex post per supradicta. Nec obstat etiam si dicatur, quòd Badia dicit, quòd paratus est confiteri, ex quo apparet de eius contritione, propter quam tollitur peccatũ. Abb. in dicto capitulo omnis vtriusque: colum. penultima, † q[illegible]deo, quòd illud in foro poli procedere potest, sed nos sumus in foro fori, in quo emendatio non probatur per assertionem criminosi, vt habetur in dicto capitulo testimonium, & de occultis non iudicat Ecclesia in foro fori. accedit, quòd hoc est crimen repellens a promotione. patet, quia viuens quis arcetur ab ingressu Ecclesiæ, dicto capitulo omnis
30 vtriusque sexus. † Præterea non possumus negare, quòd non seruans dispositionem dicti capituli omnis, non sit excommunicatus a iure, vt patet in d. tex. excommunicatus autem a iure repellitur a testimonio, etiam quòd non sit denuntiatus, vt tradit post alios Felyn. in capitulo Rodulphus in uersic. sed declaratoria colum. ulti. d. uersiculi, circa finem.

31 † Quinto fidem Badiæ diminuit, quòd ipse fatetur, quòd alias in publico arengho Paduæ, fuit condemnatus, propter uulnus illatum in personam cuiusdam. nam ex tali condemnatione cõfessata irrogatur infamia, quæ si non repellit in totum, debilitat saltem eius dictum per not. per Doct. in dicto capitulo testimonium, & maximè in causa ardua, prout est ista, faciunt no. per Dominum Ioan. Crottum præceptorem meum, in tracta. suo, de testi. uersic. circa tertiam, in uer.
32 secundo ampliatur, † & ista confessio præiudicat producenti testẽ, ut supra dictum extitit per not. per Spec. in titu. de test. §. nam de interrogatoriis, col. ulti. uer. sed nunquid.

33 † Sexto facit, ut ex depositione ipsiusmet Badiæ clare colligitur, ipse erat coniunctus strictissima amicitia cum d. Bernardino de Campo sancti Petri, quia illum de nocte associabat ad dictã Apolloniam. Ex quo cogimur dicere, quòd aut nihil aut parum fidei ex isto capite sit sibi adhibenda, quia amico maxima amicitia coniuncto minus creditur. l. 3. in principio. ff. de testib. ubi notatur per Iaco. Butri. glos. est in §. cogendum, in uerbo testes in fi. in auct. de Monachis, & tradit Alexan. in consil. 154. incipit, uiso themate, colum. fina. in princ. in quinto uolumine. idem Alex. in consil. 178. incipit, in causa & lite, colũ. secunda. in principio, in primo uolumine, & uoluit Specu. in tit. de teste, in principio, quòd maxima amicitia testem repellat. allegãdo text. in l. late. ff. de uerbo. & hoc idem communiter tenẽt Doct. in c. quotiens. de testi.

34 † Nec obstat, quòd amicitia esset cum d. Bernardino, vt dicitur patre Iacobi aduersarii, tũ quia agitur de facto d.q. Iac. tum quia amicitia, cum patre etiam est in consideratione, præsertim in causa matrimoniali, Alexan. in consil. 156. incipit, viso processu causæ. columna vltima, in ver. item, quia testes: in quinto volum.

Septimo, quòd Badia non sit bonus testis, in hac causa facit, quia vt probatum extitit, habitat cum suis filiabus, vt deponit magister Paulus Lapicida primus testis aduersarii examinatus super cõprobatoris capitulis, in processu fol. 24. idem deponit presbyter Christoforus secundus testis aduersarii fol. 37. idem deponit presbyter Ioannes septimus testis aduersarii fol. 62. filiæ autem Badiæ sunt malę vitæ, & inhonestè viuũt, vt extitit probatũ per plures testes, in processu, qui testes deponunt, quòd in vicinia dicitur publice,

blicè, & a maiori parte, quòd filiæ Badiæ inhonestè viuunt, & quòd Dominus Lucas de Salionibus accedit ad alteram ipsarum, & cum ea habet carnale commertium, & multi etiam ex testibus examinatis, pro parte Domini Francisci de Taurilia, & Antoniȩ, Pellegrinæ iugalium deponũt audiuisse dici iam in vicinia, vbi habitat dictus Badia cum filiabus, quam alibi, quòd spectabilis D. Lucas præfatus alterã dictarum filiarum Badiæ retinet, pro sua concubina, & ad sui
35 petitionẽ, † & licèt dicti testes nõ deponũt de visu, sed tantum auditu, & fama. Nihilominus ꝓbant cũ in materia ista probandi mulierem inhonestè viuere sufficiant leuiores probationes, vnde dixit notanter Bal. in l. neque natales. C. de probat. quòd coniecturæ probant aliquam esse
36 se meretricem. † quòd scholaris ingrediens domum alicuius mulieris non præsumitur dicere, Pater noster. ideo Ang. in auct. quomodo oportet episc. in principio dicit, quòd isti spirituales, qui sub specie boni sȩpe visitant mulieres, repræ
37 hendi debent, † & alibi Bald. in capitu. tuæ, de procurat. notanter dixit, quòd coram Episcopo peti potest thori separatio probando solum, ꝙ vxor passa fuit alium tenere manus ad suum pe
38 ctus, † & idem est, quando mulier sine causa pernoctaret extra domum, secundum Angelum. in
39 §. minores in auten. de nupt. † idem si quis probaret, quòd vxor sua fuisset in balneo cum alio, vt voluit glo. in capitulo, non oportet 81. distin. & notatur per Doct. post gl. ibi in capitulo præ
40 terea de testi. † facit elegans doctrina Bal. in l. 1. C. de collu. detegen. in fine, vbi voluit Bald. ꝙ aliquam malè viuere sit sufficienter probatum, quando testes de hoc deponunt, & dicunt scio, quia sum vicinus. nam ista est res, quæ oculos vicinorum fallere non potest. secus est si quis vellet probare stuprum mulieris, quia ratio sum vicinus, tunc non concluderet. de hoc autem est fama apud maiorem partem viciniæ. Igitur concludenter probatum extitit filias Badiæ inhonestè viuere. Hoc autem scit Badia, & tollerat, vt probant nonnulli testes in processu, & maximè probat Dominus Petrus Testa octauus testis aduersarii. fol. 66. qui deposuit, quòd Badia litem habuit pro filia cum quodam iuuene, & illam cõposuit nummis, & ꝙ ipse vidit numerare pecunias, Badia sibi dixit, ꝙ eius filius inuenit quẽdã iuuenẽ domi suȩ cũ altera filiarum. idem probat Ioannes Antonius Taiacalze, testis pro parte D. Antoniæ, in processu fo. 72. qui dixit, quòd Badia sibi dicit, *ste puttane vacche*, loquens de suis filiabus. & in vicinia tenetur, quòd Badia toleret hoc, vt deponit magister Iacob. a boua testis. magister Marcus merzarius fol. .... qui deponit, in ꝙ vicinia publicè a maiori parte dicitur, quòd Badia consentit, quòd eius filiæ vitã ducãt inhonestam, & ista coadiuuantur præsumptione iuris, quia si vicinus præsumitur scire facta vicini. l. si vicinis. C. de nupt. vnde bona rõ est in teste dicere scio, quia vicinus, vt notatur
41 in l. prima. ff. si cert. peta. † ita consanguinei facta consanguineorum scire præsumuntur l. octaui. C. vnde legit. a fortiori ergo Badia habitans cum filiabus suis earum facta, mores, & vitam scire præsumitur. auct. multo magis. C. de Episc. & cler. scit igitur Badia, & non prohibet viuere inhonestè filias suas, ergo patitur, & consentit cũ habitet cum illis. argumento not. per Doct. in l. quæ dotis. ff. solu. matri. & in regu. qui tacet. de reg. iur. facit gl. in l. quid ergo in §. si quis alieno, in verbo constituisse. ff. de his, qui not. infa. qualis igitur sit condictio Badiæ, & quanta fides ei sit adhibenda, ex hoc solo facile colligi potest.
42 † Cum timor ne mulier patiatur stuprum in viris bonis timore mortis maior sit. l. isti quidem. in fi. ff. de eo, quod met. cau.

Octauo probatum extitit Badiam esse pauperem, ita deponit Dominus Petrus Testa, testis aduersarii, idem probat magister Iacobus a Boua testis Dominæ Antoniæ, quo circa ex hoc etiam multum sibi fidei detrahitur, si quam fidẽ haberet. quòd tamen negat, facit tex. in l. tertia, in principio. ff. de testi. notant Doct. in capitulo
43 si quis testium, de testib. † vbi voluit notanter Aret. quòd si per duos testes pauperes aliquid ꝓbetur, non dicatur plenè probatum, nec dicere possumus, quòd in casu nostro, dictũ Badiȩ suppleri possit, ex depositione, & persona Andrææ a Sapone alterius testis iuxta not. per Bald. in l. 1. colum. tertia. C. de testi. & in l. si quis ex argenta
44 riis. §. 1. de eden. † vbi voluit Bald. quòd illud fidei, quòd detrahitur testi pauperi suppleri põt ab alio teste multum fidedigno, quia qualis sit condictio Andrææ a Sapone alterius testis, ex infradicendis apparebit.
45 † Nec obstat si dicatur, quòd in processu sit probatum Badiam, præsertim tẽpore suæ depositionis fuisse, ac esse a pluribus tentum & reputatũ, pro viro probo & bonæ condictionis, & famȩ. & licèt per aliquos testes examinatos pro parte Dominæ Antoniæ probetur Badiã esse malæ condictionis, & famæ, vt constat in processu, nihilominus testes deponentes de bona fama Badiæ ꝑualeẽt per not. per Card. in capitulo tua, de despon. super glos. fin. vbi dixit, quòd magis creditur testibus, de bona fama deponentibus, quàm de mala, & si non sint tot numero cum iuris præsumptionem pro se habeant. idẽ cõcludit Curt.
46 tradit in d. tract. conclu. nona. † vbi dicit, quòd si probationes sunt pares. præferuntur illæ, quȩ fauent iuri communi. allegat Bald. in Auct. omnes peregrini. C. communia de succes. Bal. in capitulo primo de contr. inuestitu. & plures alios, quia dico, quòd ista bona fama in genere quatenus esset probata, non tollit opposita, & probata
47 contra Badiam in specie, † imo magis creditur duobus testibus in specie deponentibus, quàm pluribus in genere. ita concludit Curt. in dict. tract. conclusione septima. allegat Nic. de Neap. in l. turpia. ff. de lega. primo. idem voluit Alexã. in consil. suo 77. incipit in causa accusationis, col.

48 columna † vltima. in princip. in primo volum. vbi dixit, quòd probatio bonæ famæ non derogat probationibus factis in specie, contra aliquem, quia semper probationes in specie factæ præualent probationibus in genere. allegat Innocen. in capitulo auditis. de præscript. & Bald. in l. siue possidetis. columna secunda. in principio. in versiculo, vltimo oppono. C. de probat.
49 † vbi dixit, quòd præsumptiones in specie tollunt præsumptiones in genere. facit regula generi per speciem derogatur. de regul. iur. in sexto. Itaque fundamentum aduersarii consistens in comprobatione personæ, & conditionis Badiæ totaliter ruit per prædicta, & ex supradictis concludi potest nullam fidem esse adhibendam præfato Domino Badiæ in causa ista.

Videamus modo, an probet Andreas a sapone, alter testis examinatus super facto dicti matrimonii. Et primo dico, quòd licèt præfatus testis videatur deponere, quòd iam annis 48. vel circa, dum ipse testis esset vno sero in domo dominæ Apolloniæ de Capitibus vini, dicta Apollonia rogauit ipsum testem, vt simul cum Barbara eius Cognata vellet intrare cameram respicientem sub porticu dictæ domus, & quòd vellet stare paruum semotus ab ipsa, in loco abscondito, ita quòd posset ipse testis videre Bernardinum, & ab ipso non videri, & quòd ita fecit ipse testis, & quòd parum post venit Bernardinus, quem ipse optimè cognouit associatum quodam alio, quem non cognouit, & cęperunt Bernardinus, & Apollonia simul loqui. Et audiuit Bernardinum prædictum inter cætera dicentem, *Polonia e t'ho promesso piu volte de torte per moiere, io te voglio attendere, e sposarte secondo che commanda la Santa madre Chiesa, per parola de presente, presente questo homo da bene.* ostendendo socium, *dame la man*, & ipsa Domina Apollonia, tunc posuit manum extra serram dictæ fenestræ feriatæ dictæ cameræ respicientis sub porticu, & ipse Bernardinus accepit quẽdam annulum, quem habebat in manu sua, & illum posuit in digito manus ipsius D. Apolloniæ, dicendo &c. Et prædicta dixit fuisse circa tertiam horam noctis, & quòd tempus erat nec multum clarum, adeo, quòd poterat videre omnia per eum testificata, & quòd optimè vidit, & cognouit, & audiuit. D. Apolloniam, &c.

Ex dicta depositione breuiter colligitur, quòd dictus testis non probat dictum allegatum matrimonium. Primo, quia, vt ex eius depositione patet, non deponit dictam Dominam Apolloniam protulisse verba matrimonii, quæ in valentibus loqui necessaria sunt dicto capitu. tuæ. de sponsal. & fuit supra dictum latissimè. Nec obstat, quòd verba matrimonii fuerint prolata, per ipsum Bernardinum, quo casu subarratio sequens videtur inducere verum matrimonium, vt videtur velle Dominus Abb. in capitulo fin. de desponsa. impuberum. Tum quia verba ab vtroque sunt proferenda. capit. si inter despon. Tum, quia, vt infra dicetur, desponsatio, & annuli immissio non probatur. Et propterea iste testis laborat eodem modo cum Badia, & quòd præfatus testis non probet dictam subarrationẽ per immissionem annuli, patet euidentissimè. nam ita ipse testis asserit, gesta fuisse tertia hora noctis: nec dicit, quòd ibi adesset aliquod lumen, vel quod luna luceret, quo casu testis non probat, vt tradit Bald. in l. Aretusa, de stat. homi. ff. & latissimè fuit dictum supra, & tanto magis obstat hæc oppositio Andrææ a sapone, quanto ipse ipse erat in camera in loco semoto ab Apollonia, in abscondito, vt ipsemet deposuit super tertio capitulo, ac demum secundo loco super interrogatoriis Dominæ Antoniæ, dictum capitulum tertium concernentibus replicat, ꝙ nisi fuisset in abscondito, potuisset ab ipso Bernardino videri, & super eisdem interrogatoriis, quòd non erat iam propinquus fenestræ, vt posset Bernardinum videre, nisi a spatulis. Et propterea impossibile fuit ipsum audisse immissionem annuli, maximè de nocte, stãtibus maximè Apollonia, & Barbara vna post aliam fenestram,
50 vt dicit Badia alter testis. † Nec facit si dicatur, quòd habebat voces contrahentium notas, quia actus immissionis annuli tantummodo visu non voce percipi potest. & si dicatur, quòd licèt Andreas cum difficultate videre hoc potuerit, puta per subter brachia dictarum mulierum, vel inter vestes. Nihilominus probat per ea quæ volunt Bald. & Moder. Papien. in dicta l. si non speciali. C. de testamen. vbi Papien. post Bald.
51 columna prima in fi. † dicunt, quòd dummodo testis potuerit videre testatorem, licèt cum aliqua difficultate, puta per rimulam, seu fissuram probant, respondendum est, quòd non difficile, sed impossibile fuit diligenter considerata depositione ipsius Andrææ, ꝙ immissionẽ annuli videre potuerit. Tum quia erat de nocte, & ibi non erat lumen, nec luna lucebat. Tum quia ipse erat in abscondito in loco semoto ab Apollonia non propinquus fenestræ, vbi talia fiebant. Et propterea non possumus dicere, quòd subtus brachia illarum mulierum, vel inter earũ vestes viderit, cum esset semotus ab illis, adeo quòd attento, quòd actus depositionis fiebat ad fenestrã porrecta per Apolloniam manu extra eam, stante Bernardino extra cameram sub porticu, & ipsis mulieribus ad fenestram, ne dum de nocte, sed etiam de die, non esset verisimile, ꝙ Andreas videre potuisset, nec minus obstat, quòd dicta testium sint adiuuanda non cauillanda, vt dixit Bald. in capitulo personas. de testi. Bald. in l. de quibus circa fi. ff. de legib. Bald. in l. item videndum, de peti. hæred. Bart. in l. de ætate. ff. de minor. In casu enim nostro non possumus aliquo modo verba testis huius intelligere, vt probent
53 depositionem per supradicta. † Et licèt Dominus Alexander in l. 1. in princ. ff. de ver. oblig. dixerit, ꝙ si testis deponat per sensum visus, id ꝙ tãtũ percipi poterat, quod per sensus auditus probet,

probet,& si dicat manib.tetigisse, ꝙ tangi nõ poterat sed tantum per sensum visus percipi, Nihilominus eius dictum valeat ista bene facerent ad ostendendũ,quòd dictus testis probet contra ctum n atrimonii non obstante nocte,cum contrahentium voces notas haberet. Nam eius dictum,quòd saluare non poterat stante nocte per sensum visus saluabitur per sensum auditus,sicuti quando testis dicit, vidi ꝙ percipi non poterat nisi auditu.Nam clarum est, ꝙ visus includit præsentiam, & propterea dicebat notanter Bal. in d.l.aretusa,ꝙ caueãt testes, qui dicunt se fuisspræsentes de nocte, quando nõ adest lumẽ, nec lucet luna, quia præsentia includit visum, & de nocte videri non potest propter tenebras, præsentia autem includit auditum, & propterea testis verba dicentis,vidi,impropriantur,sed casu nostro immissio annuli videri nõ potuit ab Andrea per supradicta. Nec possumus dicere,quòd Andreas audierit immissionem annuli, tũ quia est actus,qui visu tantum percipitur, & tũc videri non potuit, tum quia sensus auditus non includit sensũ visus de necessitate, maximè de nocte.Prætera prædicta omnia procedunt,quando difficultas est circa verba testis : tunc enim bene fateor,ꝙ sunt iuuanda,sed vbi agitur circa factũ, vt est in casu nostro, videlicet an Andreas viderit immissionem annuli, de nocte stans in camera semotus,quæ immissio fiebat ad fenestram cameræ & extra fenestrã. Tunc attendimus si fuit
54 possibile,vel verisimile,ꝙ viderit.† nã testi deponenti de non verisimile nõ creditur,iuxta tex.& ibi notatur in c.quia verisimile, de præsumpt.& in l.non est verisimile.ff.de eo. quòd met.cau.& dicetur infra latius.

Non probat ẽt Andreas a sapone dictũ assertum matrimoniũ,quia vnicus,& singularis.l. licèt causam,vbi habetur.de proba.l. iurisiurãdi. C.de testi.& hr̃ in d.l.ob carmẽ.ff.de testi. quod aũt Andreas sit singularis, & non deponat de eodem facto patet, quia deponit prædicta fuisse iã annis 48, Badia aũt dicit,quòd fuerunt iam anni 46.in 47. Ergo non deponũt de eodem facto,
55 nam † ex diuersitate temporis inducitur diuersitas actuum,vt notatur in l.Pantonius.§. rei. ff. acquir.hær.& in l.libellorũ.de accu.per Bart. de in l.non solum.§.sed vt probari.ff.de nou. oper. nuncia.per Bar.in l.2.de bon. posses.secundum tab.qđ maximè procedit in casu nostro, in quo
56 actus est reiterabilis,† vt per Spec.in tit.de test. §.iam de interrogatoriis. versic. quid si vnus testis,vbi notanter dixit Spec.quòd quando testes discordant de tempore, & actus est reiterabilis, vt puta matrimonium, vel adulterium semper præsumitur pluralitas actuum ad euitandũ periurium, & sic testes non præsumuntur cõtestes, secus si actus reiterabilis non esset, vt puta homicidii,& sic ex dicta doctrina Spec. patet istos nõ
57 esse contestes.† Nec obstat si dicatur,quòd variatio temporis non vitiat dicta testium, vbi tempus non est de substantia,iuxta not. per Bart. in dicta l.ob carmen.§.fin.ff.de testi.quia illud procedit, vbi aliàs apparet testes fuisse contestes, & præsentes eidem actui, sed in casu nostro Badia dixit, quòd nullus alius aderat Andreas dicit, quòd aderat,quidam quem ipse non cognouit, & temporis discrepantia in hoc solo consideratur,& quòd non deponant de eodem actu: facit etiam quia, quando fuit præsens Badia,Bernardinus dixit ipsi testi. *Ecco qua Compare vui sarete testimonio come la voio sposare per mia moiere.* Andreas autẽ deponit, quòd Bernardinus dixit, *Io te uoio sposare presente questo homo da bene.* Ex diuersitate igitur huiusmodi verborum coadiuuatur etiam ista singularitas, quæ etiam clarè colligitur, quia de pluribus verbis deponit Andreas,
58 †quàm Badia, & licèt non dicantur testes varii, contrarij, quando vnus plus dicit, quàm alius, vt per Alexan. alios referens, in consil. quinto. colum.penul. versicu.videatur, volum. primo, & per Decium consil.163.colum.septima,versi. vndecimo istud est verum, quando aliàs essent contestes, sed in casu nostro, istud non procedit, quia prędicta considerantur ad ostendendũ eorum singularitatem non ad repellendum te-
59 stes ratione variationis, vel contrarietatis. † Et si dicatur,quòd in dubio præsumũtur esse contestes, vt per Alexan. in consil. 147. incipit Ponderatis.colum.quarta, circa medium. volumine secundo.habetur per Imo. in capitulo qnaliter, & quando.el secondo,colum.secunda, de accusa. & tendit latè Curt.in tracta.suo, de testibus. conclu. decimatertia. respondetur, quòd in casu nostro sumus in casu claro non dubio stantibus supradictis, & in incertis nõ certis locus est coniecturis. l. continuus. §.cum ita. ff. de verb.
60 †Coadiuuantur prædicta,ꝙ dicti testes sint singulares,quia Badia deponit,quòd verba formalia fuerunt deposita per ipsum. ita de verbis formalibus interrogatus. & tamen Andreas a sapone deponit de aliis verbis, quo casu etiam quòd aliàs appareret ipsos esse contestes, non probarent,vt voluit Dominus Antonius in cap.nil obstat.ff. de verbo.signifi. quem refert, & sequitur Alex.in consil.150.col.2.in ver.alia, & sic secunda, in 5.vol.vbi voluit,quòd testis interrogatus, de verbis formalibus,si discordat ab alio etiã in cortice verborum, licèt cõcordet in facti substãtia, nõ probet,& varietas huiusmodi inducit sin
61 gularitatem testiũ, †facit id quod Bal. voluit in c.bonæ,el primo,col.col.6. de elec.vbi dixit,ꝙ si vnus testis interrogatus, quibus verbis vsi fuerunt contrahentes, dixit, quòd dictum fuit, promitto tibi 24. denarios. alius testis deposuit, quòd dictum fuit promitto tibi duos solidos, licet concordent in eadem summa.tamen propter verborum discrepantiam singulares pręsumuntur,vt in casu nostro.nec obstat, quòd Decius in consilio suo 163. col. antepen. videatur contrarium velle, quia in casu in quo ipsa consuluit,testes erant contestes,& vnus vocabat alterum in contestem nimirum si verborum

borum varietas in causa matrimoniali, tunc
62 non vitiet dicta,† quia sufficit, quòd sint concordes in facto principali, licèt in accessorijs discordent, vt per Alexan. in consil. 5. in secunda col. in fine. in primo vol. & idem voluit notanter gl. in c. dudum. in verbo substantia. de conuer. coniugat. quæ dixit, quòd nil refert narrandi diuersitas, vbi eadem dicuntur.

Et posito non tamē concesso, quòd Andreas a sapone esset contestis cum Badia non probat, quia verisimile deponit. si enim D. Apollonia fuisset vxor præfati Bernardini, non vtique post mortem Bernardini passa fuisset Iac. aduersariū, ex se, vt dicitur & dicto Bernardino natum, & sic filium suum reputari illegitimū toto tempore, quo vixit. tum pro honore suo, tum pro honore & commodo filii sui, quem dilexisse præsumi-
63 tur. argumento c. afferte. de præsumpt. vbi habetur, quòd mater non præsumitur, quæ filiū non diligit. præterea cum manifestum esset etiam in vicinia, in qua ipsa habitabat, quòd prefatus Bernardinus rem haberet cum ea, & ꝙ ex ea filiū susceperat, vt deponunt testes, si matrimonium cū eo cōtraxisset, vtiq; honore suo propalasset hoc, saltem eo mortuo. argumēto tex. in l. isti quidē:
64 in fine. ff. de eo. quod met. causa. † vbi dicit text. ꝙ tam in viro quàm in muliere timor stupri, timore mortis maior est. sed ipsa Apollonia mortuo Bernardino, nupsit cuidam de Bertapaleis ciui Paduano, vt puella, & virgo. ergo manifestissimè compræhenditur, quòd non fuerat vxor d. Bernardini maximè, quia ex dicto Bertapalea eius viro plures habuit filios: & tamē semper passa est Iacobum aduersarium reputari illegitimū. Testes igitur prædicti hac ratione non probant, per not. in ca. quia verisimile. de præsumpt. vbi
65 Abb. † notat Aret. in c. cum tu. col. penult. de testi. vbi dixit, quòd si testes probent, quòd tali die contractus factus est Mutinæ, & alii testes dicūt, quòd eadem die Titius contrahens erat Bononiæ, licèt enim Mutina non tantum distet a Bononia, quin Titius eadem die non potuerit esse, in vtroque loco, non tamen probant, quia hoc non est verisimile. Ideo talis probatio ad minus erit suspecta, & non perfecta probatio, nisi aliter iustificetur. allegat Bal. in l. scripturæ. in secunda col. C. de fid. instru. facit text. in l. 3. §. fi. ff. de testi. & quæ voluit Bal. in l. testium. col. vlti. versi. quid enim si testes dicunt. C. de testi. vbi dixit, ꝙ testimonia credibilia non sunt, quæ sunt contra naturā. & verisimile, vt puta si testis dicat fratrē adulterasse vxorem: vel quid simile, & ista cōclusio firmatur pluribus mediis, per Cur. in d. tract. de test. conclu. 32.

66 †Vltra prædicta, ꝙ Andreas a sapone nil probat, facit, quia non iuratus deposuit, quo casu testis nil probat. l. iurisiurādi. vbi Doct. C. de testi. Item examinatus fuit a notario sine commissione Iudicis, & sic nulliter, iuxta not. in c. quoniā contra de probat. Nec habet obstare si dicatur, ꝙ imo iuratus deposuit, & de commissione iudicis notarius ei detulit iuramentum, & illum examinauit, de qua commission e sibi facta, ipse notarius attestatur dicendo, commisit mihi nota-
67 rio, &c. † Quia dico, ꝙ notario in hoc non creditur, vt voluit Hostien. Antonius, Imo. Abb. & Felyn. in dicto capitu. quoniam contra. vbi Felyn. col. 21. in princ. versi. secundo quæro, idem voluit Bal. in l. ad egregias. ff. de iureiuran. & Abb. in c. fraternitatis. de cleri. non residen. idem Bal. in l. iudices. C. de fid. instrum. & Ang. & Imo. in l. secunda. §. si dubitetur. ff. quemad. test. aperi. Ioan. Andr. in c. cum quid vna. de regul. iur. in septimo. col. secunda, & ista est communis opin. Doctorum, cui non habet obstare, quod voluit Deci. in consil. 42. colum. secunda, in versiculo. His tamen primo volum. vbi videtur voluisse, ꝙ ex quo notarius ita scripsit, sit ei credendum. Quia respondeo, quòd in casu Decii, vt ipse Decius asserit, notarius rogatur a partibus, scripserat non commissionem sibi factam, sed quandā executionem commissionis sibi factę. Item in illo casu notarius erat mortuus, quo casu sibi magis creditur, vt voluit Ioan. Andr. in capitu. cum
68 quid. de regul. iur. in mercu. † Tertio ibi factū erat multum antiquum, quo casu leuior probatio requiritur, vt supra dictum fuit in octauo adminiculo. quæ omnia cessant in casu nostro. Nec minus obstat alia ratio adducta per Deciū in dicto consil. dum dicebat, quòd forte attentari poterat, quòd licèt notarius non possit esse rogatus de commissione sibi facta: Tamen si fuerit
69 rogatus, actus valeat. † nam videmus, quòd licèt clericis sit prohibitus conficere instrumentum vti notarius. tex. est in capit. sicut. ne cler. vel monach. Tamen si clericus instrumentum conficiat, valet. Ang. in l. fi. §. ptor ait. vbi Alex. ff. de eden. q. a diuersa est rō inter casū & casum. nā notarius non potest esse rogatus de commissione sibi facta, ne videatur testis in causa propria. l. omnibus. C. de test. l. 1. C. de mand. prin. & hāc rationem signanter assignant Doct. in d. c. quoniam contra. Sed clericus prohibetur officium notarii exercere, quia illud est officiū extraneū ab officio clericorum. Istam rationem assignat gl. in d. c. sicut stante. Igitur diuersitatis rationis illatio non est bona. vulgata. l. Papinianus exu-
70 li. de minore. † Et si dicatur, quòd stilus Curiæ Episcopatus Paduæ, ita se habet, dicitur. ꝙ stilus facti est, & facta non præsumuntur. l. libello. §. factæ. ff. de capt. & postli. reuers. l. consilio. §. quæsitum. ff. de curat. fur. Areti. in l. sed & si de sua. columna finali. de acquirenda hæreditate. vbi dixit, quòd testamentum esse factum, cum sit facti, non præsumitur, nisi probetur. & si aduersarius prætendebat se iuuari a stilo illius curiæ, debebat stilum probare, quod factum non extitit. Ergo non est recedendum a communi opinione Doct. de qua supra.

Postremo posito, ꝙ examen dicti Andreæ fuisset legitimè factum, quod tamen negatur, non est ei aliqua fides adhibenda, cum multa contra ipsum

ipsum fuerint probata. Et primo præfatus Andreas non est bonus christianus, quia vti probāt donna Lucia testis examinata pro parte donnę Antoniæ Pellegrinæ. fol. 274. Andreas præfatus tenet, quòd mortuo corpore, fit mortua anima. & hoc pluries ipsum dicentem audiuisse attestatur ipsa donna Lucia. Idem deponit Ser Franciscus pignattarius testis pro parte dōnę Antonię. in processu fol. 233. qui dicit audiuisse Andreā dicentem, *morto il corpo, morta l'anima*. Et licèt p̄dicti testes sint singulares, qui aliàs non probarent. Tamen probant in præsenti articulo. Ita
71 voluit Bld. in l. prima. C. qui num. tutel. †vbi dixit, ꝙ testes singulares non probant, quando agitur de probatione certi actus. Sed quando adhibentur ad probationem in genere, vt puta ad ꝓbandam hæresim, bene probant, prout in casu nostro idem dicit idem Bald. in l. actor. in 3. col. C. de proba. & idem Bal. in c. cum omnes. de cōstitu. fuit dictum originale Iacob. de are. in l. testium. C. de testi. & Iacob. Butr. in l. ob carmen. ff. de testi.

72 †Facit etiam ad diminuendam fidem dictorū testium, quòd Badia & Andreas testes inducti ad probandum dictum matrimonium, antequā examinarentur, interrogati, si aliquid de dicto matrimonio scirent, responderunt nihil penitus de illo scire, vt attestatur Dominus Alexander de Sauiolis octauus testis d. Antoniæ. fol. 128. & si hoc esset probatum per duos testes, isti testes nil probarent, imo puniendi essent de falso, vt voluit Bart. in l. eos. In versicu. vltimo not. ff. de fal. quem sequitur Petr. de Ancharano, in
73 clemen. in fi. de testi. †& Dominus Antonius in capitu. cum in tua. in tertia colum. circa finem. vbi dicit, quòd putat testem, qui primo extra iudicium dixit vnum, & postmodum in iudicio dixit aliud, esse de falso suspectum. Et dicit Abb. sequendo Bart. in capitu. inquisitionis, in §. tertiæ. In versic. vltimo signanter in fi. quòd si testis in pręsentia partis potentis vnum dixit, ꝙ in commodum ipsius faciebat, si postea contrariū dicat in iudicio cum iuramento, non statur primo dicto, quia præsumitur testem id dixisse extra iudicium, ut placeret parti, eius potentiam timens. secus esset, vbi non esset talis pręsumptio, prout fuit in casu nostro, in quo non potuerūt testes respectum habere ad potentiam D. Antoniæ, quæ nulla est.

74 †Ad idē facit, quòd voluit Abb. in c. per tuas. in tertia colum. in ver. item quia hic. de proba. vbi notanter dixit, quòd secundo dicto non est standum, licèt iurato. vbi cum primo dicto concurrit communis reputatio, prout est in casu nostro, in quo omnis reputatio totius ciuitatis Paduæ est, quòd Iacob. aduersarius, fuerit filius naturalis tantum D. Bernardini de Campo sancti Petri, vt patet ex processu: quinimo, vt est clarū, & notorium, dictus Iacobus se per annos quinquaginta in circa habuit tenuit & reputauit pro
75 filio naturali tātum. d. q. Bernardini. † Et idem quod supra voluit Abb. in capitu. litteras, in prima colum. in versic. & ex hoc. de præsumpt. vbi dixit, quòd standum est dicto non iurato, quòd habet præsumptiones pro se, quando concurrūt duo edicta, vnum iuratum, alterum vero non. & idem voluit Bald. ibidem, & sequitur Fely. in c. cum tua. in fi. de testi. & Soci. in consi. 253. incipit, in causa D. Io. Francisci, in secunda col. in princ. vol. secundo, & vltra supradicta concurrit etiam non verisimile, de quo supra in versic. & posito. & licèt dictum extraiudiciale dictorū testium contrarium secundo iuramento non sit plenè probatum, sed tantum semiplenè, per vnū testem: Nihilominus facit saltem indicium & præsumptionem contra dictos testes. & in hoc, quòd quādo præsumptio est pro primo dicto nō iurato, ei stetur, non secundo iurato, non discrepant Doct. licèt contra Bart. in dicta l. eos tenuerint multi, vt per Fely. in d. c. cum tua, col. fi.

Contra Andream a sapone extitit etiam probatum, quòd iam pluribus annis fuerit carceratus Venetiis, ex eo, quòd duas accepisset vxores vno, & eodem tempore. ita deponit magister Bellinus sacræ Theologiæ magister, ord. Heremita. sancti Augustini, examinatus aliàs in lite vertente inter ipsum Andream a sapone, & Angelam eius vxorem, de anno Domini 1519. in episcopatu Paduæ, qui deponit, quòd scit & recordatur, quòd dictus Andreas fuit carceratus Venetiis, in periculo, quòd decapitaretur ex eo, ꝙ duas acceperat vxores. Idem deponit magister Andreas Morandinus artium doctor examinatus in eadem causa, qui tamen deponit de auditu a diuersis personis. Idem deponit Ser Aloysius de Rodigio examinatus in eadem causa dicens, quòd sunt plures anni, dum ipse testis esset Venetiis, vidit dictum Andream carceratū, ex eo, quòd duas despōdisset mulieres. Idem deponit de auditu, tamen D. Raynaldus de Rido examinatus pro parte D. Antoniæ. fol. 254. & licèt Dominus Renaldus de Rido, & magister Andreas Morandinus deponant de auditu: tamen indicium faciunt, vt not. Arch. in c. hoc videtur 22. q. 5. sequitur Fely. in c. tam litteris. col. fin. de
76 testi. Cur. in tract. de testi. conclu. 23. †Et propterea ex isto capite dictus Andreas est infamis. l. eum qui duas. C. de adult. l. 1. in fi. ff. de his, qui not. infam. l. quid ergo. §. primo. ff. eo. & l. neminem. C. de incest. nupt. in quibus iuribus habetur, quòd accipiens eodem tempore duas vxores, notatur infamia. & si dicatur, quòd prædicti testes fuerunt examinati inter alias personas, & propterea, quòd non faciat fidem in hoc iudicio, inter alias personas, iuxta not. in l. secunda. C. de eden. & in rubrica. C. res. inter alios act. & latè per Doctores in capitulo causam quæ, el primo de testib. respondetur, quòd ex quo dicti testes fuerunt legitimè examinati contra dictum Andream, eo citato, & sunt ad præsens mortui, vt fatetur pars aduersa, & per consequens non est quid imputetur nobis, si

non fecimus dictos testes examinari, quòd probetur contra dictum Andream testem, iuxta notab. per Barto. in l.admonendi. in 14. col. ff. de iureiuran.quem sequuntur Ant.& Abb.in c. fi. de iureiuran.& saltem negari non potest, quòd dicti testes ad minus in cã læta, nõ faciant semiplenam probationem, vt dicit Bart.in d.l.admonendi.quem etiam sequitur Anto.in c.pen.col. 4.de re iud.& in c.fraternitatis.col.pen.de testi. refert & sequitur Fely.in d.c.causam quæ,el primo de testi. col.4.ver.fallit primo.

De aliis ẽt multis contra dictum Andreã testificatis, vt puta de eius mala fama a conditione: Et quòd malè tractauerit Angelã. q. eius vxorẽ. & alia enormia fecerit, propter quæ meritò cõsiderabit V.R. Potestas quanta sit fides eidem adhibenda, iuxta tex.in d.l.3.ff.de testib. ibi, tu ma
77 gis scire & cæt. †Nec obsta, tquòd dicatur, quòd dictus Andreas præsumitur emẽdatus a tribus annis citra, iuxta tex.in §.hinc autem.in auct.de Monach. quia illud procedit quotiens quis per tres annos fuisset mitis, & in hac conuersatione honestus, & disciplinas assumpsisset, vt declarat ibi Angel. Nam tunc cessat illa præsumptio, qui semel malus.sed in ipso Andrea non probantur
78 talia. Igitur sumus in regula, qui semel † malus. quia mutatio non p̃sumitur c.maiores. de Bapt. nec mutatio vitæ hominum facilis est, vt inquit tex.in d.§.hinc autem.de monach. Nec ẽt obstat si dicatur, quòd per aliquos testes examinatos videtur probari dictum Andream esse bonæ condictionis, & famæ:quia respondetur, quòd bona fama in genere non tollit opposita & probata in specie, iuxta not.per Nicolaum de Neap.in l.turpia.de legat. 1.& dixi supra. Secundo dico esse aduertendum, quòd quàm plures testes inducti per aduersarium ad probandam bonam famã, tam Andreę, quàm Dominici Badia bene dicũt, quòd habent eos pro viris probis, & bonæ cõditionis & famæ:tamen interrogati qualiter ab a-
79 liis teneantur, dicunt se nescire. † Itẽ interrogati si prædicti possent esse malæ condictionis & famæ, quòd ipsi ignorarent. respondent multi, quòd sic, quo casu testis non probat, vt latè tradit Alber.in tract.suo de testi.in §. quarto videndum.in ver.quærendum est etiam. allegat bonã rationem, quia dictum testis debet concludere de necessitate c.in præsentia.de prob. Tertio per multos testes extitit probatum contrariũ, quòd imo prædicti sint malæ condictionis & famæ, tã in genere, quàm in specie.

Et ex præmissis liquido constat, quòd præfati duo testes Badia videlicet & Andreas a sapone, non probant aliquod matrimonium, inter dictos.q.Bernardinum & Apolloniam.

Nec obstant allegata in cõtrarium. Et primo dũ dicebatur, quòd in casu nostro aderant duo testes, qui sufficiebant ad probandum matrimonium, iuxta not.per Abb.in c.super eo. In tertio notabili.de testi. respondetur.n. quòd prædicti duo testes non probant dictum matrimonium, vt latius visum fuit supra. Ad secundum, quòd in casu nostro, ex quo Apollonia passa fuit se desponsari, licèt verba matrimonii nõ protulerit. Ex quo illa protulit Bernardinus, quòd sufficiat, & propterea valuerit dictum matrimonium, per doctri.in c.fi.de despon.impub.& Lapp. allega. sua 57.in fi.& eo maximè, quia Hostien. Abb. & nonnulli alii in d. c.tuæ.de sponsal. tenuerunt, quòd etiam in valentibus loqui verba non sint de substantia matrimonii.quã opinionem Abb. ibi dicit esse magis cõmunem inter modernos, vt etiam tenet Franciscus Aret.in consil.suo 13. Breuiter. respondetur, & primo, quòd in casu nostro testes prædicti nõ probant, tum quia singulares sunt: tum quia excepta & probata contra eos talia sunt, quòd ipsos repellunt. Et dato, sed non concesso, quòd fuissent contestes, & nõ repellerentur exceptionibus probatis cõtra eos, adhuc annuli immissio non probatur per Andream a sapone, cum esset tunc de nocte, & non adesset aliquod lumen, neque luna luceret. Et ipse esset in camera semotus in abscondito, ac etiam annuli immissio fiebat per Bernardinum existentem extra cameram, & porrecta per Apolloniam manu extra fenestram, & sic extra cameram. quæ omnia arguunt impossibilitatem istius probationis, quo ad ipsum testem. Et si dicatur, quòd per Badiam saltem probatur annuli immissio, respondetur, quòd tunc est singularis in hoc, & non probat. vulgata.l. iurisiurandi. cum similib. C. de testi. Nec etiam Badia
80 probat hoc per superius dicta, † allegata autem in contrarium procedunt, vbi plenè probaretur annuli immissio. & ita procedit doc. Abb. in d. c.fi. & ita loquitur Lappus præallegata alleg. 57. in fine. immo plus, quòd in casu Lappi, præcessit tractatus matrimonii, qui probatus fuit, & vltra annuli immissionem, illa mulier protulerat aliqua verba, quibus consensus ostendebatur. Nec minus obstat, quòd verba non sint de substantia matrimonii, in valentibus loqui, q̃a dupliciter respondetur primo, quòd opinio Hostien. Abb.& aliorũ, procedit, quando p̃cessit tractatus de cõtrahẽdo matrimonio inter aliquos, vt etiam distinguit in d.c.tuæ.Ioã. And.concordando opinionẽ Innoc. & Host. & ita ẽt tenent Doct.in d.c.tuæ.& tunc dico, tenendo ẽt opinionem Host. ꝙ in casu nostro nullus præcessit tractatus de contrahendo. nam hoc oportebat probare in p̃cessu, iuxta tradita per Lappũ in d. sua allegatione 57. secundo respõdetur, quòd magis cõis opinio est cũ Inno. pro cuius opinione est text. ad litteras, in d. c. tuæ. & cum ista opinione transeunt gl.d.l.cum notissimi.& c.si Rector,
81 supra allegatus. †Et in iudicãdo a cõi opinione, non est recedendũ, per not.per Io.And.in c.primo.vbi Doct.de consti.facit text.in c. nouimus.
82 vbi Butri.de verb.signi.† maximè quia vt est dictum, cum ista communis est glo. cuius auctoritas aliorum auctoritates antecellit, vt dixit Butr. in l.1.C. qui pro sua iurisd.& Bal.in l. secunda.

83 C.de senten.quæ sine cer. pet. quanti.† Et si diceretur, quòd licèt communis opinio sit contra Hostien. Tamen, cum opinio Hostien. stet pro matrimonio, alia vero contra, standum est opinioni Hostien.quæ matrimonio fauet, iuxta no. per eundem Hostien.in c. si vir.de cogn. spir. & per Fely.in rubr.de spons.vbi dicitur, quòd singularis opinio vnius Doctoris auctentici stantis pro matrimonio præualet communi opinioni, stante contra, respondetur, quòd istud procederet fortasse, quando tractaretur de matrimonio coniungendo vel separando. quo casu fauore animæ fit interpretatio asperior cap. iuuenis.de sponsal.sed vbi tractatur de matrimonio,ad effectum succedendi, & personæ, de quorum matrimonio tractatur, sunt defunctæ, ꝓut in casu no-
84 stro,† & sic non tractatur amplius de periculo animarum,cessat prędicta obiectio,& quòd fauor matrimonii cesset, vbi cessat periculum animarum, probatur per ea, quæ notãter tradunt Car. Imol.& Abb.in capitu. constitutis, el secundo. de testib. vbi Fely.qui dicunt, quòd vbi non est quæstio de vinculo matrimoniali,sed de processu causæ matrimonialis, didicisse testificata impedit testium productionem, & assignant rationem,quia tũc non tractatur de periculo animæ, i.de coniungendo, vel separando matrimonio.

Ad tertium, quòd ex quo in casu nostro Badia non vidit Andream, & Andreas non cognouit Badiam, & vnus erat inter cameram & alter foris & erat de nocte, quare vterque Bernardinum, & Apolloniam ad voces cognoscebant:iõ dici possit,quòd idem iuris sit in casu nostro, sicuti quando matrimonium contractum fuit in vna camera, & testes erant extra.quo casu si notas habebant voces contrahentiũ in camera matrimonium,vt voluit Specu. in titulo de testi.in §.1. ver.quid ergo si viro breuiter respondetur, quòd si volumus dicere, quòd idem dicendum sit, in casu nostro,sicut in illo,vtique dicere est, quòd nullum per dictos testes sit probatum ma-
85 trimonium.quia certè in illo casu,† quando testes sunt extra cameram, vt matrimonium probent, requiritur, quòd vtrunque contrahentiũ audierint proferentem verba concludentia matrimonium de præsenti. Ita loquitur Specu. vbi supra,& Bal.Pau. de Cast.& Alex.in l.si non speciali.C.de test.& habetur per Decium alios adducentẽ in cons.suo 163.col.2.primo vol.sed in casu nostro dicti testes nõ atestant̃ de verbis matrimonii prolatis,nisi a Bernardino,ergo matrimonium aliquod non probant. Præterea sicuti in d.casu,testes si deponerent de annuli immissione, non probarent, cũ talis actus voce non cõpręhendatur,sed visu tantũ percipitur:& impossibile fuisset eos vidisse hoc obstante pariete. sic in casu nostro testes prædicti nõ probant annuli immissionem,quia de nocte,& sic istud fundamentum retorquetur contra partẽ aduersam.

Nec obstat primum adminiculũ adductum ꝑ aduersarios ad corroborandum dicta,& depositionem dictorum duorũ testium, circa dictũ matrimonium,dum dicebatur, ꝙ magnum adminiculum est,quia D.Bernardinus, & Apollonia se amabant,vt deponit idem Badia super 1.cap. cũ quo videtur concordare Laurẽtius a Campana tertius testis,super primo ca. quib. tanq̃ vicinis credendũ est, iuxta not. per doct.in l.1.ff.si cert. pet.quo casu amor tollit suspitionẽ,in teste,iuxta tradita per Doct.in c.super eo.el secundo, de testi.vbi dicunt Doctores,quòd admittuntur parentes ad probandum matrimoniũ,præcedẽtib. maioribus, qui tamen aliàs repelluntur.l. parẽ-
86 tes.C.de testi.† quia respondetur,quòd nõ simplex amor adminiculatur in c. su.p eo. sed amor cum aliis qualitatibus, vt puta,si puella erat multum famosa, & ex honestis parentibus educata, quam diues vel nobilis amabat, & eã habere nõ poterat, nisi illam in vxorem acciperet. Ita dicit Abb.in d.c.super eo.col.vlti. in ver.glos.1.& ibi
87 Doct.† verum est,quòd quãdo tractatur de probanda copula carnali,amor multum operatur, vt traditur per Doctores post Hostien.in c.præ-
88 terea.de testi.† Præterea ad hoc, vt amor adminicularet, in casu nostro debuisset probari ꝑ duos testes diuersos. nam absonum est dicere, quòd Badia probet adminiculum aliquod sui dicti, & quando adminiculum non est probatum, saltẽ per duos testes, nõ coadiuuat,nec illius ratio habetur. glos. est, quam ibi multum notant Doct. & singularem reputant in l.fina.C.de famil.erc. not.Bald.in l.secunda, in principio. ff. de excu. tuto.& tradit Alexan.in causa matrimoniali, in consil. 150. incipit,in causa & lite columm.pen. in versicu. Postremo etiam volumine quinto.

Secundum adminiculum adducitur, quia ex quo disparitas in casu nõ allegatur, pręsumitur paritas,quę paritas efficit,quòd testis,q. aliàs nõ admitteretur data disparitate,admittatur,vt no. Doc.in d.c.super eo.vbi dicunt, ꝙ data paritate mater admittitur ad probãdũ matrimonium ꝓ filia.stante igitur paritate,esto,quòd dicti duo testes deponentes de matrimonio paterentur ali-
89 quas exceptiones:tamen admitti debẽt.† ad hoc breuiter respondetur,ꝙ paritas vel disparitas inter contrahentes attenditur solũ, quãdo sumus in coniungẽdo matrimonio,& tractatur an mater,pater,vel soror possint esse testes pro filia, vel soror in cã matrimoniali. d. c. super eo. in aliis verò paritas vel disparitas non attẽditur. sed in cã nostra nõ agitur de matrimonio copulando, sed tm̃ de ꝓbando matrimonio,ad effectũ legitimitatis. Ideo prædictum adminiculũ non est in consideratione. Præterea paritas, vel disparitas est in consideratione,quãdo tractatur de admittendis vel non admittendis parentibus in causa matrimoniali,pro filia,& sic tractatur de repellẽdo teste, ratione pręsumptæ affectionis. In cãs autem nostro testes præfati repelluntur propter eorum crimina, & defectus, merito illatio non est bona,& sic huiusmodi ad miniculum nõ meruit allegari in isto casu nostro, maximè, quia

ideo est, ꝙ mater admittitur in cā matrimoniali pro filia, sed data paritate, ex eo, ꝙ tunc cessat ratio textus in d. cap. super eo. videlicet, vbi testes sunt turpes, & notæ vitæ, prout in casu isto, ratio suspitionis non cessat. & ista est vera resolutio, quam in terminis ponit Alex. in consil. 152. incipit, viso processu causæ. col. 4. Nec obstat id. in 5. vol. Præterea clarum est, quòd cum a cōmuniter accidentibus matrimonia fiant domi parētum, ipsis sciētibus, & præsentibus, quis melius eis remota excusatione affectionis poterit de hoc testari? arg. tex. in c. videtur, quòd matri. accusare possunt. Quinimo non est indistinctè verum, quòd parētes admittuntur, etiam data paritate. Cum sit in arbitrio Iudicis, eos admittere, vel repellere. Spec. in tit. de test. §. 1. ver. quarto fallit.

90 †Tertium adminiculum dicitur esse, quia Badia primus testis Iacobi, & Iacobus Bertapalea septimus testis eiusdem videntur probare, quòd tunc tēporis iam annis 48. fama esset in vicinia, quòd Bernardinus, & Apollonia insimul cōtraxerant matrimoniū. Ad hoc breuiter respondetur. primo, ꝙ fama aliqua per dictos testes nō ꝓbatur, quia testes deponentes de fama publica non probant, nisi deponant, ꝙ fama esset apud maiorem partem, vt per Bar. in l. de minore. §. 2.
91 ff. de quæst. quem cōiter sequuntur Doc. †Secūdo alia ratione dicti testes non probant famam aliquam, quia testis de fama deponens, nominare debet saltem vnum ex eis, a quibus audiuit. Ita Alexand. post alios, in consil. 83. incipit, viso themate. in versic. præterea isti, volum. 3. Et procedit et̄ si testis non fuisset interrogatus, a quib. audierit. idem Alex. cons. 155. incipit, alias consultus in 5. vol. col. vlt. ver. item non probat. Tertio huiusmodi adminiculum debuit, vt supra dictum fuit, probari, saltē legitimè per duos testes. in quorū numero est absurdum dicere, ꝙ Badia cōputet̄, de cuius dispositione cōprobanda agit̄.

Quartum adminiculū adducebatur dictum Benedicti Octolini, iam defuncti, &, vt dicitur examinati iam multis annis, coram iudice layco. & inter diuersas personas, qui deponere videtur, quòd dictus q. Bernardinus sibi testi dixit, quòd promiserat Apolloniam in vxorem ducere, qui licèt fuerit inter alias personas examinatus, tamen indicium facit inter istas, vt notant D. Anto. & Abb. in c. causam quæ. el primo, vbi Felyn. in quarta col. in versi. tertia regula, quod dicetur etiam procedere, si testes sunt primo examinati coram seculari. nam indicium faciunt coram Ecclesiastico. breuiter dicitur hoc nullū facere adminiculum, quia iste testis est singularis. Vnde etiam si esset examinatus in præsenti causa, indicium non probaret. l. solum. C. de testi. stante maximè vera conclusione, quam supra firmaui, quòd vnum quodque indicium & adminiculum, de quo habetur consideratio, saltē per duos testes probari debet. & tanto minus facit dictum præfati testis, quāto examinatus fuit inter alias personas, & coram iudice layco. Et su-
92 †pręallegata procedūt, quādo fuit aliquid plenè probatū in vno iudicio, inter alias personas. nā in diuerso iudicio, inter diuersas, facit solum indicium. & ita loquuntur D. Ant. Abb. & Docto. in dicto capit. causam quæ. el primo. & id, quod dicitur de testibus examinatis coram seculari, quòd prosit coram Ecclesiastico procedit inter easdem personas. secus inter diuersas. & ita procedit doctri. Felyn. allegata per excell. Aduocatū partis aduersæ in d. ca. causam quæ. in prima colum. in versic. prima regula.

Quintum adminiculum dicitur esse dictum Cecchi Lisari, qui nūc examinatus se remisit ad alia aliàs testificata per ipsum coram Iudice seculari, & inter diuersas personas. in qua priori testificatione videtur deponere, quòd dictus Bernardinus matrimonium cōtraxit cum Domina Apollonia. breuiter respondetur, quòd dictus testis nil probat, quia concludenter non deponit. secundario est vnicus & singularis. l. solam. C. de testi.

93 †Tertio non probat, quia interrogatus super interrogatoriis D. Ant. dicit, quòd vellet vincere D. Iacobum aduersarium in præsenti causa, & sic nulla venit ei adhibenda fides, ratione ex-
94 presse affectionis, quàm habet ad causam. †nam si præsumpta affectio repellit testem, vt in c. Romana. de appel. in 6. vbi est tex. quàm qui fuit aduocatus, vel procurator alicuius, in prima instātia non pōt pro eo testificari in secūda instātia, quia præsumitur habere affectionē ad causam, a fortiori expressa affectio, de qua in casu nostro testē repellet. auct. multo magis. C. de Episco. & cler. facit dictum Bal. in l. testiū. col. pen. in ver.
95 circa quartam. C. de testi. † vbi dixit, quòd testis non debet magis in vnam, quàm in aliam partē inclinare.

Quarto dicitur, quòd dictus testis est vnicus, & propterea nil probet. Nā olim examinatus de an. 1506. deposuit, ꝙ verū est, ꝙ Bernardinus de Campo sancti Petri tempore vitæ suæ contraxit matrimonium cum Apollonia de capitib. vini. Nunc vero examinatus dicit, ꝙ nil aliud scit de matrimonio, & desponsatione prædictæ, nisi, ꝙ semel dici audiuit iā pluribus diebus a Badia, qualiter dictus q. Bernardinus matrimoniū con-
96 traxerat cū vna de Capitibus vini. † & licet iste testis sic varians reduci aliquo modo non posset ad concordiam, id fieret, vt euitaret periurium, non vt probet, vt concludit Iac. Butr. in l. de ætate. ff. de mino. facit gl. in c. in nostra. de testi. vbi Domi. Antonius & latè tradit præceptor meus Dominus Ioannes Crottus in tract. suo de testi. nu. 328. in versic. secunda sit conclusio. Et si dicatur, quòd dictus testis se refert ad dictam priorem suam depositionem dico, quòd si rectè ponderentur eius verba, non refert se, quo ad articulum, matrimonium, sed circa aliud.

97 †Sextum indicium allegabatur in dicto illorū de Zacchis, qui videntur deponere, quòd dum viueret quidam eorum patruus, solebat dicere

Iacobum aduersarium esse filium legitimum, & naturalem dicti q. Bernardini, ad hoc breuiter respondetur, quòd licèt alios testes deponentes de auditu faciant saltem inditium, vt fuit dictũ supra. Nihilominus hoc nõ procedit in casu nostro, in quo si viueret ille senex de Zacchis, qui dicebat hoc, & fuisse examinatus vir faceret ipsius dictum indicium, quia singularis d.l.solam, ergo non possumus dicere, quòd isti duo faciãt indicium deponentes de auditu ab illo, & maximè, quia deponunt audiuisse ab eodem, quo casu licèt alias testes deponentes de auditu probarent: Nihilominus quando dicunt ab vno & eodem audiuisse, nil probant, vt voluit glos. notabilis in capitulo licèt, ex quadam. in verbo ab

98 vno, vbi communiter Docto. de testi.† accedit, quòd alter dictorum testium de Zacchis, videlicet D. Licanorus est cõpater dicti Iacobi aduersarii, qui in causa ista ardua, quæ criminali æquiparatur, vt no. in l. admonendi, per Bart. in pen. col. ver. viso ergo. non esset idoneus testis, vt concludit præfatus Dominus meus, in dicto suo tracta, de testi. nu. 101. in ver. vndecimo principali-

99 ter.† vbi concludit, quòd in causa criminali cõpater pro compatre nõ poterit esse testis, & idẽ est vbicunque testes idonei requiruntur: tũc.n. compater non erit idoneus. Ita concludit idem Dominus meus eo. tract. suo. de testi. nu. 163. in versi. Decimotertio principaliter. & clarum est, quòd in hac causa requiruntur testes idonei. ca. per tuas, qui fil. sint legi. & tanto minus probant dicti testes, quia alter eorum, videlicet dictus D. Licanorus fuit examinatus a notario sine commissione Iudicis, & non iuratus deposuit, & licèt notarius asserat se detulisse ei iuramentum. de commissione Iudicis, ei non creditur, vt latè supra dictum fuit.

100 †Septimum adducitur adminiculum, quia tale matrimonium factum fuit de nocte, & in his, quę de nocte fiũt leuiores probationes requirũtur, vt late per Decium, conf. 163. & per Alexan. cõs. 166. in 2. vol. incipit, animaduersis, ad quod respondetur, quòd vlteriores probationes requiruntur in his, quæ cõiter de sui natura fiunt de nocte, vt sunt crimina, furta, rapinæ, & alia. Ita loquitur Alex. in d. consil. 163. in matrimonio autem, quod voluntariè contrahitur, prout asseritur fuisse in casu nostro, secus est. nam illud, & si clandestinum sit, requirit tamen legitimã probationem, tex. in c. quòd nobis, de cland. despõs.

101 †verum est, quòd si essemus in matrimonio cõtracto per vim & metũ, sufficerẽt testes minus idonei, vt videtur concludere Alex. in cõsi. 156. incipit, viso processu causę. In ver. 2. respondeo. in 2. vol. sed in matrimonio voluntario imputatur parti, si nõ adhibuit idoneos testes. Nã alias sequeretur inconueniens, quòd quis posset probare matrimonium, quod nũquã fuit per testes minus idoneos asserendo illud factum de nocte, & ꝙ alii non aderant. Ita Alexã. in consil. 152. in 5. vol. in ver. ad hoc etiam tendunt.

Octauum dicebatur adminiculum, quia in facto antiquo leuior probatio requiritur, vt puta ꝑ famam, & inditia. Alex. in conf. 4. incipit, videretur inspectis. col. 6. in ver. faciunt quæ dixi. &

102 per Decium, in c. 1. col. 5. de appel.† Ad hoc respondetur, ꝙ factum antiquum, secundum communem opinionem, in quo leuior probatio requiritur, est centum annorum, vt per Imol. in c. veniens. in fi. de testib. el primo, & traditur per multos alios Doct. quos refert Deci. in d. c. 1. in ver. sed in cõtrarium est communis opinio. itaque secundum prædicta, non possumus dicere, quòd simus in facto antiquo, quia in facto antiquo, ideo leuiores requirũtur probationes, quia verisimiliter testes deponẽtes de tali facto, nõ reperirentur. ideo fama probata. In casu autẽ nostro adducuntur testes. Attendere igitur debemus, an probent, & sicut fidedigni nunc, quia in tali casu, quòd tempus supleat testium notas, crimina, vel defertur, iure cautum non inueni. & propterea tale assertum adminiculum nil seruit in casu isto.

103 †Nec minus obstat, dum vltimo dicebat, quòd cum in casu nostro tractetur de matrimonio solum ad effectum succedendi & filiationis, quòd leuiores probationes sufficiant. ad quod facit dictum Bal. in l. filiũ. diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. vbi voluit, quòd quando agitur de probando matrimonio incidenter ad effectũ filiationis, matrimonium probetur per instrumentum dotis, quem Bald. videtur sequi. Floria. ibidem. & pro isto dicto allegat Bal. text. in auct. vt fratr. fil. post principium, quia breuiter respõdetur, quòd doctrina Bal. non procedit vbicunque tractatur de præiudicio tertii, prout in casu nostro, in quo tractatur de auferendis bonis D. Antoniæ Pellegrinæ, & Francisco iugalibus. & ita concludunt Doct. in cap. illud. de præsump. vbi D. Abb. & alii respondent etiam ad tex. in d. auct. vt fratrum filii. & ita etiam, quòd vbi agitur de præiudicio tertii matrimonii aliqualiter non probetur per instrumentum dotis, voluit Floria. in d. l. filium diffinimus. Et, licèt Abb. in ca. lator, in versic. no. gl. quòd qui fil. sint legi. videatur dicere, quòd natus ex masculo & fœmina insimul habitantibus, & præsumatur legitimus, quasi fauore legitimationis matrimonium, quã sumatur inter illos, allegat. l. in liber. ff. de ritu nupt, Nihilominus dictum Abb. non ita simpli-

104 citer est intelligendũ. † nam clarum est, quòd dictum Doctoris intelligi, secundum legem, quã allegat, vt dicit Bar. in l. non solum. in §. liberationis. ff. de lib. & leg. sed l. in liberè, quam allegat Abb. intelligitur, quando vir habitauit cũ muliere, & illam honorauit, & tractauit vti vxorem: & ecõtra illa virum honorauit, & tractauit vt maritum. nam tunc matrimonium præsumitur, nisi vir in contrarium fuerit protestatus, & ita d. legem in liberè, & l. in concubinatu, ff. de ri

105 tu nupt. intelligit totus mundus, †vt notanter dicit Salyc. in l. si vicinis. C. de nupt. dicens, ꝙ sic

sic intelligendo ius canonicum a ciuili non discordat, in probando matrimonium, ad effectũ successionis. ad quod bene facit gl. in d.c. lator. in gl. pen. quæ voluit, ꝙ sufficit probare quem natum ex ea, quę credebatur vxor, & quòd quis habeatur, & reputetur pro filio legitimo & naturali, alicuius, & ad hoc facit ẽt dictum Inn. & Ab. in c. ex parte. de resti. spo. vbi Abb. in 8. col. circa primum referens Inn. dicit, ꝙ tractatus pro vxore, & ꝙ vir vocauerit aliquam in vxorem, probãt
106 matrimonium, † quo ad legitimitatem filii.

Et ad resolutionẽ prædictorum, & multorũ, quę hic adducuntur per partem aduersam dico, ꝙ si in casu nostro tractaret de probando matrimonio præsumpto procederent allegata in contrarium, in hoc vltimo fundamẽto, & ita procedit consil. Gemi. nu. 27. & alia plura, de quibus per Soci. in consi. 39. in primo volu. sed in casu nostro cessant omnia, quæ probant matrimonium præsumptum, & de quibus per Doct. in d. c. illud. de præsump. & per Soci. in d. consi. ideo necesse fuit ꝓbare matrimonium legitimè, iuxta tex. in c. per tuas. qui fil. sint legitimi. quòd factum non fuit. Igitur aduersarius debet succumbere.

Hieronymus de Gigantibus V.I.D. Forosemproniensis.

IN CAVSA FAGANEA MATRIMONIALI.

SVMMARIVM.

1 *Procurator censetur reuocatus quando Dominus comparuit ad causam sine protestatione solita.*
2 *Fallit nisi esset actus, qui melius per Dominum, quã per procuratorem fieri potuisset.*
3 *Fallit etiam quando bis Dominus comparuisset sine protestatione, & tertio comparuisset cum protestatione.*
4 *Processus agitatus cũ procuratore reuocato, de qua reuocatione, in processu constat, est nullus.*
5 *Testes duo sufficiunt etiam ad probandum matrimonium.*
6 *Mater non admittitur in testem pro filia in causa matrimoniali stante disparitate.*
7 *Sollicitator causæ non admittitur in testem.*
8 *Mater non admittitur in testem in causa matrimoniali pro filia, quæ fuit carnaliter cognita.*

CONSILIVM XXXIX.



DE duobus in præsenti causa vidẽdum est. primo an processus agitatus vtini, coram R. Vicario, Reuerendissimi Patriarchæ Aquileiensis, sit validus nec nè. secundo an posito, quòd esset validus, fuerit ex eo aliquod probatum matrimonium. inter Bartholomæum Fabrum ex vna, & Mariã aduersariam de faganea, laicos d. Aquileiensis diœcesis.

1 †Circa primum, dico processum agitatum coram d. Vicario esse nullum, quia postquam Maria principalis ex aduerso constituit Toffolum eius patruũ procuratorem ad causam, ipsamet pluries in iudicio comparuit, tractando causam per se, sine aliqua protestatione. quòd non intẽdebat reuocare d. suum procuratorem. quo casu dictus procurator reuocatus fuit. ca. penul. §. fin. vbi etiam per Docto. de procurat. in 6. & per Fely. in c. ex parte decani, col. penult. ver. & nota, quòd si Dominus. de rescript. quod maximè procedit in casu nostro, vbi d. Maria comparuit in iudicio, in quo eius præsentia nõ erat necessaria. per not. per Fely. in d. c. dilecta. versic. præallegato. Ad idem facit quod consuluit Soci. in consil. suo 24. incipit, visis ac diligenter. col. 9. in fin. vers. secundo, quia posito, in primo vol. vbi voluit, quòd ex pluribus comparitionibus principalis, sine protestatione solita, citra reuocationem &c. procurator reuocatur, & actus gestus pluries in processu, per dictum Mariam ęquè bene per procuratorem fieri potuissent, vt ex pro-
2 cessu apparet, †quia si fuissent actus, qui sufficiẽtius per principaliter quã per procuratorem fieri potuissent, tunc non esset reuocatus procurator. per tex. in d. c. penul. §. fi. de procura. in 6. & habetur per Rot. decis. 341, incipit, nota secun-
3 dum aliquos. in antiquis. † bene verũ est, quòd si d. Maria bis comparuisset sine protestatione, demum comparuisset cum protestatione solita, quòd per primas comparitiones procurator reuocatus non censetur. Bellamer. decis. 454. in-
4 cipit, si principalis. in rubr. de procur. †sequitur ergo, ꝙ processus agitatus cum dicto Toffolo per procuratorẽ reuocato, & de cuius reuocatione apud acta constat; & sic iudici innotuit, & parti est nullus. c. ex insinuatione. de procura. cap. ex parte decani. de rescri. c. mandãte. eo. tit. de procura. & prædicta quo ad nullitatem d. processus, sufficiant.

5 †Vidẽdum modo est, vtrum sit probatum aliquod matrimonium inter dictũ Bartholomęũ, & Mariam, & videtur dicendum, quòd sic, quia examinati fuerunt duo testes, qui de eo deponũt, in ore autem duorum, vel trium, stat omne verbum. c. nouit. de iudi. l. vbi numerus. C. de testi. quod etiam procedit in matrimonio. in quo sufficiunt duo testes, tam mares quàm fęminę. vt not. Abb. in d. c. super eo. in tertio notabili de testi.

6 † Attamen in casu nostro dicendum est, nullum esse probatum matrimonium. Nam ex dictis duobus testib. vna est Catherina mater præfatæ Mariæ aduersariæ, quæ nil probat, stante disparitate probata in processu, per tex. in c. super eo de testibus. & ibi Doctor. vbi habetur, quòd mater non admittitur in testẽ pro filia, vbi tractatur de matrimonio copulando, & maritus est superior

superior diuitiis & potentia. & maximè de disparitate cōstat. quia probatum est, etiam, quòd Maria permansit pro massaria in domo Bart.

7 †Secundo nil probat mater, quia ipsa sollicitauit præsentem causam vtini. in prima instantia, vt ex processu apparet, & in causa pluries cōparuit, per ea, quæ notant Doctores in c. Romana. de testi. in 6. facit decisio dominorum de Rota, in nouis. num. 154. vbi habetur, quòd sollicitator non admittitur in testem, propter affectionem, quam habet ad causam. & ad hoc plura adducuntur per Felyn. in ca. cum a nobis, col. vlti. vers. de sollicitatore autem. de testi. & idem voluit in causa matrimoniali Alex. in consil. 153. incipit, visis narratis. nu. 13. in 5. vol. col.... vers. alia ratione etiam non est idoneus.

8 †Tertio pro ista parte facit, quia cum d. Maria fuerit carnaliter cognita ab ipso Bartholomæo d. Catherina mater repellitur a testimonio, quia præsumitur affectare prædictum matrimonium, propter eius honorem. ex quo eius filia fuit cognita carnaliter a d. Bartholomęo, ita signanter cōsuluit Aret. consi. 13. col. 6. & Dec. consi. 133. col. 5. in pri. vol. & idem Decius consil. 310. in 2. vol. facit etiā quod voluit Alexand. cons. suo 153. incipit, visis narratis. in 6. vol. col. 3. vers. ex quibus etiam. vbi dicit, quòd licet testimonium matris, vbi cessat disparitas, in causa matrimoniali, admittatur d. c. super eo. de testi. tamen istud procedit, nisi appareat, quòd filia, vel ipsi parentes affectent tale matrimonium, vel nisi ex aliquibus circunstantiis appareat, ꝙ testimonium patris, vel matris, sit suspectum. Ex prædictis breuiter concludo processum prædictum esse nullum, & dictum matrimonium non esse probatum. Laus Deo.

Hieronymus Gigas V.I.D.

IN CAVSA MATRIMONIALI de Taruisio.

SVMMARIVM.

1 *Inimicitia procurata ab opponente eam contra testem lite iam cœpta, non releuat.*

2 *Fraus præsumitur ex vicinitate actuum.*

3 *Testibus deponentibus de bona fama alicuius, licet paucioribus, plus creditur, quàm pluribus negantibus.*

4 *Præsumptio doli causatur contra conuentum, qui negat probata contra eum in processu.*

5 *Dolus ex mendacio præsumitur.*

6 *Reus si in mendacio repertus fuerit, maxima oritur præsumptio contra eum. & num. 7.*

8 *Confessionem propriam interpretari ad cōfitentem pertinet.*

9 *Istud procedit, quando confessio est ambigua.*

10 *Probatio sufficiens dicitur, quæ iudicem ad credulitatem inducit.*

11 *Opinio vnius Doctoris stantis pro matrimonio magis attendi debet, quam plurium sentientium contra.*

CONSILIVM XL.



Vòd Apollonia testis examinata in causa matrimoniali de Caluis non repellatur, tanquam inimica partis, contra quam producta extitit, apertè cōstat ex eo, quòd cum ipsa esset conscia omnium, quæ acta sunt inter D. Ioan. de Caluis actorem, & D. Margaritam filiam D. Laurētii de Crema, & subinde fuerit præsens contractui matrimonii, inter prædictos, vt constat ex processu iam cepta lite, inter prædictos, dolosè agens D. Laurentius pater d. Margaritæ, illam querelauit de falso. sub die 4. Mens. Decemb. lite iam cœpta, sub die 3. dicti. ad effectum excludendi illam a

1 testimonio, †quod sibi opitulari non debet, ex quo ipse fraude dictam inimicitiam procurauit, per ea, quæ voluit Bar. in l. 1. §. si seruus. & in §. cum quis. ff. de quæstioni. & sequitur Præpositus. in c. accusatores. in vers. ex his dictis. 3. q. 5.

2 †facit etiam ad prædicta, quia cum d. Laurētius pater d. Margaritæ dictam Apollon iam querela uerit, statim intimata monitione Reuerendi Vicarii Taruisini d. eius filiæ, ꝙ adhæreret d. Ioan. viro suo, quòd fuit die 4. Septemb. ex ista actuū vicinitate fraus & dolus inde dicti Laurētij præsumitur. per not. per Bal. in l. 2. C. de repud. hæred. & Specul. in titu. de donat. §. pri. versic. item pone, quòd aliquibus. & Guido Papæ in tract. de præsumpt. col. 4. num. 50. Bald. in l. eam, quæ C. de fideicom. facit text. & ibi not. in l. post dictum. ff. de dona. Accedit, quòd Margarita testis deponit, quòd habet *Polonia per donna da bene.* idem deponit Margarita q. Meneghini super

3 quarto & plus creditur, duobus testibus deponentibus de bona fama, quàm mille negantib. & est ratio, quia dicti testes habent iuris pręsumpt. pro se, quia quilibet præsumitur bonus &c.

4 †Accedit ad hoc, quòd præfata D. Margarita examinata cum iuramento negauit se vnquam alloquutam fuisse cum d. Domino Ioanne, nec ei litteras scripsisse, aut misisse: nec non, quòd illi aliqua non misit munera: & tamen apertè cōtrarium ex processu cōstat. ex qua negatione nō parua contra eam præsumptio oritur doli, & cū

5 †ratione mendacii quis in dolo esse præsumatur l. si seruus. §. si persuaseris. ff. de dol. & tradit Paris. de Puteo in tract. de Sindic. in §. viso. de indiciis. num. 3. & num. 4.

6 †facit quod scribit Barto. in l. fin. in prima col. ff. de quæstioni. vbi dixit, ꝙ si reus repertus fuerit in mendacio, insurgit maxima præsumptio cōtra eum. per tex. in l. vnius. §. testes. ff. eo. titu. de quo habetur in c. litteras. de præsumpt. & per Roman. in consil. 8. viso facto. & per Marcū Blāco in d. l. fi. nu. 265. & nu. 266. cuius lectura intitulatur tract. de indi. Quinimmo

mo cum d. Margarita ita perperam & dolosè ea, quæ testibus in processu probata sunt suggesta a parẽtibus, vt vero similiter creditur, negauerit, insurgit contra eam manifestum argumentum, quòd dictum matrimonium cum d. Io. contraxerit, argu. eorum quæ eleganter deducit Zasius consil. 9. num. 20. & num. 30. in pri. vol. & numero 40.

Prçterea vltra depositionem dictę Apollonię, & Ioannis a tabulis, qui fuerunt præsentes contractui matrimonii, inter prædictos, habemus etiam confesionem ipsius Margaritę, de qua deponit D. Geneura super 16. cui Margarita confessa est promisisse Io. de Caluis. &, licet sit testis vnica, quæ non probat, quia in ore duorum vel trium stat omne verbum. c. nouit. de iudic. l. vbi numerus. ff. de testi. attamen habemus confessionem ipsius Margaritæ iudiciariam, quæ in vltimo suo constituto fatetur dixisse præfatæ Geneuræ, quòd promiserat Ioanni prædicto, licet subiungat, quòd id iocose illi dixerit. ex quo patet continentiam polizæ productæ veritatem

8 continere. in confessum autem &c. † & si diceretur, quod ex quo Margarita confessa fuit, se id dixisse iocose dictæ Geneuræ, illi etiam credendũ, quia ad partem pertinet interpretari propriam confessionem. vt per Bartol. in l. is qui reus. col. penult. ff. de publi. iudi. & Ant. de Butr. in c. pri. in fine de sponsal. Alciat. in ca. placuit. in tertia regula præsumptionum, Præsumpt. pri. num. 9.

9 de præsumpt. † hoc tamen sanè intelligi debet, vbi cõfessio est ambigua l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. vt declarat Alciatus in loco præallegato præsumptione 35. num. 11. & idem Alciatus in l. si quis maior. nume. 54. C. de transact.

10 † Et ex deductis in processu, omnibus consideratis diligenter per iudicem iure meritò adduci potest ad credendum matrimonium inter prædictos esse contractum, vnde succedit elegãs Socini doctrina in consil. 363. col. 6. dicentis, eã censeri sufficientem probationem, quæ iudicẽ ad credulitatem inducat. omnis. n. probationis virtus iudicis arbitrio committitur, an sufficiẽs sit. l. 3. §. tu magis. de testi. cuius doctrinam reassumit, & comprobat Zasius consil. 2. in 2. volu. num. 81.

11 † Considerandum est, quòd stamus pro matrimonio, cui plurimum iura fauent, in quo magis standum est Doctori sentiẽti pro eo, quam aliis contrarium sentientibus, vt habetur per Zasiũ in d. consil. 2. num. 83. in 2. vol. Hostien. in c. 2. de cogna. spirit. pro matrimonio. n. in dubio est iudicandum. c. licet ex quadam. de testi. c. fin. de re iudic. cap. ex litteris. de probatio. & habetur per Zasium consil. 3. num. 20. in 2. vol.

Hieronymus Gigas V. I. D.

IN CAVSA MATRIMONIALI, pro Magnifico D. Petro Mauroceno.

SVMMARIVM.

1 Matrimoniũ inducitur per ista verba, te voglio per moglier, non torrò mai altra donna che te.

2 Fama coniuncta cum vno teste deponente de actu gesto plene probat.

3 Confessio eius qui stat contra matrimonium, pro matrimonio plene probat.

4 Matrimonium contractum contra inhibitionem, nõ gaudet priuilegio matrimonij.

5 Iuramentum in defectum defertur illi, qui semiplenè probauit.

6 Testes omni exceptione maiores requiruntur, quando tractatur de præiudicio alterius matrimonij.

7 Pauper in causa matrimoniali vbi tractatur de præiudicio alterius matrimonij non est idoneus testis.

8 Testis debet esse omni exceptione maior, quando per eum fit semiplena probatione deferatur iuramentum in defectum.

9 Testis multum amicus non est integer.

10 Amicitia detrahit testi secundum eius qualitatem.

11 Testis vt famam probet qualiter debeat deponere. Idem num. 12. & num. 13.

14 Probatio facta de matrimonio clandestino priori per vnum testem cum fama & confessione nil probat, quando secundum est legitimè probatum.

15 Causa matrimonialis est magni ponderis, & grauis.

16 Matrimonium est ad instar seruitutis.

17 Iuramentum in defectum semiplenæ probationis in causis grauibus non defertur etiam si quis habeat vnum bonum testem.

18 Confessio illius, qui stat contra matrimonium sibi non præiudicat, si venit contra aliud matrimoniũ.

19 Matrimonium per duos testes tam mares, quàm fœminas plenè probatur.

20 Iuramentum in defectum semiplenæ probationis, quando deferri possit in causa matrimoniali.

CONSILIVM XLI.

Christi, eiusque gloriosæ matris Virginis Mariæ nominibus inuocatis.



Viso & diligenter considerato toto processu causæ, quæ vertitur inter D. Paulam Zanne filiam naturalem q. Magnifici D. Maphei Zanne actricem ex vna, & Magnificum Do. Petrum Maurocenum nobilem Venetum, reum conuentum partibus ex altera, videtur prima facie dicendum, matrimonium, quod dicitur inter prædictos contractum, sufficienter probatum esse. † Nam Lucretia prima testis de eo deponere videtur, dum dicit, quòd Do. Petrus dixit *Paula te voglio per moglier. tu è mia mogliere, nõ torrò mai altra mogliere, che ti.* & ipsa Paula respondit, *non torrò mai altro mari-*

marito che voi: per ista.n. verba inducitur matrimonium. Ita concludunt communiter Docto. in c.ex parte de sponsal. habetur per Decium in consil. 163.col.1.versic. circa primum.in primo vol.& licet nullus alius testis deponat de dicto contractu, tamen videtur probata fama de contractu matrimonii inter prędictos,de qua fama, videtur deponere liberalis octauus testis Paulę, R.Do.Nicolaus Bragadino quartus testis,Lucia secunda testis,& Sebastianus Castaldio,& idem videtur deponere Magnificus Dominus Marcus Dandulo.

Fama autē coniuncta cum vno teste deponēte de actu gesto,plenè probat.gl. notabilis & magistra.in c.primo.de appell.ad idem glos.4.q.4. C.sępe.in ver.fama. & latè habetur per Doct. in d.c.primo.c.si testes.tertio facit, quia D.Petrus videtur confessus fuisse, se accepisse dictam Paulam in vxorem,de quo videntur deponere Sebastianus, & Iacobus testes. qua confessione stante, videtur dictum matrimonium esse probatū
3 sufficienter,†quia confessio eius,qui stat contra matrimonium, pro matrimonio plenè probat, vt p Abb.& alios in c. super eo.de eo, qui cogn. consang.vxor.suæ,etiam si sit facta, parte absente.vt post Ant.in c.si cautio.col.2. de fid.instru. vbi Card.& Imol.& Bal. in c. innotuit.col.2.de elect.& in l.rationes. circa finem. C.de probat. in vers.aduerte. Decius in consil. 163. incipit. in causa matrimoniali. col.1.circa medium in primo volum.

Quarto facit quia esto, quòd tractatus de probando matrimonio clandestino, in casu nostro contracto cum d. Paula, videtur, quòd sufficiat probatio facta per vnum testem,cōcurrente probatione famæ & confessionis, etiam in præiudicium matrimonii,secundo loco,publicè contracti: ita videtur voluisse Card.in c. 2. de clādest. despons.vbi dixit,quòd si primum matrimoniū clandestinum probetur per vnum testem & famam: secundum vero matrimonium probetur per plures testes, præualeat probatio primi clandestini.& hoc videtur tenere Aret. in consil.13. in 4.col.& Decius in cons.163.in 4.col.& Barb. in consil.4.col.6.in fin.& col.7.in 3.vol.& cons. 26.in 4.vol.

4 †Quinto facit,quia secundum matrimonium contractum in faciem Ecclesiæ inter Magnificū Dom.Petrum,& Magnificam D.Marinam Dolfino,fuit contractum post inhibitionem factam d. Domino Petro per Reuerendissimum Dom. Patriarcham Venetiarum, ad instantiam d.Dominæ Paulæ.Zanne.quo casu, secundum matrimonium non gaudet priuilegio secundi matrimonii, vt per Decium in consil.163.col.4.versi. tertio respondet.in pri.vol.

5 †Sexto,quo ad petitam dilationem iuramenti in defectum plenę probationis, illud deferri debere d. Paulæ, quæ saltem,si non plenè, semiplenè & vltra probauit,cū regulariter tale iuramentum deferatur, in defectum semiplenæ probationis,vt per Bart.& Doct. in l.admonendi.ff. de iure iurando. & latissimè per Doct. in c. fin. de iureiurando.quæ conclusio,videtur etiam locum habere in causa matrimoniali, vt sensit Hostien.in d.c.fin.& in c.mulier.eo.tit. & istam cōclusionem in causa matrimoniali videtur tenere Archid.in c.viduas 27.q.pri. vbi dixit, quòd melius & tutius est, vt deferatur ei iuramētum, qui matrimonium asserit esse contractum,& habet vnum bonum testē, secundum varias & bonas circunstantias, iudicis arbitrio cōmittēdo.

6 †Istis tamen non obstantibus, contrarium verius de iure puto,& pro intelligentia dicendorū præmitto, quòd vbicunque tractatur de præludio alterius matrimonii requiruntur testes omni exceptione maiores.c.primo. & ibi not.Ant. de Butr.de consang.& affi.Alexan.in consi.286. incipit.quoniam abundè.in 2.vol. versic.præterea.& in consi. 146.vers.præterea testes.in 5. volum.Felyn.in c. at si clerici.§.de adulteriis.in se
7 cunda col.in princ. de iud.†hinc est,quod dixit Alexander in consi.143.incipit.quoniam abunde.col.2.in 2.vol.quòd in causa matrimoniali, vbi tractatur de præludio alterius matrimonii, pauper non est idoneus testis.idem dicit Soci. in consil. 17. incipit. supradictæ causæ positio. col.finali.

8 † Secundo præmitto, quòd ad hoc, vt deferatur iuramentum in supplementum, regulariter requiritur,quòd testis,per quē fit semiplena probatio,sit omni exceptione maior. ita Bart.quem omnes sequuntur.in l.admonendi. col.pe.vers. venio ad tertium.ff.de iureiuran. Butr. in c.fin. de iureiuran.Alex.in consil.264. col.2.vers.nec obstat.in secundo volu.in causis autem magnis & grauibus, non sufficit testem esse omni exceptione maiorem, nisi aliquid habeatur vltra semiplenam probationem, vt habetur, per Paul. de Castro, Alex. & alios. in ff.l.3. de iureiuran. & Hostien.c.tertio.extra de iureiuran. & in c.fi. eo.tit.& per Bal.consil.123.incipit.causa matrimonialis.in secundo volu.vbi dicit, quòd consideranda sunt vltra semiplenam probationem, qualitas personarum,paritas & alia,quæ dicuntur bona exteriora matrimonii,vt puta diuitiæ, iuuentus,pulchritudo,& alia similia.

Istis sic præmissis,videamus modo,quid probatum extitit pro parte Do.Paulæ, pro qua,examinati fuerunt plures testes, quorum dicta discurrendo,non inuenio aliquem deposuisse de contractu,nisi Dom. Lucretiam Iunctam, quæ deponit vidisse Dom. Petrum in villa Lauregię quadam nocte,circa horam quartam noctis, in quadam caneua vnà cum dicta Paula,& audiuit Do.Petrum dicentem, ipsi Paulæ, *te voglio per moier, tu è mia moier, non torrò mai altra moier che ti*.& Paula respondit, *non torrò mai altro marito, che voi*; in hoc dicta Lucretia est sola & vnica testis. Ideo non probat.l. solam.C.de testi. Præterea,non est omni exceptione maior,quia,vt ipsa in sua depositione fatetur, fuit educata in simul

cum

cum Dom.Paula in eadem domo, & quòd mul-
9 tum desiderat bonum & honorem d.Paulæ,† ex quibus datur intelligi, quòd est multum amica Paulæ. quo casu eius testimonium non est integrum.l.3.ff.de testi.& ibi not. Doct. & Bart.in l. admonendi.col.6. ff.de iureiuran.Crottus Dominus meus in tract.suo,de teste.vers.190. incipit. Trigesimoprimo quæritur.& habetur in ca. quotiens. de testi.vbi Fely.post alios.col.2.versi.
10 not.5.Cyn.in l.eos.C.de test.†& Florian.in l.3. ff.de testibus.dicens, quòd amicitia detrahit testi secundum qualitatem amicitiæ. Immo propter immoderatam amicitiam, non solum debilitatur fides testis,sed in totũ repellitur. ita Bal. in c.1.de testi.Felyn.in d.c.quotiens.col.2.vers. quinto nota.in secunda col.ita consuluit Rom. consi.405.incipit,quæro proposita.Nullus alius testis in processu deponit de contractu matrimonij.

Et licet pars aduersa conata sit per plures testes velle probare famam publicam de contractu prædicto, tam in loco Laureiæ, quàm in ciuitate Venetiarum, potius probauit contrariũ, videlicet, nullam huiusmodi famam existere. Nam Lucretia deponit, quòd audiuit dicere in villa Laureiæ, quòd Dominus Petrus practicabat in domo Paulæ, sed, nil audiuit dicere de aliqua promissione. Baptista Rubeus testis Paulæ dicit, nil scire de fama.& Iacobus dicit, quòd non dicebatur in d.villa,Dominum Petrum esse maritum Paulæ quod autem nulla huiusmodi fama esset in ciuitate Venetiarum ante motã præsentem litem, attestantur Dom. Bernardus Zane,& Dom.Marcus Zane fratres, & Magnificus Do. Antonius Mozenico, testes examinati pro parte d.Paulæ. Et licet Liberalis testis dicat, quòd fama erat, quòd Do. Petrus esset maritus Dom.Paulæ,nil probat,quia interrogatus, a quibus audiuit, dixit non recordari. Item non de-
11 ponit audiuisse a maiori parte. † testis autem, vt famam probet, debet deponere audiuisse a maiori parte.Bart.in l.de minore.§.si plurium.col. 5.versi. sed quid si dixi. ff.de quæstio.& in l.3.§. eius quoque.in fine.ff.de test. Angel.in l.3.ff.ad Macedo.Imo.in l.hæredes palam. in princ.ff.de testam.Alex.in consil.20.incipit.in causa appel
12 lationis.†in 4.vol.non proba.alia ratione,quia dicit,quòd fama erat.

Testis enim vt famam probet, debet deponere de se ipso,vt puta,quòd ipse audiuit,nõ quòd fama erat,vel sic dicebatur, alioquin nõ probat. Bart.in l.Labeo.col.4. versi. & ideo si testis.ff.de suppel.legat. & in d.§.si plurium.col.2.vers.sed quid si testis dicit.

13 †Non probat etiam alia ratione,quia interrogatus,a quibus audiuit, dixit non recordari. ita Bartol.in d.§.si plurium.col.5.versi. quæro si testis interrogetur. tradunt canonistę in c.pri. de appell.& ibi Felyn.& Decius.& Alex.in cons.3. incipit.super processu.col.5.lib.4. nec minus fama probatur per depositionem Magnifici Do. Marci Dãdulo,qui deponit, quòd audiuit a pluribus personis,sed nõ recordatur, a quibus, per prædicta, habet igitur aduersaria solum vnum testem de contractu,& nil aliud,sed ad vnius dictum ferri non potest sententia contra Dominũ Petrum d.l.solam.C.de testi. meritò venit absoluendus,quia actore non probãte,reus absoluit. l.qui accusare.C.de edend. & licet ita dõna Paula enixa sit probare, quòd Do. Petrus confessus fuit,se illam accepisse in vxorem, nil tamen circa hoc probauit, licet Sebastianus sextus testis deponat,quòd Dominus Petrus dixit,*e gli ho promesso, loquẽdo de donna Paula, se non fosse mio padre la toraue,ma mio padre me priuaria de li soi beni*. est enim vnicus,& obscure deponit, non exprimẽdo quid promisisset Dominus Petrus, & sic non concludit de necessitate c. in præsentia.de probatio. l. matrimonium. C. de proba. quoniam immo verba testis obscura potius interpretantur contra producentem: similiter nil probat de cõfessione Iacobi septimi testis, qui deponit, quòd Dominus Petrus dixerit sibi semel, *se non fosse mio padre,la toraue, ma ho paura che mio padre non me priui de li suoi beni*, nam ex istis verbis potius cõtrarium colligi potest. patet igitur, quòd confessio Domini Petri extitit, nedum nõ probata,sed etiam non indiciata, meritò Dominus Petrus venit absoluendus.

Sed præsupposito sine præiudicio veritatis, quòd esset probata fama, & etiam confessio Domini Petri, videndum, vtrum sententia fieri posset pro d. Domina Paula, stante secundo matrimonio contracto cum magnifica Do. Marina Dolfino palam & publicè, videtur dicendum, quòd sic,
14 per ea, quæ supra dixi.† dicas tamen contrariũ, quia probatio facta de matrimonio clandestino priori, per vnum testem,cum fama & confessione, nil releuat, quoniam secundum matrimonium contractum in faciem Ecclesiæ probatur legitimè per duos testes. ita tenuit notãter Vincentius in c.2.de cland.despons.quem sequitur ibidem Butrius.& Dominus Præpo.in 1.colum. vers.& quantus.Soci.in consi.270. in 2.vol.incipit,consideratis his. col.2. versic. ista conclusio Anchar.& Abb.in d.c.2.Fely.in rubr.de spons. vers.19.& in c.1.versi.licet regulariter. vt lit.nõ contest. hanc etiam opinionem tenuit solennis Doctor Iacobus Zoccus in d.c.2. de clandest.de spon.referens ita etiam tenere Florianum.istam opinionem communem attestatur esse Sicul.cõsil.26.in 4.volum.& Aret. in consi.62.col.3.dicit illam approbatam a Doctoribus, quam etiã tenuit Alex.in consil.suo 286.incipit,quoniam abunde.col.1.in fine.in 2.vol.& Decius in c.1. col.fin.vers.2.conclusio.de appel.

Circa articulum delationis iuramenti positi in processu pro parte dictæ Paulæ, dico de iure illud deferri non debere Do. Paulæ actrici, per
15 infradicenda.† primo quia clarum est, quòd cã matrimonialis est causa magni ponderis,& grauis.vt no.Abb.in c.si pro debilitate. offic. deleg.

Decius in consi. prædicto. 163. col. 5. in princ. in pri. vol. & Iason in l. 3. col. fin. propè finem. ff.
16 de iureiuran. † vbi dixit, quòd matrimonium habet instar seruitutis argu. l. 2. ff. de liber. hom. exhi. facit tex. in c. pri. de consang. & affin.

17 † In causis autem grauibus presertim in causa matrimoniali, etiam si quis habeat vnum bonum testem, non defertur tale iuramentum. gl. est notabilis. in c. mulieri. de iureiuran. quam sequuntur Doctores in l. 3. ff. de iureiur. vbi Alex. col. 5. versic. in ea glos. ibi & Paul. de Castr. circa finem. Angel. & Iason ibidem. col. 5. versic. in secunda principali quæstione. sequitur Bal. in cõsil. 123. incipit. in causa matrimoniali. in secundo volumine. Alex. in consi. 18. col. 2. in fi. in 6. vol. vbi dixit, quòd in causis magnis, etiã si vnus testis esset omni exceptione maior, tale iuramẽtum non defertur. Idem tenet Bal. in l. in bonæfidei. in 2. col. C. de reb. credit. & Alex. in consil. 186. in 2. col. in 2. vol. Abb. in d. c. mulieri. & ibi Doct. & Dec. consi. 133. incipit. visis processu, & sententia. in 1. vol.

Nec obstat adducta in contrarium, & primò, quòd Lucretia deponat de contractu matrimonii inter D. Petrum, & Paulam, quia est vnica testis, vt supra dictum fuit, & etiam non integra, quia multum amica Paulæ. per no. in d. l. 3. ff. de testi. & in c. quotiens. de testibus. vt dixi supra.

Nec obstat quòd aliqui testes videãtur deponere de fama dicti primi matrimonii, qui famã non probant rationibus supra adductis, præsertim, quia talis fama in villa Laureiæ ortum habuit, ab ipsa Paula, aduersaria, vt deponit Sebastianus super 6. capitulo Paulæ dicens, *che alcuni diceuano in villa, che madonna Paula gli hauea ditto che messer Piero era suo marito*, sed fama ortum habere debet a fide dignis personis, quibus alias crederetur. vt tradit Bartol. in d. l. de minore. §. plurium. col. 3. versi. tertio quæro. ff. de quæstio. ista igitur fama, quæ ortum habuit, si quæ fuit, Laureiæ ab ipsa Paula, nõ nocet Domino Petro, quia dictum Paulæ est reprobatum. l. nullus. C. de test. ita pariter si qua fama fuisset probata in ciuitate Venetiarũ, ortum habuisset ex domo affinium Paulæ, vt colligi potest ex depositione Dominorum Bernardi & Marci Zãne fratrum, dum deponunt de poliza missa ab illis de ca zane eorum patri.

Nec obstat, quòd Dominus Petrus fuerit confessus matrimonium contraxisse cum d. Paula, quia hoc est alienum a veritate, nec fuit probatum. vt supra dictum fuit.

Et dato quòd esset probata, fama tamen illa non sufficeret ad probationem d. matrimonii clandestini, etiam si Lucretia quæ videtur de cõtractu deponere, esset integra testis, maximè in præiudicium secundi matrimonii contracti in faciem Ecclesiæ, vt dictum fuit supra per doctrinam. Vincentii in c. 2. de clandest. despon. communiter approbatam a Doctoribus, de quo latè dixi supra.

18 † Ad illud, quòd confessio facta per illum, qui stat contra matrimonium sibi præiudicet, dicas istud procederet, quotiens dicta confessio non veniret contra aliud matrimonium. de quo constaret, vt in casu nostro. ita Abb. in d. c. super. de eo. qui cogno. consang. vxor. suæ. & latè notant Doct. in c. 2. de clandest. despon. secundo dicas non esse probatam in casu isto aliquam confessionem.

Ad quartum, ꝙ probatio per vnum testẽ, & famam, cum confessione præiudicato secũdo matrimonio cõtracto in faciem Ecclesiæ, de quo cõstat. iuxta opinionem Card. in d. c. 2. de clãdest. despõs. respondeo, pluribus modis. primo, quòd in isto casu nõ fuit probata fama, vt supra dixi. secundo, quòd non extitit probata aliqua confessio, quo casu non est locus prædictę doctrinę.

Tertio respõdetur, quòd posito ꝙ fama & confessio essent probata, tamen contraria est communis opinio Vincentii & aliorum in d. c. 2. vt supra dixi. iudex autem in iudicãdo illam sequi debet. Barto. in l. 2. C. de pen. eius qui mal. iudi. Imol. in cle. ne Romani. de elec. Iason in auct. nouissima 6. col. C. de inoff. testa. & idem in l. sciendũ. §. fi. col. pe. qui satis. cogan. vbi dicit nõ esse recedendum a communi opinione. & quòd iudicans cõtra communem præsumitur per imperitiam iudicare. Fely. in c. ex officii. col. 7. vers. 4. de præscript. & habetur per Doctores in c. pri. de const. sed magis specifice respondendo dico, quòd Aret. in cons. suo 13. col. 5. dicit, quòd nõ. pro nunc non approbat dictum Vincentii, & sic non tenet directè contrarium ad consilium Decii 163. in 4. col. respondeo, quòd licet Decius dicat dictum Vincentii non esse verum: tamen nõ se firmat in hoc, quia dat postmodum aliã solutionem ad contrarium, dicens, quòd in casu, in quo ipse consuluit, cõcurrunt vltra dictũ vnius testis, & famam alię præsumptionis, videlicet, nominatio, copula, & subarratio, ex quibus probatio vnius testis, cum fama, quæ alias non admitteret, deberet admitti. item in casu Decii secundũ matrimonium contractum fuerat lite pẽdente super primo matrimonio. quo casu secundum matrimonium non habet priuilegium, vt per eum.

Ad consilium Siculi num. 40. col. 6. & 7. in 4. vol. respondetur, quòd in illo casu matrimoniũ clãdestinum fuerat comprobatũ per duos testes. Item secundum matrimonium erat cõtractum sub conditione videlicet, si illa erat soluta. item illo casu, non sumus in casu in quo loquuntur Vincentius & alii in d. c. 2. de clãdestina despõ-
19 satione. † per duos. n. testes, tam mares, quãm fœminas matrimonium plenè probatur, vt not. Abb. in c. super eo. in tertio notabili. de test.

Quoad quintum, ꝙ matrimonium secundum fuerit cõtractum post institutionem. hoc est falsum, quia inhibitio fuit facta die 8. Ian. matrimonium fuit contractum die primo Ian. & sic ante, vt patet ex processu. & sic colligitur ex prædictis,

dictis, primum assertum matrimoniũ, pro quo stat Dom. Paula non esse probatum, quòd etiam habet iuris præsumptionem, contra se, cum sit clandestinum, & sic non est fauorabile, vt patet in titu. de clandest. despons. quoniam immo puniuntur clandestinè contrahentes. ca. cum inhibitio. §. fin. de clandest. despons.

Circa articulum delationis iuramenti in defectum & supplementum dicit illud deferri nõ debere dictæ Paulæ actrici ex pluribus supra adductis. Nec obstant adducta in contrarium, quia illa non procedunt in causa matrimoniali, vt ꝑ Doct. in d. c. 1. de appel. & in l. 3. ff. de iureiuran.

20 quos supra adduxi. † & licet Hostien. in d. c. mulieri, & in c. fin. de iureiuran. videatur tenere cõtrarium in causa matrimoniali. & Arch. in cap. viduas. 27. q. prima. dicas ꝗ loquunt, qñ mulier ꝗ stat pro matrimonio hẽt vltra semiplenã probationem alias circunstantias, vt puta, quia ipsa mulier esset pulchra valde, & honesta, potens & diues petens inferiorem se vel parem in virum, qui ipsam sæpe de stupro sollicitauit, tunc dicit Hostien. deferen. iuramentum si mulier haberet vnum testem omni exceptione maiorem, qui deponeret de contractu per verba de præsenti. idẽ dicit Abbas in c. mulieri. col. 4. versic. ego indubiè dicens, quòd etiam tunc est arbitrarium. & ita loquuntur tenẽtes contrariam opinionẽ. gl. in d. c. mulieri. nam tũc est arbitrarium iudici an deferat, vel non tale iuramentum. ita etiam dicit Bal. in consil. 123. incipit. causa matrimonialis. in secundo volu. ista omnia cessant in casu nostro. primo non adest pulchritudo, secũdo non adest nobilitas, quia Paula est naturalis tantum, vt deponũt plures testes in processu, & Dominus Petrus est nobilis. Tertio non est diues, & Dominus Petrus est multum opulentus, vt deponunt testes. quarto non potens, immo longè inferior Domino Petro quinto non hẽt testem omni exceptione maiorem, vt requirit Hosti. nam Lucretia Tinto, vt supra fuit dictũ, est multum amica Paulæ. ideo non integra testis. per not. in l. 3. ff. de test. & in c. quotiens. de testi. immo dico fortius, quòd etiam si non essemus in causa matrimoniali, tale iuramentum non veniret Paulæ deferendum, cum Lucretia non sit omni exceptione maior. voluit Bart. in l. admonendi. col. penult. vers. venio ad tertium. ff. de iureiuran. Bart. in c. fin. de iureiuran. Alex. consil. 264. col. 2. vers. nec obstat. in 6. vol. in quibus locis concludunt, quòd iuramentum tale non defertur, quando testis est consanguineus vel multum amicus, siue aliqua alia de causa eius fides diminuat. Vltimo dicitur, quòd deferri non debet in casu isto, cum tractetur de præiudicio alterius matrimonii, quo casu non statur confessioni coniugum, vt per Abb. & alios. in d. c. super eo, de eo qui cogno. consang. vxor. suæ.

Ex prædictis igitur concludo, Paulam nõ probasse sufficienter eius intentionem, & quòd iuramẽtum in supplementum ei nullatenus sit deferendum. & propterea quòd indubitanter Magnificus Dominus Petrus Maurocenus sit in casu victoriæ.

Ego Hieronymus de Gigantibus. V. I. D.
vt supra consulo saluo semper
meliori consilio &c.

IN CAVSA MATRIMONIALI, pro Domino Valentino de Locatellis de Quadriuio patriæ Fori Iulij.

SVMMARIVM.

1 Matrimonialis causa sui natura grauis est et ardua.
2 Matrimonium est species seruitutis.
3 Glo. prima communiter approbata in cap. mulieri de iureiuran.
4 Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir.
5 Vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier.
6 Causa matrimonialis plenas requirit probationes.
7 Testes omni exceptione maiores requiruntur in causa matrimoniali secundum aliquos.
8 Testes discordantes in tempore singulares esse, nec eorum testimonium valere.
9 Testis vnus deponens reuocationem testamenti per annum cum dimidio ante obitum alicuius inductum fuisse, alter non per annos tres ante obitum, non probat.
10 Testis vnus si dixerit aliquid factum de nocte, alius inter diem et noctem, quòd aliter non probent, cum singulares sint.
11 Testes interrogati de tempore si variè respondeant, quòd aliter non probent.
12 Testis vnus deponens aliquid factum ante communionem, alius vero post, quòd aliter non contestes non sint, nec probent.
13 Testis repentinè loquens non probat.
14 Testis repentinè loquens, quod falsus præsumatur.
15 Testis falsus in vno censetur falsus in toto eius dicto, nec sibi credi debet.
16 Mediatrix in causa matrimoniali testis esse non potest, nisi de consensu ambarum partium.
17 Adulter cum in peccato mortali existat, nõ probat.
18 Testis adulter tamquam notatu infamia facti, non intelligitur esse idoneus nec integer.
19 Testes in depositione vltro se ingerẽtes, et deponẽtes super eo, de quo interrogati non fuerint, suspecti redduntur.
20 Experientiam rerum magistram esse.
21 Testis maxima amicitia coniunctus, repellitur.
22 Tabernas frequentantes, quòd non effugiant infamiæ notam.
23 Testes lusores in causa matrimoniali idoneos nõ esse.
24 Compater, & commater in causa matrimoniali idonei testes non sunt.
25 Lenones testes esse non possunt.
26 Leno, quòd vilis persona dicatur.
27 Lenocinium maius delictum esse, quàm adulterium.
28 Matrimonialis causa plenas requirit probationes. et supra num. 6.
29 In causa matrimoniali, quòd sufficiant duo testes tam

tam mares, quam fœminæ.

30 *Testium numerus supplet, quod in fide deficit.*

31 *Causa matrimonialis plenas requirit probationes, & grauis est.*

32 *Testes minus idonei in subsidium admitti debent.*

33 *Testes deponentes de diuersis temporibus, singulares esse.*

34 *Testes in tempore variantes, licet in actu reiterabili, quòd possint reduci ad concordiam ex pluralitate actuum, non tamen probent cum singulares remaneant.*

35 *Diuersitas temporis, quòd facti diuersitatē inducat.*

36 *Testis vnus si contradixerit alteri, quòd nō probet.*

37 *Testibus per se productis, quòd quis contradicere non possit.*

38 *Testes venientes in tempore an redigi possint ad cōcordiam, vt periurij pœnam euitent, an vt probēt.*

39 *Testes de familia actoris si agatur de matrimonio cō trahendo, idonei non sunt.*

40 *Testis domesticus a testimonio repellitur, & si examinetur indicium non facit.*

41 *Disparitatis inducendæ gratia, quæ requirantur.*

42 *Testimonium sororis non admititur in causa matrimoniali, vbi sit disparitas.*

43 *Conspirator testis esse non potest contra eum, contra quem conspirauit.*

44 *Testis dictum, de cuius interesse agitur vel honoris gratia, vel propter affectionem, non probat.*

45 *Adulter testis tamquam existens in peccato mortali, non probat.*

46 *Etiam si emendatæ vitæ extiterit.*

47 *Testis pauper & malæ famæ repellitur.*

48 *Probationes leuiores requiri in his, quæ noctis tempore fieri contingunt, furti scilicet, homicidij, & adulterij.*

49 *Testes idonei in matrimonio adhiberi solent.*

50 *Testibus deponentibus in specie, magis credendum, quàm deponentibus in genere.*

51 *Matrimonim minus plenè probatum, quòd pro eo iudicandum non sit.*

52 *Causæ fauorabili non est vsque adeo fauendum, vt alijs iniuria fiat, & iniustitia.*

53 *Matrimonium clandestinum nullam habet præsumptionem pro se.*

54 *Tolerabilius est aliquos contra statuta hominum dimittere copulatos, quàm coniunctos legitimè contra statuta Domini separare.*

55 *Scandalum omne tollerandum, potius quàm a veritate recedendum.*

56 *Tractatus multum operatur pro verisimili probatione matrimonij.*

57 *Testis vnicus nihil probat.*

58 *Testes in probando matrimonium non solum in substantia, sed & in cortice verborum concordes esse debent.*

59 *Testes, quando sufficiat in eundem rei finem concordare.*

60 *Nulla maior iniustitia, quàm nullitas.*

61 *Vicarius episcopi, quòd alium Vicarium creare non possit, nec loco sui substituere.*

62 *Iudex tenetur iudicare secundum allegata & probata, non secundum eius conscientiam.*

63 *Nullitas defectu mandati proueniens, quòd sui natura insanabilis sit.*

64 *Iudex appellationis si quando ex actis constet de iustitia partis, quòdque quo ad merita causæ iustitiam foueat, sententiam iudicis à quo, & si nullam confirmare potest, & debet.*

65 *Testes singulares etiam si essent mille, quòd tantum probent, quantum vnus.*

CONSILIVM XLII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iustitiæ.



Everende Pater iudex iustissime
ac integerrime. in præsenti causa
matrimoniali præmittendum
esse arbitror, tria. primo, quòd de
1 sui natura grauis & ardua est, †vt
not. Abb. post alios, in c. si pro de
bilitate. de offic. delegat. Deci. consi. 163. col. 5.
in primo vol. Iason in l. 3. col. fina. propè finem.
ff. de iureiuran. glo. & ibi Docto. in c. mulieri. in
verbo absoluto. de iureiuran. Alex. consil. 152.
col. 4. in 7. vol. Gramma. consil. 26. col. 4. nu. 17.
Deci. consil. 310. in princ. in 2. vol.

Secūdo præmitto, quòd matrimonium dici-
2 tur esse species seruitutis, † vt est glo. communi-
ter approbata. in glos. prima. in cap. mulieri. de
3 iureiuran. † Bald. in l. bonæ fidei. col. prima. in
fin. C. de reb. credit. facit illud Pauli ad Corint.
dicentis, mulier sui corporis potestatem non
4 habet, sed vir: † similiter, autem & vir sui corpo-
5 ris potestatem non habet, sed † mulier.

Tertio præmitto, quòd causa matrimonialis
6 plenas requirit probationes. † glo. prima. in cap.
mulieri. de iureiuran. Bald. in l. bonæ fidei. col.
prima. in fin. C. de reb. credi. Felyn. in ca. illud.
col. final. de præsump. Alexan. consil. 143. Quoniam abunde. col. 2. in princ. in secundo volu.
quinimmo secundum aliquos in causa matrimoniali requiruntur testes omni exceptione
7 maiores. † Specu. in titu. qui matri. accu. poss. §.
primo. versic. testis quilibet. Felyn. in rubri. de
sponsa. Deci. consi. 163. col. 4. in causa matrimoniali, in primo vol. & in consil. 310. visis diligenter. in princ. in secundo vol. Alex. consil. 146. in causa & lite. col. penult. in quinto vol. Barbat. consil. 45. colum. prima. & consi. 53. colum. 3. in primo vol.

Istis sic præmissis, videndum est, an Bernardina aduersaria, legitimè probauerit matrimoniū contraxisse cum Domino Valentino Loca... de Quadriuio, cum quo bis contraxisse asserit. Et quia Dominus aduocatus dictæ Bernardinæ, in suis allegationibus, dixit, matrimonium dictum, quod asseritur prima vice contractum, probari concludenter per Luciam, Georgium, & Baptistam Bulsum testes examinatos pro parte dictæ Bernardinæ, quos asserit esse contestes

de

de loco, & tempore, dico, quod totum contrarium apparet ex eorum depositionibus, quia non probant aliquo pacto matrimonium prædictum.

Nam Lucia vxor prædicti Baptistæ examinata super secundo capitulo Bernardinæ, vt patet in processu fol.97.a ter. dicit, quod id fuit octo, aut decem diebus, post festum Sancti Simeonis. Georgius verò super 11. capitulo, fol. 102. dicit, quod id fuit ante festum Sancti Simeonis, & sic cum discordent in tempore, sunt singula-
8 res. nec valet eorum testimonium.† Abb. in cap. cum Ioannes. num. 15. de fid. instrum. Alberic. in l. testium. col. 3. num. 11. C. de testi. Iason consil. 131. num. 2. in primo vol. vbi dicit, quod si vnus testis dicat factam fuisse reuocationem testamenti per vnum annum cum dimidio ante obitum, talis & alius dicat, quòd fuit per annos tres ante obitum illius, quòd eorum di-
9 cta infirmantur.† quinimmo, si vnus testis dicat aliquid factum de nocte, & alius dicat factum inter diem & noctē, non probant; quia sunt singu-
10 lares.† Ad idem Archid. in ca. nihilominus. circa fin. in vers. in ead. glos. ibi, sed mensem. 3. q. 9. vbi dixit, quòd testes interrogati de tempore, si varie respondeant, infirmantur eorum dicta.
11 † ad idem Tur. crem. in d. ca. nihilominus. col. 2. in princi. & in eadem colum. ibi ad secundum respondetur, accedat, quod not. dixit Ruinus præceptor meus. consi. 9. col. 4. num. 10. in secundo vol. vbi dixit, quòd si vnus testis deponat aliquid fuisse factum ante cōmunionē, & alius dicat factum post communionem, quòd tales te-
12 stes non sunt contestes, & propterea nil† probāt.

Et si diceretur, quòd Baptista Bulphus maritus suprascriptæ Luciæ, inductus ad probandū primum contractum videatur deponere, quòd fuit ante festum Sancti Martini, quo casu videtur concordare cum Lucia eius vxore deponente, quòd fuit circa octo, vel decem dies post festum Sancti Simeonis, dico, quòd prædicta Lucia deponit de prædicto primo contractu examinata super secūdo capitulo Bernardinæ, in quo non continetur aliquis contractus matrimonij, vt cōstat ex tenore dicti capituli in processu fol. 17. a terg. & sic repentinè est loquuta, & testis re-
13 pentinè loquens, non probat.† tex. est in cap. fi. §. item labium. & ibi glo. in verbo repentinus 5. q. 5. & habetur per Fely. in c. cum causam. num. 42. de test. Roma. singul. 450. incipiente, an ille, qui celeriter, vbi dixit, quòd testis repentinè loquens præsumitur falsus.

14 † Secundo dicta Lucia deponit, quòd ipsa vocauit prædictum Baptistam eius maritum, quod vtique est falsum, quia d. Baptista dicit, se vocatum a Bernardina, quòd surgeret a lecto, *per esser testimonio de quanto ragionaua con messer Valētino.* Item prędicta Lucia dicit, quòd ipsa vocauit Georgium famulum patris Bernardinæ. in quo etiam mentitur, quia Georgius in sua depositione dicit, quòd surrexit a lecto, quia sensit Valentinum vocare Bernardinam, *dubitādo, che non intrauenisse qualche vergogna in casa.* testis autem falsus in vno, censetur falsus in toto eius
15 dicto, nec sibi credi debet.† vt habetur per Mar. Soc. iun. in consi. 31. num. 12. in 2. vol. ad idem Alex. del Neuo Vicentinus in cons. 2. col. 4. nu. 4. & idem consil. 3. num. 3. & consil. 7. col. 2. num. 5.

Tertio dicitur dictæ Luciæ non esse adhibendam fidem, quia ipsa fuit mediatrix inter Valentinum, & Bernardinā, vt ipsa fatetur in eius depositione, ibi, *fui recercata dal dicto Valentino, che volesse dir a d. donna Bernardina, a cui io dißi quanto esso Valentino m'haueua detto, so messo ordine &c.* mediatrix autem in causa matrimoniali testis esse non potest, nisi de consensu ambarum par-
16 tium.† Alexand. consil. 18. nume. 6. & 7. in 4. vol. & consi. 13. in primo vol. cons. 270. in 2. vol. consil. 150. in quinto vol. Deci. consil. 133. in 1. vol. glos. antepenult. in fin. in c. Romana. de testib. lib. 6.

Quarto dicta Lucia nō est testis idonea, cum sit adultera, vt probatum est in processu, per plures testes, videlicet per Franciscum Iacobi, super primo, fol. 168. Blasium Ioānis super 6. fol. 181. Leonardum Sebastiani super 6. fol. 188. Simeonem Leonardi, super 6. fol. 193. Iacobum Antonij, super 10. fol. 193. a ter. Nicolaum magistri Danielis fol. 194. a ter. Marcum Fantini testem Bernardinæ aduersariæ, fol. 235. qui deponit de publica voce & fama. Leonardū Scarpa, testem Bernardinæ, fol. 234. Natalem Nardini testem Bernardinæ, fol. 220. Mianum q. Colai, testem Bernardinæ fol. 206. a ter. Beltrandum. q. Ioannis, super primo, fol. 236. a ter. Ioannem de Buzola, testem Bernardinæ, super primò, fol. 237. Ioannem Andreæ testem Bernardinæ, super primo fol. 233. a ter. Laurentium Corneum, testem Bernardinæ, fol. 240. a ter. Adulteri autem sunt in peccato mortali, & propterea non probant.
17 † c. ex parte. & c. super eo de testi. Nec saltim est ambigendum, quòd testis prędicta saltem sit annotata infamia facti. quo casu testis non dicitur testis idoneus & integer, vt scribit Maria. Soci.
18 iunior consil. 21. num. 24.† in 2. vol.

Et si diceretur, quod d. Lucia est emendata, & id probaretur in processu, adhuc non remaneret integra testis, quia propterea non restituitur pristinæ præsumptioni, qua vnusquisq; præsumitur bonus, vt voluit Abb. in c. testimoniū, col. 2. num. 1. de testib.

Nec est verum, quod dicit excellens Dominus Aduocatus d. Bernardinæ, quod omnes testes examinati pro parte d. Domini Valentini, contra d. Luciam, super adulterio sint debitores ipsius Domini Valentini. nam nullus ex supradictis testibus est illius debitor, nec contrarium est probatum in processu. Quinimmo, vt supra dictum est, dictā Luciam esse adulteram probatum est, per plures testes dictæ Bernardinę aduersariæ.

Quinto Lucia prædicta in eius depositione vltro se ingerit, deponens de eo, de quo non fuit interrogata, vt patet ibi subdens ex se,
19 quo casu est suspecta, † vt scribit Feder. Schen. in suo tracta. de testib. qui habetur in 13. tomo tracta. secundum impressionem Venetam.

Sexto Lucia prædicta est maxima amicitia cõiuncta cum d. Bernardina, vt patet ex eius depositione super 2. c. in prin. ibi *praticando in casa de d. donna Bernardina*, & ibi *fu messo. & ter.* talia. n. non communicantur, nisi maxima amicitia cõiunctis, vt experientia rerum magistra nos do-
20 cet. c. quam † sit. de elect. tu ve. sed propter maxi
21 mam amicitiam testis repellitur. † Alex. cõs. 42. visis. col. pen. num. 6. in 4. vol. Fely. in c. quoties, in 5. nota. de testi. Ad idem tex. in l. 3. ff. de testi.

Nec probat Baptista Bulphus maritus supradictæ Luciæ, ex infrascriptis. Primo vltra quod est pauper, & vilis persona, frequentat tabernas, vt probãt Paulus super primo fol. 205. à ter. Leonardus Sebastiani super primo, fo. 187. a ter. Augustinus super primo, fol. 185. testes examinati pro parte Domini Valentini. Frequentantes au
22 tem tabernas non effugiunt infamiæ notã. † Lãfranchus. in c. quoniam contra. col. 19. circa medium in ver. quæro an infames infamia facti. de probatio.

Secundo probatum est in processu, ipsum Baptistam esse lusorem, vt deponunt Franciscus filius Iacobi, super primo, fol. 169. a ter. Ioannes filius Vincentii, super primo, fol. 175. a ter. Iacobus Bartholomæi, super 1. fol. 178. a ter. Blasius filius Ioannis, super 1. fol. 180. Augustinus, super primo, fol. 184. a ter. Leonardus Sebastiani, fol. 187. Presbyter Franciscus, super 1. fol. 192. a ter. Ioseph de Candidis fol. 205. Paulus super 1. fol. 206. Michael, super 1. fol. 244. a ter.

Testes autem lusores in causa matrimoniali
23 non sunt idonei testes. † Alex. cõs. 252. viso processu. col. 4. in 5. vol. Deci. consi. 163. col. 7. vers. tertiodecimo opponitur. in pri. vol.

Tertio prædictus Baptista in sua depositione super generalibus, suppressit veritatem, quia tacuit se esse compatrem Bernardinæ, ideo nõ probat. Innoc. in c. fraternitatis, de hæreti. Bal. in l. si ex falsis. col. pe. in fin. de transa. ꝙ autem sit compater Bernardinæ, probatur ex eo, quod ipsa leuauit ex sacro fonte filiũ ipsius Baptistæ, vt probatum est in processu, per infrascriptos testes, videlicet Franciscum super 7. fol. 169. a ter. Ioannem Sebastiani super 7. fol. 170. a ter. Simonem Bigotium super 7. fol. 170.

Compater autem & commater non sunt ido
24 nei testes in causa matrimoniali. † Alex. consil. 286. vers. quidam etiam in 2. vol. nu. 18. Bal. in l. & naturaliter. ff. de in ius vocan.

Quarto alia ratione non probat d. Baptista, quia est leno, vt probatum est in processu per infrascriptos testes, videlicet Augustinum, super 1. fol. 184. a ter. vbi A. Leonardum, super pri. fol. 187. a ter. vbi A. Paulum, super primo, fol. 297. vbi A. Franciscum, super pri. fol. 167. vbi A. Ioseph, super primo, fol. 200. vbi A. Lenones autẽ
25 testes esse nõ possunt. † vt scribit Stepha. Aufer. in tracta. de testi. num. 63. qui tractatus habetur in 13. tomo tracta. Accedat, quòd Leno dicitur
26 vilis persona. † Bal. in l. humilem. C. de incest. nup. & Lenocinium maius est delictũ, quã adul-
27 terium. † glo. in l. athletas. §. qui Lenocinium. ff. de infamibus.

Ex præmissis luce meridiana clarius apparet primum allegatum contractum matrimonii nõ esse sufficienter probatum, cum matrimonialis
28 causa plenas requirat probationes, † vt supra dictum fuit in tertio præmisso.

Excellens Dominus Aduocatus d. Bernardinæ aduertens, quod Lucia, & Baptista Bulphus testes examinati ad probandum dictum matrimonium, vt asseritur, prima vice contractum, non sunt idonei testes, dicit, quòd in casu isto sufficiunt duo testes. l. vbi numerus. ff. de testi. c. nouit. de iudici. & notatur per Abba. in c. super eo el secundo. de testi. vbi Abba. dicit, quòd in causa matrimoniali sufficiunt duo testes, tã ma-
29 res, quam fœminæ, † sed quia in casu isto adsunt plures testes, quia adest Georgius testis examinatus super eodem primo contractu: ideo quòd numerus supplet, quod deficit in fide prædictis
30 testibus. † glo. in l. 3. ff. de testi. Alex. consil. 5. col. 2. vers. secundo respondeo, in primo vol. idem consil. 43. col. fi. in 4. vol. & consi. 99. col. 4. vers. non obstat, & consi. 149. in 5. vol.

Ad hoc respondeo, quòd Georgius tertius inductus ad probandum primum allegatum matrimonium, est singularis, cũ deponat de diuerso tempore, & sic non est contestis Luciæ & Baptistæ supradictorum, vt supra apertissimè ostẽsum fuit, ergo absurdũ est, dicere, quòd adsunt plures testes. Secundo respondeo, quòd numerus testium suppleat quod deficit in fide, nõ procedere in causa matrimoniali, quę plenas requi
31 rit probationes, & grauis est, † vt scribit Bal. in c. ad nostram. de probat. Decius consil. 133. col. penult. num. 5. in pri. vol. Gramma. consil. 26. num. 50. Hippoli. Marsil. Dominus meus in sua practica crimi. in §. expedita. col. 13. vers. istud tamen limita. idem Hippol. consi. 109. 2. col. idẽ in singulari suo 477. præterea absurdum est dicere, quòd per Georgium suppleatur, quod deficit in fide, prædictis testibus, quia dicto Georgio, etiam si esset cõtestis, nulla esset adhibenda fides, vt patet ex infra dicendis.

Rursus considerans defensor d. Bernardinæ inhabilitatem dictorum testiũ, videlicet Luciæ & Baptistæ iugalium, dicit ꝙ omnes cõtractus & confessiones in hac causa fuerunt casuales, & quasi ex improuiso, & euenerunt fortuito casu ita quòd impossibile fuisset ipsi Bernardinæ in illis actibus prouidere de testibus magis idoneis: ideo quòd dicti testes minus idonei in sub
32 sidium admitti debent. † Allegat Alexan. consi. 24. colum. 3. vers. nec obstat. in 2. vol. Lappum. allegat.

allegat.94.Deci.consil.133.col.fina. primo vol. & Abba.in c.fin.col.fina.de his, quæ vi metusq; causa fiunt.

Dico, assumptum esse falsum in facto, quod probatur ex depositione supra dictæ Luciæ testis Bernardinæ, quæ examinata super secundo capitulo in processu, fol.98.dicit, *fu messo ordine, che la mattina sequente se gli desse audientia nelhor to, ma perche essa donna Bernardina non voleua intrauenire sola*, &c. corruit ergo fundamentum supradictum, quia casus non fuit improuisus, immo fuit in facultate Bernardinæ adhibere idoneos testes, ideo ei imputandum est, vt in simili dicit Alex.consil.152.col.4. vers.item posito in 5.vol.

Ex præmissis igitur liquido patet conclusionem, vt supra factam, quòd matrimonium primo loco, vt asseritur, contractum inter ipsam Bernardinam, & Dominum Valentinum, non fuerit sufficienter probatum, veram esse. Sequitur videre an matrimonium, quod dicitur secunda vice contractum inter prædictos, sit legitimè probatum, de quo in processu causæ per tres testes, ad instantiam d.Bernardinæ desuper examinatos, videlicet Magdalenam, quæ tunc erat ancilla Bernardinæ, Georgium famulum patris Bernardinæ, & Bartholomæum fratrem eiusdē Bernardinæ, quorum dicta examinabimus.

Magdalena examinata super secundo, & subsequētibus capitulis d.Bernardinæ, dicit, quòd id fuit de mense Ianuarii proximè præteriti, vt patet ibi. *questo genaro proximo passado*. in princi. suæ depositionis.fol.69.& ibi. *e vna sera del ditto mese*. fol.100.vbi A. Georgius famulus patris Bernardinæ examinatus super 11. capitulo, dicit, quòd primus prætensus contractus fuit ante festum Sancti Simeonis proximè præteriti. quod festum est die 28. mensis octobris. vt in processu.fol.102.vbi A.& quòd secunda vice fuit post primum cōtractum per mensem, vt patet in processu.fol.102.ter.vbi B.& sic cōcludit, quòd fuit de mense nouembris. Bartholomæus frater Bernardinæ examinatus super dicto secundo contractu dicit, quòd fuit *la sera del dì de' Nocenti*, qui est de mense Decembris, vt patet in processu fol.105. ter. vbi B. & sic prædicti tres testes deponunt de diuersis temporibus, & nullus eorum cum alio concordat: ideo sunt singulares,
33 † vt supra dictum fuit. quibus dictis addo Aimonem Crauet. consil.76.col. penult.in primo volumine.

Testes autem in tempore variantes, licèt in actu reiterabili, vt in casu nostro, in quo matrimonium dicitur reiteratum, possint reduci ad concordiam, ex pluritate actuum: non tamen
34 probant, quia remanent singulares.†& talis reductio fieri potest, vt periurium euitent.c. cum tu.de testi.non vt probent, vt no. Abb.in d.cap. cum tu.in secundo nota. & col. penult. vers.sed aduerte Anto.in c.quæris.de æta. & qualita.Bartol. in l. 2. §. creditum. ff. si cert.peta.diuersitas
35 enim temporis factum diuersificat. † l.non fortem.§.libertus.ff.de condi.inde.c. Abbate san. in fin.de re iudic.in 6. Corne.consil. 100.in causa vertente.col.fin. in secundo vol.num.26. Ad idem Alex.del Neuo consi.2.num.1.

Nec silentio prætercam, quòd ipsa Bernardina, in suis positionibus, positione nona, vt constat in pocessu, fol.9. ter. dicit, quòd id fuit *nelle feste de Nadal proximè passate*. Georgius autem deponit fuisse de mense Nouembris, & Magdalena dicit, quòd fuit de mense Ianuarii.& sic dicti testes contradicunt dicto ipsius Bernardinę. ergo, si quando testes contradicunt vnus alteri,
36 non probant.†per nota. in c. in nostra. de testi. & in l.qui falsa.C.de testi. ita quando pars contradicit testibus a se productis super eis funda-
37 re se non potest.†ita arguit Alex. in consil.151. repetitus.in causa.col.1.in 5.vol.

Nec obstat, quòd Dominus Aduocatus Bernardinæ dicat, quòd testes variantes in tempore, reducuntur ad concordiam, ne dum eui-
38 tent periurium, sed etiam vt probent † allega Abb.in d.c. cum tu.in vers. sed est notabilis.de test.nam ibi Abba.totum contrarium dicit, voluit.n.quòd si per reductionem testium ad concordiam ob diuersitatem actuum non remanet integra probatio super quolibet actu, tunc fiat reductio, non vt probent, sed vt periurium euitent.& hic est casus noster. Sin autem per reductionem ad concordium remaneret super quolibet actu integra probatio, quòd si tūc dicta probatio est certa & clara super quolibet actu, & tūc fiat reductio testium in tempore variātium, etiā vt probent;& idem dicit Abb in c.cum causam. num.17.de testib.ergo patet manifeste, quòd dicta doctrina Abba. non est ad propositum præsentis causæ.

Et licèt prædicta sufficiant: nihilominus ex abundanti fortius dico, quòd etiam si Magdalena, Georgius, & Bartholomæus frater Bernardinæ essent contestes, non probarent. Nā Georgius tempore depositionis erat famulus Ioānis Zanellæ patris dictæ Bernardinæ, qui vt procurator eius filiæ pro maiori parte causam istam agitauit, quod tempus attēdi debet l. ad testium §.conditio.ff.de testib. Alexan.consi.150.col.3. quinto vol.& sic est domesticus & mercenarius, cui nulla fides est adhibenda.c. in litteris.de testib.l.penulti.eod.tit.l.2.C.eodem tit. testes autem de familia actoris, etiam vbi agitur de pro-
39 bando matrimonio, non sunt idonei.† vt per Abb.in d.c.in litteris. ibi Fely.in princ.dicit illum test.esse ad hoc not.& meliorem de corpore iuris.& hoc idem in famulo tenuit Alex.del Neuo Vicētinus consi.1.sub.nu.1.cuius consi. nūc sunt impressa.& hoc procedit etiam si agatur de pbādo matrimonio clādestino, vt scribit Alex. consi.152.viso processu, col.5.in fine.vers.item posito.in 5.vol.ad idem Alex. consi.151. repetitus in causam.col.2.ver.vnde dicimus.in 5.vol. facit quia testes, quib. imperari pōt rōne Dn̄icæ

potestatis non dicũtur idonei l.idonei. ff.de fid. instru. vbi doct. & maximè Albericus ibidem. familiares.n. consueuerũt seruire Domino per fas & nefas, vt dixit Bald.in d.c.in litteris.quem ibi refert & sequitur Felyn. colum. 2. nume. 5. Quinimmo testis, qui repellitur a testimonio, quia domesticus, si examinetur, nõ facit indiciũ,
40 † vt scribit Fely.in d.c.in litteris col.fin.nu.15. de testi.

Bartholomæus frater Bernardinæ nõ probat, quia longa est disparitas inter supradictos litigã tes. Valentinus.n. diues est, & ipsa Bernardina pauper, vt fatetur ipsa, respondendo tertiæ, & quartę positioni ipsius Valentini, vt in processu, fol. 19. & etiam id fatetur ipse Bartholomæus in sua depositione, in ꝓcessu, fol. 105. sufficit.n.ad inducendam disparitatem, quòd altera pars sit
41 diues, altera verò pauper † iux. tex.in c.super eo. il 2. de testib. nec est verũ, quod dicit D. Aduocatus Bernardinæ, ꝙ ad inducẽdam disparitatẽ re quirũtur ista duo copulatiuè, videlicet, ꝙ altera pars sit superior diuitiis, & nobilitate, nã sufficit excellere in altero eorum. ita declarat illum tex. Spec.in tit.de teste vers.sed nunquid, quẽ refert & sequitur Deci.cons.310.col.1. in 2.vol. & ita intelligit etiã d.text. Abb.in d.c.super eo. col.2. ver.nota quòd honor.nu.3. nec est verum, quod dicit D. Aduocatus Do. Bernardinæ, ꝙ ipsa excedat Valentinum nobilitate, vt constat in processu, præsertim quia filia est hospitis.

Frater autem vbi est disparitas inter cõtrahẽtes matrimonium, pro sorore in testem non ad-
42 mittitur. † Dec.consi.163.col.pen.vers.secundo oppono.in primo vol. Soc.consil.17.supra dicta causæ positio in primo vol.

Nec similiter esset adhibẽda fides Magdalenæ tertiæ testi inductæ, ad probandum secundũ ma trimonium contractum inter prędictos; nã vltra ꝙ discordat in tẽpore ab aliis testibus, etiã aliis pluribus rationibus, caret fide. Et primo quia cõspirauit contra Valentinũ, vt extorqueret ab eo confessionem de contractu matrimonii, cum d. Bernardina. Conspirator autem testis esse nõ
43 potest, contra eũ, contra quem cõspirauit. † Spe. in tit.de teste. in princ.vers.item, ꝙ est conspirator. Secundo nil probat, quia ex dicta eius depo sitione constat ipsam fuisse mediatricem inter Valentinum, & Bernardinam prædictos, quo ca su non probat, vt latè supra deductum fuit, & ha betur per Dec.cons.133.col.3. circa fin.

Tertio non est ei adhibẽda fides, quia ipsa sociabat Bernardinam de nocte, quando alloquebatur D. Valentinum, & Valentinus deosculabatur eam, vt ipsa dicit in sua depositione, ideo tractatur de eius honore & vituperio respectiue, quo circa nil probat. Nam propter interesse bur sale vel honoris etiam in consequentiam, & etiã
44 propter affectionem testes non probãt. † l.in omnibus. C. de testib. & cum de affectione, quam habet ad causam etiam clarè constet ex eius depositione, similiter nõ probat. Alex.cõsi.146. col.fi.in 5.vol. Anc.consi.216.ad corroborationem præmissorum. Ad idem Alber. in tract. de testib. in prima parte.num.1.

Quarto probatum est in processu per plures testes, ipsam Magdalenam esse adulteram, & plu rium libidini patuisse, vt probat Iacoba super de cimo, fol. 196. Blasius super 10. fol. 198. Osualdus super decimo, fo. 199. adulteri autẽ existunt
45 in peccato mortali: ideo nil probant. † c. ex parte. & c. super eo. de testib. & si diceretur ipsam
46 esse emendatam, † adhuc nõ remaneret integra testis, quia non restituitur pristinę præsumptioni, qua vnusquisque præsumitur bonus. Abb.in c.testimonium.col.2.nu.1.de testib. & supra dictum fuit, quo ad Luciam alteram testem.

Quinto d. Magdalena est pauper & malæ famæ, vt constat ex processu: ideo in causa matri-
47 moniali repellitur. † Alex.consi.150.col.4.vers. nunc discutiendum. in 5.vol. idem consil.152. viso processu.col.4.in eodem vol. Gram. consil. 26.col.5.num.22.& num.23.

Ex depositione ipsius Magdalenę, apertissimè est probatum, quòd casus non fuit improuisus, nec casualis, vt asserit D. Aduocatus d. Bernardinæ. Nam d. Magdalena dicit in dicta sua depositione, fol.99. tergo. in fi. & fol.100. in princ. *Io fe ci aduertito il padre & fratelli, che fu messo ordine, che anche loro di casa aldissero questi ragionamenti*; ergo fuit in potestate d. Bernardinæ & eius patris & fratrũ adhibere testes idoneos, & sic cessat fundamẽtum aduersarii, ꝙ in subsidium admitti deberent testes prædicti, vt supra dictum fuit.

Nec etiam ob. si diceremus d. matrimonium contractum fuisse de nocte, & in his quę fiunt de nocte sufficere leuiores probationes. Dec.consi 163.col.3.ver.secundo. in primo vol. nam istud procedit in his, in quibus non solent adhiber testes idonei, vtputa in furto, homicidio, & adul
48 terio ac similibus. † secus in matrimonio, in quo
49 testes idonei adhiberi solent. † Alex.consil.152. col.4.in 5.vol.num.12. & sequentibus. & Deci. in d.consi.163.col.1.

Et licet aliqui ex testibus examinatis pro par te d. Bernardinæ, videãtur deponere habere Luciam Baptistã & eius maritum, & Magdalenam supradictos testes examinatos pro parte d. Bernardinæ, pro personis bonæ condictionis & famæ: tamen, quia est probatum in specie contra prædictos, per testes D. Valentini, ac etiam contra Luciam prædictam, per testes ipsius Bernardinæ, vt supra ostẽsum fuit, dico, quòd magis cre
50 ditur testibus deponentibus in specie, † vt notabiliter voluit Innocen.in c.auditis.de præscrip. & præsumptio, quæ est in specie, vincit præsumptionem, quæ est in genere, vt probatur in l. cũ de indebito, iuxta principium ff. de probat. & not. Bal.in l.siue possidetis. C.de proba. & A[illegible] consil. 150. in causa & lite. colum.6.num.5. in 5.volum.

Similiter non obstat, quòd in casu dubio iudicandum sit pro matrimonio, quia nos sumus in

in casu claro, ex quo matrimonium allegatū nō est probatum sufficienter, & quòd quando non est plene probatum matrimonium pro eo non
51 sit iudicandum,† scribit Alex.del Neuo in consil.11.col.5.num,13. nec fauendum est causæ fa
52 uorabili,vt aliis iniuria fiat, & iniustitia.†ca.ex tenore.de for.compet.ca.nuper.de donat. inter vir.& vxo.Alex.in consil.152.col.2.in 5. vol. & Dec.in d.consil.133.col. fi.2.vol. accedat,quòd pro matrimonio clandestino non præsumitur.
53 † Abb.in c.1.in princ.de clandest. desponsat.

Nec similiter obstat, quòd Dominus ex aduerso aduocatus dicit tolerabilius esse aliquos contra statuta hominum dimittere copulatos, quam coniunctos legitimè contra statuta Do-
54 mini separare.†c. licet ex quadam. de testib. in fine. quia in casu nostro non est probata, vt supra dictum est, aliqua coniunctio, inter ipsum Dominum Valentinum, & præfatam Bernardinam.ideo non sumus in casu cap.prædicti: qui nimmo potius omne scandalum tollerandum
55 est,quàm a veritate recedatur.†c.qui scandalizauerit.extra de reg.iur.

Nec opitulatur, ꝙ dicit aduersarius probatum fuisse tractatum de contrahendo matrimonio inter ipsum Do. Valentinum, & præfatam Bernardinam,vt videtur deponere Antonius testis examinatus pro dicta Bernardina, super vndecimo eius capitulo, vt in processu fol.101.qui tractatus dicit multum operari pro verisimili
56 probatione matrimonii. † allegat Abb. in c.tuā de sponſ.quia d.Antonius est vnicus testis,ideo
57 nil probat.†l.iurisiurandi.C.de testib.c.cum dilecti.de elect.c.tā litteris.de testib.quinimmo dictum prædicti Antonii facit contra ipsam Bernardinam, dum dicit, quòd ipsa interrogata ab ipso teste, si volebat contrahere matrimonium cum ipso Domino Valentino, respondebat, ꝙ non volebat aliud facere, sine licentia patris & matris; & idem deponit Georgius testis ipsius Bernardinæ.fol.102.

58 †Et licet ex supradictis apertissimè sit ostēsum, quòd in processu præsentis causæ non sit probatum aliquod matrimonium contractum inter eosdem Valentinum, & Bernardinam; nihilominus dico,prædictis addendo, quòd inter alia interrogatoria producta per ipsum Dom.Valentinum fienda testibus d. Bernardinæ examinandis super allegato fędere matrimonii fuit dictū, quòd testes interrogarētur de verbis formalib. habitis in ipso contractu, vt in processu.fol.96. testes prædicti examinati super dicto interrogatorio, multum discrepant in recitatione dictorum verborum, quo casu etiam si essent contestes non probarent matrimonium, quia tunc debent non solum in substantia, sed etiā in cortice verborum esse cōcordes,†vt singulariter dicit Butr.in c.nihil obstat.de verb.sig.& ibi Abb. Alex.conſ.153.col.2.verſ. & potissimè in 5.vol. & ibid.col.4.in prin.ver.nō probatur. Bal.in c. bone.il primo.de elect. Alex.in l.1.§.fi.ff.de ver. oblig.idem consi.150.& Marsi. præceptor meus consi.68.nu.30.in 1. vol. Nec ob. ꝙ aduersarius dicit, ꝙ nihil obstare hēt in testibus narrandi diuersitatem.c.nihil obstat.vbi gl.fi.de ver.sig.subdens, ꝙ sufficeret, ꝙ testes concordent in eundē
59 rei finē.†Alex.conſ.72.inspecto diligenter.col, 2.verſ.satis est.in 1.vol. nam prædicta procedūt regulariter.secus quādo tenent̄ deponere interrogati de verbis formalibus.

Et,quia,vt inquit Bellam.Dec.343. appellās, & Innoc.in c.dilecto.vbi Franchus de appel.nulla est maior iniustitia,quā nullitas.† Restat vt discutiamus, an Dominus aduocatus dictæ Bernardinæ defenderit ꝓcessum & sn̄iam iudicis, a quo,a nullitatib. ex ipso processu colligibilib.
60 †Et primo, dum dicebā, ꝙ pars dicti processus erat formata coram Reuer. D. Ioāne Emiliano, vti Vicario substituto a Reuer.D.Luca Bisantio generali Vicario Aquileien. vt patet in processu,fol.15.fol.20.tergo.& fol.80.ter. & partim coram Reuer.Feder. de Belgrado Canonico Aquileien. vti Vicario substituto, vt patet in d. processu.fol.26.fo.30.& fo.31. Vicarius autem Episcopi alium Vicarium creare nō potest siue sub
61 stituere loco sui.†c. clericos vbi Host.de offic.Vicarii.Bal.in sua Margarita.in verſ.Vicarius.Bertachi.in tractatu de episcopo. in 7. parte quarti libri. nu. 2. ergo nulliter processum fuit coram dictis Vicariis substitutis,de quorum auctoritate & mandato non cōstat in processu, vt per Bertachi.loco præallegato.

Ad hoc Dominus ex aduerso defensor respōdet, quòd hoc fieri consueuit ex consensu Reuerendissimi Patriarchæ,& causa absentię, vel infirmitatis. & est de consuetudine obseruata ab immemorabili tempore citra,vt bene nouit Reuerenda Do.vestra,quæ fuit benemeritus Vicarius in patriarchatu Aquileien. dicens ex actis cancellarię hoc apparere.quæ acta notoria inducunt alleg. Card.in cle.1. de off. Vicarii.& alia. breuiter dico de prædictis in processu, nil apparere, nec R.D.V. saluo eius honore & conscientia, potest esse in hoc testis & iudex, cum teneatur iudicare secundū allegata & approbata, non
62 secundum eius conscientiam.†l.illicitas.§.veritas.& ibi Bart.& Doct.ff.de off.præsid.

Secundo dum dicebam processum & sententiam iudicis a quo, subiacere vitio nullitatis, quia Ioannes pater Bernardinæ non substituit, sed constituit procuratorem suum, nulla mentiōe facta de d.Bernardina eius filia, & sic in sui specie Dominum Petrum Calderarium causidicum Vtinensem, nomine suo proprio, vt cōstat in processu.fol.31. ad cuius Domini Petri instātiam,asserentis se procuratorem Bernardinæ, lata fuit sententia per R.D. Iacobū Marracū,in d. Patriarchatu (vt dicitur) Vicariū, & sic nulliter.

Huic motiuo rn̄det aduersarius, ꝙ volūtas Ioānis pr̄is Bernardinę fuit substituere, nō cōstituere ꝓcuratorē & ꝙ notarius ꝑ errorē apposuit verbū constituit, loco substituit, adducēs plura alia

quæ referre non intendo, quia non vacuant prę dictum fundamentum. hoc solum dicam, quòd in dicto mandato procuratorio facto eidem Domino Petro, nullum verbum adest, quod possit substituere alium procuratorem, quæ facultas non datur procuratori substituto: ideo dicere potest Ioannes pater Bernardinæ, quod potui nolui, quod volui adimplere nequiui. iux. tex. in c. super Abbatia. de offic. deleg. l. multū interest. C. si quis alteri vel sibi. l. si genero. C. de iur. dot. glo. in d. c. cum super Abbatia. in verb. noluerit.

Demum videns aduersarius, quòd ex eius dictis non infertur ipsum Dom. Petrum habuisse legitimum mādatum comparendi nomine Bernardinę confugit ad aliud debilius fundamentum, immo totaliter nullum, dicens, quòd ipso Domino Petro vti procuratore Bernardinæ & aduersario, intelligens de Domino Valentino, vel eius procuratore infantibus lata fuit ipsa sententia, quod est a veritate alienum. Nam neque Dom. Valentinus, nec aliquis pro eo, institit pro dicta sententia, sed tantum lata fuit, instā te dicto Domino Petro Calderario, vti procuratore dictæ Bernardinæ, cum præsentia ser Iacobi fratris d. Bernardinæ, vt constat in processu, fol. *96*. cum autem dictus Dominus Petrus careat legitimo mandato, sententia nulla est c. in nostra. de procurat. & l. licet. C. de procurat. & talis nullitas est in sanabilis, per aliquā signatu-
63 rā. † Staphil. in suo tract. de grat. expecta. & aliis litteris. in tit. de litter. grat. & iustit. fol. 148. ver. hinc est, quòd etiam defectus mandati secundum impres. Venetam.

Nec obstat, quod aduersarius dicit, quòd iudex appellationis, quando ex actis constat de iustitia, & quòd quo ad merita causæ pars iustitiā foueat, potest & debet sententiam iudicis a quo nullam confirmare, allegando Bartol. in l. si expressim. col. pen. ff. de appellat. & in l. si vt proponis. C. quomodo, & quando iudex. Alex. consil. 73. col. final. & consil. 181. in *6*. vol. & Deci. cons. 449. in 3. vol. & Alexan. consi. *67*. in *6*. vol. & quia ad hoc plures responsiones accommodari possent: attamen breuitati studendo, dico, dictum obiectum in casu nostro nō militare, quia ex processu causæ non apparet Bernardinam aduersariam ius fouere: immo constat assertū matrimonium per se allegatum nullatenus probatum esse. nam omnes eius testes sunt singulares, vt supra ostensum fuit. qui etiam si essent
65 mille, tantum probant, quantum vnus, † vt inquit Bal. in l. iurisiurandi. C. de testi. & in c. tam litteris. de testi. & Hippoli. Marsili. Dominus meus. consil. 1. num. 25. & consil. 28. num. 2. in primo vol.

Ex prædictis indubitanter apparet, partes Reuerendæ D. V. Iudicis iustissimi ac integerrimi, esse in pronunciando processum, & sententiam formatum, & latam per iudicē a quo, in præsenti causa, vitio nullitatis subiacuisse & subiacere, & propterea fuisse & esse bene appellatum pro parte Domini Valentini, & malè fuisse & esse iudicatum ad fauorem d. Bernardinæ aduersariæ, eandem in expensis condemnando. Laus Deo.

Vt supra conclusum est iuris esse sentio ego Hieronymus Gigas. V. I. D.

IN CAVSA MINIA MATRIMONIALI

SVMMARIVM.

1 Frater pro fratre in causa ciuili testificari potest. Et hoc nulla lege prohibitum inueniri.
2 Item nec ratione præsumptæ affectionis excludi.
3 Nec etiam disparitate concurrente.
4 Dispositio c. super eo el secundo de testi. quòd non procedat nec locum sibi vendicet, nisi in matre deponente in causa matrimoniali pro filia concurrente disparitate, nō autem de fratribus & sororibus.
5 Frater seu soror si examinentur cum alio teste omni exceptione maiori, istius integerritas illorum defectum supplet, & plene probant.
6 Familiaris, & domesticus admittantur in testes si quando adsint & alij fide digni.
7 Frater pro fratre licet in causa criminali testis esse non possit, examinatus tamen indicium facit.
8 Duobus testibus tam maribus, quam fœminis matrimonium probari.
9 Testes si plures inducantur quorum aliqui sint minus fide digni & idonei, quod deficit in vno numero suppletur.
10 Testes duo per eundem præmeditatum sermonem deponentes non probant, si tamen si plures sint, vt puta tres, vel quatuor, bene probant.
11 Testes duo domestici, licet non sufficiant, tres tamen bene sufficerent.
12 Rusticus & pauper etiam si non sint omni exceptione maiores in causa matrimoniali tamen admittuntur.

CONSILIVM XLIII.



IN causa Magnificæ Dominæ Dianæ Minio, quæritur de duobus. Primo, vtrum Magnificus Dom. Hermolaus Minio eius frater, & D. Helisabet eius soror, in testes admitti debeant, non obstantib. exceptionibus & oppositionib. partis aduersę.

Secundo, an similiter in d. causa examinari debeat magister Lazarus Hebræus Phisicus artium & medicinę Doctor.

Quo ad Dom. Hermolaum, & Dom. Elisabet concludendum arbitror, quòd examinari debeant, licet causa sit matrimonialis, quia regulariter frater pro fratre testificari potest in cā ci-
1 li, cum nulla lege prohibiti inueniantur. † l. pri. ff. de testi. Specul. in tit. de teste. in §. primo. in versic. sed nunquid frater. & si dicatur, quod ex quo sumus in causa matrimoniali, admitti non debent

2 debent ratione præsumptæ affectionis. † ex quo
inter contrahentes est disparitas, quia D. Aloy-
3 sius est ditior. † per text. in c. super eo. el secundo
de testi. respondetur, quòd ille text. loquitur so-
lum de matre, quam dicit nullatenus esse admit
tendam pro filia in causa matrimoniali, data di
sparitate, & non loquitur de fratribus & sorori-
4 bus. † quinimmo Abb. in d. c. super eo in vlt. col.
in vers. an autem, idem dicit, quòd in aliis con-
sanguineis, præter matrem, non est tanta suspi-
cio, sed eis credetur plus & minus, secundum
qualitatem, vel quantitatem affectionis, & sic vi-
detur, quòd examinari debeant, ac demum ha-
beri debeat ratio depositionis eorum, iuxta eo-
rum affectionem. & ita videtur etiam tenere
Fely. Abb. referendo in d. c. super eo in vlt. col.

Et licet Dom. Hermolaus & Do. Elisabet nõ
sint testes omni exceptione maiores, ratione
prçsumptç affectionis. c. nõ extimemus. 13. q. 2.
& ita Bart. in l. qui testamento. §. quæcunq; col.
fin. in vers. quçro quid in fratre. de testamen. nõ
propterea sequitur, quòd examinari nõ debeāt,
maximè super isto matrimonio, in quo adsunt
alii testes, a quibus verisimiliter vocantur in cõ
testes, & maximè, quia qui fuit examinatus, est
testis omni exceptione maior, & quando frater
seu soror examinantur cum alio teste omni ex-
ceptione maiori, tũc integritas extranei supplet
5 defectum fratris, & plenè probat † doctrinam
Bartol. & Angel. singulariter in l. si quis ex argē-
tariis. §. primo. ff. de eden. quos refert & sequitur
præceptor meus Dominus Io. de Monteferra-
to in tract. suo de testi. in quarta parte in tertia
col. in versic. tertio fallit, & ita concludit ad idē
Angel. in consi. primo. vbi consuluit, quòd fami
liaris, & domesticus admittitur in testem, quan-
6 do adsunt alii fide digni, † & tamen domesticus
in testem nõ admittitur l. etiam. C. de testi. Spe.
in titu. de teste. §. x. vers. item, quòd est domesti-
cus. Ad idem doctrina Roma. in consi. 486. inci
pit, in casu propositæ consultationis. in fine. vbi
voluit, quod id, quòd detrahitur testi affini sup-
plet per alium non affinem. facit quia licet in cā
criminali frater pro fratre testis esse non posit,
7 tamen si examinetur. facit indicium, † vt tradit
Bartol. in l. maritus. ff. de quæstioni.

Confirmãtur prædicta, quia clarum est, quòd
etiam ad probandum matrimonium sufficiunt
8 duo testes tam mares, quam fœminç. † per regu-
lam tex. in c. nouit. de iudi. in l. vbi numerus de
testi. & est text. vbi Abbas expresè in tertio no-
tabili. in d. c. super eo. de testi. & tamen vbi plu-
res inducuntur, licet aliqui non sint ita fide di-
gni & idonei, quod deficit in numero, supple-
9 tur maiori. † iuxta no. p gl. in l. tertia numero in
verbo numerus. ff. de testi. per quam dixit notā-
ter Iacobus Butr. ibi, quòd licet duo testes depo
nentes per eundem præmeditatum sermonem
non probent, vt in d. l. tertia. tamen quando es-
sent plures puta tres, vel quatuor, bene probant.
10 † hoc etiam voluit Alex. in consil. 5. incipit, in
primo vol. allegat multos, de quibus per eum. &
per illam glossam concludit Alex. in consil. suo
antedicto, col. penult. in d. vers. quòd licet duo
testes domestici non sufficiant, tres tamen bene
11 sufficiunt. † facit, quia tractatur in casu nostro de
probando matrimonio contracto de nocte. quo
casu leuiores probationes requiruntur.

Nec obstat dum per partē aduersam dicitur
Do. Hermolaum comparuisse in iudicio in præ-
senti causa vti procuratorem d. Do. Dianæ, quo
casu admitti non debet c. fina. de testi. in 6. quia
respondetur hoc esse falsum, & ex processu non
apparere.

Facit, quia in causa matrimoniali etiam rusti
cus & pauper, qui non sunt omni exceptione
12 maiores, admittantur. † Aret. in consi. 13. viso di
ligenter col. 10. in versic. ad secundum. de pau-
pertate. & idem de paupere Alex. in consil. 149.
viso processu col. tertia versic. nec paupertas lib.
5. idem de paupere & rustico concludit Sicul.
consil. 26. lib. 4.

Hieronymus Gigas V. I. D.

IN CAVSA DE CVMINIS Domini Francisci.

SVMMARIVM.

1 Iudex quando tractatur de impotentia mulieris, vel viri, semper superabundare debet, vt nulla fiat fraus.

2 Mulieres vt plurimum se medicinis arctant.

3 Iudicis præsentia, doli suspicionem tollit.

4 Matronæ quæ inspicere habent mulierem ad iudicis præsentiam sunt vocandæ. & num. 6.

5 Mulieres regulariter cogi non possunt ad comparendum in iudicio.

7 Iudex adhibere debet honestas matronas: non nimis iuuenes, nec nimis senes ad inspiciendam mulierem.

CONSILIVM XLIIII.



Vòd bene iudicauerit R. D. Audi
tor, pronunciando, quòd D. Iusti
na Venetias debeat venire, vt su-
biiciatur secundo loco oculis ob
1 stetricum, † facit, quia iudex quā-
do tractatur de impotentia sem-
per superabundare debet inquirendo de conie-
cturis, vt nulla fraus cõfingatur, vt voluit Card.
in c. fi. in fi. 1. col. de frig. & malef. quod quidem
facere non posset iudex, stando Venetiis, si mu-
lier prçdicta iterũ in ciuitate Paduana inspice-
2 retur, † cum oporteat occurrere medicamen-
tis mulierum, quæ vt plurimum se arctant me-
dicinis, vt Virgines appareant, vt inquit Ho-
stien. in ca. fraternitatis. de frigid. & malefi. qui-
bus omnibus, si in loco vbi iudex moratur,
fiat ista reuisio mulieris occurri poterit & pro-
uideri.

uideri. quia in præsentia doli suspicionem tol-
3 lit.† l. fin. C. quod met. causa. Bartol. in l. frater a fratre. vlt. col. ff. de condic. indeb. & debet iudex potius superabundare in prouidendo, & inquirendo, quàm deficere in similibus, cũ causa sit periculosa, vt inquit Petr. de Anch. in c. 1. colum. secunda. in princip. de frigi. & malefi. fa
4 cit pro opinione † ac pronuntia dicti auditoris id, quod no. Præpo. in d. c. fraternitatis. in tertio not. vbi dixit, quòd matronæ & hi quorum interest, vocari debent ad præsentiam iudicis.

5 †Nec ob. ꝙ regulariter mulier personaliter cogi non possit ad comparendum in iudicio, etiã ex quacunque causa, per text. in c. mulieres. de iudi. in 6. facit text. in c. mulieres. de sent. excõmuni. vbi mulier, quæ inierit manus violentas in clericum, non cogitur ire ad curiam pro absolutione, sed ab episcopo diœcesano absoluitur. ad idem tex. in c. ea noscitur, eo titu. nam respondetur, quòd dicta regula fallit in casu nostro, in quo mulierem personaliter euocare po-
6 test coram se iudex.† quod sic probatur. certum est, quòd quando mulier inspicitur, adhibentur matronæ, iuxta tex. in c. fraternitatis supra allegato. matronas autem iudex coram se vocare debet, vt d. c. fraternitatis. ergo multo magis euocanda est mulier, quæ inspici debet. & sic de necessitate iuris dicta Dom. Iustina adduci debet ad iudicem, iuxta tex. in c. 1. de iudi. in 6. & hãc quæstionem decidit expresse tex. in l. 1. §. ex hoc. ff. de vẽtre inspiciẽdo. vbi tex. est clarus, & apertus, quòd si quæstio sit, an mulier sit prægnans, nec ne, princeps in causa necessaria subuenit, faciendo vocari mulierẽ coram se, quæ si fateatur se prægnantem, bene est: sin minus negauerit, tunc iudex faciat eam venire in domum honestæ mulieris, in qua per obstetrices inspici possit. & ita in casu nostro limitat prædictam regulam Frãch. in d. c. mulieres. in prima col. in vers.
7 item est alius casus. †quod etiam suadetur ratione, quia in tali casu iudex debet adhibere honestas matronas non nimis iuuens, nec nimium senes, quia iuuenes propter inexperientiam, antiquæ propter defectum visus falli possent. nã per iudicium manuum & oculorum talia probantur c. proposuisti, & c. causam. de probatio. Laus Deo.

Hieronymus Gigas V.I.D.

IN CAVSA SPERANTIA MATRImoniali Thomæ Diplouatatij.

SVMMARIVM.

1 *Testis dictum de necessitate concludere debet, aliàs non probat.*
2 *Articulus & positio de necessitate concludere debet.*
3 *Articuli concludentes esse debent, sicut probatio.*
4 *Positiones & articulos specifice & formaliter concludere debent.*
5 *Positiones duplices, & cauillosæ non admittendæ, nec eis respondendum, cum de necessitate aliter non concludant.*
6 *Positiones alternatiuæ non admittendæ, cum alternatiua obscuritatem ponat.*
7 *Testis dictum alternatiuum tamquam ambiguum non probare.*
8 *Confitens factum, sed qualitatem denegans pro negante haberi debet, præsertim si certum tempus in confessione huiusmodi adiectum sit.*
9 *Confessiones factæ per verbum credit, quòd veræ cõfessiones non sint.*
10 *Positioni respondens per verbum credo, prout in instrumento, quòd non dicatur confiteri, nisi quatenus in instrumento contineatur.*
11 *Matrimonium sicut cæteri cõtractus, quòd aliter de nocte fieri non possint, nisi tria luminaria adsint.*
12 *Matrimonium clandestinum sui natura punibile.*
13 *Testes participes & socij criminis repellendi sunt.*
14 *Iudex secũdum allegata & probata iudicare debet.*
15 *Omne qnod est probabile, est ponibile.*
16 *Quod probari non potest dummodo veniat ad intentionem partis poni potest.*
17 *Positiones probabiles admitti debent.*
18 *Probatio pertinens licet non vrgens admittenda est.*
19 *Positio quæ parum facit ad factum pertinens reputatur, & admittenda venit.*
20 *Probatio dicitur pertinere, quæ per se vel cõiunctim cum alia facit saltem adminiculum.*
21 *Iudex quòd debeat admittere omnes probationes, siue plenam probationem faciant siue semiplenam, siue indicium, siue aliquod adminiculum.*
22 *Contrarietas, quæ reperitur in actis, seu processu, quòd ad concordiam inquantum est possibile reduci debeat, referendo prima ad vltima & è contra.*
23 *Positio qualibet debet reduci ad concordiam vt concludat & non discrepet.*
24 *Dictio, post, temporis interuallum denotat.*
25 *Articulus si quando in traque parte alternatiuæ pariter concludat ponentis seu articulantis intentionem, quòd admitti debeat, nec obscuritatem parere dicatur.*
26 *Interrogatio & positio alternatiuæ, ꝙ ꝓcedat si quãdo idem ius in vna parte alternatiuæ sicut in alia.*
27 *Libellus alternatiuus in quibus casibus procedit, pariter & positio alternatiua procedit.*
28 *Libellus alternatiuus in tempore contractus matrimonij procedit cum liquidetur per testes.*
29 *Probatio non debet esse dubia.*
30 *Testis alternatiuè deponens, quòd probet, nec varius dicatur, si quando vtraque pars testificationis alternatiuæ producentis intentionem probet.*
31 *Regulæ, quod probatio de necessitate concludere debeat, limitatio refertur.*
32 *Regulæ, quod iudex secundum allegata, et probata iudicare debeat, limitatio.*
33 *Matrimonij substantia & qualitas per testes comprobatur.*
34 *Homicidium si quis confiteatur, habet iuris præsumptionem contra se, quòd dolo fecerit.*
35 *Confessio qualificata probat contra confitentem sicut simplex confessio.*

Confessio

36 *Confessio facta in capitulis, per verbum credo, quòd habeat vim veræ confessionis, & releuet ab onere probandi.*

37 *Confessio in scriptis redacta, quòd nec tacitè, nec expressè reuocari possit, præsertim si a parte acceptata fuerit.*

38 *Matrimonium probari per testes etiam si præsentes non fuerint, sed audiuerint verba prolata, & apta ad matrimonium contrahendum.*

39 *Probationes leuiores in his, quæ de nocte fiunt, sufficere.*

40 *Matrimonia clandestina, & si sui natura prohibita sint, facta tamen tenent.*

41 *Testes etiam pauperes, & etiam si non sint omni exceptione maiores admittuntur, & pro idoneis habentur, ac plenè probant maximè, vbi simpliciter agitur de probatione matrimonij, cuius causa sui natura fauorabilis esset.*

42 *Testes varij & per diuersos sermones deponentes, & si tamen in principali proposito, & facto concordes sint, plenè probant.*

CONSILIVM XLV.



EVERENDISSIME Domine, & iustissime Præsul, in causa magistri Simonis Tinctoris, quã habet cũ Domina Sperantia, sua vxore, quia vertebantur in dubio aliqua, quæ per Excellentissimos Aduocatos partis aduersæ adducebantur. Ideo pro iustificatione intentionis ipsius magistri Simonis hæc in medium adducere volui, & licèt prima facie, videretur dicendum, & ita allegabatur per dictos Dominos Aduocatos ex aduerso, quòd testes prædicti Simonis, & omnia, quæ deducta sunt per ipsum, nihil probant, quia dictum testis, & quælibet probatio debet de neces-
1 sitate concludere, aliàs non probat. † l. non hoc. C. vnde cognati. c. in præsentia. de probat. & l. penul. §. edocere. & ibi Bart. notat. ff. ne quis eũ, qui. & in c. fina. de succes. ab intestato. in capitu. fina. & de causa possess. & proprietatis, hinc dicit Bart. in dicta l. non hoc, in fi. multum notando illum text. quòd articulus, & positio debet de
2 cessitate concludere, † & idem notat Bal. in l. interpositas in vltimo notabili, per illum text. C. de transact. vbi voluit, quòd articuli debent esse
3 concludentes, sicut probatio. † idem dicit Bald. in c. primo, in decima colum. in titu. an agnati, vel filii in vsi. feud. quòd oportet positiones, & articulos specificè, & formaliter concludere. † allegando Bart. in dicta l. non hoc. Sed in casu nostro, positiones factæ per dictum Simonem non necessario concludunt cum sint duplices, & captiosæ, & sic per consequens non erant admittendæ, & sic successiuè non erat eis respondendum. ex quo de necessitate non concludunt,
5 † cum primo fuit articulatum, quòd post ascensionem Domini fuit cõtractum matrimonium, & postea in secunda manu positionum, quod fuit contractum matrimonium die sexto Octobris, vel alio veriori tempore, per notata in capitulo primo & secundo de confessis. lib. 6. & l. secunda. §. quòd obseruari. C. de iur. calumn. & in capitu primo de mut. pet. & per Abbatem in consil. 118. in secundo volum. incipit, in casu, seu controuersia, & per Barth. in l. prima in quinta & sexta colum. de vulga. & pupil. Et maximè cũ istæ positiones sunt alternatiuæ, quæ non admittuntur. ex quo alternatiua ponit obscurita-
6 tem. † l. prætor. §. quòd autem. ff. de iniuriis, l. vbi autem non apparet. §. is. illud. ff. de verbo. oblig. & ita tenet Specu. in titu. de testi. §. tunc videndum, in vltima colum. versic. item articuli. & ponit Felyn. in capitulo primo de appella. & dicit Dominus Alexander in consil. 212. in 5. volum. incipit, ponderatis iis, quæ in themate in septima colum. quòd si testis deponit, quòd confessio fuit facta in præsentia magistri Perini, & Pauli vel alterius eorum, dictum testis tanquàm am-
7 biguum, non probat. † per tex. in dicto. c. in præsentia, tanto magis, ex quo d. Simon in sua testificatione affirmat fuisse pluries tractatum prædictum matrimonium, & sic in casu primo præsumitur pluralitas articulorum, & actuum. Igitur, & cæt.

Præterea, & secundo de iure est, quòd ille qui confitetur factum, sed negat qualitatem, habetur pro negante, maximè quando apponitur tẽ-
8 pus † secundum Cynum. in l. prima, de confessis. & l. siquidem. C. de exceptio. & Bald. in l. cõtra negantem. C. ad leg. fal. Et ideo dicit Bald. in l. ea quę. C. de condi. inde. quòd ille, qui confitetur factum: sed negat qualitatem, per quam factum efficitur crimen, vel maleficium, incidit in pœnam negantis contentam in inquisitione. Quia in ea non deducitur factum, vt verum, & ens. s. sed vt maleficium, & illicitum, vnde qui negat hoc non esse maleficium illicitum, negat illud, quod formaliter deducitur in inquisitione, ideo totaliter dicitur inquisitionem negare. Ponit Bartho. Socinus in dicta l. prima. in quinta & sexta columna. ff. de vulga. & pupil. & ideo cum dicta Domina Sperantia nõ confitetur matrimonium, sed simpliciter confitetur locutionem factam insimul cum dicto magistro Simone, & habuisse anulum, sed dono, ergo non confitetur matrimonium, nec habuisse anulum in signum matrimonii, sed dono. Sequitur, quia negat qualitatem, quòd ipsa confessio sibi non nocet, sed potius habetur pro negante. Quanto magis cum istæ confessiones factæ per verbum cre-
9 dit, non sunt veræ confessiones, † per notata per Bal. in l. secunda. §. quòd obseruari. C. de iur. cal. & per Docto. in capit. primo, & secundo de confessis. in lib. 6.

Præterea istæ confessiones Dominæ Sperantiæ factæ in positionibus, non sunt veræ confessiones, nec simpliciter confitetur habuisse anulum in signum matrimonii, sed dono, nec confitetur

fitetur matrimoniũ de præsenti. ergo si non præ iudicat per notata in l.inter stipulantem.§. 1. ff. de verbo.obliga. & per Bart. & Docto.in l.is qui reus.ff.de publi.iudic. vbi dicit Barto.in quinta columna, Quòd si delictum probatur per meam confessionem tantum, tunc intentio rei confitentis, est optimè fundata, quia eius intentio debet intelligi, secundum suam intentionem per l. si quis intentione. ff. de iudic. & ideo debet intelligi ipsum confessum fuisse de illo vulnere, quod probauit postea ad sui defensionem fecisse. Sic ergo in casu nostro prædicta Domina Sperantia vult intelligere suam cõfessionem, secundum suã intentioné. i. habuisse anulũ tépore æstatis, & dono, & ita interpretata fuit in respõsione facta corã Reuerẽdissima D. Vestra. Faciunt notata in l.eum, qui.in principio. ff.de iureiuran. & quod dicit Philippus Decius in consil. 278. in quarta colum. incipit, non leuis pro cessus. quòd si quis respõdet positioni dicit, credo prout in instrumento, non dicitur confiteri, nisi quatenus in instrumento contineatur.

10 †Allegat Lud. Roma.in consil.294.incipit, hæc confessio. & Bald. in l.2. C. de errore aduocati. quia relatio videtur facta in instrumento cum omnibus qualitatibus instrumenti. igitur &c. Præterea istæ respõsiones factæ positionibus, nullum præiudicium faciunt dictæ Dominæ Sperãtiæ, ex quo primo respondit positionibus, & negauit habuisse anulum, non debebat amplius interrogari, prout ponit Bald. in dicta l.2.§. quòd obseruari. C. de iur. calum. & ideo potuit reuocare suam confesſionem, & declarare per theoricam Bart. in l.non fatetur.ff.de confessis.

Præterea & 5. testes prædicti magistri Simonis non probant matrimonium, ex quo nõ probant aliquid certum, sed dubium. Quia dicunt non cognouisse prædictam Dominam Sperantiam, per notata per Anto.de Butr. in capitu. ex parte. de rescri. & plenè per Iasonem. in l. si post tres.ff.si quis cau.

Præterea, & sexto prædicti testes non probant matrimonium, ex quo fuit factum de nocte, & matrimonium, sicut cæteri contractus non pos-
11 sunt fieri de nocte, nisi adsint tria luminaria †.l. nõ minorem. C. de transactio.cum vulgaribus. tanto magis cum istud matrimonium fuit clan-
12 destinum, & punibile.† vt notatur in cap. fina. de cland.desponsa. Hosti. in summa de clandestina desponsa.§. qua pęna. & ideo testes in tali matrimonio videntur esse participes talis delicti, tamquàm socii, & participes criminis repel-
13 lendi videntur. † cap.veniens, de testi.l.fina.C. de accusa.Pet. de Anch.in consil.24.visa inquisitione. Fulgo. in consil. 136. incipit, super eo, in vltima colum. & in consil.183. in prima col. incipit, in causa inquisitionis.in prima colum. Ioan.de Ana.in consil.59.

Præterea & septimo prædicti testes non sunt omni exceptione maiores, sunt etiam varii, & discordes insimul, & discordia apparet in pluribus, meritò non probant matrimonium.c.1. de consangui. & affinit. & ibi Abb. notat in tertio notabili cum concordan.

Et sic ex prædictis sequitur, quòd cum vestra Reuerendissima D. secundum allegata, & proba
14 ta debeat iudicare† per ca.iudicet tertia quęstio. septima.& per gl.in ca.primo. de offic.ord. cum concordan.de quibus per Fely.in c.pastoralis.§. quia vero de offic.delega. quòd absoluere debet prædictam Dominam Sperantiam a petitis per dictum magistrum Simonem.

Istis tamen non obstantibus, prout verè non obstant, dico & concludo in fauorem dicti magistri Simonis, per rationes & iura in primis meis allegationibus facta: quia, vt ibi dixi, matrimonium prædictum satis probatum est, & sufficienter per testes, & confessiones prædictæ Sperantiæ. Restat modò respondere ad argumenta in contrarium adducta. Non obstat ergo primũ argumentum, quia respondetur, quòd dictæ positiones non sunt cauillosæ, nec duplices, & ideo debent admitti. Nam secundum Abb. in dicto consil. 118. quod est vltimum, in secundo volu-
15 mine. Quod omne probabile est ponibile. †Allegat tex. in clemen.sæpe.§.& quia positiones.de verbo.significa. immo etiam secundum ipsum, id quod probari non potest, dummodo veniat ad fundandam intentionem partis, potest po-
16 ni,† vt patet in positionibus concernentibus factum merè negatiuum, secundum Bald.in dicta l.secunda.§. quòd obseruari, secundum ipsum, vbi ponit plura in prima materia. Sed istæ posi-
17 tiones sunt probabiles.ergo debent admitti:†ex quo sunt aptissimæ ad releuandum magistrum Simonem ab onere probandi. ergo sunt legitimæ, & eis de iure erat respondendum, & sic non dicuntur cauillosæ, & duplices. Facit, quod notat Bal. in l.cum virũ. per illum tex.in primo notabili.C.de fideicommissis, quòd admittitur pro
18 batio pertinens, †licèt non vrgens, & per hoc subijcit, quòd depositio, quæ parum facit ad factũ,
19 reputatur pertinens, & admittenda.† Adde tex. in capitu.fina.de succes. ab intest. ibi, non tamquàm sufficienter probantes, sed tamquàm vehemẽter adminiculãtes, & dicit Bal.in l.ad probationes prima.C.de probat. quòd probatio dicitur pertinere, quæ per se vel coniunctim cum
20 alia facit saltem adminiculum,† & idem in effectu notat Barto. ibi, & in l.si patroni.§. idem Iulianus.ff.de iureiuran. Ange. in l. iam dubitari. per glos.ibi. ff. de instit. Et dicit Bald. in l.ordinarii.infra penul. colum. C. de rei vendi. quòd Iudex debet admittere omnes probationes, siue faciant plenam probationem, siue semiplenam,
21 siue indicium, siue aliquod adminiculum. † Et sequitur Dominus Iason in dicta l. neque.in septima limitatione, C.vnde cognati. vbi limitat regulam prædictam. igitur. &c.

Nec obstat, si diceretur, quòd in primis positionibus capitulatum fuit, quòd præfatus Simõ nocturno tempore associatus a duobus sociis, post

post festum Ascensionis, de anno 1521. accessit ad quandam fenestram, &c. & quòd dicto tempore dedit anulum, &c. Postea in positionibus secundæ manus, dicit, quòd fuit de mense Octobris, & die 6. dicti mensis, uel alio veriori tempore. & sic videntur esse contrariæ dictæ positiones, & alternatiuæ, & sic non concludunt. Quia respondetur, quòd contrarietas, quæ reperitur in actis seu in processu, debet reduci ad concordium, quantum est possibile, referēdo prima ad
22 vltima, & contra. † secundum Bald. in l. cum falsa. C. de iu. & facti igno. Pau. de Cast. & Dominus Alexander in l. prima, in principio. per illū tex. ff. ne quis eum qui. Sali. in l. cum precum. C. de libe. causa. Petrus de Anchara. in consil. 258. cum concordant. de quibus per Iasonem in dicta l. cum fal. in fi. Et ad propositum nostrum in positionibus consuluit Alexan. de Imo. in consil. 49. in septimo volum. Incipit, in causa, & lite vertente. in vltima colum. quòd quælibet positio debet reduci ad concordiam, vt non discre-
23 pet. & quòd concludat, † Allegat Salyc. in d. l. cum precum, & Cinum in l. in exercendis. C. de fide instrum. Facit quod consuluit idem Alex. in consil. 102. in quinto volum. incipit, viso processu. & in l. prima. §. qui pactis. in l. inter stipulantem. §. qui sticum. in quinta colum. ff. de ver. oblig. sed istæ positiones reducuntur ad concordiam. quia in positionibus primæ manus fit positio generalis, & simpliciter, quòd post festum Ascensionis fuit contractum matrimonium, & non dicit, de quo particulari tempore post festū Ascensionis. Nam dictio, post, in casu isto deno
24 tat interuallum temporis, † vt est tex. in capitulo primo de consti. lib. 6. & ibi Gemin. notat, & sequitur Fely. in capit. translato. in quinta colum. de constitu. & sic compræhendit etiam mensem Augusti, Septembris, & Octobris. Sed in positionibus secundæ manus, dicitur specialiter, & particulariter de tempore, quòd fuit bis contractū matrimonium, vnum per mensem post Ascensionem, & illo tempore non fuit datus anulus: Et aliud matrimonium in die 6. Octobris. Et sic istæ positiones non sunt contrariæ & duplices, nec cauillosæ. Et verè qui formauit primas positiones, non habuit veram informationem. Igitur, & cæt.

Nec obstat modo inquātum supra, dicebam quòd dicta capitula, & positiones, & etiam probationes prædicti magistri Simonis non conclu debāt de necessitate, & sic nō probant probationes, quia respōdetur, ꝙ in casu nostro probationes factæ per dictum magistrū Simonē, necessariæ concludunt, vt infra dicam, & similiter articuli per ipsum producti concludunt, & debebāt admitti. nam de iure est, quòd quando articulus in vtraque parte alternatiuè, pariter concludit intentum ponentis, debet admitti, quia non
25 parit obscuritatem. † Et ita dicit Dominus Ant. de Butr. in cap. ex parte. 5. in secunda colum. in quinto notabili. de rescriptis, & in c. tertio loco. in fine. de probat. Et tenet Bal. in l. 2. C. de sent. quæ sine certa quantitate, facit quod notat Bald. in l. cog. in tertio notabili. profertur. in quarta oppo. C. de pet. hæred. quòd interrogatio & positio alternatiuè procedit, quando statuit idem
26 ius in vna parte alternatiue sicut in alia, † & licèt Bald. non videatur firmare illam opinionē, cum postea referant aliam opinionem vltimo loco, tamen ex quo refert per vltimum, alii dicūt, ista vltima opinio non est per eum approbata, per not. per Iasonem in l. si idem cum eodem. §. fi. ff. de iurisd. om. iud.

Sed in casu nostro licèt sit facta positio, quòd die Dominico & 6. mensis Octobris, 1521. vel alio veriori tempore: tamen in quolibet tempore veriori concluditur intentum ponentis, ex quo matrimonium in quolibet tempore veriori, quod probabitur per testes, suum sortitur effectum. Et maximè quia illa alternatiua, vel alio veriori tempore, est in narratione, & sic in tempore contractus matrimonii, & non in substantia ipsius matrimonii. & sic in verbis substantialibus matrimonii, & sic in cōclusione matrimonii, per notata per Cinum. in l. Gallus. §. si eius. & ibi Alexan. in l. vbi autem. §. illud. ff. de verb. obliga. vbi ponit etiam plures concordantias, & concludit, quòd in casibus, in quibus procedit libellus alternatiuus, procedit etiam positio al-
27 ternatiua. † sed clarum est, quòd libellus alternatiuus in tempore contractus matrimonii pro
28 cedit, quia liquidatur per testes. † Ita etiam positio. Nec obstat etiam, quod dicit D. Alexan. in d. consil. 212. quòd non sumus in casu nostro. Ex quo testes pro parte dicti magistri Simonis probant purè, & simpliciter de tempore & non alternatiuè, videlicet, quòd die Dominico, & die sexto mensis Octobris fuit contractum matrimonium inter ipsos.

Præterea Dominus Alexander loquitur in testibus, & in probationibus. Quia probatio non
29 debet esse dubia. † sed aliud est in positionibus, quia potest poni alternatiuè, & alternatiuè produci libellus, secundum Bald. singulariter. qui ponit istam distinctionem in l. prima, in secunda colum. C. de fur. in ver. & notat, quòd præterea & tertio testis etiam alternatiuè deponens probat, nec potest dici varius, quando vtraque pars testificationis alternatiuæ probat intentio-
30 nem producentis, † secundum Dominum Alexan. in dicta l. Gallus. §. si eius. in prima colum. in fi. ff. de libe. & posthu. allegat Gemini. in c. primo in pen. colum. de pact. lib. 6. Et per ista satis est responsum ad primum motiuum, quòd quęlibet probatio debet de necessitate concludere, aliàs nō probat. quia procedit, vt dicit, quando probatio dubia nihil concludit. Secus est, quando probatio dubia necessariè concludit al-
31 terum duorum, quorum alterum sufficit. † Et ita in specie istam regulam limitat Dominus Iason in dicta l. non hoc, in 6. colum. C. vnde cognati. in 6. limita.

Nec

Nec obstat de pluralitate anulorum, quia dicta pluralitas non præsumitur, vt dixi in dictis meis allegationibus, & ipsamet Domina Sperātia in vltimo constituto sub die 26. Maii dicit, & affirmat non habuisse, nisi illum solum anulum, in dicta fenestra.

Et similiter non obstat 2. & 3. argumen. quia prædictus magister Simon, non fundat se solum in prædictis confessionib. sed in testibus examinatis in præsenti causa. Qui deponunt de matrimonio cōtracto in dicto die 6. Octob. quo die dedit sibi anulū prædictus mag. Simō, & ipsa cōfitetur habuisse anulū, & allocutū fuisse cū d. Simone in dicta fenestra, & confitetur non habuisse, nisi illum solum anulum, in dicta fenestra, ergo probat coniunctis ipsis testibus. & certè ex probatione testium concludente debet Reuerēdissima D. V. induci ad credendum, quòd sit illa, & talem concludentem probationem confirmare videntur dictæ cōfessiones. Ex quibus omnibus supradictis patet, quòd est probatum cōcludenter dictum matrimoniū ex prædictis confessionibus dictæ Dominæ Sperantiæ, & ex testibus examinatis. Ita quòd vestra Reuerendissima D. potest informare mentem suam, de tali matrimonio contracto. Et maximè, quòd ipsa examinauit dictam Dominam Sperantiam, & vidit quo pudore, & quo vultu prædita fuit. Et sic accedit, quod dicit Innoc. in cap. quoniam contra falsum, de ꝓb. Quòd si probata in sua informatione vnum ostendant, & aliud ostendat facies, potest limitare Iudex, & sententiare, secundum quòd ostensum fuit in facie, non obstante, quòd probata aliter appareant, & sequitur Bart. in l. Lucius. ff. de his, qui notantur infamia. cum concordantiis, de quibus per Felyn. in d. §. quia vero in 6. limitatione. in capitulo pastoralis. de offic. deleg. & ita limitat regulam illam, de qua supra, quòd Iudex tunc non debet iudicare, se-
32 cundum allegata, & probata. † & ponit exemplū in teste, qui deposuit cum palliditate. tamen bene probat illud, ad quod inducebatur, vt ibi per eum.

Et sic non obstant allegata in contrariū, quia licèt dicta Domina Sperantia neget qualitatem, idest matrimonium. tamē illa qualitas, idest matrimoniū, probatur per testes, qui deponunt de matrimonio contracto per verba de pręsenti. Itē licèt ipsa Domina Sperantia neget habuisse anulū in signum matrimonii, sed solūmodo dono, tamen satis est, vt dixi, ꝙ confitetur allocutionē factam, & habuisse anulū. Quia qualitas, immò ipsa substantia matrimonii probatur per testes.
33 † Merito prædicta non obstant. & Barto. in dicta l. is. qui reus, dicit, quando delictum probatur per solam confessionem tantum, & sic illa confessio sibi non pręiudicat, quia eius confessio debet intelligi secundum suam intentionem: Sed in casu nostro intentio matrimonii est probata per testes, confessio prędicta solummodo venit ad coadiuuandum dicta testium, quòd ipsa habuit anulum, & quòd fuit allocuta prædictum Simonem.

Nec obstat decisio Bald. in dicta l. ea quæ. C. de condi. indeb. quia non procedit in casu nostro. Ex quo præsumptio iuris est, quòd non pręsumitnr pluralitas, immo quòd sit illa eadem, quæ locuta fuit cum prædicto Simone, & quòd habuit annulum prædicta Domina Sperantia, & tunc in casu etiam Bald. taliter respondens habebitur pro confesso, ac si simpliciter fuisset confessus homicidium, cum habeat præsumptionē
34 iuris contra se, quòd dolo fecerit, † & sic sibi incūbit probatio defensionis, vt l. prima. & ibi colligit Bald. C. ad leg. Corne. de sica. & in l. si non conuitii. & ibi notant Doct. C. de iniuriis. Ita in terminis nostris. Ita dicit Barto. in l. aurelius. §. idemque sit. ff. de libe. lega. & tenet Bal. & Imo. in l. decem. infra de verbo. obliga. Nam confessio qualificata probat contra confitentem, sicut
35 simplex confesio, † quando contra talem confitentem militaret pręsumptio iuris. Casus est, & ibi Abb. & Imo. notant in c. cum venissent. Extra de instit. & hanc opinionē sequitur Bal. in l. nec codicillos. C. de codicillis, & Dominus Ant. in cap. ex parte decani. de rescriptis. Sed in casu nostro extat præsumptio iuris pro me, quòd sit illa eadem Sperantia. & quòd habuit vnum solum anulum, prout etiam ipsa deponit vltra cōfessiones capitulorū. Sequitur necessario, quòd dicta confesio sibi præiudicat, quanto magis cū per testes sit probatum, quòd ipsa allocuta fuit cum dicto Simone, & habuit anulum, & quòd contractum fuit matrimonium per verba de pręsenti. Igitur, &c.

Et dicta cōfesio in capitulis facta, per verbū, Credo, habet vim confesionis, & releuat ab one-
36 re probandi. † secundum Ioan. And. in capitu. primo. de confesis. lib. 6. & Bald. in dicta l. secūda. §. quòd obseruari. ver. nemo. ad vlt. gl. C. de iur. calu. & in l. actor, quòd asseuerat, iuxta principium. C. de probat. & in Rub. C. eo. tit.

Similiter non obstat quartum argumentum, quinimmo de iure ipsa potuit sępius interrogari super capitulis. Quia hodie potest non credere, secundum Arch. in cap. fi. de iureiuran. lib. 6. & ibi Philip. Franch. in tertia columna, & Ioan. Cald. in consil. quarto. in titu. de confesis. & in specie Cinus & Salicetus in d. §. quòd obserua-ri. in 6. colum.

Nec obstat inquantum dicitur, quòd ipsa cōfitetur, ꝙ fuit in æstate, quando habuit anulum, & sic per consequens reuocauit cōfesionē. Quia respondetur, ꝙ dicta confesio, nec tacitè, nec expresse potuit reuocari, postquàm fuit, & est
37 dacta in scriptis, † secundum Hostiē. & Io. And. capitu. fina. de iureiuran. lib. 6. Alex. consil. 92. in quinto volum. in penulti. col. Immo, ex quo fuit acceptata per Simonē, non potest amplius reuocari, & sic non potest interpretari in præiudicium ipsius Simonis, secundum Bal. in l. Gallus. §. primo. ff. de lib. & posth. & Alexan. in dicto consil.

consil. 192. in penul. colum. & Io. Cald. in cons. tertio, in tit. de confessis. Nec potest dici, qđ ipsa dicit, ꝙ fuit de æstate post Ascensionem, & sic iuxta positionem nostram. Quia vt dixi supra, ipsa positio est generalis, & potest referri ad mensem Octobris. Præterea, ex quo ipsa negauit, nō potest se fundare in positione negata, vide Alex. in dicto consil. 49. in tertia columna: in septimo volum. igitur, &c.

Similiter non obstat quintum argumentum, Quia, vt dixi supra, testes probant sufficienter matrimonium, & probant de tempore certo, videlicet de die 6. mensis Octobris, maximè stantibus confessionibus, de quo per Iasonem in dicta l. & si post tres, in 6. colum. ff. si quis certum. sufficit enim, ꝙ testes deponunt de tempore certo, de die 6. Octobris. igitur, &c.

Similiter non obstat sextum argumentum, quia satis respondet D. Philip, Decius in consil. 163. incipit, in causa matrimoniali. in tertia columna. in versicu. primo. non obstat. & in versi. secundo. non obstat. in versicu. tertio obtinuit, ꝙ ex quo matrimonium potest probari, etiam si non sunt præsentes testes. Sed solummodo dicant, ꝙ audiuerunt eos adinuicem dicentes verba apta ad matrimonium,
38 † secundum Specul. in titu. de testi. §. primo. non est necesse, ꝙ testes videant contrahentes matrimonium.

Et sic de nocte, vel de die, ex quo ipsa deponit fuisse allocutam cum dicto Simone, & habuisse anulum, præsumitur, ꝙ fuit præsens dictis verbis, contractus matrimonii, & ille anulus habetur loco trium luminarium. Ex quo, vt dixi, non est necesse, ꝙ videant testes contrahentes matrimonium, vt dixi in primis allegationibus, & in his quæ fiunt de nocte, leuiores probationes sufficiunt,
39 † vt concludit Alex. de Imo. in consil. 4. incipit, Animaduersis, in tertia colum. in secundo volum. & in consil. 156. incipit, viso processu in principio in quinto volum.

Nec obstat inquantum dicitur, quòd dictum matrimonium est tamquàm clandestinū, quia hæc habent locum in aliis contractibus, quæ omnino prohibentur, & in quibus actus non valet. l. non dubium. C. de legibus. Secus videtur esse in proposito matrimonio clandestino, quod valet de iure. cap. 1. vbi Abb. de cland. despon. Ad idem text. 30. q. 5. in c. illud. in fine, vbi dicit, ꝙ clandestina matrimonia licèt prohibita, tamen si sint contracta, tenent, & dissolui non possunt.
40 † Et allegata in contrarium videntur habere locum, quando clandestinum matrimonium esset contractum in gradu prohibito, prout loquitur text. in dicto capitu. fi. de clandc. despon. secundum Philip. Decium ibi.

Similiter non obstat septimum arg. quia satis fuit respōsum in primis allegationibus meis. Ex quo hic agitur in casu nostro in fauorem matrimonii, & non agitur de dissoluendo secundum matrimonium. & plenissimè respondet D. Philip. Decius in d. consil. 163. in quarta col. in ver. quinto obtinuit, & in 6. colum. in versic. octauo opponitur. & in nona colum. in ver. 11. obstare. videtur hic consil. D. Philip. non posse esse magis ad propositum nostrū. vbi concludit Dominus Philip. quòd in causa matrimoniali testes ét pauperes, etiam si non sint omni exceptione maiores, admittuntur in testes, & sunt idonei, & plenè probant, & maximè, vbi simpliciter agitur de probatione matrimonii, cuius causa est
41 † fauorabilis. cap. fi. de re iud. c. videtur. ad finē. qui matrimonium accus. possunt c. indirectè. de appella. Et talis fauor videtur procedere in probationibus articulorum. l. lege Iulia. ff. de matrimoniis. Vnde videamus, quòd ille, qui stat pro matrimonio, potest fauore matrimonii petere, quòd aduersarius cogatur edere, non sic vbi impugnatur matrimonium, vt notat Io. And. in c. iurauit. de probat. Et ideo videtur, quòd in probando matrimonium, ordinaria probatio sufficit. Sed hoc confirmatur, quòd in matrimonio solus consensus sufficit. ergo non requiritur extraordinaria probatio, vt plenè prosequitur Philip. Decius in d. consil. in 6. colum. in versi. ergo opponitur, circa finem.

Et licèt testes videantur varii, & per diuersos deponentes, tamen ex quo in principali proposito, & facto sunt concordes, & tendunt ad eundem finem, licèt sint discordes in aliquibus circunstantiis, & qualitatibus, plene probāt,
42 † vt dixi in primis meis allegationib. & ita est text. not. in l. qui sui iuris, & ibi ad hoc notat Bal. & Ang. capitu. de pęnis, & ita illum text. ad hoc allegat Oldr. vt refert Bal. in l. prima ad fi. C. si vnus ex pluribus appel. immo maiorem fidem faciunt testes deponentes eundem effectum, per diuersos tamen sermones, quàm si per eundem præmeditatum sermonem, vt est text. in l. 3. §. ideo quòd .... & ibi Bar. notat. ff. de testi. cum concordant. de quibus per Alexan. in consil. 106. in quarto vol. incipit, viso, ac diligenter examinato. in vlt. col. & ponit Philip. Decius in d. consil. 163. in 7. & 8. col. & plenissime per Ias. in l. 2. in 4. col. in fi. & principio sequentis. C. de bon. pos. secundum tab. in ver. confirmo prædictā regulā. Sed sic est, ꝙ dicti testes in vnum effectum, & rei finem concordant, vt patet ex eorum lectura, vt dixi supra in primis meis allegationibus. ergo magis pleniorē fidē faciunt, quàm si per eundem sermonē testificarentur. Quanto magis, cū prædicti testes, vt dixi, fuerūt examinati, antequàm sibi legerentur capitula, & articuli. & verè mirandum est, ꝙ fuissent ita cōstantes in examinatione. Vnde stātibus prædictis, cōcludo partes Reuerendissimæ D. V. fuisse, & esse, in pronunciando, matrimonium fuisse, & esse contractum inter dictum magistrum Simonem, & D. Sperantiam, prout petitum fuit. Laus Deo, & Gloria. amen.

Reuerendissimæ D. V. seruitor
Thomas Diplouatatius. I. V. D.

IN CAVSA MATRIMONIALI DE Taurilia reddita per Dominum Antonium Franciscum de Doctorib.

SVMMARIVM.

1 Appellatio interposita ab admissione articulorum, & sic a grauamine illato, cum sit interlocutoria, ex eisdem actis iustificari debet.

2 Testium probationes, quid, & quantum probent in pectore Iudicis residere videtur, attenta personarum qualitate, depositionibus, & alijs circunstantijs.

3 Item vtrum testes deponant per sensum visus, an verò per sensum auditus ab alijs, qualitate causæ, & vtrum grauis & magni præiudicij sit.

4 Testes an sint omni exceptione maiores, attendi debet ad hoc, vt fides eisdem adhibenda sit.

5 Testes omni exceptione maiores requiruntur in causa matrimoniali.

6 In qua iuramentum in supplementum, seu defectum probationis aliter non defertur.

7 Testes singulares in causa matrimoniali non probare, etiam cum iuramento partis.

8 Testem habere pro se omni exceptione maiorem operatur, vt iuramentum in supplementum deferri possit.

9 Matrimonium duobus testibus probari, qui contestes sint, de rei veritate deponant aliquam exceptionem in dictis, nec personã non patiantur, singulares non sint, non deponunt de auditu, non item infames existant.

10 Matrimonij essentia, & substantia in hoc versatur maximè, ꝙ necessaria sunt verba prolata ab vtraque parte tam viro, scilicet quàm muliere, vt quia vir dicat accipio te in vxorem, & è contra mulier dicat accipio te in virum seu maritum.

11 Testis deponens aliquid factum de nocte non probat, nisi dicat, quòd ibi esset lumen, vel luna luceret, ita quòd contrahentes videre & cognoscere posset.

12 Testi maxima amicitia coniuncto cum inducente, quòd fides minuatur.

13 Socius criminis a testimonio repellitur.

14 Testis qui eius peccata aliter confessus non fuerit, nec Eucharistiam sumpserit, quòd tamquàm infamis, & excommunicatus habeatur, & moriens ecclesiastica sepultura carere debeat.

15 Testis qualitas attenditur tempore depositionis non post depositionem.

16 In confessum de facto proprio, quòd nullæ partes Iudicis, nisi in pronunciando iuxta confessionem ipsius confitentis.

17 Testis infamis a testimonio omnino repelli debet.

18 Testi singulari, quòd non debeat aliquo modo credi, præsertim in materia sui natura ardua & graui.

19 Temporis variatio operatur, quòd testibus fides non adhibeatur.

20 Testibus singularibus singularitate abstractiua nullo modo credendum.

21 Verba substantialia ad matrimonium contrahendũ per vtrumque contrahentium proferri de iure necessarium esse.

22 Testis interrogatus si vnquam fuerit condemnatus, respondens ad id non teneri, quòd contrarium verius sit.

23 Testibus de auditu deponentibus credendum non esse.

24 Testis de his, quæ per sensum viderit, vel si de auditu, quòd de proprio auditu, non de auditu ab alijs, nec de auditu auditus deponere debet, cum aliàs sibi, aliter non credatur.

25 Viciniæ fama probata non sufficit, nisi esset apud maiorem partem populi, & probatum appareat.

26 Filio naturali etiam si spurius esset, alimenta deberentur.

27 Errans, quòd aliter consentire non dicatur.

28 Mater, quòd præsumatur plus diligere filium suum, quàm semetipsam.

29 Minor maior factus non nisi intra quadriennium restitutionem in integrum petere potest.

30 Sententiam per instrumenta de nouo reperta retractari, non idem per testes de nouo repertos.

Ratio ad idem refertur

31 Testibus publicatis, & aperto processu, quòd non admittatur pars vlterius ad probandum, neque ad coadiuuandum probationes iam deductas.

32 Noua capitula, & noui articuli publicato processu, & apertis testibus, propter subornationis timorem aliter admitti non debent.

CONSILIVM XLVI.



EVERENDI Patres, & Domini mei obseruantissimi. Ex longo processu agitato coram olim Reuerendissimo Domino Archiepiscopo Pariẽse, suffraganeo, & Vicario in spiritualib. generali Episcopatus Paduæ, inter ser Iacobum de Campo sancti Petri, assertum & prętensum filium, olim ser Bernardini de Campo sancti Petri, siue venerabilem decretorum Doctorem. D. Robertũ a lignamine ex vna agentem, & petentem declarari debere, alias fuisse contractum legitimum matrimonium inter dictum ser Bernardinum, & Dominam Apolloniam de Capitibus vini, ex quibus Bernardino, & Apollonia dicitur fuisse per ipsos agentes conceptum & natum præfatum ser Iacobũ iam pluribus annis elapsis, contra Dominam Antoniam Peregrinam, & eius maritum, siue spectabiles Iu. Doctores, Dominũ Hieronymum Cantonum, & Antonium ab angulo eorum procuratores ex alia se tuentes, & defendentes, ac asserentes ipsum ser Iacobũ agentem posito, quòd fuisset filius ipsius ser Bernardini, eum fuisse eius filium tantum naturalem, & illegitimum, & non legitimum, & naturalem, neque ex legitimo matrimonio natum. ... quod prætensum matrimonium, vel probandũ pro parte ipsius ser Iacobi agentis, fuerunt inducti multi testes decem numero. Et tandem publicato processu & publicatis testibus coram ipso

so Domino Suffraganeo, cum pars agens videtur se minus legitimè & sufficieter probasse tale assertum matrimonium, ad confirmandum, & corroborandum dicta testium, & eorum personas approbandum, pro parte ipsius agentis fuerunt producta cuncta capitula, & articuli, quę & qui contradicentibus procuratoribus ipsius Dominæ Antonię Peregrinæ, & eius mariti fuerũt admissa, & admissi per ipsum olim D. Suffraganeum, a qua admissione capitulorum, & articulorum videntes procuratores ipsorum D. Antoniæ Peregrinæ, & mariti fore grauatos, appellarunt ad Reuerendissimum Legatum apostolicum in partibus existẽtem, cui appellationi per ipsum Dominum Suffraganeum fuit reuerenter delatum, & assignati apostoli reuerentiales, quibus in termino iuris receptis fuit habitus recursus ad ipsum Reuerendissimum Legatum. Qui virtute suæ legationis, causam ipsam huiusmodi appellationis a grauamine simul cum negocio principali Reueren. D. vestris sicut eorũ alteri commisit, & delegauit, prout ex tali commissione vobis directa, & præsentata apparet: cuius cõmissionis, virtute etiam corã D. vestris Reuerendis fuit pro parte ipsorum. D. appellantium citatis legitimè aduersariis agitatus processus, & demum publicatus & in causa cõclusum, ita quòd solum superest, vt deueniatur ad allegationes iuris, & demum per Reuerẽ. D. vestras sua iustissima sententia proferatur pro parte fouente iustam causam, & habente iustitiam.

Vnde consideratis ipsis processibus agitatis, tam in causa principali coram ipso Domi. Suffraganeo, quàm in causa appellationis corã Reuerendis. D. vestris. Christi nomine inuocato, eiusque gloriosæ matris auxilio implorato, duæ principales videntur insurgere difficultates, circa quas videtur consistere omnis præsentis causæ difficultas. Prima si quidem est, vtrũ pro parte ipsius Iacobi agentis sit probatum assertũ matrimonium contractum inter ipsum Bernardinum assertum patrem, & Dominam Apolloniã eius assertam matrem. Secunda vero difficultas est, vtrum appellatio interposita ab admissione articulorum productorum, pro parte Iacobi agẽtis, & sic a grauamine illato ipsi dictæ Antoniæ Peregrinæ, & eius marito, sit iustissima ex eisdẽ actis, prout de iure iustificari debet, cum sit appellatio ab interlocutoria & a grauamine † iuxta materiam c. interposita. de appel.
1

Circa primam difficultatem Reuerendi Domini. prout nouerũt. D. vestræ, hæc materia probationis testium, quid & quantũ probent, multũ residet in pectore Iudicis, qui cõsiderata qualitate personarum ipsorum testium, consideratis eorum depositionibus, an vera vel verisimilia deponant, considerata causa, & consideratis citationibus, quibus ipsi testes mouẽtur ad de-
2 ponendum id super quo deponũt.† Considerato etiam, vtrum ipsi testes deponant per sensum visus, an vero per sensum auditus ab aliis, considerata etiam qualitate causæ, vtrum ipsa sit grauis & magni præiudicii, iudex circũspectus habet arbitrari, qualis & quanta sit fides adhibenda ipsis testibus. † Considerare etiam debet, an
3
ipsi testes sint omni exceptione maiores, ad hoc,
4 vt eis sit vel non sit adhibenda fides.† vt in l. tertia, in §. tu magis scire potes. ff. de testi. Et ideo puto in casu nostro fore considerandum, quòd sumus in causa matrimoniali, in qua testes de-
5 bent esse omni exceptione maiores,† ideo, quòd si esset vnus testis, qui deponeret de veritate rei, qui esset etiam omni exceptione maior, & contra quẽ nihil posset opponi, quo casu licèt aliàs in supplementum, siue defectum probationis posset deferri iuramentum iuxta ea, quæ sunt in l. admonendi. ff. de iureiuran. & in l. bonæfidei. C. eo ti. tamen in causa matrimoniali, propter eius grauitatẽ nõ defertur tale iuramentũ.
6 †vt est tex. & ibi per omnes. in c. fi. de iureiuran. quinimo etiam si testes essent singulares, nõ pro
7 barent, etiam cum iuramento partis,† vt in l. solam. C. de testi. adeo quòd dixit Bar. multũ notabiliter in d. l. admonendi, ꝙ melius est habere vnum bonum testẽ omni exceptione maiorem, quia tunc posset deferri iuramentum in supple-
8 mentum † præterquam in causa matrimoniali, vt dictum est, quàm habere centum testes singulares, quia tunc non defertur iuramentum. Et propterea est vera conclusio, ꝙ in causa matrimoniali, ad probandũ matrimonium, necessarii saltem sunt duo testes, qui sint cõtestes, qui deponãt de veritate rei, qui non patiantur aliquã exceptionem in dictis, neque in persona, qui non sint singulares, qui deponunt, de auditu, qui nõ
9 sint infames,† quia tunc eis crederetur, cum in ore duorum, vel trium testium etiam de iure diuino stet omne verbum, vt in c. cum esset. de testa. vt in l. vbi vnus. ff. de testi. sed vt ostendam Reuerendi D. testes, qui sunt examinati in præsenti causa matrimoniali, nullo modo probant matrimonium, quod dicitur fuisse contractum inter ipsum q. ser Bernardinũ, & ipsam D. Apolloniam assertos parentes ipsius Iacobi agentis, quinimo ipsi testes si qui sunt, qui videantur deponere de tali prætenso matrimonio, nullo modo illud probant, & multos defectus iuris patiũtur, tã in dictis, quàm in personis, prout discurrendo per dicta ipsorum testium, vt veritas rei elucescat, ex infra dicendis apparebit.

Aggrediendum est enim, & per illud discurrẽdum dictum ser Dominici Badia, qui videtur esse primus testis examinatus, qui deponit se cognouisse ipsum Bernardinum, eo quia ipse testis erat vicinus, & propinquus domui ser Ioannis de Capitibus vini patris ipsius D. Apolloniæ. in qua domo habitabat ipsa D. Apollonia cum patre suo, & ipse testis, quasi quotidie videbat ipsũ Bernardinum gratia, & amore dictæ D. Apolloniæ venire in dicta contrata S. Leonardi, vbi ẽt habitabat ipse testis, vt ipsi Bernardinus, & Apollonia mutuo amore, & beneuolentia. Videantur

tur se prosequi. & dicit hoc fuisse iam annis 46. vel 47. Et dixit non recordari de præsentibus, quãdo ipse testis videbat ipsos Bernardinum, & Apolloniam, se mutuo amore prosequi. Subdẽs, quòd ita erat publica fama in vicinia, & subiungit ipse testis se scire, ꝙ dictus Bernardinus cautè, & cũ magna custodia accedebat ad ipsam D. Apolloniam in eius domo, & cum ea stabat, & conuersabatur, & per ea, quæ ipse Bernardinus dicebat ipsi testi, ipse Bernardinus cognoscebat illam carnaliter. & hoc dixit se scire, quià ipse testis forsan trigesies associauit ipsum Bernardinum ad dictam D. Apolloniam: Subiungens etiam ipse testis, quòd dictus q. Bernardinus, iam sunt ann. 48. quadam nocte circa tertiam horam noctis accessit, ad domum ipsius testis, & pulsato ostio vocauit ipsum testem, qui in procinctu eundi dormitum, dicẽdo erga eũ hæc verba, *Compare*, quia ita se ad inuicem vocabant, licèt non essent compatres, sed socii, *feme questo piacere, questa matta non se fida de mi benche ghe habbia promesso piu volte, e la voglio mo far chiara, accioche la non si lamenta de mi*, & sic accersito secum ipso teste, accessit subtus fenestram domus dictæ Do. Apolloniæ respicientem sub porticu, & tunc ipse Bernardinus dixit erga dictam Do. Apolloniam existentem ad dictam fenestrã hæc verba, *e te voio mo far segura dame la man*, & porrecta per eã manu per dictã fenestram, ipse ser Bernardinus dixit ad ipsum testem, *ecco qua Compare, voi sete testimonio come che la voglio sposare per mia moiere*. & his dictis accepto anulo aureo desponsauit ipsam D. Apolloniam, *tuo mo che tu è segura, e si te sposo per mia moier per parola de presente*. Subiungẽs ipse testis, quòd ipse Bernardinus dixit ipsi Apolloniæ, *vui stare mò cosi qualche zorno fina che son per diuidermi da mei fradei, e poi vi menerò a casa*. Primo dico, quòd iste testis non probat matrimonium contractum inter ipsum Bernardinum, & Apolloniam, quia dato, quòd hæc omnia dicta per eum fuissent vera, & quòd etiam dictus Bernardinus eã desponsasset, tamẽ ex hoc non probatur matrimonium, ad cuius essentiam & substantiã necessaria sunt, verba prolata ab vtraq; parte, tã a viro, quàm a muliere, vt quia vir dicat recipio te in vxorẽ, & è cõtra mu-
10 lier dicat, accipio te in virum siue in maritũ.† ex quo ipse Bernardinus poterat proferre verba, & similiter ipsa D. Apollonia, neq; in valẽtibus loqui, prout ipsi erant, sufficit subharratio siue desponsatio, nisi ab vtraque parte proferantur verba denotantia consensum de præsenti, tam ex parte vnius, quàm ex parte alterius. Casus est ad litteram, qui non potest cauillari in cap. tuæ. de sponsa. neq; sufficit, quòd ipse Bernardinus dixerit, ego te despõso, & accipio te in vxorem, nisi etiã ipsa Apollonia respõdendo ad interrogata, similiter dixisset, & ego accipio te in maritũ, quia tunc diceretur esse contractũ matrimoniũ, & aliter non, vt in dicto cap. tuæ. & in c. tua nos. eodem titu.

Præterea considerandum est, quòd iste testis dicit, quòd fuit vocatus ab ipso Bernardino hora tertia noctis, vt associaret eum ad fenestram respiciẽtem sub porticu, vbi stabat ipsa Apollonia, & sic ipse testis associauit ipsum Bernardinum. neque dicit ipse testis, quòd tunc luceret luna, vel quòd ibi esset aliquod lumen, quo mediante siue mediante luce lunæ potuisset cognoscere, an ad ipsam fenestram esset ipsa Apollonia, aut alia mulier. Possibile enim fuisset, quòd ad ipsam fenestram fuisset alia mulier, aut alia persona, quæ non fuisset ipsa Apollonia, & quotiescũq; testis deponit aliquid eẽ factũ de nocte, nõ ꝓbat, nisi dicat, ꝙ ibi esset lumẽ, vel ꝙ luna lucebat, ita ꝙ poterat videre, & cognoscere ipsos cõ-
11 trahentes.† vt in l. non minorem. & ibi notat. C. de transact. & not. per Doc. in ca. consuluit. de offic. deleg. & per gl. & Doc. in §. sedebunt. in auct. de iudic. & per Ioan. An. in addi. Specu. in tit. de prola. sen. in §. iuxta. in ver. sed nunquid.

Præterea cõsiderandum est etiam, ꝙ iste testis dicit, ꝙ ipse testis, & Bernardinus erant socii, & valde amici, & adinuicem vocabant se cõpatres, licèt non essent compatres, quo fit, vt cõpræhendi possit ex dicto ipsius testis, ꝙ ipsi erãt inter se maxima amicitia coniuncti, quo casu minuitur
12 fides ipsius testis,† vt in l. omnibus. C. de testi. & in l. latè in §. amicos. ff. de verb. sig. imo quod peius est, dicit ipse testis, ꝙ trigesies, & sæpius associauit ipsum Bernardinum euntem ad ipsam D. Apolloniam, & sic associabat ipsum Bernardinũ ad stuprum committendum, & ad crimen & delictum perpetrandũ. vnde fuit socius criminis.
13 ita ꝙ repellitur a testimonio,† iuxta ea quę habentur in c. si vero. de sent. excom.

Et vlterius aduertendum est, quia iste testis interrogatus super generalibus. Dicit, ꝙ ipse iã sunt tres anni, quibus non fuit confessus, neque etiam assumpsit Eucharistiã, sicut quilibet Christianus facere tenetur, & obligatus est, aliàs est infamis & excommunicatus, & si moreretur, eo tẽ-
14 pore carere deberet ecclesiastica sepultura.† vt in c. omnis vtriusque sexus. de pęni. & remis. vnde eius testimonium pro nihilo debet reputari, cum non sit omni exceptione maior. & maximè in ista causa matrimoniali graui & magni præiudicii, vt supra dictum est.

Nec obstat, quòd pars aduersa produxerit articulos, & capitula, volẽs probare, ꝙ iste erat bonus vir, & ꝙ visitabat ecclesias, & ꝙ intererat diuinis officiis, & missis, quæ capitula licèt fuerint admissa, & ꝑꝑ hoc fuerit appellatũ ꝓ pte nostra quæ appellatio fuit legitimè interposita, vt [illegible] dicetur: Dico, ꝙ contra confessionem ipsius testis, qui dixit iam per triennium tempore depositionis non fuisse confessum, neque assumpsisse Eucharistiã, dato, ꝙ ipsa capitula etiam fuissent probata. Satis mihi est, ꝙ tempore depositionis erat infamis, & excommunicatus, licèt ex post ipse resipuisset & egisset pęnitentiam, quia qualis sit persona testis, attendimus tempus deposi-

tionis, & non tempus post depositionem, vt in
15 c. præsentium. & ibi ple. notatur. de testi. †& ex quo ipse testis ita confessus est in dicto suo contra eius confessionem, non poterant, neque debent admitti probationes in contrarium. quia contra confessum de facto proprio nullæ sunt partes iudicis, nisi in pronunciando, iuxta cō-
16 fessionem ipsius confitentis. †l. si confessus. ff. de custo. reo. l. debitori confitenti. ff. de iudi. ca. 1. de confes. lib. 1.

Accedit etiam ad prædicta, quia ipse testis etiam interrogatus si vnquam fuit condemnatus in publico arrengo, dicet, quòd sic. quo fit, vt ex tali condemnatione confessata per eum resultat etiam infamia, ex qua omnino venit re-
17 pellendus a testimonio. †vt in capitulo testimonium. de testi.

Non omitto etiam, quia iste testis videtur esse singularis, & vnicus, dato quòd veritatem diceret, quod minimè est, vt dixi, & ideo tamquā singulari, ex quo non video eum habere aliquem contestem, ei non debet aliquo modo cre-
18 di, in ista causa ardua, & graui. † vt in dicta l. solam. C. de testi. cum aliis supraalleg. Est etiam examinatus alius testis super veritate istius asserti matrimonii contracti, videlicet Ser Andreas a sapone. qui quidem testis interrogatus super tali matrimonio contracto, dixit, quòd dum iā annis quadragintaocto, vno sero ipse testis esset in domo ipsius Dominę Apollonię de Capitibusvini, & ibi sederet super quodam scamno in intrata ipsius domus, similiter cum ipsa Domina Apollonia, & eius cognata Domina Blanca, & loquerentur adinuicem, de diuersis rebus, de quibus ad præsens non recordatur, tandem deuenerunt ad collocutionem istius contractus matrimonii faciendi, & quòd ipsa Domina Apollonia dixit, *el die vegnir questa sera, sel non me inganna Bernardin da Campo san Piero*, & sic stantibus in ipsa collocutione senserunt quendam strepitum, & deambulare sub porticu dictæ domus. & tunc ipsa Domina Apollonia dixit, *el die esser questo*, dicens ipsi testi & cuidam Dominæ Barbaræ, quæ erat secum, *e voio veder se lè ello.* & intrauit quandam cameram ibi existentem versus viam publicā, a parte inferiori, & stetit ꝑ spatium vnius Miserere, & reuersa fuit ad ipsum testem, & Dominam Barbaram, dicens, *lè desso el dixe, chel vegnirà adesso*, rogans ipsum testem, simul cum ipsa Domina Barbara, vt vellent intrare ipsam cameram, ad hoc, vt possent audire, & intelligere omnia, quę peragenda essent. qui testes simul cum ipsa Domina Barbara intrarunt dictam cameram, vt ordinauit ipsa Dōina Apollonia ipsi testi, vt ageret, vt non videtur ab ipso Bernardino, quia de ipsa Domina Barbara non curabat, & ꝙ vellet stare parum semotus ab ea, in eo loco absconditus, ita quòd ipse testis posset videre ipsum Bernardinum, & non videri ab ipso Bernardino. & ita fecit ipse testis. & sic stando parum, superuenit dictus Bernardinus, quem ipse testis optimè cognouit. Nam maximam cognitionem habebat de eo, vsque ad tempus suæ pueritiæ, qui Bernardinus erat associatus cum quodam alio, quē ipse testis non cognouit. & cœperunt loqui ad inuicē ipsi Bernardinus, & Apollonia. & audiuit ipse testis dictum Bernardinum inter cætera dicentem, *Polonia e t'ho promesso piu volte de tuor te per moiere, io te voglio attendere e sposarte, secondo che comanda la Santa madre Chiesa per parola de presente, presente questo homo da ben.* Ostendendo socium, *dame la man*. & ipsa Domina Apollonia, tunc posuit manum extra feriatam dictæ fenestrę, quia fenestra dictæ cameræ erat feriata, respiciens sub porticu. & tunc ipse Bernardinus accepit quendam annulum, quem habebat in manu sua, & illum posuit in digito manus ipsius Dominę Apolloniæ, dicens verba supradicta, vel similia eundem effectum importantia: & his dictis, & factis rogauit ipse Bernardinus dictam Apolloniam, vt de eiusmodi negocio nihil diceret, & essent omnia ista secreta, vt teneret apud se, vsque quo erunt factæ diuisiones inter ipsos fratres bonorum suorum: quæ diuisiones de breui erant fiendæ inter eos, quia factis ipsis diuisionibus, incontinenti duceret eam ad domum suam. & his dictis, cepit licentiam ab ipsa Domina Apollonia, & inde recessit. & ipse testis, tunc stando per spatium duorū Miserere, post recessum ipsius Bernardini, cepit licentiam ab ipsis Dominabus Apollonia, & Barbara, & transtulit se ad domum suam: & subdit ipse testis, quòd ibi se reperit a casu, & nullo dato ordine, quia nesciebat dicta Domina Apollonia pro certo, an dictus Bernardinus esset venturus, vel non. Et interrogatus qualiter & ex qua causa ipse testis se ibi tūc reperit, dixit non teneri ad respondendum tali interrogationi, quia de iure quis non tenetur detegere turpitudinem suam: cui quidem testi etiam existimo nullam esse adhibendam fidem, tum etiam quia ipse testis interrogatus an fuerit condemnatus, dixit similiter non teneri ad respondendum de iure, tali interrogationi.

Considero enim in primis, quòd iste testis laborat eodem morbo, quo testis præcedens, quia aut nos volumus, quòd deponant de eodem facto, aut de diuerso: si volumus dicere, quòd deponunt de eodem facto, & sic de matrimonio contracto eodem tempore. Dico, quòd discordant in tempore, quia testis præcedens, scilicet Dominicus Badia dicit, quòd sunt anni quadragintasex, vel quadraginta septem. iste autem testis dicit, quòd sunt anni quadraginta octo, & sic discordant in tempore. Quę variatio temporis facit, quòd testibus non adhi-
19 beatur fides. † vt in l. qui falsa, vel varia. ff. de testibus, & notatur in l. prima. ff. si certum petatur. Si vero volumus dicere, quòd ipsi te-

ſtes deponāt de diuerſo cōtractu matrimonii, & tunc ſunt ſingulares, & tanquàm teſtibus ſingularibus, ſingularitate abſtractiua nullo modo
20 † creditur, vt in dictal. ſolam.C.de teſtib.

Præterea ipſe teſtis dicit, quòd erat etiam de nocte, nec dicit quòd ibi eſſet lumen, nec quòd luceret luna, ita quòd ipſi teſtes potuiſſent videre aſsiſtentes, & præſentes, quod tamen erat neceſſarium, prout dictum eſt, circa dictum præcedentis teſtis.

Conſideratur etiam, ꝙ alter teſtis examinatus dixit, nulla verba fuiſſe dicta per Dominam Apolloniam. iſte teſtis dicit, quòd Domina Apollonia protulit aliqua verba erga ipſum Bernardinum. quod videtur eſſe impoſsibile, quòd ille Dominicus Badia, ex quo erant in eodem loco, aut ſaltem iuxta eandem feneſtram, quòd ſi fuiſſent dicta aliqua verba per ipſam Apolloniam, quòd ipſe Dominicus Badia, qui erat iuxta feneſtram, non audiuiſſet ipſa verba.

Præterea nullus ipſorum teſtium dicit fuiſſe prolata verba ſubſtātialia ad matrimonium cōtrahendum, per vtrumque ipſorum contrahen
21 tium, ſicut videtur eſſe de iure neceſſarium, † vt in dicto capitulo tuæ. & in capitulo tua nos. de ſponſal.

Accedit etiam ad prædicta, quia iſte teſtis interrogatus, ad quid, & ex qua cauſa erat in domo Dominæ Apolloniæ tali hora noctis, & incongrua, noluit tali interrogationi reſpondere, dicens, ſe non teneri detegere turpitudinem alterius. ergo ibi erat non propter aliquod bonum, ſed propter aliquam turpem cauſam, prout etiam ipſe fatetur dum dixit, non velle detegere turpitudinem, & eodem modo interrogatus, ſi vnquam fuit condemnatus, noluit ſimiliter reſpondere, dicens, ſe ad id non teneri,
22 quod tamen falſum eſt, † vt per Specu. & Ioan. An. in tit. de interro. actio.

Præterea ex oppoſitionibus productis ꝓ parte ipſius Dominæ Antoniæ Peregrinæ, & Antonii eius mariti, apparet iſtum teſtem eſſe infamē & condemnatum, ita quòd illi in hac cauſa, tam graui, & ardua, nullo pacto videtur eſſe credendum.

Minus etiam per alios teſtes examinatos in hac cauſa videtur eſſe probatum de tali matrimonio, quoniam oēs illi teſtes non deponunt de contractu matrimonii verè facto, ſed deponunt, de auditu ab aliis, quibus teſtibus de au-
23 ditu deponentibus non eſt credendum, † vt in capitulo ex litteris. & in capitulo veniens. el ſecondo. de teſtibus. Debent enim teſtes ad hoc, vt ſuis dictis credatur de his, quæ ſenſu viſus viderunt, aut ſi de auditu deponunt, debent deponere de proprio auditu, & non de auditu ab aliis, neque de auditu auditus, quia tunc eis
24 non creditur. † vt in l. teſtium facilitati. C. de teſtibus.

Nec etiam, obſt. ꝙ dicatur ita fuiſſe famam in vicinia, & contrata, quòd tale matrimonium erat contractum inter ipſum Bernardinum, & Apolloniam, quia talis fama non videtur eſſe legitimè probata, quia non ſufficit fama viciniæ, niſi eſſet fama apud maiorē partem populi, quia
25 tunc diceretur eſſe fama probata, † vt in capitulo qualiter, & quando el ſecondo. de accuſatio. & per Aret. ple. in tractatu maleficiorum. in glo. quòd fama publica præcedente, & cæt. Et eo magis hoc dicere debemus, ſtante declaratione, & per partes, & etiā per tranſactionem, & ſententiam factam, quòd huic Iacobo agenti debeantur tantummodo alimenta, tanquàm filio naturali tantum ipſius Ser Bernardini, cui omnino, etiam ſi fuiſſet ſpurius alimenta deberen-
26 tur, † vt in capitulo cum haberet. de eo qui du. in matri. quam polluer. per adul.

Nec obſtat dicere, prout videtur pars aduerſa aſſerere, quòd per errorem fecit talem tranſactionem, fatendo ſé eſſe naturalē, & quòd errans
27 non dicitur conſentire. † vt in l. error. de iur. & fact. igno. & in l. ſi per errorem. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. quia ad hæc omnia reſpondetur, quòd ipſe Iacobus agens non poteſt dicere ſe ignoranter, vel erranter feciſſe talem tranſactionem, ſuper alimentis ſibi debendis, cum ipſe haberet matrem viuā, quæ beneſciebat, an contraxiſſet matrimonium cum ipſo Bernardino, vel non. nec eſt veriſimile, quòd ipſa mater negligens honorem ſuum, & honorem filii, quem præſumitur plus dilexiſſe quàm
28 ſe ipſam. † vt in l. iſti quidem. in fine. ff. quod metus cauſa. voluiſſet pati, quòd ipſe filius diceretur eſſe naturalis, & non legitimus in dedecus ſuum, & in damnum ipſius filii. Debemus enim attendere, & conſiderare, ea, quæ veriſimilia ſunt. capitulo. quia veriſimile. de præſumptionib. l. non eſt veriſi mile. ff. quod metus cauſa.

Præterea etiam mirandum videtur, quòd Iacobus modo agens, qui ſtante veritate aſſerti matrimonii contracti iam eſſet quaſi quinquagenarius, quia ſi ſunt quadraginta octo, vel quadragintaſeptem anni, quibus fuiſſet contractum aſſertum matrimonium inter Bernardinum, & Apolloniam, quòd ipſe tanto tempore ſtetiſſet ad inueniendum teſtes, qui poſſent de tali prætenſo matrimonio deponere.

Accedit etiam ad prædicta, quia ipſe Iacobu[s] non videtur poſſe petere reſtitutionem in integrum, aduerſus contractum, & poſſe per eu[m] tempore, quo erat minor annis vigintiquinqu[e] quia de his, quæ geſſit minor exiſtens in mino[ri] ætate, non poteſt petere reſtitutionē in i[nteg]ru[m] niſi infra quadrienniū, poſtquàm eſt factm[a]
29 ior. † vt in l. petēda. C. de temp. in inte. rep[o]...

Nec obſtat etiam, quòd dicitur, quòd ſic re-tractatur ſententia per inſtrumenta de nouo reperta, ita etiam debent retractari geſta per teſtes
30 de nouo repertos, † quia dico non eſſe parem

ratio-

rationem probationis inducendę, quia tunc eſt fides teſtium, & inſtrumentorum, vt in l. in exercendis. C. de fide inſtrum. Sed in retentando, quę geſta ſunt, non eſt par fides. vt in l. ſub prætextu. & in l. ſi ſub ſponſa. de executione rei iudicatæ.

Et ideo concludo tale matrimonium inter Bernardinum, & Apolloniam nullo modo fuiſſet legitimè probatum.

Extat modo ſecunda difficultas, quæ tamen habere, videtur difficultates. Vtrum, ſcilicet appellatio interpoſita a grauamine, & ab admiſſione articulorum facta per olim D. Suffraganeum interpoſita pro parte ipſius Dominæ Antoniæ Peregrinæ, & Ser Franciſci eius mariti, ſit iuſtiſſima ex eiſdem actis, ex quo fuit appellatio ab interlocutoria, iuxta materiam. capitulo interpoſita. de appella. ita vt ea iuſtificata Reuerendę Dominationes veſtræ ſint Iudices in negocio principali. iuxta ea quæ habentur in cap. vt debitus, de appella. Et non inſiſtendo in verbis, abſque dubio puto dicendum, quòd ſic, quia nouerunt Dominationes veſtræ Reuerendæ, quòd publicatis atteſtationibus, & aperto proceſſu, non admittitur pars vlterius ad probandum, neque ad coadiuuandum probationes iam deductas, iuxta ea, quæ habentur in capitulo fraternitatis. & in capitulo toties. de teſtib. vnde ſi Dominus Suffraganeus admiſit noua capitula, & nouos articulos, iam publicato proceſſu, & apertis teſtibus, quæ non debuit, nec potuit
32 admittere, propter timorem ſubornationis,† vt in dicto capitulo fraternitatis, eo ipſo, quòd cõſtat ex priori proceſſu, de teſtium publicatione, & illorum apertura, non debuerunt admitti alii articuli ad corroborationem priorum, ſuper quibus iam erant teſtes examinati. Et ideo illa, & illos admittendo, abſque dubio grauauit partem appellantem, quæ poteſt habere recurſum ad ſuperiorem, prout fecit. & ſic iuſtificata eſt appellatio ex eiſdem actis, quæ habent etiã relationem ab alia deducta coram Reuerendis dominationibus veſtris.

Vnde concludo omni reſpectu iudicandum fore per veſtras Reuerendas Dominationes, in fauorem ipſius Dominæ Antoniæ Peregrinæ, & Ser Franciſci eius mariti. ſaluo tamen ſemper ſapientiſſimo iudicio Reuerendarum dominationum veſtrarum.

Laus Deo.

IN CAVSA MATRIMONIALI Domini Bernardini Grimani.

SVMMARIVM.

1 *Metus qui cadere potuerit in conſtantem virum, ſeu conſtantem mulierem attendi debet, vt reſciſſioni actus per metum facti locus ſit.*

2 *Metus vt ſit iuſtus, minæ pariter, aut terror & qualitas perſonæ attendi debet, quæ metũ intulit, qualitas perſonæ, cui infertur, & etiam qualitas facti, ac aliàs arbitrio Iudicis relinquatur.*

3 *Metus minor requiritur in fœmina, quàm in maſculo.*

4 *Principum inſtantiſſimas preces metum inducere.*

5 *Metus Iudicis à quo, qualiter probetur.*

6 *Iuſtum metum ſi quando Princeps, Iudex aut Parẽtes inferre dicantur.*

7 *Metus ad reſcindendum actum qualis conſiderabilis ſit.*

10 *Metus ad reſcindendum actum ex officio Iudicis, qualis attendi debeat.*

11 *Metus quo caſu excuſabilis dicatur.*

12 *Iuſta cauſa metus in quantum durare dicatur.*

13 *Teſtis infamis, quibus concurrentibus a teſtimonio repellatur.*

14 *Meretricium qualiter probetur.*

15 *Fœmina, vt tamquàm meretrix repellatur a teſtimonio, & vti infamis, quòd publica eſſe debeat.*

16 *Teſtis infamis infamia facti in cauſa ciuili admitti debet.*

17 *Teſtis criminoſus a teſtimonio repellitur.*

18 *Fides vnius teſtis, ſiue eius auctoritas ſi debilis ſit, alterius fide digni conteſtis auctoritate ſuppletur.*

19 *Iudex poteſt detrahere, vel addere ad fidem teſtiũ, in materia comprobatoria.*

20 *Teſti ſingulari, licèt non credatur, poteſt tamen Iudex quantumcunque ſimplici teſti fidem adhibere.*

21 *Teſtes minus idonei admitti debent, ſi quando ſimus in materia difficilis probationis.*

22 *Quæ non proſunt ſingula multa iuuant.*

23 *Factum in domo, quòd non niſi per domeſticos probari poſſit.*

24 *Seruus licèt non ſit idoneus teſtis, tamen in his, quæ fiunt in domo propter difficultatem probationis idoneus dicitur, & probat.*

25 *Maleficium factum in domo probari etiam per vnũ teſtem, cum factum in domo veriſimiliter aliter probari non poſſit.*

26 *Teſtis domeſtici dictum ſuſtẽtatur ratione alterius*

27 *Sententia libello difformis eſſe non debet.*

28 *Libellus generalis, & obſcurus ſuſtinetur parte aliter non opponente.*

29 *In cauſa matrimoniali ſine libello, & litis conteſtatione proceditur.*

30 *Libellus & litis conteſtatio non requiritur ſuper officio Iudicis incidenter intentato.*

CONSILIVM XLVII.

In Nomine indiuiduæ Trinitatis.



NSTANDO circa aliqua, quæ mihi magis videntur dubia, quoniam circa alia, & circa omnia, ſufficienter, & copioſe eſt dictũ per Excellentiſſimum Conſultorem, & tria mihi occurrunt ma-

gis dubia. Et primum dubium est circa metum. Secundum est circa obiectiones factas illis mulieribus, quę deposuerunt in causa affinitatis, & etiam metus. Tertium est circa obiectionem, quod articulus affinitatis non fuerit deductus in petitione, & libello d. Iuliæ.

Quoad primum dico, quod dum opponens de metu, qui fuerit talis, quòd non potuerit cadere in constantem virum, seu in constantem
1 mulierem, † quem vt est textus in capitulo consultationi. de spons. ibi per Abbatem, & alios, & quæ per Abbatem, & Doctores maximè per oēs Modern. latè in c. causam matrimonii. de officio delegati, & quæ per glossam, & Doctores, in capitulo cum locum. de sponsa. Nam primo potest dici, quod metus, vt sit iustus, & minæ, & terrores, debet attēdi qualitas personæ, quæ infert metum, & qualitas personæ, cui infertur, & etiam qualitas facti.

2 † Item aliàs hoc relinquitur arbitrio Iudicis, vt per glo. & Doctores in capitulo cum dilectus, extra quod metus causa. Ideo in persona timidiore, & debiliore, ac iuuencula minor metus requiritur. Hinc est, quòd minor metus re-
3 quiritur in fœmina, quam in masculo, † vt notatur in dicto capitulo, quòd locum. bene facit, quod habetur in capitulo indignamur. 22. quæstione sexta, & quæ per Innocentium in dicto capitulo cum dilectus. versiculo & aduerte. columna finali. & nota. in l. prima. C. vnde vi. Igitur habita conditione matris Dominæ Iuliæ, quam audio, & inspicio in processu, terribilem ac seueram, & conditionem filiæ, quam audio è contra timidissimam, Iudex discretus habebit considerare metum, & minas, ac terrores illatos pro sufficientibus, vt consensus adhibitus per Iuliam in matrimonio, non fuerit liber, & spontaneus, ac instantissimæ, & continuæ minæ matrum, ac patrum, possunt rationabiliter inducere metum, sicut dicimus instantissimas
4 preces principum inducere metum. † capitulo cum inter R. seniorem. de electione. & ibi, Imo. & in capitulo petitio. in principio. de iureiurando. & per glossam in l. prima. in versiculo quædam. ff. quòd iussu. & intelligimus in Principe seuero, vt ibidem traditur. facit, quod dicit Bartolus in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. de operis noui nunciatione. columna tertia. dum dicit, timens nunciare Iudici ædificanti, nunciat coram vicinis, quærit, quo modo metus probabitur. puta dicit, quòd consueuit appellantes a gestis per eum incarcerare, vel eis
5 violentias, & iniurias afferre. † Ita dicimus de patribus, vel matribus seueris, quando non sunt patres, & matres maximè seueræ regunt, & gubernant præcipuè filias, & tanto plus timidas, & non audentes dicantur istis casibus inferre iustum metum, vt videatur idem in Iudice, in Principe, & in Parente. argumento. l. veluti. ff. de Institutione, & substitutio. Nam ipsi non exercendo debitam potestatem, dicuntur in-
6 ferre † iustum metum, vt per Imolam in dicto capitulo cum dilectus. columna penultima. versiculo potes dicere, quòd Iudex exercendo iurisdictionem, & officium, non dicitur inferre metum. l. iniuriarum. §. primo. de iniu. & quod habetur in l. si mulier, quòd metus causa. vbi verò nō exercendo tale officium comminatur per potentiam sui officii, vt aliquid extorqueat, inducit iustum metum, a quo nascitur aliud, quòd metus causa. l. tertia, quòd metus causa. Ita in casu nostro, vt ex instructione processus apparet, ista mulier Domina Ludouica fœmina terribilis, non exercens debitum officium matris, pluries & continuè minata est expellere de domo filiam, priuare ipsam bonis, & alia contra ipsam facere, quæcunque possit, nisi sibi pareret, de assumendo in maritum dictum Xantum, & in ipsum consentire, & c. vt latius in processu.

Secundo dico circa istum metum, quòd quātumcunque non esset metus, qui deberet cadere in constantem virum, vel constantem mulierem, iuxta præallegatum capitulum consultationi, tamen fuit alius metus, saltem leuis, qui
7 & ipse considerari debet. † quoniam, vt dicit Dominus Philippus Decius, in capitulo si iustus metus. de appellatio. columna secunda, aut quis allegat metum, & tunc non præsumitur, nec sufficit leuis metus, sed requiritur metus, qui cadat in constantem virum, quia aliàs ex eo non potest fundare intentionem suam. Non enim videtur excusari, nec præsumi, & præsumptio iuris videtur esse contra eum, aut quis potest probare aliud fecisse, vel non fecisse, propter metum etiam leuem, & tunc deberet audiri, propter qualitatem personæ, cum eadem ratio sit, & dat exemplū in muliere, & tanto magis dedisset tale exemplum hic, & videtur textus. de hoc in l. non est verisimile. in principio, quę est lex fina. ff. quòd metus causa. Ideo quando dicitur iustus metus, arbitrio iudicis
8 committitur, † vt per Innocentium in dicto capitulo cum dilectus, refert, & sequitur Baldus in l. secunda. C. de his, qui propter me. iudi. non appella. quod est notandum, & per ea, quę supra dicta sunt, quia aliàs Docto. indistinctè loqui videantur, vt sic possint concordari.

Tertio dico circa istum metum, iuxta not. per Bartolum. in l. interpositas. in prima columna. C. de transactionibus, & in l. prima §. quę onerandę. qua. re. ac. non de. & in l. finali. §. primo. ff. quòd metus causa. quòd aut quis vult rescindere aliquid factum metu, ex edicto prętoris, quòd metus causa, & tunc requiritur, qui cadat in constantem virum, dicta l.
9 † interpositas. & l. metum. ff. quòd metus ca[...] & ita etiam Decius in dicto capit. si iusto metus exemplificat dicto capitulo consultationi. vt hoc sentiat idem Decius, etiam in casu matrimonii,

monii, quod est valde notandum. Quandoque quis vult rescindere per officium iudicis, & tūc sufficit metus verecundiæ, licèt non contineat
10 metum mortis, vel cruciatum corporis.† tex. est in l. fi. §. primo. ff. quòd me. cau. & in l. medicus. de va. & extraordi. cogni. & ita Bartolus concludit ibi. vt eum refert, & sequitur Decius in loco supradicto. eundem refert, & sequitur Dominus Vitalis de Cambanis in tractatu clausularum, in clausula non vi non metu, sub capite, de metu vxoris, & ita exēplificant omnes de vxore in maritum, de clerico in episcopum, & de similibus, iuxta not. in dicto §. quæ onerandæ. & in dicta l. metum. & in dicta l. interpositas. & in dicto capitulo, cum dilectus. & in dicto capitulo, si iusto metu. Ideo dicit Bartolus in dicta l. finali. quando fit aliquid metu. non tamen mortis, vel cruciatus corporis, licèt non rescindatur per hanc actionem, quòd metus causa, tamen non rescinditur per officium iudicis, & sic facit, dicit ipse, quòd si vxor propter reuerentiam viri, vel filius, propter reuerentiam patris aliquid facit, possit per officium iudicis rescindi dictis iuribus. & l. nec timorem. ff. quòd me. causa. Ista autem quantum cadunt in casu nostro, patet euidentissimè in processu. Nec obstat, si diceretur Dominā Iuliam esse in culpa, quòd non fuerit protestata, vel aliquid fecerit in contrarium, quia immo, vt patet in processu, præsentibus his, de quibus ibi hoc fecit ac dixit, & protestata est, se nunquam consensuram in dictum Xantum, & nolle ipsum capere in maritū. & quādo ipsum accepit, statim se cōtulit seorsum, & cœpit flere, & alia facere, & dicere q̄ in ꝓcessu apparent. Præterea, qn̄ loquimur de iusto metu, nō cōsideratur culpa partis, sed indistinctè metū cōsideramus, vt veniat quis
11 excusandus,† secundū Host. Abb. & alios. in dicto capitulo si iusto metu. de appellationibus. dicta l. nec timorem. & l. isti quidē ꝙ metus cau. & est textus in capitulo veniens. el secundo de sponsalibus. Item non obstat, quòd per aliquot menses tacuerit, quo casu videatur cessare causa metus, & verecundiæ, quia respondeo, secundū d. Bart. in terminis fortioribus in l. si ob turpem. ff. de conditione ob tur. cau. qui dicit, se dixisse in quæstione facti, quòd si vir percussit vxorem, quæ nolebat consentire alicui instrumento, & postea mulier consensit ex interuallo, certè metu videtur fecisse, donec enim durat in matrimonio viri iusta est causa metus. † allegat not. in dicta l. interpositas, & in dicto §. quæ onerandæ. faciunt, quæ habētur per cano. maximè per Innocentium in capitulo accedens. de conuersatione coniuga. refert, & sequitur dictus Vitalis in præallegato tractatu clausularum, dicto loco, de metu vxoris. multo igitur magis in casu nostro, vbi fuit ante, & post dicta Iulia sub minis, terroribus, reuerentia, & timore amissionis bonorum, & expulsionis de domo, vt nunquam fuerit libera, vt potuerit reclamare a voluntate & pertinacia matris. Hæc quo ad primum.

Circa secundum, & primo, quòd opponatur mei principalis, quòd aliquæ ex illis mulieribus, quæ testificantur, sint meretrices & consequenter infames, saltem infamia facti, & sic minus validæ in probando. Quia respond. quòd ad hoc, vt infamia probetur, per quam te
13 stis a testimonio repellatur, † oportet sigillatim, ac specificè probari, & causę infamiæ subiici, et modo conuenienti probari. nec est satis dicere, talis est infamis, vel talis mulier est vaga, & meretrix, & ab omnibus reputatur, nisi addatur causa, vt probetur. vt est textus notabilis, in capitulo præsentium. §. testes. de testi. libro sexto. quem ad hoc notat Bartolus in l. prima ad fin. C. de testamen. refert, & sequitur Romanus consilio 290. incipiente, in casu propositæ consultationis. columna prima. licèt ergo vnus de testibus reprobatoriis dicat se habuisse rem cum ea, & vnus alius dicat audiuisse a vicinia, vel esse opinionem Marinam esse fœminam cuiusdam Scribæ, tamen meretricium, per quod istæ fœminæ habeant esse infames infamia facti, necessarium est saltem, quòd probetur, vt quia Iuuenes passim intrant domum talis fœminæ: vel si visi sunt loqui cum ea, iuxta dicta Baldi, post Cynum, in l. neque natales. C. de probationibus, & in l. data opera. C. qui accusari non possunt. & per Paulum de Castro, in l. quarta. §. sed quòd meretrici. de conditione ob causam. qui dicunt, vel probari ex eo, quia tenet ostium clausum, vel apertum intrantibus, vel exeuntibus palàm, & pu
14 blicè, vel si admisit duos in domo, † & latius, vt per eos per l. palam, de ritu nuptiarum, & per Abbatem in capitulo, cum decorem, de vita & honestate clericorum. & per Angelū in l. si qua illustris. C. de orfi. Quare fœmina, vt tanquam meretrix, & sic infamis repellatur a testimonio
15 in criminalibus, debet esse publica, † iuxta nota. in l. cunctos populos. C. de summa Trinitate, & fide catholica. per l. sciant. C. de probationibus. & l. qui sententiam. C. de pœnis. & per ea, quæ habentur in capitulo, testimonium. de testi. & per Alexandrum in specie, de meretrice, in l. tertia. §. lege Iulia. & quod ibi per gl. verbo palàm. ff. de testibus. & per Innocentium in capitulo cum P. de accusatio. & probatur in capitulo tanta. in fine. cum glossa. de simonia. & quæ ponit Alexander. consilio vndecimo, incipiente, Circa primum dubium. columna prima, volumine primo. & in causa ciuili admit-
16 titur talis testis, etiam infamis infamia facti, † vt nota. in dicta l. cunctos populos, & in l. Cassius. ff. de sene. & per Bartolum. Quare tollitur vnū, quod posset allegari, quòd cum loquamur in causa matrimoniali, & affinitatis, igitur standū est de iure cano. c. fi. de secun. nup. testis verè cri

17 minosus repellitur a testimonio † c. super eo, el primo. & capitulo testimonium. de testi. & per Alexan. consil. 152. volum. quinto incipie. viso processu, colum. tertia. Praeterea, & si aliquae ex testibus istis diminuerentur de fide, attamen habent contestem, cui nihil video opponi, & fides siue auctoritas vnius testis, si debilis fuerit, alterius fidedigni contestis auctoritate suppletur.
18 † textus est communiter ad hoc allegatus in l. si quis ex argentariis. §. cogentur. verbo glo. enim ff. de eden. traditur per ro. in dicto consilio, col. fina. in fi. Praeterea video ex inspectione processus etiam testes partis aduersae dicere de consuetudine, quam habebat ille Xantus ad domum dictae Dominę Ludouicae, ac omnes testes indifferenter productos a principali meo, valde, & multũ dicere de colloquiis, insimul per ambos tantum habitis, & in lateribus, & muneribus missis hincinde, qualiacunque fuerint, & de cõtinua consuetudine, & de iuuentute Xanti, & de qualitate Dominae Ludouicae, & multis aliis, quae discretus iudex discurrendo de facili condescendere potest in sinistram opinionem. & stante maximè, quòd dictus Xantus in principalioribus articulis processus sibi contradixit, vt circa copulam & oscula habitam cum Domina Iulia, & etiam circa voluntatem, vel noluntatem dictae Dominae Iuliae acconsentiret libenter sponsalibus tempore narrati matrimonii, per mediatorem, vbi video testes dicti Xanti valde varios inter se, & sic pręsumptio magna resultat in omnibus contra ipsum, & nascatur in fauorem mei principalis, vt bene faciunt not. per quosdam repet. videlicet Dominum Claudium Marmerium. in l. naturalibus. §. nihil commune. de acquiren. possessio. columna vigesimanona, vbi dicit, quòd Iudex potest detrahere, vel addere ad fidem testium in materia comproba-
19 toria, † & hoc ex qualitate personarum causarũ locorum & materiei, allegat nota. per Barto. in l. secunda. ff. de his, quae pro non scriptis. & per Paulum de Castro in l. admonendi. columna septima. de iureiuran. vbi dicit, quòd licèt singulari testi non credatur, tamen iudex potest quantumcunquè simplici testi adhibere fidem,
20 † propter respectum personę, & sic materia cõprobatoria sit iudici arbitraria, qui repetentes alleg. Alexan. Socin. & Decium in consiliis, vt ibi per eos. qui Doctores ad hoc multa cumulant. Dico igitur, quòd licèt ab aliquibus diminueretur de fide, attamen stante conditione causae, & personarum, & stante integritate vnius testis, iudex debet fidem praestare. Attenta maximè difficultate probandi huiusmodi coitũ, & affinitatem, vbi testes minus idonei debent ad-
21 mitti, & inuenio † Socinũ in simili consulere. consilio 54. columna tertia. volumine tertio. versiculo, sed respondendo. vbi aliqui erant minus idonei testes, & vna erat idonea testis. & quia multa indicia tendebant ad vnum, vt in casu nostro, per quae confirmatur dictum testis,
22 & quae non probant singula multa iuuant. † l. secunda §. aetas. cum ibi nota. ff. de excu. tuto. & per Bald. in capitulo primo. de contro. inuesti. & per Fulgosium in l. fin. C. famil. hercisc. cum similibus. & hoc pręsertim asserit Socin. circa delictum factum in domo alterius, ideo dicitur difficilis probationis, & facilius per domesticos probatur. & ideo testes minus idonei admittuntur propter difficultatem probationis, &
23 domestici, quia factum in domo, & caet. † ad hoc est tex. in l. consensu. C. de regu. versiculo, seruus. & ibi Alberic. & alii. vbi licèt seruus non sit idoneus testis, tamen in his, quae fiunt in domo, propter difficultatem probationis, dicitur
24 idoneus, & probatur. † in cap. veniens. de testi. vbi glos. & Docto. & per Ioann. Andreae in additio. ad Specul. in titulo de teste. §. primo. versiculo, item quòd est impubes. & versiculo, item quòd est mulier. & per Dominum Anton. in cap. tertio loco. de probatio. ex quibus concludit Soci. in praeallegato consilio, quòd maleficium factum in domo probatur per vnum testem, cum factum ita in domo verisimiliter non
25 possit aliter probari. † insuper istae mulieres non sunt omnes aequè domesticae, quo casu dictum testis domestici sustentatur ratione alte-
26 rius testis non domestici, † secundùm Ang. consilio primo. allegat tex. in dict. l. si quis ex argentariis. §. primo. & ibi Bald. ff. de eden. & Bald. in l. prima. C. de testa. & ro. in l. prima. §. si stipulanti. ff. de verbor. obligatio. & per Alexan. consilio 120. volum. 4. incip. viso puncto. colum. 4. in fi. Non obstat, quòd sit aliqua coniuncta d. Iuliae vltra domesticitatem. quia adhuc in tali casu debet admitti, vt per Alexand. in simili, in consilio 152. incip. repetitus in causa matrimoniali vertente. & circa volum. 5. in fin. col. & in consilio praecedenti, vbi vnus producebat matrem, sorores, & fratres, & alios ad probandum se contraxisse matrimonium cum coniuncta illorum, ante quandam protestationem & intimationem, Alexand. appellat illos omnes testes idoneos, vt ibi per eum latius, & dicit probatum esse factum. Haec circa secundum dubium.

Circa tertium dubium, quòd pro parte Iuliae fuerit solum petitum imponi silentium xanto super diffamatione matrimonii, & consequenter iudex non possit pronunciare matrimoniũ esse inualidum, propter impedimentum affinitatis, quia illud non est petitum, ne sententia
27 sit difformis libello. † l. vt fundus. ff. com. diui. & alia, vt in alleg. partis aduersae, quia cõsidero hic maximũ ęquiuocationis errorẽ. Nã hic sunt duo libelli vnus dominę Iuliae super diffamatione, cũ mandato Iudicis, & sic comparente aduersario, & petente mandatum resolui in vim simplicis citationis, mandatum fuit resolutum in vim simplicis citationis, & consequenter primus libellus diffamatorius est resolutus, secũdus est libellus Xanti comparentis, & libellantis contra dominam Iuliam, & petentis matrimonium declarari

rari validum,& ipsam sibi mandari adhærere,& molestationibus finem imponi, & cæt. Et in hoc est videndum nunquid domina Iulia excipiendo deficiat, & certè non. Nam respondendo negat aliquod fuisse contractum matrimonium,& si quòd contractum fuit,fuisse inualidè contractum: & deinde rationes inualiditatis in processu probat per metum, per affinitatẽ & huiusmodi, vt apparet in eo. Si pars autem aduersa voluisset,vt exceptiones declarasset, debebat istud petere, & protestari,non debere procedi ad vlteriora, quo casu cum non fuerit aliquid petitum, sustinentur dictæ exceptiones, cum & libellus generalis, & obscurus parte non petente procedat absque expresſione causæ. l.
28 fin. † & ibi no.glo. magna.C.de anna.except.& not.in l.prima.ff.de edẽ.& ibi scribentes. & quę not.per Bal. in l.exceptiones.col.2. C.de excep. & quę no.in glos. magna,in l.prima.§.fina.ff.de præto.stipul. Præterea dato,sed non concesso, ꝙ allegationes essent veræ, tamen ad dirimendum matrimonium,vel inualidum declarãdum, posset procedi ad sententiam, licèt in petitione nõ fuisset super tali impedimento loquutum,& nũquam super eo lis contestata,quoniam causa matrimonii hodie procedit absque alia contestatio
29 ne litis,& libello † iuxta cle.dispendiosam. vbi glos.in verbo matrimoniis, & ibi Pau. & Cardi. in tertia oppositione.& alii. de iud.iuncta clem. sæpe. de verbo. significa. & ibi scriben. Insuper litis contestatio,& libellus non requiritur super
30 officio Iudicis incidenter intentato, † vt not. in capitulo fina.de offic.iudi.& ibi per Felin.& per Docto. in capitulo accedens, vt lite non contesta. per glos. in l. pomponius. ff.de mino. & per Cinum in auctentica, si omnes. capit. si vt se ab hæred.absti.& per Spec.de offic. iudic.§. primo, secundo, & sexto,& per Alexandrum in l. ab hostib. ex quibus cau. maio. Sed hoc vnum, quòd non sumus in casu allegationis, quoniam regulari debemus a libello producto per Xantum, & ab exceptionibus per dominam Iuliam factis, non autem a primo libello, quoniam ille est iã extinctus, & super petitione xanti proceditur, vt patet in processu. Hæc quo ad tertium dubium.

Ita dico, & consulo ego Bernardinus Gammarus, iuris vtriusque Doctor in studio Patauino primariam iuris Canonici legens,in quorum fidem me subscripsi, & solito magno sigillo muniri iussi, saluo semper saniori consilio.

Secundum ea quæ præsupponuntur in facto per hos clarissimos Doctores probabilem puto eorum sententiam Ego Ioannes Franciscus Burla iuris vtriusque Doctor Placentinus, & in Patauino Gymnasio ll. Doctor ordinarius, in cuius rei testimonium his subscripsi, signauique, & cęt. saluo,&c.

CONSILIA IN MATERIA IVRISPATRONATVS.

PRO REVEREND D. HIERONYMO MERCATELLO.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus ecclesiæ ex donatione, per episcopum, de ea factæ religiosis in eos transfertur.*
2 *Sententia non inducit nouum ius, sed quod erat declarat.*
3 *Præsentatio est fructus iuris patronatus.*
4 *Verba sententiæ sunt stricte intelligenda.*
5 *Iudicis partes nullæ sunt in confessum, nisi in condemnando.*
6 *Possessio, vel quasi præsentandi acquiritur ex vnico actu præsentationis.*
7 *Patronus præsumitur existere, in quasi possessione iuris præsentandi.*
8 *Contentum continentis naturam sequitur.*
9 *Ecclesia non nascitur.*
10 *Ius patronatus regulariter alicui qualiter competat.*
11 *Iuspatronatus requiritur etiam priuilegio Papæ.*
12 *Iuspatronatus acquiritur præscriptione.*
13 *Iuspatronatus acquiritur alteri per viam translationis.*
14 *Ius patronatus acquiritur donatione accedente episcopi consensu.*
15 *Ecclesia vbi de patronatu non apparet libera præsumitur.*
16 *Res libera præsumitur.*
17 *Ius patronatus est quædam seruitus.*
18 *Status vltimus semper in beneficialibus attenditur.*
19 *Episcopus habet intentionem suam fundatam, vt ad eum spectet collatio omnium beneficiorum suæ diœcesis.*
20 *Ius patronatus non requiritur per donationem factam per Episcopum, quando illud penes donantem non erat.*
21 *Iuspatronatus priuilegio episcopi acquiri non potest; Papæ vero sic.*
22 *Verba narratiua idem operantur, quod verba dispositiua, quando intentio disponentis fundatur super illis.*
23 *Verba enunciatiua in contractibus disponunt inter easdem personas.*
24 *Ius præsentandi si cui competat, quòd non propterea iuspatronatus competere dicatur.*
25 *Experientia est rerum magistra.*
26 *Consuetudo est optima legum interpres.*
27 *Consuetudo tanti temporis, cuius initij non extat hominum memoria in contrarium, æquiparatur priuilegio.*
28 *Verba sententiæ strictè intelligi debent.*
29 *Verba quando per prius intelligi non possunt, intelliguntur per posterius.*
30 *Verba etiam præcisa intelliguntur secundum qualitatem rei, super qua proferuntur.*
31 *Verba impropriari debent, vt saluetur intentio iudicantis.*
32 *Iudex tenetur iudicare secundũ allegata & probata.*
33 *Mens vniuscuiusque talis præsumitur, qualis esse debet.*
34 *Verba intelligenda sunt, secundum subiectam materiam.*
35 *Clausula prout vobis videtur, est propriè compromissi.*
36 *Verbum ordinamus, est noui iuris inductiuum.*
37 *Præsentatio abesse potest a iure patronatu.*
38 *Præbenda vacans in ecclesia collegiata spectat ad præsentationem Prælati dictæ ecclesiæ.*
39 *Præsentatio ecclesiæ sitæ in parochia alterius ecclesiæ spectat ad præsentationem illius ecclesiæ, institutio verò ad episcopum.*
40 *Verba, vt asseritur circa valorem beneficij posita in Bullis non astringunt partem, secus in verbo vt asseris.*
41 *Dictio forsan, est nota dubitationis.*
42 *Professio iuris præsentandi, vt alicui competat, quæ requirantur.*
43 *Papa conferre potest beneficia, quorum præsentatio ad clericos spectat.*
44 *Idem potest Legatus.*
45 *Malæfidei possessor dicitur, qui contra iura mercatur.*
46 *Præsumptio veritati cedit.*
47 *Iuspatronatus sufficienter non probatur, licèt quis probet continuatam, quasi possessionem protestandi per annos quadraginta.*
48 *Argumentum de parte ad tantum non valet, sed ecõtra valet.*
49 *Litteræ quorumcunque ordinariorum contra eos probant.*
50 *Collatio habet in se vim præsentationis, & institutionis.*
51 *Ecclesia licèt constructorem habere præsumatur, tamen non magis vnum, quàm alium consturctorem habere præsumitur.*

CONSILIVM XLVIII.



FACTVM tale est, de anno Domini 970. Gauslinus Episcopus Paduæ donauit inter cæteras ecclesias monasterio Sanctæ Iustinę de Padua, ecclesiam S. Mariæ de Maserata Paduanæ diœcesis.

Post quam donationem a dicto tempore vsq; ad annum. 1451. quid secutum fuerit non apparet, sed a prædicto anno 1451. vsque ad annũ 1461. apparent in processu causæ plures collationes

tiones factæ per Abbatem, qui & Monachos antedictos, de dicta ecclesia, diuersis personis. De anno vero Domini 1461. orta differentia,& cōtrouersia inter Reuerendissimum Do. Iacobum Zeno tunc Episcopum Paduæ, & Abbatem, & monachos antedictos: causa commissa per sedē Apostolicam Reuerendissimo tunc Cardinali sancti Petri ad Vincula, idem Cardinalis per eius sententiam declarauit & ordinauit, ad tollēdam omnem controuersiam inter præfatas partes exortam, quòd ius præsentandi ad præfatam ecclesiam, occurrente de cętero illius vacatione, ad Abbatem & monachos præfatos: ius verò instituendi, ad Reuerendissimum Episcopum Paduæ spectaret, & pertineret. Et quòd Episcopus, præsentatum a præfato Abbate, & monachis instituere teneretur: & a tempore dictæ sententiæ citra, vsque ad annum. 1517. nulla reperitur pręsentatio facta per præfatos Abbatem, & monachos. De anno vero. 1517. occurrente vacatione dictæ ecclesiæ præfati Abbas, & monachi illam contulerunt Reuerēdo D. Herculi Fregosio clerico Ianuen. qui illius possessionem adeptus est, in qua continuauit per aliquot dies. demum a Reuerendo D. Andrea Mercadello clerico Veneto, cui de dicta ecclesia prouisum fuerat per sedem Apostolicam, possessione dictæ ecclesiæ adepta, idem D. Andreas de anno 1520. ecclesiam ipsam resignauit Reuerendo D. Hieronymo Mercadello eius nepoti, qui illius possessionem assecutus in eadem continuauit per annos 20. & vltra, in qua & nunc reperitur: verum de anno 1536. mortuo præfato D. Andrea, Abbas & Monachi supradicti præsentarunt ad eādem loci ordinario Reuerendum q. Do. Lucam Bonfilium, quæ præsentatio nunquam fuit confirmata per ordinariū, quia illi se opposuit præfatus D. Hieronymus Mercadello. Mortuo demum præfato Do. Luca de anno. 1540. præfati Abbas & monachi præsentarunt Reuerendum D. Bernardinum Bonfilium, qui successiue institus fuit in d. ecclesia per Reuerēdum Vicarium episcopatus Paduæ. Super qua institutione pendet lis coram Reuerendo Auditore Reuerendissimi D. Legati apostolici inter præfatum D. Hieronymum Mercadello possessorem ex vna, & Reuerendum D. Bernardinum Bonfilium, ac Abbatem, & monachos antedictos ex altera partib. Modo contingit dubitari, vt infra.

Christi, eiusque Gloriosæ Matris Mariæ Virginis nominibus inuocatis: ex præmisso themate dubitari contingit, an Venerabilib. Dominis Abbati, & Monachis Monasterii Sanctę Iustinæ de Padua competat ius patronatus in parrochiali Ecclesia Sanctæ Mariæ de Maserata prædicta. circa quod videtur prima facie dicendum, quòd sic.

1 † Primo, quia Ecclesia prædicta de anno Domini 970. per tūc Gauslinum Episcopum Paduæ, donata fuit Abbati, & Monachis dicti Monasterii. ex donatione autem Ecclesiæ religionis per Episcopum facta, in eos ius patronatus eiusdem transfertur, tex. est in c. pastoralis. de donatio. & maximè hoc videtur dicendum in casu nostro, quia donatio dictæ Ecclesię videtur etiam facta, quo ad temporalia eiusdem, vt patet in dicta donatione, in illis verbis, cū casis &c. quo casu ius præsentandi rectorem in eadem Ecclesia translatum, videtur in ipsos monacos, per ea, quæ voluit Abb. in c. de monachis, in vers. in quarto. de præben. vbi dixit, quòd quando religiosis conceditur Ecclesia quo ad temporalia, propter eorū paupertatem, ex tali concessione acquiritur illis ius præsentandi. & Abbatem refert & sequitur Rocchus in tract. suo de iur. patro. in verbo competens q. 25.

Secundo comprobari videtur dicta opinio, quia de anno 1461. orta differētia inter Reuerēdum tunc Dominum Iacobum Zeno Episcopū Paduæ, & Abbatem ac monachos præfatos super pertinentia collationis vel præsentationis d. Ecclesiæ, & causa commissa tunc Reuerendissimo Cardinali Sācti Petri ad Vincula, fuit per dictum Cardinalem sententiatum ius præsentādi ad Ecclesiam prædictam præfato Abbati spectare: instituendi verò ad Episcopum Paduæ: in qua sententia dictum fuit Episcopum teneri ad instituendum personam præsentatam ad Ecclesiam prædictam per eundem Abbatem, quod proprium est iuris patronatus cap. pastoralis. & ibi Doct. de iure patro. glos. final. in ca. monasterium 16. q. 7. Felyn. in cap. cum venerabilis.
2 col. 11. de except. † ex tali. n. sentētia videtur probatum, quòd per antea ius præsentandi competeret dicto Abbati, quia sententia non inducit nouum ius, sed quod erat declarat l. sicut. §. sed quæritur. ff. si seruit. vendic. & est bona glos. de hoc in c. cum venerabilis, in verbo, veritate comperta. de excepti. cum igitur præsentatio spectet Do. Abbati, videtur necessario concludendum ipsi competere ius patronatus in dicta Ecclesia,
3 quia † præsentatio est fructus iuris patronatus, vt per Abb. & alios, in ca. consultationibus. de iur. patro. glos. in c. cum Bertoldus. de re iudic. Fely. in c. cum olim. col. 1. de maior. & obedi. & regulariter præsentatio patrono competit c. quoniā. c. nobis. de iur. patro. cap. filius. & c. decernimus 16. q. 7. immo dicitur etiam effectus iuris patro
4 natus, vt dixit glo. in c. 1. de iur. patro. † & de præsentatione, quæ patrono competit, videtur intelligenda dicta sententia, quia sentētiæ verba strictè sunt intelligenda c. dilectus. de offic. ordi. & ibi Panor. nota. in l. diui. ff. de liber. causa l. inter me & te. ff. de except. rei iudica. & in l. si expressim. ff. de appell. in l. Iulianus. ff. de condi. indeb. Bart. in l. sicut. §. sed si promiserit. ff. quib. mod. pign. vel hip. solu. & habetur per Paul. de Castr. in consi. 47. incipiente, visis omnibus, col. 2.

Tertio facere videtur, quia Reuer. Dom. Andręas Mercadello, qui de anno 1518. Ecclesiam prædictā impetrauit a summo Pontifice, in suis litteris mētionem facit, quòd dicta Ecclesia spectabat

ctabat ad præsentationem præfati Abbatis,& Reuerendus Do. Hieronymus Mercadello eius nepos,cui de eadem fuit prouisum ex resignatione præfati Dom. Andrææ, vsque de anno 1520. in quadam noua prouisione per eum postmodũ obtenta super prædicta Ecclesia a Sede Apostolica,videtur fateri, quòd ad eam ius patronatus
5 competit præfato Abbati.†Et quia in confessum nullæ sunt partes iudicis,nisi in condemnando l. proinde. ff. ad leg. Aquil. ideo videtur, quòd Reuerendissimus Do.Legatus pronunciare debeat contra ipsum, videlicet ius patronatus ad Ecclesiam prædictam competere præfato Abbati.facit ad hoc, quod voluit Cassador. auditor Rotæ, in suis decis.in titu.de iur.patro.decis.7. vbi dixit,quòd asserens patronatum habet contra se, quod sit ex constructione fundatione vel dotatione,ex eo,quòd beneficia nõ nascuntur, sed fiunt.vnde in dubio Ecclesia constructa fundata aut dotata per patronos præsumitur, allegat text. in c. querelam. de elect.& Abb.ibidem col.3.& eundem Abb.in consi.76.& consi.106. in secundo vol.

Quarto cõprobari videtur opinio prædicta, quia præfati Abbas & Monachi videntur esse in possessione, vel quasi iuris præsentandi,quia de anno 1536. præsentarunt Reuer. q. Do.Lucam Bonfilium, & successiuè de anno 1540. mortuo D.Luca Bonfilio,præsentarunt Reuer.D.Bernardinum Bonfilium, qui assecutus est etiam insti-
6 tutionẽ ab ordinario.†ex vnico.n.actu præsentationis,vt dicunt Doct.in c.consultationibus.de iur. patro. acquiritur quasi possessio iur.præsentandi. & per Feder.de Senis in consil.234.incipiente, super primo puncto.in secundo dubio. Oldra.consil. 312. incipiente, Thema quæstionis.in fine.Innoc.in c.2.de in integr.resti. Abb. consil.54.incipiente,videtur primo.col.2.lib.1. Bal.in c.his quibus.col.4.de elect. Decius consi. 129.incipiente,pro tenui.col.2. in fin.in 1. vol. & consil.117.& consil.126.in eodem volu.
7 †Quando autem quis est in quasi possessione iuris præsentandi præsumitur patronus per ea, quæ voluit Abb.in d.consi.76.incipiente,inuocato,in 2.vol.vbi dixit præsumendum esse,quòd populus cõstruxerit Ecclesiam, & quòd habeat ius patronatus in ea, quando est in quasi possessione præsentandi.aliàs secus. Accedit quòd nõ solum præfati Abbas & Monachi videntur esse in possessione vel quasi præsentandi ad dictam Ecclesiam,sed etiam ad quoddam simplex beneficium clericatus nuncupatum, quod in eadem Ecclesia, vt ex deductis in processu constare vi-
8 detur.† contentum.n. sequitur naturam continentis,vt per Rot. decis.6. de reb. Ecclesiæ non alien.& decis.14. de iure patro. in antiquis. vbi dicit,quòd capellaniæ ædificatæ in Ecclesia spectante ad præsentationem Abbatis, spectant ẽt ad præsentationem eiusdem; refert & sequitur Fely.in c.cum venerabilis.col.10. in fi.in versi. tu vide Rotam.de except.

9 Quinto†facit,quòd cum tempore dictæ donationis dicta Ecclesia fuisset simplex capella, nũc autem reperiatur Ecclesia parrochialis sub se clericatus habens, præsumitur, quòd de bonis Monasterii Sanctæ Iustinæ fuerit constructa & dotata,cum Ecclesia non nascatur,& per consequens, quòd dictum Monasterium ius patronatus habeat,cum alius patronatus non appareat. ita arguit Decius consil. 126. & 117. vbi allegat Abb.in consil.76.plura sunt, in primo dubio. secundo vol.

Prædictis tamen non obstantibus, contrariã sentẽtiam de iure veriorem arbitror, videlicet, quod Abbati,& Monachis prædictis nullum cõpetat ius patronatus in Ecclesia prædicta. & moueor infrascriptis fundamentis.

10 †Primo, quia clarum est,quòd ius patronatus propriè competit alicui altero ex tribus modis, videlicet constructione,fundatione, vel dotatione,vt dixit Abb.in consil.suo 59.incipientẽ,quidam Dominus Iacobus col.1. in 2. vol.facit tex. in c.filiis 16.q.7. & latè tradit Rocchus de Curte,in tract.suo,de iur.patro. in principio.q.1. & latius in versic.Ecclesiam fundauit, construxit, & in vers.& dotauit,& habetur per Paul.de Cettad.in simili tract.suo in 3. parte causa.1.q.1.& Dominic.in consi.45.Io.de Anna, consil. 24.facit text.in c. nobis.in princ.de iur.patro.& in c. frigentius.& c.piæ mentis. 16.q.7.vnde versus: Patronum faciũt dos,ædificatio,fundus; & quãdo prædicta vel alterum eorum adest,accedente consensu episcopi,ius patronatus acquiritur,vt in locis supra allegatis.

11 † Et vltra prædictos modos acquiritur etiam ius patronatus ex priuilegio Pap. vt per Paul. in dicto suo tracta.parte 3. causa 7. Abb.in consil. 28.incipiente.In causa cõmunis in 2. vol. Alex. consi.74.incipiente viso puncto col.3. & in fine penult.col.& consi.sequenti.col.vlti.in 4. volu. Card.in clem.plures.col.5.in fine. qõ.5. de iur. patr. Felyn. in tract. quando litteræ Apostolicæ præiud.patr.eccl.col.6.in 10.ampliatione.& cos. penul.ver.considera secundo. Rocchus in præallegato tract.suo, in verbo, competens q.25.post medium.& idem in vers. pro eo q.16.

12 †Acquiritur etiã ius patronatus præscriptione,vt late tradit Paulus de Cettadi. in prædicto suo tract. in 3. parte causa 5. & Rocchus in suo tract.in verbo ipse, vel is a quo q.36.Decius consil.126. incipiente, in causa Domini Francisci. in primo vol. & licet in hoc Doctores varii fuerint, tamen ista est communis opinio, vt dicit Decius consil.134.viso puncto.in primo vol.

13 †Item ius patronatus quando est alicui quæsitum,acquiritur alteri per viam translationis,vt puta per viam legati accedente cõsensu Episcopi,vt per Abb.& alios in c.illud.de iur.patro. & in cap. cum seculum.de quo latè Rocchus in d. tract.in ver.pro eo q.2.vers.circa aliud mẽbrũ.

14 †Item donatione similiter accedente Episcopi consensu,vt in c.ex insinuatione.de iur.patr.

Rota

Rota in antiquis decis.vlt.de iur.patro.

Acquiritur etiam multis aliis modis translatione de vna persona in aliam, quos latè tradit Rocchus in dicto suo tracta. in verbo ipse, vel is a quo. nullus autem ex prædictis modis quibus acquiritur ius patronatus adest in casu nostro, vt ex processu causę apparet. cessante igitur causa iuris patronatus inductiua, cessat effectus. l. adigere.§.quamuis. ff.de tribut. c. cum cessante de iur.patro.

15 †Secundo facit quia Ecclesia vbi de patronatu non apparet libera pręsumitur, vt dixit Archidiac.in c.nullus.16.Innoc.in c. cum venerabilis.in fine.de except.Paul.in pręallega. tracta. suo.parte 4.causa 6.in vers.in hac quarta parte. num.22.& parte 3.causa secunda.q.5.num.28. & Rocchus in prædicto tract. in vers.construxit q.22. Cassad.auditor Rotę in suis decisio. in ru. de iur.patro.decis. 7.& probatur hæc conclusio per text.in c. querelam de elect.secundum Rocchum loco pręallegato.vbi pręsupponitur, quòd populus non habet ius pręsentandi rectorem ad Ecclesiam ex eo, quòd illi de populo sint Parrochiani illius Ecclesię, nisi etiam essent in quasi possessione pręsentandi, nec talis quasi possessio pręsumitur.tex.est, quem ibi singulariter Abbas ponderat in c. olim el tertio.de restit.spolia. in tertio not.

16 † Ad idem facit, quia quęlibet res pręsumitur libera.l.altius, vbi bona glo.C.de seruit.& aqua. Accedat quòd ius patronatus est quædam seruitus Ecclesiæ, vt dixit Abb.consil.59.quidam Dominus Iacob. col.2.in princ.text.est in c.significauit, & ibi no. de testi.ideo non præsumitur nisi probetur, vt dixit Paulus in præalleg. tract. in 3.parte causa 2.q.5.circa finem.

Comprobatur tertio ista sententia, quia Ecclesia prædicta ab anno Domini 970. quo tempore fuit donata per Gauslinũ Episcopum prædictis Abbati, & Monachis, vsque nũc reperitur in statu liberæ collationis competentis Abbati & Monachis præfatis, vt apparet ex plurib.collationibus ab anno 1451.citra factis per eosdem, dum pro tempore vacauit dicta Ecclesia. & licet non appareat de aliqua collatione per eosdem, facta ab anno 970.vsque 1451.tamen ex quo ab eo tempore citra dicta Ecclesia fuit semper collata per eosdem dum vacauit, præsumitur ita fa-

17 ctum retroactis temporibus, † quia ex pręsenti in pręteritum pręsumitur.l.nõ rectè, vbi Floria. ff.de probat.l.quicunque.C.de apoch.publi.lib. 10.Bal.in l.1.in q.7.in versi.si vis saluare.C.qui admitti. cõprobatur dicta pręsumptio ex dictis [illegible] vers.ex eo, quòd cum de anno 1456.quinimmo de anno 1517.vt in processu constat, vacante d. Ecclesia per obitum cuiusdam Thadęi Ferrariensis, Abbas dicti Monasterii illam contulit Domino Herculi Fregosio clerico Ianuen. & sic

18 vltimus status dictæ Ecclesię est collatiuus, † qui vltimus status semper in beneficialibus attenditur, etiam quãdo aliter fuisset per elapsum. hinc est, quòd si beneficium aliquando fuit curatum, postea rectum fuit sine cura, habebitur pro non curato, vt per Bal.in l.si mater. C.ne de stat. defunct.& per Decium in dicto consil. 126. col. 1. in princ.allegat.tex.in c.cum de benefic.de præbend.in 6. & in l.mella.§. sed si alimenta.de alimen.& cibar. legat. & tanto magis erit dicendũ in casu nostro, in quo idem status semper fuit dictæ Ecclesiæ, vt ex processu constat.

Nec obstant supra in contrarium adducta, & primo illud de donatione facta per Gauslinum Episcopum de anno Domini 970. de dicta Ecclesia supradicto monasterio, quia per eam idẽ Episcopus non potuit plus iuris in prædictos Abbatem, & Monachos transferre, quàm penes ipsum esset c.nemo potest.de regul.iur.in 6.l.nemo plus iuris.ff.eo.tit.c.nulla 62.distinct.c.gratia 1.q.1.c.Deibertum 1.q.7.c.nuper, vbi Host. & alii de donat.inter vir.& vxor. faciunt not.in l. grauis de pignor. sed apud ipsum Episcopum non constat fuisse aliquod ius patronatus eidẽ competens in dicta Ecclesia.ergo illius translatio fieri non potuit, cum, vt ait Philosophus, nõ

19 entium nullæ sint partes, † sed bene ius conferendi dictam Ecclesiam Episcopo competebat, qui habet intentionem suam fundatam de iure communi, vt ad ipsum spectet collatio omnium Ecclesiarum, quæ sint in eius diœcesi ca. cum ex iniuncto in fine de hæret.ca.omnes basilicæ 16. q.7.c.3.10.q.1.Federic.de Senis cons.234.Abb. in d.c.de Monachis de præben. & istud ius collatiuum ex donatione prædicta consecuti sunt ipse Abbas, & Monachi, quod manifeste cõstat ex pluribus collationibus ab eo tẽpore citra per eos factis de dicta Ecclesia. accidentia.n. (vt ait Philosophus) magnam partem conferunt ad cognoscendum quod quid est.

20 † Nec per donationem factam per Episcopũ sub quacunque verborum forma acquiritur ius patronatus religiosis in Ecclesia eis donata, quãdo illud non erat penes donantem, vt colligitur ex his quæ latè tradunt Doctores, & ibi Abba.in d. ca.de Monachis.vbi examinatur quid importet concessio siue donatio facta per Episcopum de Ecclesia religiosis, & tradunt etiam Docto.in c.pastoralis de donat.

21 †Quinimmo licet aliàs ius patronatus acquiratur etiam per priuilegium Papæ, vt supra dictũ fuit, tamen priuilegio Episcopi acquiri non potest, vt per Rocchum in d.tract.in verbo pro eo, quòd de diœcesani consensu qõ. 6. & Lamber. Episcopus in tract.suo de iur.patr.parte prima, in 4.artic.q.10. principali allegat Abb.in cons. 106.incipiente, casus super quo.circa fi.in 2.vol. & eundem consil.29.supra allegato.& Alex.consil.74.viso puncto in 4.vol.c.fi.

Nec obstat text. in c. pastoralis de donat. vbi ex donatione Episcopi videtur acquiri ius patronatus religiosis, quibus Ecclesia fuit donata, quia ibi illa Ecclesia donata patronum habebit, & concessio Episcopi ibi facta fuit de consensu

patroni

patroni ius patronatus transiuit in illos. quo autem ad Episcopum per dictam donationem trãsierunt in d. religiosos omnes redditus eiusdem spectantes Episcopo præter Cathedraticum, vt ibi dicit, text. in casu nostro donationis. de qua supra apparet, quòd Episcopo nullum ius patronatus, sed ius conferendi competebat per supra dicta, quòd transiuit in d. religiosos, vt constat ex collationibus per eos factis.

Et ex eo, quòd cum de anno 1456. Fantinus Dandulo Episcopus Paduæ contulisset duo beneficia simplicia clericatus nuncupata existentia in d. Ecclesia de Maserata, ad querelam dicti Abbatis, & Monacorum reuocauit collationem prædictam, & declarauit quẽdam presbyterum Iacobum de Padua, & Stephanum de Apulea teneri ad recognoscendum præfatum Abbatem, & Monachos in collatores dictorum beneficiorum.

Subdens, quòd aliàs de anno 1440. ipse Episcopus reintegrauerat eosdem ad collationem Ecclesiæ prædictæ, & donationem supradictam confirmauerat. quæ verba licet sint narratiua, & aliàs ex eis non possit argumentum sumi ad causæ decisionem iuxta glo. communiter approbatam in l. vnica. C. quando non peten. part. cũ
22 concordan. de quibus ibi per moder. † tamen hoc fallit quando intentio disponentis fundatur super verbis narratiuis facti, nam tunc verba narratiua idem operantur, quod verba dispositiua & decisiua, vt probatur in clem. 1. de probat. iuncto c. si Papa eo. tit. in 6. ita voluit Imol. in c. cum Apostolica de his quæ fiunt a prælat. sin. consen. capit. Alexan. in l. 1. in princ. col. 20. ff. de offic. eius cui mand. est iuris. & habetur per Curt. iuniorem in consil. suo 59. incipiente. noua & ingeniosa col. 2. in 1. vol.
23 † Ad idem facit, quia in iudicio quasi contrahitur. verba autem enunciatiua in contractib. disponunt inter easdem personas. Bart. in l. sciẽdum col. 2. in vers. sed contra hoc facit. ff. de verbor. obligat. & in l. 1. c. medium. C. de fide instr. & iur. hast. fiscal. lib. 10. & in l. publia. §. final. in princ. ff. deposit. vbi dicit, quòd in contractibus inducunt probationem non obligationem, & ibi idem dicit Alexand. & Bald. in l. ex his col. 2. versi. item oppono, quòd verba enunciatiua. C. de milit. testa. & maximè standum est prædictis verbis, cum talis scriptura fuerit aliàs producta per dictos Abbatem, & Monachos aduersarios Reuerendi Dom. Hieronymi Mercadelli in causa inter eos vertente. post quam declarationem de anno 1158. 12. Iunij Ecclesia prædicta fuit collata per antedictos Abbatem & Monachos presbytero Nicolao de Firmo, vt in processu constat.
24 † Nec minus obstat doctrina Abbatis in d. ca. de monachis. in versic. in quarto de præben. vbi dixit, quòd quando religiosis conceditur Ecclesia ob eorum paupertatem quo ad temporalia, quòd tunc eis competit ius præsentandi ad Ecclesiam eis concessam, quod factum videtur in casu nostro, vt colligi potest ex verbis dictæ donationis, quia respõdetur, quòd dato, quòd ius præsentãdi competeret, non sequitur, ergo competit ius patronatus, vt dicetur infra.
25 † Secundo respondetur, quòd vt experientia rerum magistra nos docuit. c. quæ sit. de elect. in 6. ex dicta donatione facta in casu nostro ius cõferendi non præsentandi fuit in prædictos Abbatem, & Monacos translatum, vt comprobatũ fuit ex longęua consuetudine conferendi per
26 annos quingentos triginta, & vltra. † optima. n. legum interpres est consuetudo l. de quibus. ff. de legib.
27 † Immo consuetudo tanti temporis, cuius memoria nõ est in cõtrarium, vt est in casu nostro, æquiparatur priuilegio l. 2. §. ductus aquæ. ff. de aqu. quottid. & æsti. glos. c. super quibusdam. §. præterea. in verbo memoria. ff. de verbo. signi. c. hoc quippe 3. qõ. 6. c. conquestus 9. q. 3. c. mos antiquus 65. distin. Bald. in l. solemnibus. C. de fid. instru.

Tertio dicitur, quòd in casu nostro dicta expressio nil operatur, quia non est dubium, quòd donata Ecclesia, omnia expressa quæ ad ipsam Ecclesiam pertinẽt, veniebãt, & sic talis expressio fuit de his, quæ tacite inerant, quæ nil noui operatur. l. tertia. & ibi scribentes. ff. de legat. 1.

Ad secundum, dum dicebatur, quòd ex quo de anno 1461. fuit sententiatum per tunc Reuerendissimum Cardinalem Sancti Petri ad Vincula præsentationem ad dictam Ecclesiam ipsi Abbati & institutionem Episcopo Paduano spectare, cum verba sententię prædictæ strictè intelligi debeant, & sic de præsentatione quæ patrono competit iuribus supra allegatis respõde, quòd cum supra ostensum fuerit, quòd tempore dictæ sententiæ ius conferendi non præsentandi competebat Abbati, & Monachis antedictis, quorum vltima tunc de dicta Ecclesia collatio fuerat de an. 1458. 2. Iunij, & sic per annos tręs ante sententiam, & viuebat Nicolaus q. Antonij de Firmo, cui dicta Ecclesia fuerat collata. Vtiq; dicta verba, quæ loquuntur de præsentatione non possunt intelligi de præsentatione, quæ patrono competit, ideo debent intelligi de illa pręsentatione ad quam adaptari possunt, † nam verba sano modo intelligi debent, vt per Paul. de Castr. consil. suo 134. incipiente, substitutio prædicta in 2. col. in princ. l. 1. ad municip. l. 3. §. nõ frustra de iur. fisc. l. si quãdo. de legat. 1. videmus enim, quòd aliàs verba quæ non possunt interpretari a proximis interpretãtur a remotis. Bal. in l. fin. col. 1. versic. nota quòd verba. C. de hæred. instit.
29 † Et quando verba non possunt intelligi per prius, intelliguntur per posterius. l. fi. & ibi Bal. in 1. col. in vers. nota verba, quæ non possunt. C. de hæred. instit.
30 † Et propterea verba etiam præcisa interpretantur secundum qualitatem rei, super qua proferuntur.

feruntur l.3.§.si quis hæredi. de stat. liber.l.si in diem,& ibi Bart.in princ.ff.de cond. & demon. Bal.in l.1.in 3.col. C.de his, quæ pœn.nomine. Alex.consil.35.in 4.vol.Imol. & Petr.de Anch. in cap.nos quidem de testam. sumus.n. certi ex deductis in processu, quòd tempore dictæ sentẽtiæ nullũ competebat ius patronatus dictis Abbati, & Monachis in dicta Ecclesia, vt supra dictũ est. ergo ad illud nullatenus referri possunt illa verba de præsentatione, & institutione loquẽtia, & propterea intentio iudicantis nõ fuit loqui de illa præsentatione,quę patrono compe
31 tit: † cum verba etiam improprientur,vt intentio iudicantis saluetur.glos.in l.& puto.ff.famil. hercis.& in c.in hiis.de verbo. signifi. ita in simili dixit Soci.in consi.2.in 4.vol.num.8.

Et quòd intentio iudicantis non fuerit intelligere de præsentatione,quæ patrono competit,
32 † ostenditur,quia iudex tenetur iudicare secundum allegata, & probata.l.illicitas. §.veritas.ff. de offic.præsid. & latè tradit Iason in §.si minus. col.5.institutio.de actio.sed vsque ad illud tempus, nec verbum quidem vnquã fuit de aliquo iure patronatu, vel iure præsentandi, vt supra fuit deductum. ergo ad illud relationem seu re
33 spectum habere non potuit d.iudex. † Mens.n. vniuscuiusque talis præsumitur, qualis esse debet,vt not.Bal.in l.ex facto. ff.de vulg.& pupill. intentio autem iudicantis fuit potius cõcordiũ inter partes inire seu per laudum,& arbitramẽtum causam decidere, quàm ius partibus competens declarare,vt infra ostẽdam.ideo illa verba de præsentatione loquentia seruire debent intentioni iudicantis,& non interpretari, vt intentio seruiat verbis.l. cum filius. ff. de legat. 3. c.ex multiplici.de offic.ordi. & tradit Socin.26. col.1.num.3.in 4.vol.

34 † Ad idem facit,quia verba intelligenda sunt secũdum subiectam materiam.l. si vno. in prin. ff. locat. vbi dixit Alber. quòd in contractibus, statutis, rescriptis, vltimis voluntatibus, & quibuscunque aliis scripturis verba intelligi debẽt secundum subiectam materiam, & quòd si non possunt accipi proprie,accipi debeãt improprie, de quo etiam habetur per Stephanum Beltrãd. Doctorem vltramontanum in consil. suo 124. incipiente, Recordor col.2. versic.ad eam vero in 1.vol.facit tex.in l.plenum.§.equitij.ff.de vsu.& habit.& in l.sed si susceperit. ff. de iudic.Socin. consil.2.col.1.num.4.in 4.vol.

Nec aliquo pacto illa verba sententiæ de præsentatione loquentia habere possunt relationẽ ad ius patronatus,quod non erat, neque est per [illegible] per Doct.in auct.si q̃s in aliquo.C.de eden. vbi not.quòd ad ea quæ non sunt relatio haberi non potest. & idem dixit Gozadinus consil.30. incipiente. in hac causa,col. 3. versic. præterea excipit.

Præterea respondetur, quòd dicta sententia fuit potius quædam compositio facta per dictũ tunc Reuerendissimum Cardinalem inter ipsas partes seu quoddam laudum, quàm decisio ipsius causæ de iure.nam d.Reuer.Card.non decisit causam, vt iudex ex prima commissione ei in scriptis facta, sed ex alia quam asserit sibi factam a Papa viuę vocis oraculo,vt patet ibi,prælibatus S. D. N. Papa nobis Nicolao iudici, & ibi in illis verbis, vt pro partium quiete & tranquillitate fouenda.quæ clausula propria est laudi non sententiæ,vt per Bart.in l.si societatem.§.
35 arbitrorum.ff. pro socio. † & ibi, prout nobis videretur vtrique partium prædictarum conuenire.ista.n.clausula est etiam proprie compromissi & appellationem tollit c.fin. de feriis.Bal. in l. cessante.in princ. C. quomodo, & quando iud. Lodouicus in rub.de arbi.col.3.

Item põderanda etiam sunt illa verba in sententia posita ibi,vnica sententia siue ordinatione, a qua neutri partium appellare liceret,decideremus: proprium autem est arbitri, quòd ab eius sententia non appelletur. l. diem proferre. §.stari de arbitr.& hoc non poterat facere,vt iudex: item comprehenditur etiam ex illis verbis vt causa prædicta de earundem partium consensu nobis commissa totaliter, & perpetuo sopiatur.ex quibus omnibus concluditur dictam sententiam non fuisse sententiam decisiuam iuriũ ipsarum partium,sed potius concordium & laudum quoddam amicabiliter factum.

Et ideo non ob. illud, quod dicebatur, quòd sententia nõ inducit nouum ius, sed antiquum declarat iuribus supra allegatis, quia respondetur,quòd immo totum contrarium est verius ex supra deductis in casu nostro, & quòd nouum ius per eam inducatur contra proprietatem sententiæ patet manifeste in *illis* verbis,per hãc nostram sententiam seu ordinationem, & in illis
36 † verbis, declaramus & ordinamus. verbum.n. ordinamus, est noui iuris inductiuum, vt not. Card.in clem.exiui.§.demum.de verb.sig.in iure autem non reperitur quòd per sentẽtiam seu concordium induci possit ius patronatus de nouo.& sic verba d.sententiæ intelligi non possunt de præsentatione,quæ competit patrono.fuit.n. concordium merum, non sententia, vt colligitur ex tenore illius.

37 † Nec est absurdum, quòd præsentatio competat etiam ei, qui non est patronus, quia præsentatio potest abesse a iure præsentatio præsentandi, & e contra, vt dixit Cardin. in cle.2.q.3.de præben. Paul. in tract. suo iurispatro.q.17.in *6*.parte art.3.& quòd competat quãdoque præsentatio ei qui non est patronus, latè tradit Rocchus de Curt.in tract.suo de iur.patr. in verbo competens 25. q. vbi dixit hoc sentire Abb.in d. c. de monachis in versic.in quarto de præben.dum dicit, quòd ex concessione temporalium Ecclesiæ facta religiosis propter eorum paupertatem, acquiritur ipsis ius præsentãdi Rectorem in ipsa Ecclesia, & tamen ibi non præsupponitur Ecclesiam fuisse patronatam, & isto modo dicit idem Rocchus intelligi debere text.

in d.

in d.c.de monachis,& in d.clem.1. de iur. patr. & omnia alia iura, quæ concedunt indistinctè præsentationem personis ecclesiasticis ad ecclesiam sibi subiectam, quia intelligi debent siue Ecclesia sit subiecta, quia eam fundauerint, construxerint, vel dotauerint,& sic sint patroni, siue quia alio modo fuerit eis concessa, & subiecta.& ita intelligitur glos. magna in sua distinc. in d.c.de monachis, & hoc videtur etiam sentire Abb.in c. cũ Ecclesia Vulterrana in ver. quo
38 ad secundum de elect.†vbi dixit,quòd in Ecclesia collegiata quando vacat præbenda,præsentatio spectat ad prælatum dictæ Ecclesiæ,& eius capitulum,institutio vero ad Episcopum, & quòd tamen ibi non præsupponitur ius patronatus.
39 † comprobatur dicta opinio, quia quando vna Ecclesia est sita in parrochia alterius Ecclesiæ, præsentatio rectoris ad illam pertinet ad rectorem illius Ecclesiæ,in cuius parrochia sita est:institutio vero ad Episcopũ, & tamẽ in dicto casu nullum adest ius patronatus,vt voluit Domi. in summa 21.distin. & Io. Andr.in c.cum venerabilis de except.idem dixit Archidia. in c.nullus quasi in medio 16.q.7.& in c.quãdo. circa prin. 24.distinc. & ibi Domi.pri.col. & in c.in capite 5.dist.& idem Archid.in ca. plures in princ. 16. q. 1. vbi dixit, quòd sicuti quælibet Ecclesia sita in diœcesi Episcopi est Episcopi. 16. q.7. c. omnes basilicæ, ita omnis capella sita in parrochia alicuius plebis præsumitur esse illius plebis, & licèt Felyn.in d. c. cum venerabilis dicat prædicta intelligi posse quãdo maximè Ecclesia est patrona illius inferioris. Tamen non excludit casum quando non est patrona. & istam dicit esse communem opinionem Abb.in dicto c.cum venerabilis col.12. in fin.in vers. tertio not.quam Hostien.tenuit,vt ibi refert Abba.licet ipse contrarium sentire videatur, & prædictam opinionem communem sequitur etiam Domi. in c.cũ venerabilis. in fine. cuius lectura apud me est nondum impressa.

Ad tertium, quòd Reuerendus Do. Andręas Mercadellus de anno 1517. dum dictam Ecclesiam obtinuit ex prouisione summi Pontificis, narrauit illam spectare quo ad ius præsentandi prædictis Abbati, & Monachis, Respondetur,ꝙ dicta narratio facta est per verbum, vt asseritur, quo casu nil affirmatur per talem expresionẽ, nisi aliter probetur, vt in terminis nostris decidit Cassador.Rotæ auditor decis.sua 7.in rubr. de iu.patr.& est decis.Dominorum de Rota. qđ alleg.d.Cassad.nu.59.in tit.de resc.in antiquis,
40 † vbi dixit,quòd verba vt asseritur posita in gratia circa expresionem valoris sunt generalia & impersonalia,ideo nõ astringunt partem,nec videntur per impetrãtẽ prolata, secus vbi adest verbum vt asseris.

Nec minus obstat,quòd Reuerendus D. Hieronymus Mercadello, qui dictam Ecclesiam habuit ex resignatione Reuerendi Dom. Andrææ in quadam noua prouisione per eum obtenta a Sede Apostolica. videatur narrare dictam Ecclesiam esse de iure patronatus. d.Abbatis & Mona
41 chorum,† quia dicta expresio nil ponit in esse, cum sit facta per dictionem forsan, quæ est nota dubitationis. Card. in clem.2.§.eo tamen.de elect.pręterea dicta clausula est clausula communis,quæ apponitur in omnibus impetrationib. beneficiorum de stilo,vt notissimum est.

Ad quartum fundamentum dum dicebatur Abbatem, & Monachos antedictos esse in quasi possesione præsentandi, stante præsentatione per eos facta de anno 1536. in personam q. Do. Lucę,& alia facta de anno 1540.in personam R. D.Decani Paduani ob mortem præfati Do. Lucæ, vel aliàs quo vis modo, quæ fuit admissa per ordinarium, & secuta institutio.Respondetur, quòd licet quis ex vnica tantum præsentatione dicatur esse in quasi possesione præsentandi,vt latius dictum fuit in d. contrario, tamen præfati Abbas,& Monachi ex dictis pręsentationibus non sunt in aliqua quasi possessione præsentandi,quia prima præsentatio 1536. nõ fuit admissa, neque approbata per ordinarium, & beneficium non vacabat,cum de eo vsq; de ann. 1520. fuerat prouisum Reuerendo Dom. Hieronymo ex resignatione Reuerendi Do. Andrææ. secunda vero præsentatio facta 1540.in personam Reuerendi Decani similiter facta fuit de beneficio non vacante,quod Hieronymus possedit per annos 20.& vltra vt nunc possidet, quo casu nõ potest amplius desuper molestari stante regula cãcellariæ, de Triennali possessore non molestando,immo talis pręsentatio est a iure reproba facta ad beneficium viuentis c.pri. & sequenti,de concess.præben. & super hac vltima pręsentatione lis pendet coram Reuerendo Dom. Auditore Reuerẽdissimi Legati.Ideo ex eisdem pręsentationibus nulla est acquisita eis quasi possessio
42 pręsentandi. † nam ad hoc, vt quis dicat esse in possesione, vel quasi iuris pręsentandi,tria requiruntur. primo,quòd pręsentatio sit facta bona fide. secũdo, quòd sit admissa & confirmata. Tertio, quòd pręsentatus & confirmatus fuerit tanquã rector in possesione Ecclesię. ita voluit eleganter Calderi.consil.12. in titu.de iur.patr. Inno.in c.2.de in integr.restit. vbi Abb.in fine. Decius cons.95.col.3.in prin.Rocchus in tract. suo iur.patr.in verbo Competens q.14.vers.sed pro intelligen.Decius consi.117.col.2. in primo vol.cum igitur lis pendeat super vlt.pręsentatione confirmata ab ordinario, Abbas & Monachi prędicti non dicũtur esse in aliqua quasi possesione,vt decidit idem Calder.in consi.13. de iu. patrona.

Nec etiam potest dici dicta pręsentatio facta bona fide,cum sit de beneficio notorie non vacãte,vt supra dictum fuit, stante prouisione Reuerendi D. Hieronymi facta per summum Pontifi
43 cem vsque de anno 1520.†Nam Papa etiam beneficia, quorum pręsentatio ad clericos spectat, conferre potest,vt per Fely.in tract. suo quando

litteræ

litteræ Apostoli præiudi. patronis Ecclesiarũ.
44 †Quinimmo etiã Legatus Apostolicus talia beneficia conferre potest cap. cum dilectus. de iur. patr. & ibi doct.
45 † Malæfidei autem possessor dicitur, qui cõtra iura mercatur. l. quemadmodum. C. de agric. & censi. in fine lib. 11. c. quæ contra ius de regul. iur. in 6. habetur per Ioan. Andr. Dyn. & alios in c. malæfidei possessor de regul. iur. eo lib. cum igitur in aliqua quasi possessione præsentandi non sint circa dictam Ecclesiam, cessant alia supra adducta & quæ adduci possent, quòd præsumatur pro eo qui est in quasi possessione præsentandi, quòd sit patronus, quæ tamen præsumptio non resultaret in casu nostro etiam posita non tamen concessa quasi possessione prædicta, ex quo clare constat nullum competere eisdem ius patronatus per supra prædicta, nam in incertis, non certis locus est coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. oblig. apparet. n. certo certius, quòd sententia prædicta non potuit fundari super aliquo iur. patro. cum a tempore donationis, quæ fuit 970. vsque ad tempus sententiæ 1461. effluxerint anni 491. per quod tẽpus præsumptiue, & vere d. Abb. & Monachi habuerũt ius conferendi in dicta Ecclesia, & in illius qua
46 si possessione fuere, vt supra dictum est. † cedit .n. præsumptio veritati c. quicunque 80. distin. Nec curandum est de præsumptione, cum constat causam non esse veram, quia veritas a Principe attendi debet. Bal. in l. penul. de iusti. & iur. & in l. nemo potest iudex. C. de senten. ita in simili dixit Soc. in consil. 164. col. 4. vers. ad hanc in 2. vol.

Secundo respõdetur, quòd etiam dato, quòd præfati Abbas, & Monachi essent in quasi possessione præsentandi, nõ propterea probaretur ex hoc iuspatronatus, vt voluit Archid. in c. vni-
47 co de iur. patro. in 6. † vbi dixit, quòd licet quis probet continuatam quasi possessionem præsentandi per annos 40. & vltra, ista non est sufficiẽs probatio iuris patronatus, quia esse patronum est petitorium, esse in quasi possessione est possessorium, & posito vno non sequitur aliud de necessitate. patet ex notatis in c. consultationib. de iur. patro. nil. n. habet commune possessio, cũ proprietate. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poss. idem dixit Archid. in c. si plures. 16. q. 7. sequitur Ioan. Andr. in d. c. vnico, & ibi Domi. col. 2. vers. quæro qualiter probetur, & Franch. ibidem versic. extra glossam col. 3. idem sequitur Lambertinus Episcopus in tracta. suo de iur. patr. libr. 2. in 4. articu. 10. q. principali [illegible]undæ partis. idem voluit Paul. de Cettad. in tract. suo de iur. patr. parte 6. artic. 3. q. 17. vbi dicit idem voluisse Rofredum.

Nec suffragatur, quòd de anno 1518. Abbas præsentauerit clericum ad quoddam beneficiolum clericatus nuncupatum, quod est in dicta Ecclesia, quæ præsentatio fuit confirmata. & propterea quòd cum Abbas sit illius beneficioli patronus, ita videtur esse totius Ecclesiæ, si aliud non apparet vti per contrarium arguunt Domini de Ro. decis. 158. nota, quòd vbi. in antiquis. quia dicta præsentatio hoc casu non arguit pa-
48 tronatum rationibus supra deductis. † Præterea de parte ad totum non valet argumentum, sed bene de toto ad partem. l. quæ de tota. ff. de rei vendic. Fely. in c. pastoralis. §. cum totum. de off. deleg. videmus. n. multotiens quòd alicui clerico vel laico competit iuspatronatus in capella ædificata in aliqua Ecclesia, & tamen Ecclesia ipsa pertinet ad collationem Episcopi. quinimmo de anno 1517. vacante Ecclesia prædicta per obitum cuiusdam Thadæi Ferrariensis illius rectoris, Abbas, & Monachi dicti Monasterii illam cõtulerunt Reuerendo Domino Herculi Fregosio clerico Ianuen. qui dictæ collationis vigore adeptus fuit illius possessionem, in qua etiam continuauit per aliquot menses, vt in processu constat, & in collatione prædicta narrat dictus Abbas, quòd collatio prædictæ Ecclesiæ iam ex forma priuilegiorum, & concessionum factarum a summis Pontificibus, & ex longeua consuetudine spectat & pertinet Abbati dicti monasterii. quæ verba contra Abbatem, & Monachos prędictos probant saltim ad concludẽdum, quòd nullum iuspatronatus eis competit in dicta Eccle-
49 sia, † quia litteræ ordinariorum quorũcunq; probant contra eos, vt tradunt doct. in c. post cessionem de proba. vbi Fely. col. 3. vers. fallit. 2. adducit tex. in l. publia. ff. deposi. in l. si procuratorem ff. de procura. in c. quorundam. de solut. & Abb. Imol. & Cald. ibidem.

Et si diceretur, quòd dicta narratio facta per illum Abbatem dicto monasterio præiudicare non habet per iura vulgata. Respondetur, quòd hoc non est prẹiudicium ipsi monasterio, immo vtile, quia longe melius est habere ius conferen-
50 di, quàm præsentandi. † collatio. n. habet in se vim præsentationis, & institutionis, vt per Federic. de Sen. consil. 234. incipiente, super primo puncto. & ideo dignior est collatio quàm prẹsentatio, quia collatio tribuit plenum ius in beneficio, præsentatio vero nullũ tribuit ius spirituale præsentato, sed tantum ius petendi institutionem, sed bene institutio sequens ius tribuit glo. in c. primo. in gl. 1. de regul. iur. in 6. & habetur per Rocchum in dicto tract. in princ. q. 5. & per Fely. in d. c. cum venerabilis de except.

Et licet ex supra deductis appareat sufficiens responsio ad ea quæ dicta sunt in quinto fundamento pro contraria opinione, dum dicebatur, quòd tempore donationis dicta Ecclesia erat simplex capella, & quòd cum nunc sit Ecclesia parrochialis præsumitur, quòd de bonis monasterii Sanctæ Iustinæ fuerit constructa, & dotata, cum Ecclesia non nascatur, & ideo, quod dictum monasterium habeat iuspatronatum, cum aliud non appareat, vt in simili videtur arguere Decius consil. 117. & consi. 126. quia respondetur, quòd ea quæ voluit Decius in dicto c. 117.

non

non faciunt ad casum nostrum. nam ibi illi homines castri noui, ad quorum fauorem cõsuluit Decius, erant in antiqua possessione vel quasi præsentãdi vti patroni. Ideo dicit Decius, quòd alio non apparente præsumitur, quòd præsentatio ab eis facta sit ratione iuris patronatus.

Nec minus faciunt ad casum nostrum dicta per Decium in dicto consi. 126. quia ibi dicitur, quòd illi homines allegabãt ius patronatus eis quæsitum ex fundatione Ecclesiæ, & ad hoc probandum adducebant plures præsentationes, & longam præsentandi consuetudinem iuxta ea, quæ latè tradunt docto. in c. querelam de elect. sed in casu nostro ab anno Domini 970. vsque nunc, qui sunt anni 571. non reperitur aliqua præsentatio preter duas superius adductas &c.
41 † & licet Ecclesia constructorem habere præsumatur: Tamen magis hunc, quàm illum Ecclesiam construxisse non præsumitur, vt eleganter dixit Rocch. in tract. suo de iur. patro. in verbo construxit q. 20. & vlti. item dici potest non esse verum, quòd tempore donationis dicta Ecclesia esset simplex capella, quia dicta Ecclesia tunc habebat domos massaritias & quartesium, vt patet ex dicta donatione. ex præmissis igitur de iure concludo, Nullum competere iuspatronatus Ven. Dominis Abbati, & Monachis prædictis in dicta parrochiali Ecclesia de Maserata. Laus Deo.

Vt supra conclusum fuit Dico consulo & iuris esse censeo ego Hieronymus Gigas Forosempronienfis Vtr. Iur. Doctor minimus, & in fidem propria manu me subscripsi sigilloque meo solito roboraui, saluo semper iudicio melius sentientis.

PRO REVER. DOM. HIERONYMO Mercadello, in materia iurispatronatus & illius translationis.

SVMMARIVM.

1 *Abbati & monachis monasterij Sanctæ Iustinæ de Padua, an competat iuspatronatus in Ecclesia parrochiali Sanctæ Mariæ de Maserata Paduanæ diœcesis.*
2 *Iuspatronatus in religiosos quibus Episcopus Ecclesiam donauit, ex donatione Episcopi transfertur.*
3 *Parrochialis Ecclesia de Maserata Paduanæ diœcesis, de quo tẽpore ab Episcopo Paduano Monasterio Sanctæ Iustinæ Paduæ donata dicatur.*
4 *Religiosis si quando concedatur Ecclesia propter eorum paupertatem quo ad temporalia, ex tali concessione, & ius præsentandi eisdem acquiritur.*
5 *Contentum sequitur naturam sui continentis.*
6 *Capellaniæ ædificatæ in Ecclesia spectante ad præsentationem Abbatis, quòd & ad eius præsentationem spectare dicantur.*
7 *Instituere præsentatum, quòd sit proprium iurispatronatus.*
8 *Episcopus, quòd idoneum à patrono præsentatum instituere teneatur.*
9 *Sententia nouum ius non inducit, sed quod erat declarat.*
10 *Præsentatio, quòd sit effectus iurispatronatus.*
11 *Præsentationem ad verum patronum regulariter pertinere.*
12 *Verba sententiæ, quòd stricti iuris intelligenda sint.*
13 *Nulla maior probatio, quam proprij oris confessio.*
14 *Patronatum sibi competere asserenti, quòd habeat præsumptionem contra se, quòd sit ex constructione, fundatione, vel dotatione.*
15 *Beneficia, quòd non nascantur, sed fiant.*
16 *Beneficia de iure patronatus existentia, quòd in dubio constructa, fundata, aut dotata per patronos videantur.*
17 *Iurispatronatus quasi possessio, quòd ex vnico actu præsentationis inducatur.*
18 *Iuspatronatus, quòd principaliter alicui competat altero de tribus modis.*
Fundatione scilicet constructione vel dotatione.
19 *Iuspatronatus etiam ex priuilegio Papæ acquiritur.*
20 *Iuspatronatus etiam præscriptione acquiritur.*
Et ita se habet communis opinio.
21 *Iuspatronatus per viam translationis ex legato de consensu Episcopi facto acquiritur.*
22 *Iuspatronatus, quòd etiam donatione acquiratur, Episcopi consensu accedente.*
23 *Iuspatronatus pluribus modis acquiritur, et ex trãslatione de vna persona ad aliam.*
24 *Ecclesia, quòd in dubio præsumatur libera, vbi de patronatu non apparet.*
25 *Populo quo casu ius præsentandi rectorem ac Ecclesiam competere dicatur.*
26 *Populus si sit in quasi possessione præsentandi rectorem ad Ecclesiam, quòd præsumendum sit quòd Ecclesiam construxerit.*
27 *Regulariter in dubio qualibet res libera præsumitur.*
28 *Ex præsenti in præteritum præsumi.*
29 *In collatione, vel protestatione beneficij, quasi possessio collationis attenditur.*
30 *Vltimus status in beneficijs semper attenditur, ad cognoscendum eius qualitatem.*
31 *Beneficium si quando fuit curatum, postea vero ad non curam redactum, pro non curato haberi debet.*
32 *Iuspatronatus non præsumitur, nisi probetur.*
33 *Non entium nullæ sunt partes.*
34 *Episcopo ius conferendi in omnibus Ecclesiis intra suam diœcesim existentibus ius competit.*
35 *Donatione Ecclesiæ religiosis facta per Episcopum cõcessio iurispatronatus inducitur*
36 *Iuspatronatus ex priuilegio Papæ inducitur & acquiritur.*
37 *Intellectus c. pastoralis de donat.*
38 *Præsẽtatio quæ sit fructus iurispatronatus regulariter.*

Collatio

CONSILIVM XLIX.

Christi, eiusque gloriosæ matris Virginis Mariæ nominibus inuocatis.

X themate præmisso dubitari contingit, an ius patronatus competat Abbati, & Monachis monasterii Sanctæ Iustinæ de Padua, in Ecclesia parrochiali Sanctæ Mariȩ de Maserata Paduanȩ dioe-
1 cesis. † circa quod videtur dicendum, quòd sic.

Primo, quia ex donatione Episcopi transfertus iuspatronatus in religiosos, quibus Epi-
2 scopus Ecclesiam donauit. † text. in capitu. pastoralis. de donatio. ista autem Ecclesia vsque de anno 970. per Episcopum Paduanum dona-
3 ta fuit prædicto monasterio, † quæ donatio videtur etiam facta, quo ad temporalia, vt patet, dum exprimuntur Domus decimæ, quartæ, & alia, quo casu ius præsentandi translatum videtur in dictos Monachos, per ea, quæ voluit Abb. in capitu. de Monachis. de præbend. in versic. in quarto. vbi dixit, quòd quando religiosis conceditur Ecclesia propter eorum paupertatem, quo ad temporalia ex tali concesßione religiosis acquiritur ius † præsentandi.

Secũdo facit, quia in dicta Ecclesia sunt duo bñficia simplicia clericatus nũcupata, quæ pertinẽt ad prȩsentationẽ d. Monacorũ, vt ex præsentationib. & institutionib. in ꝓcessu ꝓductis. patet ergo, & ipsa Ecclesia vr̃ spectare ad ꝓsentatio-

nē d.Monachorū,quia contentū sequitur naturam continentis,†vt per per Rot.decis.6.de reb. Eccle. non alienan. & decis.14. de iur.patro.in antiquis,vbi dicit, quòd capellaniæ ædificatæ in Ecclesia spectante ad præsentationem Abbatis,
6 spectant ad presentationem eiusdem.† refert, & sequitur Fely.in c.cum venerabilis.col.10.in fine.in vers.tu vide Rotam.de except.

Tertio facit,quia de anno 1461. orta differentia,& lite inter Reuer. Dominum Iacobum Zeno tunc Episcopum Paduæ,& Abbatem,& Monachos prædictos,causa commissa tunc Reuerēdissimo Cardinali Sancti Petri ad Vincula, per Pontificem declaratum fuit ius præsentandi ad Ecclesiam prædictam præfato Abbati, & ad Episcopum instituendi spectare.immo plus dictum fuit in d.sententia,quòd Episcopus teneatur instituere præsentatum, quod est proprium iuris
7 patronatus.†c.pastoralis.de iur.pat. & ibi Doct. vbi habetur, quòd Episcopus tenetur instituere
8 præsentatum idoneum a † patrono.

Constat autem, quòd per sententiam non inducitur nouum ius, sed quod erat, declaratur.l.
9 sicut.§. sed si quæritur. ff. si seruit. vendic. & est bona glo.de hoc in c.cum venerabilis.in verbo. veritate comperta.de except.cum igitur ius præsentandi ad d. Ecclesiam Abbati spectet, vigore prædictæ sententiæ videtur necessario dicendū, iuspatronatus competere eidem in Ecclesia prædicta,quia præsentatio est fructus iuris patrona-
10 tus,†vt per Abb.& alios in c. consultationibus. de iur.patro.glos.in c.cum Bertoldus. de re iud. Felyn.in c.cum olim. col.pri. de maior.& obed. Rota decis.7.de iur.patro.in nou.& dicitur etiā effectus iuris patronatus, vt dixit glos.in c.1.de iur.patr.Immo regulariter presentatio pertinet
11 ad verum patronum.†c.quoniam.& c.nobis.de iur.pat.c.filiis.& c.decernimus 16.q.7.Et de ista præsentatione quæ patrono competit, videtur loqui predicta sententia,quia illa est propriè presentatio.verba.n.sententiæ sunt strictè intelligē
12 da.†c.dilectus.de offic.ordi.& ibi Panor.not.in l.diui.ff.de liber.causa.l. inter me & te. ff. de except.rei iudi. in l. si expressim.ff.de appell. in l. Iulianus.ff.de cond. indeb. Bart.in l.sicut.§.sed si promiserit.ff.quib.mo.pign. vel hippo. solua. Paul.de Castro consi.47.visis omnibus col.2.Accedat vltra predicta,quia Reuer. Dom.Andreas Mercadellus,qui de anno 1518. Ecclesiam prædictam impetrauit a summo Pontifice, narrasse videtur Ecclesiam prædictam esse iuris præsentandi d.Monachorum.

Quarto comprobatur prædicta opinio, quia Reuer. Dom. Hieronymus Mercadellus, qui de anno 1520. obtinuit sibi prouideri de Ecclesia prædicta ex resignatione Domini Andrææ eius patrui,in quadā supplicatione in vim nouæ prouisionis obtenta a Sede Apostolica, videtur fateri illam esse de iur.patr.d.Monachorum,& nulla maior est probatio, quàm oris proprii confes-
13 sio.†quinimmo dicit Cassador.Rot.aud. in suis decis.in rub.de iur.patro.decis.7.quòd asserens patronatum habet contra se presumptionem, quòd sit ex constructione fundatione vel dota-
14 tione.†ex eo, quòd beneficia nō nascuntur, sed
15 fiūt.† vnde in dubio constructa fundata aut dotata per patronos videtur.allegat tex.in c.querelam.de elect.col.3.& in consil. 76. & 106. in secundo vol.

Quinto facit, quia Monachi prædicti sunt in possessione vel quasi iuris præsentandi. patet, quia de anno 1536. præsentarunt R. D.Lucam Bonfilium, & de anno 1540. præsentarunt Reueren.Dominum Bernardinum Bonfilium, Decanum Padue,quæ præsentatio fuit admissa per ordinarium,subsequuta institutione. constituitur enim quis in quasi possessione præsentandi
16 ex vnico actu præsentationis,†vt dicunt doct.in c.consultationibus de iur.patr. Feder.de Senis. consi.234.Paul.in tract. iur.patro.parte 6.artic. 3.q.17.

Prædictis tamen non obstantibus, cōtrarium de iure dicendum arbitror,videlicet, quòd Abbati & Monachis predictis non cōpetat aliquod ius patronatus in Ecclesia prædicta. & moueor infrascriptis fundamentis. Primo, quia clarum est,quòd ius patronatus competit alicui principaliter altero ex tribus modis, videlicet funda-
17 tione,cōstructione vel dotatione,†vt dixit Abb. in consi.suo.59. incipiente, quidam D.Iacobus in 2.vol.col.1.facit tex. in c.filiis.16.q.7. & latè tradit Rocchus de Curt.in tract.suo iur. patr.q. prima.& latissimè prosequitur in ver.Ecclesiam fundauit. & in versic. construxit. & in versic. & dotauit. & tradit Paul. de Ceradi. in tracta. suo iur.pat.in 3.parte causa prima q.2.facit tex.in c. nobis.de iur.patro.in princ.& in ca. frigentius. & c.piæ mētis 16.q.7. itē acquiritur ius patronatus vltra prædictos modos ex priuilegio Papæ,
18 † vt per d. Paulum in d. suo tract. parte 3. causa 6.Abb.in consil.28. incipiente in causa communis,in secundo vol.Alex.consil.74.viso puncto col.3.& in fine penul.col.& consil.sequenti col. vltima.in 4. vol. Card. in clem. plures.col.5. in fine.q.5.de iur.patro.Fely.in tract. quādo litter. apli.prælud.patro. Eccl.col.6.in 10.ampliatione & col.penul. vers. considera secundo.Rocch. in tract.suo iur.patr. in verb. competere 25.q.post medium.& idem in verbo pro eo q. 16. item ac-
19 quiritur præscriptione, † vt latè tradit Rocchus in prædicto tract.in verb. ipse,vel is a quo q. 36. & Paul. in tertia parte supradicti tract. causa 6. Decius consi.126.in causa Domini Franc. in 1. vol.& ista est communis opinio post longas, D... cto.varietates, vt tradit Dec. cons.134.viso puncto.in primo vol. item acquiritur per viam trās-
20 lationis ex legato cum consensu Episcopi, † vt per Abb.in c.illud de iur patr.& in c.cum seculum, de quo latè Rocchus in d. tracta. in verbo pro eo.qō. secunda vers. circa aliud membrum
21 item donatione accedente consensu † Episcopi.capitu. ex insinuatione. de iure patronatus.

Rota

Rota in antiquis decis. vltima. in rubr. de iur. pa tro. Item acquiritur multis aliis modis ex trans-
23 latione de vna persona ad aliam, † vt late habetur per Rocch. in d. suo tract. in verbo, ipse, vel is a quo. modo in toto processu præsentis causæ nõ apparet, ꝙ aliquo ex prædictis modis aliquod ius patronatus sit quæsitum dictis Monachis.

Secundo facit, quia Ecclesia in dubio præsu-
24 mitur libera, vbi de patronatu nõ apparet. † Archid. in c. nullus. 16. q. 6. Innoc. in c. cum venerabilis. de exception. in fine Paulus in tract. iur. patro. parte quarta cau. 6. in vers. in hac quarta parte. num. 22. & parte 3. causa secunda q. 5. nu. 28. Rocchus in tract. prædicto q. 20. in verbo, cõstruxit. Cassad. decis. 7. in rubr. de iur. patro. & probatur per text. in c. querelam. de elec. vbi pręsupponitur, quòd Populus non habet ius præsentandi rectorem ad Ecclesiam ex eo, quòd illi de populo sint parrochiani illius Ecclesiæ, nisi etiam esset in quasi possessione iuris præsentan-
25 di. † & ibi colligit Abb. in quarto not. & idem Abb. in c. cum Ecclesia Vulterrana. col. pen. de elect. vbi ad hoc allegat Ioan. Andr. in c. vnico. de capell. mona. in 6. idem tenet Abb. consil. 76. incipiente, inuocato, in secundo volu. vbi dixit, præsumendum esse, quòd populus construxerit, & quòd habeat iuspatronatus in Ecclesia, quan-
26 do est in quasi possessione pręsentandi. † alias secus. † facit ad prędicta, quia regulariter in dubio
27 quælibet res libera præsumitur. † l. altius. vbi gl. allegat alia iura. C. de seruit. & aqu.

Tertio facit, quia prædicta Ecclesia est in statu liberæ collationis. quia licet ab an. 970. quo tempore facta fuit donatio, de qua supra vsque ad annum 1451. non appareat qualiter prædicti monachi disposuerint de d. Ecclesia. Tamen ab anno prædicto citra apparent diuersis temporibus collationes eiusdem per eos factæ, vsque ad annum 1517. ex quo præsumitur, quòd per retroacta tẽpora similiter collata fuerit per eosdẽ,
28 quia ex præsenti præsumitur in † præteritum. l. non rect. vbi Flor. ff. de probat. l. quicunque. C. de apoc. publi. lib. 10. Bal. in l. prima. 7. q. versic. si vis saluare. C. qui admitti. vsq; nunc, semper fuit collata, dum pro tempore vacauit, quãdoq; ab ipso Abbate prędicti monasterii, quandoque a summis Pontificibus, vt ex pluribus collationibus apparet in processu, & vlt. fuit de an. 1520. in personam R. D. Hieronymi Mercadelli possessoris eiusdem facta per pontificem. & ista quasi possessio collationis attenditur in collatione, vel præsentatione beneficii. † c. consultationib. de iur. patr. vbi Doct. Cald. in consi. 12. in rubr. de iur. patro. Abb. consil. 59. incipiente, videtur primo lib. primo. Federic. in consil. 234. incipiẽte, thema quæstionis. circa finem. Cald. in consil. 23. de præben. Rota decis. 14. incipiente, vtrũ sicut pręsentatus. in tit. de iur. patr. in antiquis. & Decius consi. 126. in causa Domini Fran. col. prima. in primo vol. & consil. 134. viso puncto. eod. vol. col. 1. & in beneficiis attẽditur semper vltimus status, ad cognoscendũ eius qualita-
30 tem. † hinc est, ꝙ si beneficium aliquando fuit curatum, postea rectum fuerit sine cura, habebi-
31 tur pro non curato. † vt per Bal. in l. si mater C. ne de stat. defunct. & per Decium in d. cõs. 126. col. 1. in 1. allegat. text. in c. cum de beneficio. de præben. in 6. & in l. mella. §. sed si alimenta. de alimen. & cibar. legat. tãto magis in casu nostro, in quo status d. Ecclesiæ semper idem fuit. Nec
32 ius patronatus præsumitur, nisi probetur. † vt per Paul. in tracta. de iure patro. in tertia parte causa secunda q. 5. circa finem.

Nec supra adducta in contrarium obstant. & primo illud de donatione facta per Gauslinum Episcopum Paduæ vsque de anno 970. de prędicta Ecclesia Abbati, & Monachis prædictis, quia prædicta donatio non potuit plus in d. Abbatẽ, & Monachos transferre, quã esset penes ipsum Episcopum. c. nemo potest. de regul. iur. in 6. l. nemo plus iur. ff. eo. tit. c. nulla 62. distinc. c. gratia. prima. q. prima. c. Deybertum. prima. q. 7. c. nuper. vbi Hostien. & alii de donat. inter vir. & vxor. faciunt not. in l. gaius. de pignor. sed apud dictum Episcopum non constat fuisse aliquod iuspatronatus sibi in prædicta Ecclesia competens. ergo illius translatio fieri non potuit, cum, vt ait Philosophus, non entium nullæ sint par-
33 tes. † sed bene apud ipsum Episcopum erat ius conferendi Ecclesiam prædictam, quia eidem competit ius conferendi regulariter in omnib.
34 Ecclesiis sitis intra suam diœcesim. † Decius cõsil. 117. pro tenui. in princ. in 1. vol. c. cum ex iniuncto. in fine. de hæret. c. omnes basilicæ 16. q. 7. c. 3. 10. quæst. prima. Feder. consi. 234. Abb. in c. de Monachis. de præb. Nec per donationem Ecclesiæ factã per Episcopum religiosis, inducitur aliqua concessio iuris patronatus, quibuscũ
35 que verbis sit concessio facta, † vt latè tradunt Doctor. vbi Abb. in c. de Monachis. de præben. & in cap. pastoralis. de donat. Quinimmo licet iuspatronatus acquiratur etiam ex priuilegio
36 Papæ, † vt supra dictũ fuit, tamẽ priuilegio Episcopi acquiri non potest, vt latè tradit Rocchus in tract. suo de iur. patro. in verbo pro eo, quòd de diœcesani consensu. q. 16. & Lambertinus Episcopus in tract. suo parte prima. in quarto articulo, 10. q. princ. allegant Abb. in d. cons. 106. casus super quo. circa fi. in secundo vol. & Abb. consi. 29. in causa communis. Alex. consi 74. viso puncto. in 4. vol. circa finem.

Nec obstat text. in c. pastoralis. de donat. vbi videtur ex concessione Ecclesiæ facta religiosis per Episcopum quæsitum ius patronatus, quia
37 † respondetur, quòd illa Ecclesia habebat patronum, & concessio Episcopi ibi facta fuit de patroni consensu, ideo ius patronatum transiuit in illos religiosos respectu patroni, qui consensit. quo autem ad Episcopum donatio importat donationem omnium redditũum illius Ecclesiæ spectãtiũ ipsi Epi præter cathedraticũ. dicit ibi text. donatio aũt de quã in casu nostro

facta fuit simpliciter ab Episcopo, qui solum habebat ius cõferendi. Et hinc est, quod sicuti præsentatio est fructus iurispatronatus regulariter,
38 † vt habetur in c. consultationibus. de iur. pat. & ibi Doct. ita collatio est fructus iuris conferẽdi.
39 † & propterea videmus, quòd ab eo tempore citra, quo facta fuit dicta donatio, quod fuit de anno Domini 970. vsque ad annũ Domini 1461. quæ sunt anni 491. apparent plures collationes factæ de dicta Ecclesia per ante dictum Abbatẽ & Monachos, ex quibus apparet ius conferendi Ecclesiam prædictam ab eo tempore citra illis competiisse per supradicta, & prædicta donatio fuit etiam cõfirmata per Episcopum Paduanũ, de anno Domini 1440. vt patet ex declaratione facta per Fantinum Dandolum de an. 1456. in quo declarauit presbyterum Iacobum de Padua, & presbyterum Stephanum de Apulea clericos beneficiatos in dicta Ecclesia de Maserata teneri ad recognoscendum Abbatem prædictũ in collatorem d. clericatuum. in qua declaratione fit mentio per modum causæ de dicta confirmatione, vbi narrat Fantinus Dandolo Episcopus tunc Paduæ reintegrasse dictos Abbatem, & Monachos ad ius conferendi prædictam Ecclesiam. quibus verbis credendum est. nam licet aliàs ex verbis facti narratiuis, nõ possit sumi argumentum ad iuris decisionem, iuxta glos. communiter approbatam. in l. vnicam. C. quando non peten. part. cum concordan. de quibus ibi per moder. tamen fallit illa communis regula quando intentio disponentis fundatur super illis verbis narratiuis facti, quia verba facti narratiua, super quibus fundatur intentio disponẽtis idem operãtur, quod verba dispositiua & de-
40 cisiua, † vt probatur in clem. 1. de probat. iuncto cap. si Papa eo. titu. libr. 6. ita limitat d. regulam Imol. Alexand. in l. 1. in princ. col. 20. ff. de offic. eius, cui man. est iurisd. & habetur per Curt. iuniorem, in consil. suo 59. incipiente, noua & ingeniosa. in primo vol. col. 2. Ad idem facit,
41 quia in iudicio quasi contrahitur, † & verba enũciatiua in contractibus disponunt inter easdem
42 personas † Bart. in l. sciendum. col. 2. in vers. sed contra hoc facit. ff. de verbo. obligat. & in l. 1. circa medium. C. de fid. instru. & iur. hast. fiscal. lib. 10. C. & in l. publia. §. fi. in primo. ff. deposit. vbi dicit, quòd in contractibus inducunt probatio-
44 nem non obligationem. † & ibi Alexand. idem tenet Bald. in l. ex his. col. 2. vers. item oppono, quòd verba enunciatiua. C. de mili. testa. & maximè standum est prędictis verbis, cum talis scriptura sit producta per partem aduersam in iudicio inter prædictas partes, post q̃. declarationem factam per d. Fantinum Episcopum de dicto anno 1456. de an. 1458. 12. Iunij, per d. Abbatione & Monachos fuit collata d. Ecclesia presbytero Nicolao de Firmo ob priuationem cuiusdam presbyteri Petri de Lanzano, qui illius collationem de anno 1452. habuerat ab Abbate, & Monachis antedictis, vt constat ex processu.

Nec etiam obstat, quòd per dictam donationem videantur donata, & tranlaata in d. Abbatem & Monachos temporalia d. Ecclesiæ, quod vr̃ colligi ex verbis in d. donatione appositis, videlicet cũ domo, decima, & quartis. quia dicitur, quòd d. Ecclesia, & si simpliciter sine dicta expressione esset donata d. Monachis, nihilominus cum eadem prædicta trãsiret. Nec d. expressio aliquid operatur, quia prædicta omnia tacite insunt, cum ad Ecclesiam ipsam pertineant. facit tex. in l. 3. & quod ibi per Doct. notatur. ff. de legat. primo. & ad ea, quæ noluit Abb. in cap. de Monachis, in vers. in quarto. de præbendis. dum dicit, quòd quando religiosis conceditur Ecclesia ob eorum paupertatem, quo ad temporalia, ex tali concessione Monachi acquirunt ius præsentandi. Respondetur, quòd non valet consequentia, competit ius præsentandi, ergo ius patronatus. per ea, quæ inferius dicam, quãuis certum sit, quòd solum ius conferendi fuerit translatum per d. donationem, vt supra dictum fuit, & obseruatum fuit per annos 491. optima. n.
45 legum interpres est consuetudo. † l. de quibus. cum vulgar. ff. de legi.

Ad secundum dum dicebatur, quòd præfatis monachis competit ius præsentandi ad duo beneficia simplicia, clericatus nuncupata, sita in d. Parrochiali Ecclesia. in quorum possessione, vel quasi præsentãdi existunt, vt ex deductis in processu patet. ergo dicendũ est eiusdem iuris esse dictam Ecclesiam. Respondetur, quòd argumentum de toto ad partem bene procedit, quia idẽ iuris est de toto, quo ad totum, quod est de par-
46 te, quo ad partem. † l. quæ de tota. ff. de rei vendi. sed non sequitur argumentum de parte ad totũ, quia possibile est Ecclesiam esse liberã, & quòd tamen in eadem sint capellę, & alia simplicia beneficia, quæ sint de iure patronatus laicorũ, vel clericorum, vt experientia rerum magistra nos
47 edocet. † ca. quam sit, de electio. in 6. & pro vlteriori resolutione dicti contrarii faciunt infra dicenda.

48 † Ad tertium, in quo, vt audio, pars aduersa facit totum suum fundamentum ad victoriam reportandam, dum fundat se super sententia lata per tunc Reuerendissimum Cardinalem tituli Sancti Petri ad Vincula, iudicem tunc delegatũ Apostolicum, in causa vertente inter tunc Reuerẽdissimum Do. Iacobum Zeno Episcopum Paduæ ex vna, & prædictum Abbatẽ & Monachos Ecclesiæ, qua fuit declaratum ius præsentandi Abbati, & Monachis prædictis instituendi, non Episcopo Paduano in d. Ecclesia competere, cuius sententiæ verba strictè debent intelligi. & si in præsentatione, quæ propriè patrono competit, respondetur, quòd per dictam sententiã, non est inductum aliquod iuspatronatus, quia inter modos, quib. in esse deduciĩ iuspatronatus, qui supra sũt cõnumerati, & latè explicãtur p Doct. in tract. de iure patr. non reperitur modus, indu-
49 cẽdi iuspatronatus, vbi nũquã fuit, † vt habetur

pre

per Abba. & alios, in rubrica de iur. patro. & in
c. querelam. per doct. de elect. & licet praesenta-
50 tio regulariter competat patrono,† vt supra la-
tius fuit deductum: tamen ex quo constat, quòd
ab anno 970. quo tempore fuit facta donatio, de
qua supra vsque ad dictum annum, quo facta
fuit d. sententia. & sic per ann. 491. non reperi-
tur aliqua praesentatio facta per d. Abb. & Mona
chos ad d. Ecclesiam, sed bene plures collatio-
nes, de quibus in processu non possumus dice-
re, quòd per antea aliquod ius patronatus illis
competeret, vt supra deductum fuit. Meritò ver-
ba dictae sententiae, dum de pręsentatione loqui
tur, non possunt referri ad praesentationem, quę
patrono competit, & quae fructus iuris patrona-
tus dicitur, vt in d. c. ex litteris. & c. consultatio-
nibus. de iur. patro. cum similibus supra addu-
ctis. in incertis. n. non certis locus est coniectu-
51 ris.† l. continuus. §. cum ita. de verbo. obligat. &
verba sententiae impropriantur, vt aliquid ope-
52 rentur, & intentio iudicantis saluetur, † vt in
sententia loquitur glos. in l. & puto. ff. famil. her
cis. & in c. in hiis. de verb. signifi. ita in simili di-
xit Socyn. consil. 2. in 4. vol. num. 8. Nec inten-
tio iudicantis potuit esse, quòd verba illa de prę
sentatione loquentia intelligerentur de praesen
tatione, quae patrono competit, quia iudex iudi-
care tenetur ex allegatis & probatis in processu.
53 † l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. praesid. & latè per
Iaso. in §. si minus col. 5. insti. de actio. sed vsque
ad illa tempora nec verbum quidem aderat de
iure patronatu aliquo, neque de aliquo iure prae
sentandi, vt ex processu constat. Ergo non po-
tuit praefatus iudex cogitare de aliquo iure pa-
tronatu, sed intentio ipsius fuit partes inter se
litigantes concordare. vt infra dicam: ideo illa
verba seruire debent intentioni iudicantis, nec
fieri debet interpretatio, vt intentio seruiat ver-
54 bis.† l. cum filius. ff. de legat. tertio. cap. ex multi
plici. de officio ordina. & tradit Socin. consil.
26. colum. prima. num. 3. in quarto volum. fa-
cit, quia verba intelligenda sunt secundum sub-
iectam materiam. l. si vno. in principio. ff. locat.
vbi Alberic. dixit, quòd in contractibus statutis
rescriptis vltimis voluntatibus, & quibuscun-
que aliis scripturis, verba intelligi debent secun
55 dum materiam subiectam, † & quòd si accipi
non possunt proprie, accipi debeat improprie,
56 † de quo habetur per Stephan. in consil. 124. in
cipiente, recordor. colum. secunda. versic. ad ea
non. in primo volum. facit text. in l. plenum. §.
equitii. ff. de vsu. & habit. & in l. sed si susceperit.
ff. de iudic. Socin. consil. secundo. colum. prima.
num. 4. in quarto volum. Nec aliquo pacto dicta
verba possunt relationem habere ad ius patro-
natus, quod non erat, neque est. per not. per Do
cto. in aucten. si quis in aliquo. C. de edend. vbi
habetur, quòd ad ea, quae non sunt relatio habe-
57 ri non potest. † & habetur per Gozad. cons. suo
30. incipiente, in hac causa. col. 3. vers. praeterea.
excipit.

Praeterea dicitur, quòd d. sententia fuit po-
tius quaedam compositio facta inter partes,
quàm decisio ipsius causae iudicialiter facta. &
potius ille Cardinalis partes arbitri & arbitra-
toris assumpsit, vt patet ibi, vt pro partium quie
te & trãquillitate fouenda. quae clausula propria
est laudi nõ sententię, vt per Bartolum in l. si so-
cietatem. §. arbitrorum. ff. pro socio, & ibi prout
nobis videretur vtrique partium praedictarum
conuenire. Ita clausula est etiam propria com-
58 promissi, & tollit appellationem.† cap. fina. de
feri. Baldus in l. cessante in principio. C. quo-
modo & quando iudex. Lodouic. in rubrica. de
arbitr. colum. tertia. & ibi vnica sententia siue
ordinatione, a qua neutri partium appellare li-
ceret, decideremus. proprium autem arbitri
59 est, quòd ab eius sententia non appelletur. † l.
diē proferre. §. stari. C. de arbitr. & in illis verbis,
vt causaque propterea de eorundem partium
consensu nobis commissa totaliter, & perpetuo
sopiatur. Ex quibus verbis manifeste constat,
quòd sententia praedicta concordium conti-
neat de partium voluntate.

Nec obstat, quòd dicebatur, quòd sententia
non inducit nouum ius, sed antiquum decla-
60 rat, † quia dico, quòd dicta sententia inducit no
uum ius, & propterea non propriè dici potest
sententia, sed compositio & transactio quae-
dam. faciunt not. per Bartol. in dicto §. arbitro-
rum. colum. secunda in versiculo. Primo quaero.
vbi dixit, quòd arbitramentum quod fit super
61 lite, est quaedam transactio. † vt not. in aucten.
vt differen. iudi. §. primo. & quòd iudex volue-
rit nouum ius inducere per dictam sententiam
contra substantiam propriae sententiae patet
manifestè in illis verbis per hanc nostram sen-
tentiam siue ordinationem &c. & dum dicit, de
claramus & ordinamus. verbum etenim, ordina
62 mus, est noui iuris inductiuum, † vt no. Card. in
clem. exiui. §. demum. de verbor. significa. patet
enim quòd ante dictam sententiam per annos
491. semper dicta Ecclesia fuerat in statu liberae
collationis praedictis Abbati, & Monachis perti
nentis, vt supra dictum fuit. Ex praedictis igi-
tur apparet manifestè, quòd dicta verba non
possunt inducere aliquod iuspatronatus, cum
substantialia ad inducendum iuspatronatus nõ
praecesserint, vt supra dictum fuit.

Nec est hoc absurdum, quòd praesentatio cõ-
63 petat ei, qui non est patronus. † quia praesenta-
tio potest abesse a iure pręsentandi, & e contra,
64 † vt dicit Card. in cle. 2. q. 3. de praeben. compe-
tit enim quandoque ei, qui non est patronus,
vt latè probat Rocchus in tract. de iur. patro. in
verbo competens 25. quęstione, vbi adducit hoc
sentire Abbatem in d. c. de Monachis. in versic.
in quarto de pręben. dum dicit, quòd ex conces-
sione temporalium Ecclesię facta religiosis, pro-
pter eorum paupertatem, transfertur in ipsos
religiosos ius pręsentandi Rectorem in ipsa
65 Ecclesia, † & tamen ibi pręsupponitur illam

Ecclesiam fuisse patronatam, licet contrarium videatur sentire idem Abb. in cap. primo de capell. mona. & isto modo dicit intelligi debere text. in d. cap. de monachis. & in col. 1. de iur.
66 patronatus, † & omnia iura quæ concedunt indistinctè præsentationem personis Ecclesiasticis ad Ecclesiam sibi subiectam, quia intelligun tur siue Ecclesia sit subiecta, quia eam ædificauerint, & sic sint patroni, siue quia alio modo fuerit eis concessa & subiecta. & ita intelligit glos. magna in sua distinctio. in dicto capi. pri. de monachis. & hoc dicit etiam sentire Abb. in capitu. cum Ecclesia Vulterrana, in versicu. quo ad secundum. de electio. vbi dixit, quòd in Ecclesia collegiata, quando vacat præbenda, præsentatio spectat ad prælatum dictæ Ecclesiæ, &
67 capitulum. institutio verò ad Episcopum. † & tamen, quòd ibi non præsupponitur ius patronatus, comprobatur dicta opinio, quia quando vna Ecclesia est sita in parrochia alterius Ecclesiæ, præsentatio rectoris illius pertinet ad rectorem illius Ecclesiæ, in cuius parrochia sita est.
68 institutio verò ad Episcopum. † & tamen ibi nullum adest iuspatronatus, vt voluit Domini. 21. distinctio. in summam. idem voluit Ioan. Andr. in cap. cum venerabilis. de except. idem dixit Archidiac. in capitu. nullus. quasi in medium. 16. quæst. 7. & in c. quando. circa principium. 24. distinct. & ibi Domini. prima col. & in capite. 50. distincto. Archidiac. in cap. plures. in principio 16. quæstione prima, vbi dixit, quòd sicuti quælibet Ecclesia sita in diœcesi, est
69 Episcopi † 16. quæst. 7. cap. omnes basilicæ. ita omnis capella sita in parrochia alicuius plebis,
70 præsumitur esse illius plebis. † ista & plura alia adducit Felyn. in dicto capitu. cum venerabilis. col. 10. de exceptio. licet dicat, quòd prædicta maximè sunt intelligenda, quando Ecclesia est patrona illius inferioris, & hoc est communis opinio Docto. quam Hostiensis approbat, vt inquit Abb. in d. c. cum venerabilis. col. 12. in fin. in versicu. tertio not. quòd si Ecclesia, licet ipse Abb. contrarium sentiat ibidem. & prædictam opinionem communem, sequitur etiam Domi. in d. cap. cum venerabilis in fine. cuius lectura apud me est nondum impressa.

Nec obstat, quòd Reuer. Dom. Andræas Mercatellus, qui de anno 1518. dictam Ecclesiam obtinuit a summo Pôtifice, dicatur narrasse, quòd ius præsentandi in eadem competebat prædictis Abbati, & Monachis, quia posito, q esset, non sequitur, ergo dicta Ecclesia est de iure patronatu eorundem, per supra dicta. Præterea dicta expresio fit in litteris prouisionis q. Domini Andreæ per verbum, vt asseritur. quo casu nil
71 affirmat talis expresio, nisi aliter probetur, † vt in terminis decidit Cassador. decis. 7. in titu. de iur. patro. & est decis. Rot. 59. in titu. de rescrip. in antiquis, vbi dixit, q verba, vt asseritur posita in gratia, circa expresionem valoris, sunt generalia, & impersonalia, ideo non astringunt partem, nec videatur per impetrantem prolata. se-
72 cus † est in verbo, vt asseris.

Nec obstat, dum supra quarto loco diceba-tur, quòd R. Do. Hieronymus fassus est dictam Ecclesiam esse de iur. patro. d. monachorum, in sua noua prouisione obtenta a Sede Apostolica; quo casu in confessum nullæ sunt partes
73 iudicis, nisi in condemnando. † quia d. expressio facta fuit per dictionem forsan, quæ est nota du
74 bitationis. † Cardin. in clem. 2. §. eodem tamen. de elect.

Ad quintum, dum dicebatur, præfatos Abbatem, & Monachos esse in quasi possesione præsentandi per præsentationem factam de anno 1536. in personam q. Reueren. Dom. Lucæ Bonfilii, & Reuerendissimi Domini Bernardini de anno 1540. quæ fuit admissa & confirmata per ordinarium. Respondetur, quòd licet per vnicâ præsentationem quis dicatur in possesione, vel
75 quasi iur. præsentatio. † vt in contrario, tamen dato, quòd essent in d. quasi possesione, stantibus supra dictis, non sequitur conclusio. ergo sunt patroni. Quinimmo etiam probata quasi possesione præsentandi, non probatur ius pa-
76 tronatus, † vt voluit Archidiac. in cap. vnico. de iur. patro. in 6. vbi dixit, quòd licet quis probet continuatam possesionem, vel quasi præsentandi, per 40. annos. & vltra ista non est sufficiens
77 probatio iuris patronatus, † quia esse patronum est petitorium, esse verò in quasi possesione iur. præsentan. est possessorium. & posito vno, nô sequitur aliud. Cum nihil inter se com-
78 mune habeant possessorium & petitorium. † l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. possess. & idem dixit Archid. in c. si plures. 16. q. 7. sequitur Ioann. Andr. in d. c. vnico. & ibi Domini. col. 2. versic. quæro qualiter probetur. de iur. patro. in 6. vbi Franch. col. 3. in versic. extra glossam, & tradit Lambertinus, in tracta. suo, de iur. patr. lib. 2. in 4. artic. 10. q. principali secundæ partis.

Quinimmo præfati Abb. & Monachi nô sunt in aliqua quasi possesione iuris præsentandi, ex supra dictis præsentationibus, quia prima facta de an. 1536. in personâ q. d. Lucæ ad d. Ecclesiâ vti vacantem per obitum tunc Reueren. Dom. Andrææ Mercadello, facta fuit de beneficio non vacante. quia vsque de anno 1520. ex resignatione d. Andrææ fuit prouisum per Sedem Apostolicam de Ecclesia prædicta Reueren. Domino Hieronymo Mercadello eius nepoti, qui illam nunc possidet: & sic d. præsentatio locum non habuit, nec fuit sequuta institutio. quia d. Hieronymus contradixit, vt in processu. secunda verò præsentatio facta de ann. 1541. ad d. Ecclesiâ de persona R. D. Bernardini, licet fuerit côfirmata per ordinariû, fuit facta de beneficio nô vacante, & possesso per annos 20. & vltra per ipsum D. Hieronymum, qui non potest desuper molestari, stante regula cancellariæ de triennali possessore non molestando. Et est vitio-

sa &

sa & inualida talis præsentatio, quia facta ad be-
79 neficium viuentis.† c. 1. & sequenti de concess. præbend. & per regulam cancell. de non impe. viuen. &c. & super ea pendet lis coram Reuer. Domino Auditore Reuerendissimi Do. Legati. ad hoc.n. vt quis esse dicatur in quasi possessione iuris præsentandi, tria requiruntur. Primo, quòd sit facta bona fide. Secũdo, quòd sit admissa & confirmata. Tertio, quòd præsentatus & cõfirmatus fuerit tanquam rector, in possessione
80 Ecclesiæ.† Ita eleganter dixit Cald. in consil. 12. in rubr. de iur. patro. Innocen. in cap. secundo. de in integ. restit. vbi Abb. in fine. Decius consi. 95. col. 3. in prin. Rocchus in tract. suo iur. patr. in verbo competens q. 14. vers. sed pro intelligẽtia. Cum igitur pendeat lis super d. præsentatione præfati Abba. & Monaci dicantur esse in quasi possessione aliqua præsentandi, vt decidit Cald. in cons. 13. de iur. patro. Nec etiam potest dici bona fide facta, cum sit facta de beneficio non vocante, neque de iure neque de facto, per supradicta. ad quod prædicti Monachi, esto, quòd eis ad illud alias competeret ius præsentãdi, modo præsentare non poterant, quia illud contulit Papa de anno 1520. præfato Reuer. D. Hieronymo, quod facere potuit, quia Papa beneficia, quæ sunt de iure præsentandi clericorum conferre potest, etiam non facta mentione de tali iure. vt per Felyn. in tract. suo, quando litteræ apli. præludi. patro. Eccle. quinimmo & legatus
81 † d. beneficia conferre potest. tex. est. & ibi notatur in c. cum dilectus. de iur. patro. malefidei au
82 tem dicitur, qui cõtra iura mercatur. † l. quemadmodum. C. de agricol. & censit. in fine. lib. 11. capitulo, quæ contra ius fiunt. de regul. iur. in 6. & habetur per Dyn. Ioann. Andr. & alios in cap. possessor malæfidei. de reg. iur. in 6.

Accedat, quòd de anno 1517. Vacante Ecclesia prædicta per obitũ Tadęi de Calefinis illius supra dicti Abb. & Monaci illã cõtulerunt R. D. Herculi Fregosio, qui vigore d. collationis adeptus est illius possessionem, & in ea continuauit per aliquot dies, vt ex processu constat, & in collatione prædicta supra dicti aduersarii dicunt, quòd collatio d. Ecclesiæ iã ex forma priuilegiorum, ac concessionum factarum a summis Pontificibus, & ex longęua consuetudine spectat & pertinet, ad Abbatem dicti monasterii. quæ verba plenè probant contra eos. per Felynum in capitu. post cessionem. colum. tertia. versicu. fallit secundo. de probatio. allegat text. in l. publia. ff. de possess. & in l. si procuratorem. ff. de procurat. l. 2. ff. de reb. credi. cap. quorum damn. de solut. & Calder. Imo. & Abba. ibi ergo clarissime constat eisdem nullum iuspatronatus competere in Ecclesia prędicta. immo, quòd nec est in aliqua possessione, vel quasi iur. præsen. Et si dicatur, quòd d. narratio non potest præiudicare dicto monasterio, Respondetur, quòd cum potentius sit & melius ius conferen-
83 di, quàm præsentandi, † quia collatio habet in se
84 vim præsentationis, & confirmationis. † vt per Federic. de Senis consil. 234. super primo puncto. & ideo dignior est collatio, quàm præsenta-
85 tio, † quia tribuit plenum ius in beneficio: præsentatio verò nullum tribuit ius spirituale præsentato, sed bene instituto. glos. in c. primo in glos. prima. de regu. iur. in 6. & habetur per Rochum in d. tract. in princ. in 5. quæst. & per Fely. in d. cap. cum venerabilis. de except. Respondetur, quòd dicta assertio ex præmissis est ad fauorem non damnum dicti monasterij. Concludo igitur ex prædictis, partes Reuerendissimi Domini Episcopi Clusini Legati Apostolici esse in pronunciãdo præfatis Ven. dictis Abbati, & Monachis, in & ad dictam Ecclesiam nullum competere iuspatronatus.

Hieronymus Gigas V. I. D.

IN MATERIA IVRISPATRONATVS, pro R. DD. Canonicis & capitulo Ecclesiæ Taruisinæ.

SVMMARIVM.

1 *Iurispatronatus non transit in filiam nuptam, quæ habuit suam dotem.*
2 *Iuspatronatus transit cum hæreditate, & numero 18*
3 *Iuspatronatus non transit in non hæredem, quando testator ordinauit, quòd transiret ad hæredes suos.*
4 *Episcopus alterare non potest voluntatem testatoris, vbi illa est certa respectu causæ, personæ, vel loci.*
5 *Iudex sequi debet voluntatem defuncti, sicut venator leporem.*
6 *Voluntas testatoris pro lege habenda est.*
7 *Statutum, quòd filiæ dotatæ non succedant, locum habet etiam in iurepatronatu, & num. 19.*
8 *Sententia lata contra legem municipalem, nulla est & num. 23.*
9 *Collusio per coniecturas probatur.*
10 *Dictio tantum taxatiua est, & alios excludit.*
11 *Iuspatronatus ad hæredes extraneos non transibit, quando testator iussit, quòd ad hæredes sanguinis tantum transeat.*
12 *Iuspatronatus non transit in filium adoptatum, quãdo testator voluit illum non transire extra parentelam suam.*
13 *Appellatione liberorum veniunt nati non adoptiui.*
14 *Episcopus alterare non potest voluntatem primi testatoris.*
15 *Voluntas testatoris seruanda est in forma specifica.*
16 *Legatum iurispatronatus requirit Episcopi consensum.*
17 *Prælegatum non venit in hæreditate.*
20 *Statutum non inclusum in volumine statutorum produci debet.*
21 *Statutum clausum in corpore statutorum sufficit quòd allegetur.*

8 Consuetudinem allegans in processu, illam probare tenetur.
24 Iuspatronatus confiscatis bonis ob crimen læsæ maiestatis amittitur.
25 Confiscatis bonis ius patronatus laico competens fisco Ecclesiæ applicatur.
26 Iuspatronatus non acquiritur per plures præsentationes mala fide factas.
27 Iuspatronatus vt præscribatur titulus requiritur.
28 Titulus ex longo tempore præsumitur.
29 Præsentatio vt aliquem constituat in quasi possessione iuris præsentandi, plura requiruntur.
30 Vnio beneficij facta non habita mentione quòd beneficium erat de iure patronatus ex præscriptione valet.
31 Legatus conferre potest beneficium, quod est de iure patronatus ex præscriptione.

CONSILIVM L.

1 IRCA primum, an iuspatronatus transiuerit in Do. Mariam filiam Gerardi de Baldachinis, mortuis Iuliano, & Franciſchino eius fratribus, dico, quòd non: quia ex quo erat nupta, & habuerat suã dotem, vt patet instrumento dotis, in processu producto, facto de anno 1555. die 7. Nouemb. non potuit succedere in iure patr. prædicto, vt voluit Petr. de Anchar. in ca. ex insinuatione de iur. patro. idem voluit Feder. de Senis, in consil. 111. incipit, quæstio talis est, col. penul. quem refert, & sequitur Abb. licèt corruptè alleget in ca. cum seculum. de iur. patr. idem voluit Card. in rubr. de iur. patro. q. 8. refert & sequitur prædicta Dom. Rocchus de Curt. in suo tracta. iur. patro. in verbo, ipse vel is a quo in 6. qõ. & si dicatur, quòd prædicta procedunt stantibus masculis, secus est illis mortuis, respõdetur, quòd illis mortuis transiret iuspatronatus in Mariam, si Maria esset hæres fratrum, quæ qualitas hæredis
2 requiritur, quia sic voluit primus testator, † ac etiam quia ius patronatus transit cum hæreditate, vt per Innocen. in rubr. de iur. patr. & Doct. in c. cum seculum. eo. tit. sed ex processu non apparet Mariam fuisse hæredem, meritò dicẽdum est in ipsam nõ transiuisse iuspatronatus, immo ex testamento Iuliani contrarium apparet. secũda ratione Maria non potuit habere iuspatronatus, quia statim, quòd nupsit, & fuit dotata, & per consequens, exclusa actio autem semel extincta nunquam reuixit. l. qui res. §. auream. ff. de solutio.

Præterea, ipsa Dom. Maria non fuit hæres de domo de Baldachinis, meritò non acquisiuit dictum iuspatronatus, tum quia Bernardus de Baldachinis testator voluit illud transire ad hęredes de domo de Baldachinis tantum: tum quia iuspatronatus cum hæreditate transit, vt voluit Innocen. in rubrica de iur. patro. Abb. & alii in cap. cum seculum. & in c. primo. de iur. patro. & tenent communiter Doct. in clem. plures. eo. tit. vbi Card. in princ. q. 6. & 7.

Et si diceretur, quòd adest sententia in fauorem d. Dominæ Mariæ lata de anno 1384. die 15. Februarij, vt patet in processu, fol. 143. per quam Vicarius Episcopi Taruisini sententiauit iuspatronatus ad dictam Do. Mariam pro se & hæredibus suis legitime descendentibus in d. hospitali competere: dicitur dictam sententiam fuisse ac esse nullam, pluribus rationibus.

Primo, quia dum vult dictum iuspatronatus transire in hæredes legitimos descendentes ex ipsa Dom. Maria, istud est de directo contra voluntatem dicti Bernardi primi testatoris, contra quam non potuit dictus Vicarius sententiare. facit quod voluit Petr. de Anchar. & Imol. in c. nos quidem, de iur. patr. vbi dixerunt, quòd voluntas testatoris adimplenda est in forma specifica, & Bal. in l. si quis ad declinandam, in tertia
4 col. C. de Episc. & cler. † vbi dixit, quòd vbicunq; dispositio testatoris est certa, respectu causæ personæ vel loci, non potest per Episcopum alterari. Ad idem facit dictum Bal. in l. vnica. §. pro se-
5 cũdo. C. de cadu. tol. vbi dixit, quòd † iudex sequi debet volũtatem defuncti, sicut venator leporem. facit tex. in l. in conditionib. primum locum. ff. de cond. & dem. & in l. nemo potest. vbi Bart. in prima oppos. ff. de lega. 1. & tex. in l. 1. de testa. ff.
6 quinimmo † voluntas testatoris pro lege habẽda est. §. disponat in auctẽ. de nupt. & voluntatem defuncti seruare est fauor publicus, vt dixit Bal. per illũ tex. in l. gallus. §. quid si is ff. de lib. & post.
7 Secundo, stante statuto ciuitatis † Taruisii, quòd filiæ dotatæ nõ succedant, quod statutum locum etiam habet in successione iurispatronatus per supra proximè dicta. Et ita etiam de consuetudine seruatur, vt dixit Fede. de Senis, in d. suo con
8 sil. 111. † dicta sententia tanquã lata cõtra legem municipalem est nulla, vt volunt Bar. & Ang. in l. cum prolatis. ff. de re iudi. vbi per Do. Vincentium Perusinum præceptorem meum col. 2. & idem tenent Abb. & Doct. in c. 1. vbi per Felyn. col. 1. vers. amplia secundo. de re iudi. quod maximè procedit, quãdo statutum erat clausum in corpore statutorum, & sententia fertur in loco, vbi viget statutum, prout fuit in casu nostro. ita præceptor meus. in d. l. cum prolatis. col. 2.

Tertia ratione dicitur, dictam sentẽtiam esse nullam, quia vt euidenter ex processu patet Do. Maria & presbyter Franc. litigantes adinuicem coram Vicario Taruisino colluserunt insimul, & presbyter Franc. passus fuit d. sententiam fieri, habita promissione ab ipsa D. Maria, quòd ipsum ad d. hospitale præsentaret. & ita fuit, quia lata sententia prædicta de ann. 1384. die 9. Februarii in fauorem Dom. Mariæ, præfatus presbyter Fran. de eo. anno die 6. Maij, fuit ad d. hospitale
9 per d. Dominam Mariam pręsentatus. † ex quo constat manifeste de collusione, quę probatur per coniecturas, vt inquit Bartol. in l. 1. C. de collusio. detegen. actus autem collusorie gestus, nullus

nullus est d. l. 1. & l. secunda. C. de collus. facit doctr. Abb. in capitu. penulti. in versicu. prædicta vera, colum. 4. de re iudi.

Circa secundum posito, quòd dicta Domina Maria habuerit dictum iuspatronatus, vtrum ex eius testamento, in quo illud reliquit Enselmino eius filio pro se, & filiis masculis, & fœminis ex se descendentibus, dictum iuspatronatus trãsiuerit in dictum Enselminum. circa quod di-
10 cendum est, † quòd non, quia Bernardinus primus testator voluit illud transire ad hæredes, de domo de Baldachinis tantum. dictio enim, tantum, excludit alios, & est taxatiua. Bal. in l. mulier. ff. solu. matrim. Innocen. in capitu. licèt. de probat. Cardi. in clem. prima. §. primo. de Sum. Trin. & fid. Catho. & Innocen. in capitu. cum Ecclesia. de causa posses. & propr. vbi dicunt, ꝙ dictio, tãtum, limitat & excludit. Faciũt ea, quæ voluit Bald. in l. secunda. C. de in ius vocan. Cir
11 ca principium, vbi dixit, quòd si a testatore, vel fundatore sit ordinatum, quòd ad hæredes sanguinis tantum transeat iuspatronatus, ad extraneos non transibit, sequitur Felyn. in tractatu suo, quando litteræ Apost. no. patro. Eccles. in versic. corroboratur. Et Rocchus in prædic. tracta. in versic. ipse vel is a quo. colum. 7. in prin-
12 cipio. † Ad idem facit pulchra decisio d. Rocchi, in d. tract. & ver. q. 34. vbi notanter decidit, ꝙ stante depositione testatoris, quòd ius patronatus non exeat extra domum vel parentelam testatoris: si quis creetur de illa domo, vel adoptetur, non propterea consequetur iuspatronatus tanquam de domo vel parentela. mouetur per text. in l. si ita quis. §. fi. ff. de lega. secundo. vbi si
13 testator faciat mentionem de liberis, intelligitur de natiuis, non de adoptatis. ad idem tex. in l. fideicommissum. ff. de condi. & demonstr. vbi grauatus restituere hæreditatem, si sine liberis decesserit, intelligitur de natiuis. Allegat plura alia iura & fundamenta, de quibus per eum. facit, quia iuspatronatus laycis conceditur ex dotatione & fundatione fauorẽ Ecclesiarum, vt layci inducantur per acquisitionẽ iurispatronatus ad fundãdum, dotandum, & construendum Ecclesiam. habilitatio igitur personarum ex certa & limitata causa ad alias personas extẽdi nõ debet. In quibus illa non concurrit super qua d. habilitatio fundatur 16. q. prima. cap. generaliter ca. sanè. de priuileg. c. cum cessante. de appel. l. in agris. Iste non fundauit. dotauit, vel construxit, nec est de familia illorum de Baldachinis. ergo, &c.

Præterea non potuit dicta Domina Maria alterare per suum testamentum, voluntatem primi testatoris, quam nec Episcopus alterare potuisset, per doctrinam Petri de Ancha. & Imo. in
15 dicto capitulo, nos quidem. de iurepatro. † vbi dicunt, quòd voluntas defuncti est seruanda, in forma specifica. & quòd alterari non possit per Episcopum, voluit Bald. in d. l. si quis ad declinandam. colum. tertia. C. de episc. & cler. Et faciunt alia supra allegata. Sed esto, quòd potuis-
16 set alterari voluntas d. q. Bernardi de Baldachinis primi testatoris, & fundatoris d. Hospitalis, adhuc dicitur Enselminum non acquisiuisse dictum iuspatronatus legatum sibi a matre in eius testamento, quia requirebatur ad hoc cõsensus Episcopi, iuxta ea, quæ voluit Abb. & post eum Cardin. in cap. illud. de iurepatr. vbi etiam per Ioan. Andr. & alios. Et dicit ibidem Abbas communem opinionem modernorum esse, ꝙ si legetur iuspatronatus, non antea quæratur legatario, quàm Episcopi consensus accedat. hãc conclusionem sequitur etiam Rocchus in dicto tracta. suo. de iur. patr. in verbo pro eo, quòd de diœcesani consensu. colum. tertia, in versiculo. circa aliud membrum. idem voluit Calde. in consil. 6. incipit, an valeat. in titu. de iur. patr. Et si dicatur, quòd Enselminus fuit a matre hæres institutus. quo casu dominium iurispatronatus in eum transiuit cum hæreditate, iuxta tradita per Innoc. in d. rub. de iurepatro. respondetur, quòd non tanquàm hæres, sed tamquàm legatarius ex testamento materno illud capere habebat. patet, quia fuit sibi prælegatum, antequã
17 hæres institueretur. † vnde prælegatum non venit in hæreditate. patet, quia prælegata non veniunt in substitutione vulgari. casus est singularis in l. Sextiliam. ff de lega. 3. Bart. & Ang. in l. Marcel. §. fina. de legat. primo, & in l. mulier. §. pro parte. vbi Barto. de lega. secundo. Et licèt regulariter prælegata non debeantur hęredi repudiãti hæreditatẽ. l. quidã. ff. si quis omis. causa testa. Bar. in l. miles. §. pro parte supraallegata in 1. oppositione. Tamen fallit in prælegato facto, vt in casu nostro l. filio pater. ff. de leg. primo, quod procedit etiam si filius sit emancipatus. l. nam emancipatus. & ibi Doct. eod. titu. patet ergo, ꝙ cõsensus Episcopi requirebatur per supradicta, sed non apparet ex processu, quòd Episcopus Taruisinus vnquam consenserit, neque, quòd dictus Enselminus vnquam præsentauerit sacerdotem ad d. hospitale. Meritò patet apud ipsum nullum fuisse iuspatro.

Tertio principaliter dicitur, quòd posito, ꝙ dictũ iuspatronatus fuerit acquisitum. d. Enselmino vigore testamenti materni, in quo sibi relinquitur d. iuspatronatus, & eius hæredibus masculis, & fęminis ex ipso legitimè descendẽtibus: Non propterea fuit acquisitum Dalidæ filiæ dicti Enselmini. quod ostenditur pluribus rationibus.

Primo, quia ipsa non fuit hęres Enselmini, & iuspatronatus non transit nisi cum hęreditate, vt supra dixi. & tenet Innoc. in rubrica de iur. patron. quem cæteri sequuntur Abb. & alii. in capitu. cum seculum. & in capitu. primo titu. & communiter Docto. in clem. plures. vbi Cardi. in princ. eo. titu. quod eo magis procedit in casu nostro, in quo Domina Maria testatrix voluit dictum iuspatronatus transire ad hęredes masculos, & fœminas. Cuius voluntas seruari debet

debet per supradicta, & maximè, quia inclusio vnius, est exclusio alterius. c. nonne. de præsum.

19 †Secunda ratione d. Domina Dalida dictum iuspatronatus non habuit, quia nupsit Domino Foresio filio dicti Antonij Victoris de Feltro, & dotata fuit, vt patet instrumento dotis, in processu, fol. 63. quo casu non potuit succedere in d. iure patronatus, stante dicto statuto in ciuitate Taruisii, quòd fœminæ dotatæ non succedant. quod statutum excludit fœminas dotatas etiam a successione iuris patronatus, vt per Abba. in dicto capitu. cum sæculum. Feder. de Senis in dicto consil. 111. & habetur in aliis locis supraallegatis.

20 †Et si dicatur dictum statutum debuisse produci in actis causæ, quod cum non fuerit productum, iudex non habet ipsum attendere, vt habetur per Docto. in l. cum prolatis. ff. de re iud. ad hoc respondetur, quòd statutum non clausum in corpore statutorum, non solum allegari debet, sed etiam produci in actis, vt iudex illud sequi teneatur. & ita loquuntur Doct. in d. l. cũ prolatis. Vbi Dominus Vincentius Herculanus Perusinus præceptor meus, in secunda & tertia

21 columna. †Sed quãdo statutum est clausum in corpore statutorum ciuitatis, vt est istud in casu nostro, sufficit illud allegare, & iudex illud sequi tenetur. ita volunt Docto. in dicta l. cum prolatis. facit dictum Bal. in l. prima post principiũ.

22 C. vt quæ desi. aduo. par. † vbi dixit, quòd licèt statutum non sit productum in actis: Iudex tamen illud sequi debet. Secus in consuetudine non scripta: Idem dixit Barto. in l. omnes populi. In fi. ff. de iust. & iu. & in l. ornamentorum. ff. de au. & argen. lega. sequitur Felyn. in capit. primo. columna secunda. in versicu. Pro quo vide. de senten. & re iudic. Et Alexan. in dicta l. cum

23 †prolatis. colum. vlti. quinimmo alter sententiando, sententia esset ipso iure nulla, vt latè tradit per Docto. in d. l. cum prolatis. & in dicto c. primo. de senten. & re iudi. vbi per Dominum Felyn. in secunda columna. versicu. amplia. 2.

24 †Tertia ratione non potuit dictum iuspatronatus transire in dictam Dominam Dalidam, quia bona Enselmini, de anno Domini 1440. die 6. Iulii, vt patet ex processu, ex eo quòd fuerat rebellis Illustrissimo Dominio Venetorum, fuerunt confiscata per Excellentissimum Consiliũ Decem. quo casu ipse Enselminus simul cũ bonis amisit etiam ius patronatus, si quod habuit in dicto hospitali. vt voluit glos. 16. c. & filiis Io. Andr. & Abb. in capitulo nobis. de iu. patrona. & in capitulo cum layci. eodem titulo. Et idem voluit Abb. in capi. quanto. in tertia colum. post Dominum Antonium de iud. idem tenet Card. Floren. in dicto cap. quanto. vbi dicit se ita consuluisse. Et ibidem Imo. hanc etiam partem tenet Archid. in dicto capitu. filiis. 16. q. septima. Et Abb. in capitulo secundo in fi. de feu. & propter dictam confiscationem feudũ reuertitur ad Ecclesiam, vt dixit Cardi. in dicta clem. plures. in octaua quæst. allegat tex. in capitulo fęlicis. & in capitulo in quibusdam. de pęnis. in versic. 6. in §. si qua vero. Et dicit, quòd Barto. & Salyce. consuluerunt, quòd confiscatis bonis vasalli, ob crimen læsæ maiestatis feudum reuertitur ad Ec

25 clesiam. Idem† voluit Andr. Sicul. in dicto capitulo quanto. colum. octaua. vbi dixit, quòd confiscatis bonis, iuspatronatus spectans ad laycum applicatur fisco Ecclesiæ, & sic Ecclesia patronata libera remanebit, hanc etiã opinionem sequitur Præposi. in capit. primo, colum. penultima. 10. distinct. Et Felyn. in dicto capitu. quanto. & allegant rationem, quia si iuspatronatus transiret in fiscum, esset nimis damnosum Ecclesiæ, quia remaneret libera per talem igitur confiscationem, dictum Hospitale in libero statu remãsit, meritò non potuit aliquod ius patronatus in ipsam Dalidam Enselmini filiam transferri per supradicta.

Si igitur præfata Dalida non habuit aliquod iuspatronatus in dicto Hospitali, de eo disponere non potuit, relinquendo ipsum Nardino, Antonio, & Victori fratribus, & filiis suis, quia nemo plus iuris in alium transferre potest, quàm ad se pertineat capitu. nemo. de regul. iur. cum vulgaribus.

Quarto, principaliter quæritur, ex quo in casu nostro isti aduersarii agunt petitorio, vtrum eis opitulẽtur pręsentationes in processu productæ, videlicet præsentationes factæ per q. Dominam Mariam, & successiuè per Dominam Dalidam Enselmini filiam. quæ Domina Dalida de anno 1467. die 5. Decembris præsentauit ad dictum Hospitale quendam presbyterum Sicconem Ser Nardini de Feltro. de cuius tamen possessione non constat in processu. Demum de anno 1475. die 13. Decembris, per eandem fuit præsentatus & institutus in dicto hospitali presbyter Nicolaus Zanallus Feltren. qui etiam de anno 1476. die septimo Decembris confirmatus fuit per capitulum Ecclesiæ Taruisinæ, & tamen eius institutio locum non habuit. patet quia de anno prædicto 1475. dictum hospitale assequutus fuit presbyter Lazarus de Beatissimis, ex permutatione facta cum dicto presbytero Siccone, cui Lazaro per Sixtum Pontificem de dicto hospitali fuit prouisum. Qui etiam Lazarus ad eũdem præsentatus fuit de anno 1477. vltimo Iulii, a procuratore præfatæ Dominæ Dalidæ, ex resignatione dicti Nicolai Zanalli, qui in dicto prioratu nullum ius habebat.

Circa quod breuiter dicendum est, quòd nõ propterea per dictas præsentationes dicta Domina Dalida ius patronatus præscripsit, quia fuit in mala fide, ex quo nullum habuit titulum stante cõfiscatione prædicta, & quòd non accessit in relicto eis facto per dictam D. Mariam consensus Episcopi, sine quo q. exercet iuspatronatus, dicitur esse in mala fide, quia cõtra iura mercatur. Ergo malæ fidei possessor capitu. qui contra iura. de regalus iur. in 6. merito præscripsit.

cap.

cap. malæ fidei possessor. eo. titu. lib. 6. c. fina. de
27 † præscrip. vbi Ioan. And. dixit, quod etiam per tempus, de cuius initio memoria hominũ non existit, malæ fidei possessor non præscribit. & Io. Andr. sequuntur Docto. ibidem. Requiritur enim titulus, vt quis iuspatronatus præscribat, & quòd sit legitimus, vtputa per donationem, vel legatum a patrono factum cum cõsensu Episcopi, sine quo quis non potest ius patronatus possidere titulo singulari. capitu. illud. cum ibi no. de iurepatrona. cui enim non datur actus capacitas, licèt actum exerceat multo tempore, nõ pręscribit, vt eleganter dixit Abb. in cap. quanto per illum text. de consuet. & Ioan. Andr. in capitu. secundo. de pręben. in 6. Ex quibus patet, quòd ex quo Domina Dalida non habuit ti-
28 tulum, non potuit præscribere. Et si † dicamus, quòd titulus præsumatur ex tempore, iuxta no. in l. si certis annis. C. de pact. & in capitulo potuit. de censi. & in l. cum de in rem verso. ff. de vsuc. respondetur, quòd tunc non vna tantum, sed plures requiruntur præsentationes, vt dixit Abb. in dicto capitu. querelam. colum. tertia circa medium. de elec. & in sua disputatione incipiente, Augerio. Idem voluit Dominus Præpositus in capitu. hortamur. prope finem. 71. distinct. sequitur Rocchus in dicto tracta. suo in vltima carta. colum. prima. Et si dicatur, quòd in casu nostro adest longum tempus, & adsunt plures præsentationes, dicitur eas factas a malæ fidei possessore, & propterea non prodesse, per supradicta. & habetur per Cald. in cons. 12.
29 † in titulo de iurepatr. Secundo dicitur, quòd ex dictis præsentationibus factis per Dominam Dalidam, solùm præsentatio facta de presbytero Siccone, videtur locum habuisse, aliæ non sunt effectum sortitæ: ideo nil seruiunt, quia pręsentatio ad hoc, vt constituat præsentatem in quasi possessione iuris pręsentandi, plura requirit, vt habetur per Calderi. in dicto consil. 12. in titu. de iurepatro. Primo requiritur, quòd pręsentatio sit facta bona fide: Secundo, quòd pręsentatio fuerit admissa, & confirmata: Tertio, ꝙ confirmatus seu institutus habitus fuerit tamquam rector in possessione rectorię. hoc vltimũ defuit in omnibus præsentatis a pręfata Domina Dalida. & etiam primum. Merito non potest allegari aliqua possessio, seu quasi iure pręsentandi, vt clarè patet ex pręmissis, nec aliqua pręscriptio.
30 † Sed posito, quòd aliquod ius patronatus pręd dictis aduersariis competeret ad dictum prioratum ex pręsumptione acquisitum, iuxta mentẽ Ioan. Andr. in dicto capitulo querelam. de elec. & in capitu. vnico. in fi. eodem titu. in sexto. & in regula, quod alicui gratiosè. de regu. iur. in sexto. quę opinio Ioan. And. tamquam communis seruatur in iudicando, vt inquit Abb. in cõs. suo. 76. incipit, inuocato Chisti auxilio. in versicu. circa primum vol. secundo, & idem Abb. in dicto capitulo querelam. Et Felyn. in dicto tracta. quando litterę Apostolicę no. patro. eccl' Nihilominus dico, quòd vnionis de dicto hospitali factę mense capitulari Episcopatus Taruisii litterę expeditæ in forma, rationi cõgruit, sub Alexan. 6. Pontifice, de anno. 1492. ex eo, ꝙ de dicto iurepatronatus non faciant mentionẽ, non propterea dicuntur subreptitiæ, & sic nullę. Ita consuluit Feder. de Senis consil. suo 65. inci-
31 pit, infrascriptæ quæstiones. † vbi dixit, quòd etiam legatus potest conferre beneficium, quod dicitur esse de iurepatronatus laycorum, ex præscriptione. Idem consuluit Cardi. in consil. 69. incipit, vacante. in secundo dubio. dicens, quòd valet gratia apostolica non faciens mentionem de tali iure patronatus, quia cessat ratio retrahẽdi quem a fundatione. Idem voluit Dominus Antonius in capitulo dilectus. de offic. legat. in quarta colum. versic. quæro quid si non ratione. Et ibidem Abb. in fine. Idem voluit Cardin. in dicta clemen. secunda. in septima quæst. vt lite penden. Ita voluit Fely. alios referens in d. tract. quando litteræ Apost. no. patro.

Hieronymus Gigas.

IN MATERIA IVRIS patronatus.

SVMMARIVM.

1 *Verba generalia intelliguntur de similibus specialiter expressis.*

2 *Legatum simpliciter factum pro ponte, vel hospitali construendo, quod intelligatur in domo testatoris.*

3 *Legatum simpliciter factum ecclesiæ non expresso illius nomine, ecclesiæ parochiali debetur.*

4 *Legatum factum pauperibus simpliciter, quòd intelligatur de pauperibus de domo testatoris.*

CONSILIVM LI.



VISO puncto testamenti. q. Recuperati. q. Ioannis de Membrinis de Martinengho habitatoris Vrcearum nouarum condito, vsque de anno millesimo quadringẽtesimo trigesimo quinto, die 7. Octobris. In quo, post dotem relictã Capellæ S. Marci Euangelistæ in Ecclesia de Vrceis nouis, quam construi mandauit, ordinauit per hæc verba. Item volo, lego, & iubeo, post meum decessum Archipresbyterum Plebis de Vrceis nouis, qui nunc est, vel in futurum erit, ministrum disciplinæ de Vrceis nouis, qui nunc est, & in futurum erit, & sic successiuè in futurũ, patronos, rectores, gubernatores, & regulatores dictæ capellæ, Toninum filium. q. Venturini de Faustinis calegarium Iacobum, & Bartholomeum fratres & filios q. Ioannis de Gauaciis, Christoforũ filium q. Laurentii Tortę calegarium, habitatores

res de Vrcels nouis, Patronos, Rectores, Gubernatores & regulatores dictæ capellæ Sancti Marci nouiter fiendæ. & quilibet sui successores hæredes descendentes, & descendentium descendentes de eorum domibus, & parentela masculini, sint & semper esse debeant Patroni, Rectores, gubernatores, & regulatores dictæ Capellæ. Et casu, quo non extarent aliqui hæredes supra scripti Tonini de Faustinis, lego, & in eius loco pono & constituo quemlibet alium masculum, de domo de Faustinis, patronos, & rectores, gubernatores, & regulatores supradictæ capellę, & cæt. Ex dicto themate

Cōtingit dubitari, vtrum extinctis omnibus descendentibus dicti q. Tonini de Faustinis, ac aliis de dicta domo & parentela, qui tunc temporis erant in dicta terra Vrcearum nouarum, post obitum ipsius testatoris, alii de familia Faustinorum existentes in ciuitate Brixiæ, vel alibi, non descendentes de familia Faustinorum, quę erat in dicta terra Vrcearum nouarum censeantur vocati a testatore, & sic vocem habeant in electione Capellani eligendi ad dictam Capellā.

Et breuiter, resolute loquendo, concludo, ꝙ non: quia verba generalia intelliguntur, de similibus specialiter expressis. † l. fina. §. cui dul-
1 cia. ff. de vin. triti. & ole. lega. c. qui ad agendū. ff. de procura. in 6. Barto. in l. sed & si quis. §. quęsitum. ff. si quis cautio. sed sic est, quòd testator expressè locutus est de Tonino de Faustinis, qui habitabat in loco Vrcearum nouarum, & eius hæredibus, & descendentibus. ergo in defectum eorum, dum vocat alios de Faustinis, censetur vocasse alios de dicta familia, qui tunc habitabant in loco Vrcearum nouarum.

Comprobatur hoc ex eo, quod legatum factū simpliciter pro ponte vel hospitali construēdo,
2 intelligitur, scilicet in domicilio testatoris. † Specu. in titulo de instru. editi. r. 14. versi. 65.

Accedat, quòd legatum simpliciter factū Ecclesiæ, non expresso illius nomine, debetur Ec-
3 clesiæ parochiali. † Cyn. in l. prima. C. de sacrosan. eccle. Spec. in titu. de instru. edi. §. nunc verò aliqua, ver. quid si testōr. Bar. in l. quæ cōd. in §. cū ita. ff. de condit. & dem. & optimè facit prædictus text. vbi deciditur, ꝙ sine testō scriptum sit, vt aliquid in foro fiat, neque expressum sit, de quo foro mortuus senserit, intelligitur de foro, vbi testator domicilium habuit.

Facit etiam, quia legatum factum pauperibus simpliciter, intelligitur de pauperibus de domi-
4 cilio † testatoris. l. si quis ad declinandam. C. de episco. & cleri. Ioan. Andr. in c. 1. de testamen. in sexto.

Ex prædictis concludo, quòd alii de familia de Faustinis, qui non descenderunt ex familia Faustinorum dictæ terræ Vrcearum nouarum, non sint aliquo modo vocati in dispositione prędicti testatoris, & propterea nullam vocem habeant in electione Capellani ad capellam supradictam.

Possent plura alia adduci ad corroborationē prædictorum: sed breuitati studendo, his paucis pro nunc contentus ero, quia res admodum clara mihi videtur.

Laus Deo.

IN MATERIA IVRISPATRONATUS, pro vniuersitate villarum Vighi, Laghi, & Polosi.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus donari potest, & in aliū transferri.*
2 *Vniuersitas est capax iurispatronatus, sicuti priuata persona.*
3 *Iuspatronatus legatus a testatore particulari personæ, & vni collegio, an censeatur pro dimidia vtriusque.*
4 *Iuspatronatus donari potest loco religioso & Monasterio.*
5 *Donatio iurispatronatus facta loco, non requirit consensum episcopi.*
6 *Iuspatronatus concessum alteri pro se filijs & successoribus, an donari possit in praeiudicium filiorū, & successorum.*
7 *An in dicta donationes consensus filiorum requiratur.*

CONSILIVM LII.



HRISTI eiusque gloriosæ matris nominibus inuocatis. Quæritur, vtrum Ioannes de Saccho de vigho laycus Aquilegiē. dioec. & eius fratres, qui iuspatronatus habere dicuntur in capella Sanctæ Vrsulæ de vigho dictę dioec. posint illud titulo donationis transferre in communitatem, & vniuersitatem villarum Vighi, Laghi, & Polosi.
1 † Circa quod breuiter concludo, quòd sic. quia iuspatronatus donari potest, & in alium transferri, vt habetur per glos. in capit. cum seculum. de iurepatro. & ibi per Doct. & per glos. in cap. piæ mentis 16. q. 6. 7. & etiam notatur in capit. illud de iurepatr. & in pluribus aliis locis, quos
2 omitto breuitatis causa. † Et clarum est, quòd vniuersitas est capax iurispatronatus, sicuti priuata persona. vt habetur per Cardin. in clemen. si. §. fin. quæst. tertia. de iurepatr. & per Gemin. in capitu. 1. de iurepatro. in sexto, & Calderi. in consil. nono. In rubrica de iurepatr. & Rocchū Curtium in tract. de iurepatro. in verbo, competens. q. 5. & q. 6. Ergo vniuersitati donari poterit iuspatronatus. Istud probatur per ea, quæ voluit dictus Curtius in dicto suo tracta. quæst. 3.
3 in verbo, ipse vel is, a quo. † vbi quęrit si ius patronatus legetur a testatore particulari personæ, & vni collegio, an tantum ius habeat, quātum collegium. & concludit, quòd sic. nominatim enim sub nomine collectiuo habetur

pro

pro vni.l.interdum.in princ.ff.de hæred. instit. l.si liber homo.§.Titius.ff. eod. tit. & ibi Ange. dicit, quòd si rectori vniuersitatis scolarium datur potestas eligendi, quòd vniuersitas pro vno habetur. & plura circa hoc congerit Decius cõsil.320.dum legerem Paduæ. colum. penulti.in
4 secundo volum. †Idem probatur per tex.in cap. illud.de iurepatro. & text.in cap. vnico. de iure patro.in 6. vbi dicitur, quòd iuspatronatus donari potest loco religioso, & monasterio,& sic v-
5 niuersitati. †Verum tamen est, quòd in donatione facta de iurepatronatus loco religioso, nõ requiritur Episcopi consensus, vt habetur & notatur in dicto capitu. illud, & est text. in dicto capitulo primo de iurepatr. in 6. Secus autem est, quando iuspatronatus donatur laycis,& sic particularibus personis vel vniuersitati laycorum. Ita dicunt Doct.in dicto capit. illud.vbi Abb. & est communis opinio, quã sequitur etiam Abb. in disputatione sua, quæ incipit, Augerio.In tertia, & quarta colum. & de qua latè Rocchus de Curte,in dicto tracta. suo de iurepatro.in verbo pro eo.q.secunda, & Abb. & alii in capitu. cum seculum.de iurepatr. Concluditur igitur ex pręmissis, quòd dicti fratres donare poterunt dictũ eorum iuspatronatus vniuersitati dictarum villarum.In qua tamen donatione postmodum necessarium est, quòd accedat consensus Reuerendissimi Domi. Patriarchæ Aquilegien. vel sedis Apostolicæ.

6 †Dubium tamen facere videtur, quia dictum iuspatronatus videtur competere dicto Ioanni, & fratribus, pro se & eorum filiis, & successoribus, quibus videtur, quòd non possit præiudicari, & sic in eorum præiudicium non valeat dicta donatio, vt in terminis nostris tenuit Lapus in dicto capitulo primo. de iurepatrona. in sexto. Nihilominus adhuc dico, quòd dicta donatio fieri poterit, etiam, quòd iuspatronatus competeret dictis Ioanni,& fratribus, pro ipsis, & eorum descendentibus & filiis. Ita decidit Archid. & post eum Gemin. in dicto capit. vnico. & ita tenuit Rot.decis. 873. in fine. incipit, quidam laycus. In antiquis. & hoc sequitur Alex. consil.13. incipit, omnipotentis Dei.colum. 3. in principio. Et in consil. 18. incipit, attentis narratis.colum. secunda. versic.& potuit etiam. & idem Alexan. consil.26. incipit, ponderatis.
7 colum. fina.in quinto volum. † Et hoc etiam voluit notanter Calderin.in consil.19. in rubr. de iurepatro.vbi dixit, quòd patronus in præiudicium filiorum potest iuspatronatus donare, etiam quando esset concessum pro se, & filiis suis masculis tantum. Nec est necessarius in tali donatione cõsensus filiorum. Opinio autem Lapi contrarium tenentis est reprobata.

Concludo igitur breuiter, ex præmissis, quòd præfatus Ioannes, & fratres poterunt donare vniuersitati dictarum villarum prædictum iuspatronatus, etiam, quòd illud eis competeret pro se, & eorum successoribus, accedente tamen postmodum consensu superioris, vt dictum fuit supra. Laus Deo.

Et ita dico, & consulo, ego Hieronymus de Gigantibus vtriusque Iuris Doctor, saluo semper saniori consilio, &c.

IN MATERIA IVRISPATRONATVS, pro beneficio de Barco. de quo, & in præcedenti consilio.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, si, conditionem facit.*
2 *Dictio, postquam, facit conditionem.*
3 *Ecclesia non dicitur in esse deducta, nisi fuerit fundata, & ædificata.*
4 *Patronus est sicut pater, qui filium genuit.*
5 *Incipere non sufficit, nisi quis opus perficiat.*
6 *Conditio non per æquipollens, sed in forma specifica adimpleri debet.*
7 *Ius adimplendi conditionem, vt quis beneficium cõsequatur, ad hæredem non transit.*
8 *Iuspatronatus non acquirit, qui ecclesiam ædificat sine consensu Episcopi.*
9 *Consensus episcopi interuenire debet in fundatione Ecclesiæ.*
10 *Hæres iustus a testatore, vt ecclesiam ædificet, requirere & obtinere debet consensum Episcopi.*
11 *Hæres iussus a testatore, vt sub certa pœna ecclesiam ædificet in eius domo, si illam alibi cum consensu Episcopi ædificet pœnam non incurrit.*
12 *Iuspatronatus acquiritur si fundatio & constructio copulatiuè interueniant.*
13 *Ecclesia non dicitur in esse deducta, nisi fuerit fundata, constructa & dotata.*
14 *Iuspatronatus adimplenti partem conditionis, sub qua est concessum pro parte non acquiritur.*
15 *Legatarius legatum non acquirit, nisi totam conditionem adimpleat.*
16 *Gratia subreptitia dicitur, quæ fundatur in aliqua causa, quæ verè non subest.*
17 *Impetratio beneficij, nisi patroni doceant, quòd tempore impetrationis de eorum iurepatronatus clarè constabat, valet, licèt postea doceant.*
18 *Confirmatio referens tenorem confirmati, facta dicitur ex certa scientia.*
19 *Confirmatio ex falsa causa nil operatur, quando falsa sunt narrata.*

CONSILIVM LIII.



CONSIDERATIS omnibus deductis & allegatis in præsenti causa, tam pro parte Magnificorum Comitum de Martinengho, quàm pro parte Reuerendi Domini Ioan. Mariæ, concludendũ etiam arbitror, dictis Comitibus, per ea, quæ deducta sunt, non probari competere aliquod ius patro-

patronatus in parochiali ecclesia de Barco, Brixien. diœce. Quod ostendit ex eo maximè, quia de anno Domini 1470. die tertio Octob. D. Dominicus de Dominicis Episcopus Brixien. concessit Magnificis Dominis Leonardo, & Ioan. Francis. de Martinegho fratribus, vt postquàm in dicto loco de Barco vnam excellentem, decentem, amplam, & capacem cũ vna domo idonea, & condecenti pro habitatione sacerdotis fundari, & ędificari fecerunt, iuspatronatus in d. ecc. pro se, & filiis suis: Moxque de anno Domini. 1493. dicti fratres asserentes prædicta adimpleuisse, obtinuerunt confirmationem dicti iuspatronatus ab Alexan. Papa 6.

Certum est, quòd si dicti fratres non fecerũt ecclesiam, & domum prædictas, iuspatronatus sibi, & filiis, non acquisierunt. quia ipsis fratribus concessum fuit iuspatronatus, si & postquàm ipsi ecclesiam, & domum fundari, & ędifi-
1 cari fecerunt, vt sonant verba concessionis. † dictio, enim, si facit condictionem. not. in l. 1. C. de his quæ sub modo. l. si Titio. ff. quando dies leg. ced. & latè per Bart. in l. prima. ff. de condit.
2 & demon. † & quòd sub conditione sit cõcessum dictum iuspatronatus dictis fratribus, patet ẽt per dictionem postquàm, quæ etiam condictionem facit per regulam Bar. in dicta l. prima. col. quinta, in versic. vlterius quæro, quod de aduerbiis. vbi dixit, quòd omne aduersarium, quod dispositionem suspendit in aliquem futurũ aduentum condictionem facit. Videndum modo, vtrum adimpleta fuerit dicta condictio. & dico, quòd non. quia, vt patet ex dictis testium examinatorum pro parte Comitum, Co. Ioan. Franc. cepit tantummodo ecclesiam, & fecit fundamẽta domus, quæ postmodum per multos annos post fuerunt completa per Comitem Io. Mariã. Ergo Comes Io. Franciscus iuspatronatus non habuit, quia non fundari & ædificari fecit eccle-
3 siam, & domum, vt in concessione. † Nec dicitur ecclesia deducta in esse, nisi fuerit fundata, & cõstructa, vt voluit Innocen. in rub. de iurepatro.
4 † Patronus enim est, sicut pater, qui filiũ genuit, & de non esse deducit ad esse, vt dicit Innocen. in dicta rubr. Nec poterat dici ecclesia tempore Co. Io. Franc. cum non haberet omnes sui partes. Et propterea Co. Io. Franciscus non potuit esse patronus ecclesiæ, quę nondum erat in esse, vt dicunt Moderni Papien. in tract. de iurepatr. in §. Ecclesiam fundauit. In versicu. 2. quæro. in
5 fin. † Cum non sufficiat incipere, nisi quis opus perficiat. l. nam & si. ff. de inoffic. testa.
6 † Et si dicatur, quòd ex quo Co. Ioãnesmaria filius dicti Co. Ioan. Franc. ecclesiam, & domũ compleuit, sit satisfactum condictioni, cum patris, & filii vna eademque persona censeatur, vt in auct. de mona. Respondeo, quòd hoc non sufficit, quia condictio non per æquipollens, sed in forma specifica adimpleri debet. l. morum. ff.
7 de cond. & demon. † nec potest impleri per hæredem à testatore. ff. de condit. & dem. vbi ius adimplendi conditionem, vt beneficium consequatur non transit in hæredem, per quem text. deciditur hæc quæstio.
8 † Pręterea isti hæredes non ex facto proprio potuerunt iuspatronatus acquirere, quia licet ipsi domum ædificari fecerint, & ecclesiam complere, non propterea patroni sunt, cum eis ad id faciendum nulla accesserit licentia ordinarii, & ꝓpterea patroni non dicuntur. facit Doct. Ioan. Andr. & Hostien. in capitu. nobis. in secunda col. de iurepatro. vbi dixit, quòd dos ædificatio & fundus faciunt quem patronum, dummodo id fiat cum consensu diœcesani. sed si alterum istorum sine ipsius consensu fieret, illi tantum, qui consensum haberent, essent patroni. idem voluit Abb. in consil. 59. incipit, quidam Dominus Iacobus. in versic. 3. principaliter sequũtur Moder. Papien. in dicto tracta. §. ecclesiam fundauit, in versic. 5. quæro, qui nimmo consen
9 sus † Episcopi interuenire debet in fundatione. Calder. in consil. 20. de iurepatrona. Et in tantum hoc est verum, quòd auctoritas Episcopi
10 requiritur, † ꝙ ẽt si quis a testatore iussus fuerit Ecclesiam ędificare, illum requirere debet. Ang.
11 in consilio 135. incipit, bona dicti † testatoris. quinimmo in tantum est necessarius consensus Episcopi, quòd si testator sub certa pęna mandet hæredi suo, vt in domo sua Ecclesiam ædificet, si Episcopus ad hoc non consentit, sed dat licẽtiam hæredi, quòd alibi Ecclesiam ædificet, hæres non incidit in pœnam. Rom. in sing. suo incipiente, testator mandauit. Et est ratio, quare Episcopi consensus requiratur. videlicet, quia layci non possunt ista spiritualia propria, & auctoritae tractare. capit. 2. de iudi. c. omnes basilicæ 16. q. 7. ita Abb. in consi. suo 59. incipit Domi. Iaco. de Rachaneto. in versi. tertio principaliter. secundo volum. Nec ex facto Comitis Ioan. Franc. quia Comes Io. Franciscus, ex quo non adimpleuit condictionem, nullum ius acquisiuit, vt patet ex supradictis. Ac etiam ex diffinitione iurispatronatus, quod cõmuniter sic diffinitur. iuspatronatus est ius honorificum onerosum & vtile, alicui competens in ecclesia pro eo, quòd diœcesani consensu Ecclesiam fundauit cõstruxit vel dotauit ipse, vel is, a quo causam habuit, quam diffinitionem ponunt Ioan. Andr. Anto. Card. Abb. & alij, & sequuntur Papienses in dicto tract. colum. secunda. fundatio autem & constructio copulatiue adesse debent ad hoc, vt iuspatronatus acquiratur, vt declarat Abb. in consil. 106. incipit, prius, iuxta ordinẽ. prima colum. in fine, & est de mente Innocen.
13 in dicta rubr. † vbi concludit, quòd Ecclesia nõ dicatur in esse deducta, nisi ista tria copulatiue concurrant fundatio constructio, & dotatio. quod maximè est in consideratione in casu nostro, cum iuspatronatus Comiti Ioan. Francis. & hæredib. in dicta Ecclesia cõcedatur, si & postquàm ipse Ecclesiam, & domum fundauerit, & construxerit, vel fundari, & construi fecerit. Nõ imple-

impleta, igitur conditione Co. Ioan. Francis. non acquisiuit iuspatron.& sic non potuit illud ad hæredes transmittere.l. legata, sub conditione.ff. de cond.& dem.Et si diceretur, quòd Comes Io.Franciscus, saltem iuspatronatus acquisiuit ex fundatione, ex qua sola iuspatronatus acquiritur.ca.tertio de iurepatro. respondetur, quòd cum iuspatronatus acquiri non possit sine licentia diœcesani, vt supra dictum fuit, ex sola fundatione non potuit iuspatro. acquirere Co.Ioan. Fran. cum ad hoc non accesserit auctoritas Episcopi: sed bene ei concessum fuit iuspatronatus sub conditione, si & postquàm Ecclesiam,& domum fundauerit, & construxerit, & sic fundatio & constructio copulatiuè require
14 bantur,pro implemento conditionis.†licèt igitur conditionem pro parte impleuerit, nõ propterea pro parte iuspatronatus habuit, scilicet ex fundatione. facit tex.not.in l. qui duobus hæ
15 redibus.ff. de condi. & demon. † vbi est text. ꝙ quis legatum sibi relictum non assequitur si conditionem totam nõ adimplet,nec adimplendo condõnẽ. pro parte, consequitur partem legati.

Facit ad prædicta, quia literis confirmationis felic.recor. Alex. VI. dicitur, quòd Comes Ioã. Franciscus fundari, & construi fecit Ecclesiam, &domũ,ac alia fecit,vt in ea.quarũ literarũ data est sub anno Domini 1493. pridie Calendas Martii. Et tamen patet id falsum esse, & sic litteras prædictas, fuisse, & esse surreptitias, & propterea ipso iure nullas, quia fundata super falsa causa. dictum fuit Petrus. de Anchara. in consil.226.incipit, ex tenore priuilegii Aposto-
16 lici. prima colum. † dum dicit, quòd vbi gratia fundatur in aliqua causa, quæ verè non subest, dicitur subreptitia. quod dictum pro mirabili refert & sequitur Fely.in c. postulasti.colum. 6. versi.vlterius.de rescrip.facit,quia cessante causa cessat effectus.ca.cum cessante.de appel.l.adigere.§.quamuis.ff.de iurepatro. debuit enim tẽpore datæ dictarum litterarum Summi Pontificis, fundata & ædificata fuisse Ecclesia, & domus, de quibus in gratia. aliter non suffragatur
19 ipsa gratia. † facit, quod voluit Cardi. in cons. suo 69. incipit,vacante quadam parochiali.col. secunda. in versic.secundo. sed contrarium,vbi dixit, quòd patroni nisi doceant, quòd tempore impetrationis de aliquo beneficio, quod aliquis impetraret, super quo iuspatronatus prætendebant de eorum iure clarè constabat, licèt postea doceant, gratia impetrantis, firma manet. quia in huiusmodi attenditur tempus datæ.capitu.eam te. de rescript.capitu. capitulum
17 eodem titulo.
18 Facit, quia clarũ est, quòd dicta confirmatio Alexan. Papæ fuit facta ex certa scientia, patet, quia refert tenorem concessionis per Episcopũ factę, & tunc quando confirmatio refert tenorẽ confirmati, dicitur facta ex certa scientia. capit. penult.de confir. vtil. vel inutil. Decius in rub. de confir.vtil.col.2.& in capit.porrecta. colum. vlti.versic. tertio dicitur,& in versic. & ista conclusio. Et latè tradit Decius in dicto capit. pen.
19 in principio. † Confirmatio autem ex certa sciẽtia non operatur, quando falsa sunt narrata, vt habetur per Rot. decis. 230.incipit, Papa confirmando, in nouis. Decius in capitu.de confirmationibus. in quinta colum.in princ. & in capit. venerabilis.colum.prima, in princ. eo.titu. Ad idem Bald.in l.fina.colum.secunda. C.sen.resc. non pos.

Resultãt igitur ex prædictis infrascriptæ conclusiones.Prima,quòd vigore concessionis Episco. Brix. Co. Io. Franc. iuspatronatus non acquisiuit, cum non fundauerit, & construxerit Ecclesiam prædictam, vt debebat, iuxta concessionem sibi factam.

Et consequenter, quòd ad eius filios,& hæredes non transmittitur iuspatronatus,medio personę patris.

Tertio, quòd ex constructione domus, & Ecclesiæ facta per Co.Ioan.Mariam eius filium.dicto Co.Ioã.Mariæ iuspatro. non fuit quæsitum, quia non habuit consensum Episcopi.

Quarto, quòd non suffragatur confirmatio Alexan. Papæ,quia subreptitia.

IN MATERIA IVRISPATRONATUS, & in causa capituli Ecclesiæ Taruisinæ.

SVMMARIVM.

1 *Vnio facta de beneficio, quod est de iure patronatus sine consensu patroni nulla est.*
Limitatio ad idem.
2 *A communi opinione in iudicando recedendum non esse.*
3 *Patronus sibi, & suis descendentibus iuspatronatu reseruato, illis non extantibus, hæredes extranei admittantur.*
4 *Prouisio hominis, quòd non tollat prouisionem legis.*
5 *Pacta, & conuentiones a iure communi informari, & ab eodem interpretari.*
6 *Contractus ex conuentione partium legem accipere.*
7 *Reseruatum posteris, extraneis non competere.*
8 *Ius commune, quo casu testatoris dispositionem, siue statutum interpretetur.*
9 *Iuspatronatus transire ad hæredes extraneos, quo casu dicatur*
10 *Argumentum a iurepatronatu libertorum ad iuspatronatus Ecclesiæ valet & tenet.*
11 *Extraneos ad iuspatronatus libertorum non admitti.*
12 *Patrono, & filijs alimenta prostari debent, si ad inopiam peruenerint.*
13 *Translatio fit de persona, ad personam, cum suis qualitatibus.*
14 *Verbum hæres, quo casu pro descendente patiatur.*
15 *Iuspatronatus, quòd fit seruitus quadam Ecclesia imposita.*

Iuspa-

16 *Iuſpatronatus iuris diſpoſitione, quid ſpirituale reputari.*

17 *Iuſpatronatus, quòd de ſui natura ad hæredes non tranſeat.*

18 *Verbum hæres in diſpoſitione appoſitum ſui natura non tranſitorium ad hæredes pro deſcendentibus capitur.*

19 *Iuſpatronatus cum vniuerſitate ad hæredes extraneos non tranſit.*

20 *Ius ſepulchrorum tranſire cum hærede, non in commiſſarium vniuerſalem.*

21 *Iuſpatronatus ad hæredes extraneos non tranſit.*

22 *Iuſpatronatus iure ſanguinis tranſit.*

23 *Iuſpatronatus ex gratia non mero iure laycis competit.*

Ratio ad idem aſsignatur.

24 *Dictio tantum ſui natura aliorum excluſiua.*

25 *Extranei, quo caſu in iurepatronatu ſuccedere dicantur.*

26 *Iuſpatronatus per ſe vendi non poteſt.*

27 *In venditione omnium bonorum, iuſpatronatus non venit.*

Ratio ad idem refertur.

28 *Bonorum appellatione iura, dignitates, & iuriſdictiones non venire.*

29 *Nomen omnium bonorum, nomen vniuerſitatis eſſe.*

30 *Iuſpatronatus cum vniuerſitate bonorum venire dicitur.*

31 *Iuſpatronatus in confiſcatione bonorum, ſecundum communem opinionem venire dicitur.*

32 *Mortuus ciuiliter dicitur, qui crmine læſæ maieſtatis damnatus reperitur.*

33 *Mors ciuilis, & naturalis æquiparantur.*

CONSILIVM LIIII.



VNIO facta de beneficio, quod eſt
de iurepatronatus, ſine conſenſu
1 patroni, nulla eſt. † Card. in con
ſil. 96. incipit, videtur vnio præ-
miſſa. colum. vlti. in verſic. quo
ad cauſam allegat. capitu. ſugge-
ſtum, de iurepatro. hoc tamen fallit, quando v-
nio fieret per Papam, ſeu Legatum Apoſtolicũ,
de beneficio, quod eſſet de iurepatro. laycorum,
ex priuilegio, ſeu præſcriptione, vt per Felyn. in
tract. ſuo, quando lit. Apoſt. noce. patro. eccle.
in penultima colum. verſic. limitatur. 11. & Fe-
deric. in conſil. ſuo 65. incipit, infraſcriptæ quæ
ſtiones. Anto. de Butr. in capit. dilectus. in pri-
ma quæſt. de offic. lega. Cardin. in clemen. pri-
ma. quæſt. 7. vt lit. penden. & in clem. per litte-
ras. in tertia quæſt. de præben. & idem Card. in
conſil. incipit, quo ad primum, in ſecundo du-
bio. Alexan. in conſil. 71. in quarto volu. idem
voluit Decius, in conſil. 117. in verſicu. tertio,
& vltimo, & conſil. 149. incipit, in cauſa iuriſpa
tronatus, colum. vlti. verſicu. ad hoc reſponde-
tur. idem voluit Alexan. in conſi. 70. incipit, vi-
ſo puncto, & diligenter examinato. colum. vlti.
volum 4. Felyn. in capitu. cauſam. in tertia col.
in verſi. aduerte, quia per prædictam. de præſcr.
Nec obſtat, ſi dicatur, quòd Felyn. in dicto trac.
lit. & in d. 11. limi. videatur dicere, ꝙ Cancell.
apoſtolica non faciat differentiam inter iuſpatr.
acquiſitum præſcriptione, & iuſpatro. ex dona-
tione, & fundatione. quod etiam videtur velle
Decius in conſil. ſuo 126. incipit, in cauſa Do-
mini Franciſci. in prima colum. in fine, ſequen-
2 do Imo. in dicto capitulo dilectus, in fin. † nam
ad hoc reſpondetur, quòd communis opinio eſt
in contrarium, a qua in iudicando non eſt rece-
dendum, vt voluit Alexan. in conſi. ſuo 71. col.
3 verſic. tertio reſpondeo, vol. 4.

Secundo videndum eſt, an ex diſpoſitione te
ſtatoris, qui iuſſit iuſpatronatus ad illos, de do-
mo de Baldachinis tantum pertinere, ſit exclu-
ſus Enſelminus de Enſelminis, videtur dicen-
dum, quòd nõ. pro quo facit pulchra deciſio Pe
tri de Ancharano, in conſil. ſuo 80. incipit, pri-
ma facie. vbi determinat, quòd ſi Patronus re-
ſeruauit ſibi iuſpatronatus pro ſe, & ſuis deſcen
dentibus, non extantibus deſcendentibus, hæ-
3 redes† extranei admittantur ad illud. mouetur,
quia prouiſio hominis non tollit prouiſionem
4 legis. † l. ſi cum dotem in principio. ff. ſol. mat.
l. ſi extraneus. ff. de condi. ob cau. ſecundo, quia
pacta, & conuentiones informantur a iure com
5 muni, & ab eo interpretantur.† l. quæro. §. inter
locatorem. ff. loc. capit. cum dilectus. de conſue.
l. 2. C. de nox. licèt ergo teſtator voluerit illos de
Baldachinis tantum ſuccedere, non propterea
videtur excluſiſſe ſucceſſores illorũ. Tertio mo-
uetur, quia teſtator fecit mentionem de deſcen-
dentibus, volens eis pinguius prouidere. Et ſi-
milem deciſionem ponit Calder. in conſil. 4. in
hoc titulo, de iurepatr.

Iſtis tamen non obſtantibus, teneo opinionẽ
ſupra firmatam, quia contractus ex conuentio-
6 ne legem accipiunt.† l. prima. §. ſi conueniatur.
ff. depoſ. ſic & iuſpatronatus recipit eſſentiam
ex conuentione appoſita in ipſa fundatione, ſe-
cundum Innocen. in rubr. de iurepatronatus.

Præterea patronus reſeruauit iuſpatronatus
illis de domo ſua de Baldachinis tantum, volẽs
eius poſteritati prouidere, & conſulere. l. cum
acutiſſimi. C. de fideicom. quod ergo fauore po
ſterorum fuit reſeruatum extraneis, competere
7 non debet. l. † pater filiæ. ff. de ſeruit. lega. Præ-
terea, dum dictus teſtator vocat illos de Balda-
chinis tantum, alios excludit. l. ſicut certi. C. de
milit. teſta. Ita arguit Bart. in materia ſtatutaria,
in l. ſecunda. §. videndum. ff. ad Tertullianum.
Ex quo vltimo reſoluitur vltimum argumentũ
Petri de Ancharano. Nec obſtat primum, quia
cum prouiſio, quòd hæredes extranei admittan
tur, ſit ex gratia, & ſic extraordinaria, tollitur ꝑ
prouiſionem teſtatoris. Bart. in l. ſecuuda. C. de
iur. emphy. & in l. ſi cum dotem. in princ. ff. ſo-
lut. matri. ſecundum argumentum non obſtat
quia illi reſpondetur ex notatis per Io. & Abb.
in capitulo inſinuatum. in fine. de ſimo. dum al

legat

legat Io. And. in c. possessor. de reg. iur. in 6. vbi dixit, q ius cōe non interpretatur dispositionē, siue statutū, quando ius cōe procedit per fictionē, & improprietatē, vt in casu nostro. Facit ad prædicta, quod sumus in odiosis, ēt si ī extraneis militaret ea ratio dispositio testatoris facta per dictionē tantū ad eos nō extēderetur, Bart. in l. si constante. ff. solu. mat. & in l. serui nomine. ff. de
8 vsuca, & Bal. in l, 2. C. de patri. qui fil. distr. † Et q Enselminus non habuerit dictū iuspatronatus facit, quia nō erat de domo de Baldachinis, & sic erat extraneus. Nā quicquid dicāt Doct. vbi Ab. in c. 1. de iurepatr. & in c. cū secu. eo. ti. & Card. & Imo. in d. rub. vbi concludunt, q iuspatr. transeat ad hæredes extraneos: dico dictā conclusio-
9 nē non procedere de iure. † quia validū est arg.
10 a iurepatr. libert. † gl. in d. c. 1. in gl. 1. sed ad ius
11 patr. libert. extranei non admittuntur. † l. cū patronus. ff. de oper. liber. sic, nec succedāt in hoc.
12 Secundo facit tex. in c. quicunq; 8. q. 7. † Ergo alii excludunt. l. cū prætor. ff. de iudi. sed si iuspatronatus trāsiret ad extraneos, ipsi quoq; essent alendi. In casu illo, qđ tamen negat tex. nā translatio fit de persona ad psonā, cū suis qualitatib.
13 † l. 3. in prin. ff. de fun. instr. l. Caio. vbi Bar. ff. de alimen. & ciba. lega. Tertio induco tex. in d. c. filiis 8. q. 7. dū imponit onus filiis, & filiis descenden. patronis, Ecclesiam defendendi. Ergo aliis hoc onus impositum non censetur, & per consequens ad eos non transit iuspatro. Quarto arguitur, q verbum, hæres, de quo in illo text. capitur
14 pro descendente, † ne insurgat iniquitas contra mentem disponentis. l. ex facto. §. fi. ff. ad trebel. Bart. in l. Gallus. §. ēt. ff. de liber. & posthu. sed si iuspatr. competeret hæredibus extraneis, iniquitas insurgeret, quia Ecclesia nunquā liberaret a iurepatr. quod censetur quædam seruitus ei im-
15 posita † gl. in c. piæ mentis. 16. q. 7. raro. n. cōtingit, q quis hæredem non habeat, saltem fiscum, vt voluit gl. in d. l. ex facto. §. vlti. Quinto & vltimo sic arguitur, iuspatronatus saltē iuris dispo-
16 sitionē est quid spirituale, † vt not. in rubri. de iurepatro. Et per consequens de sui natura non
17 transit ad hęredes. † c. ex trāsmissa. de fil. presby. tunc sic verbum hæres appositum in dispositione siue natura non transitoria ad hæredes capi-
18 tur pro descendentibus. † ca. 1. §. & clientulus. de feu. alie. in vsib. feud. Bald. & Doct. in d. l. Gallus. §. etiam si parenti. Ex quo fundamento patet responsum ad iura, quæ dicunt, quòd iuspatronatus competit hæredibus. Ad rationem Abba. in dicto capit. 1. dum dicit, quòd ex quo iuspatronatus transit in extraneum, cum vniuersi-
19 tate. † cap. ex litteris. & capit. cum seculum. de iurepatrona. a fortiori transibit in extraneū hæredem institutum a patrono, respondet, quòd non valet. consequentia patet, quia ius sepul-
20 crorum transit in fideicom. vniuersalem. † Ita Alexan. post alios in l. si patroni. in fine principii. ff. ad Trebel.

Et hanc opinionem, quod iuspatronatus nō
21 transeat ad hæredes extraneos, † videtur sentire Abb. in ca. primo. de præb. dum dicit, quòd
22 iuspatronatus transit iure sanguinis. † allegat. c. primum & cap. quoniam. de iurepatro. & capit. piæ 17. quæst. septima. ac etiam dum dicit, quòd iuspatronatus competit laycis, ex gratia, nō mero iure, vt inducerentur ad fundandū, & dotan
23 dum Ecclesias. † capitu. tertio de iurepatrona. quæ etiam opinio comprobatur ex eo, quòd Doctores volunt, quòd iuspatronatus transeat ad extraneos hæredes, quia illud transit cum vniuersitate bonorum, & tamen ista non est bona ratio. patet, quia iuspatronatus non transit in fideicommissarium vniuersalem, vt volunt Barto. in l. quia perinde. ff. ad Trebel. & ibi Alexander, & ibi communiter Doctores, & est opi. communis Docto. quam refert, & sequitur Dominus Rocchus de Curt. in tracta. suo de iure patro. §. ipse vel is, a quo q. 8.

Et tanto magis non potuit transire in casu nostro, in Enselminum. quia expresse id prohibuit testator, dum dixit, quòd in eo succedant illi de domo de Baldachinis tantum, quæ
24 dictio excludit alios, vt supra dictum fuit: † Et sic succedit doctrina Bal. in l. secunda. circa primum. C. de in ius vocan. vbi dixit, quòd in iurepatronatus succedunt extranei, nisi aliud fue-
25 rit dictum in fundatione. †

Dubium est, quòd Enselminus habuerit dictum iuspatronatus, an illud amiserit per confiscata omnia bona mobilia, & immobilia ipsius Enselmini, & iussa vendi ad publicum incantum. Ex istis verbis videtur, quòd iuspatronatus non comprehendatur. Nam per se ven
26 di non potest. † notatur in capitulo ex literis. de iurepatronatus. Præterea hoc videtur comprobari ex doctrina Abba. post alios, maximè Innocen. in dicto capitulo ex litteris, vbi dixit, quòd si habens aliquos fundos in villa dicat, vēdo tibi omnia iura, quę habeo in tali villa, ius patronatus non venit. quia est, ac si dixisset, vendo tibi talem, & talem fundum. imo plus dixit ibi Innocen. & Ioan. Andr. quòd si vendo omnia bona mea, dicendo, vendo tibi omnia bona mea, iuspatronatus non transibit, quia non continet vniuersitatem in se. Præterea fuerunt confiscata omnia bona. Ergo non iuspatronatus, quod non venit appellatione bonorum,
27 cum sit ius. † vt habetur in rubrica. de iurepatronatus, & in capitu. primo eod. titulo. † Præterea bonorum appellatione non veniunt iura
28 dignitatis, & iurisdictiones. † Imo. in clem. pastoralis. in septimo notabili. Sed prędictis non obstantibus contrarium puto vero, quia nomē omnium bonorum, est nomen vniuersitatis,
29 † veluti hęreditas. l. bonorum. ff. de regulis iuris. Constat autem iuspatronatus venire cum
30 vniuersitate bonorum, † vt in dicto cap. ex litteris. & not. in clem. plures. eod. titu. merito venit in confiscatione bonorum, secundum commu.
31 opinio. Doc. † in d. c. filiis 8. q. 7. & in c. quanto.

de iudi. Secundo, iuspatronatus continetur in d. confiscatione, patet. Nã cõiter Doc. tenentes, ꝙ confiscatis bonis veniat iuspatronatus, exemplificant, quando oĩa bona fuerunt confiscata.

Præterea per cõdemnationem de crimine læ-
32 sæ maiestatis, quis dicitur mortuus ciuiliter.†
33 & mors ciuilis & naturalis æquiparantur. †

Hieronymus Gigas V. I. D.

IN MATERIA IVRIS PATRONATVS Pro R.D.Io.Maria de Brixia.

SVMMARIVM.

CONSILIVM LIIII.



Missa facti narratione tanquã notissima V.R.D. ex litteris, quæ ꝑponũtur in cã eidẽ ad referendũ cõmissa ꝑ Illustris. D. concludendũ esse arbitror, nullũ iuspatronatus competere Comitib. de Martinengo, de & super parrochiali Ecclesia Sancti
1 Georgii de Barco Brixien. diœc. †quod ex infradicendis clare patebit.

Et primo dico, ꝙ clarũ est, ꝙ iuspatronatus alicui cõpetit, aut ex facto ꝓprio, aut ex facto suorũ
2 maiorum, †vt patet ex diffinitione iurispatronatus, qđ secũdũ cõiter Doc. sic diffinitur. iuspatr. ẽ ius honorificũ, onerosũ, & vtile alicui, cõpetens in Eccl. ꝓ eo, ꝙ de diœcesani cõsensu Ecclesiam fundauit, cõstruxit vel dotauit ipse vel is, a quo
3 cãm habuit. †Ista fuit diffinitio Io. And. An. Car. Abb. & aliorũ. quã sequũtur ẽt Mod. Pap. in trac. de iurepatr. col. 2. Est igitur videndum.

Primò an prædictis Comitib. de Martinẽgo, ex facto suorũ maiorũ cõpetat dictũ iuspatronatus. Et dico, ꝙ non, quia de anno Domini 1470. die 3. Octob. Mag. Dominis Leonardo, & Io. Frã. fratribus de Martinẽgo cõcessum fuit ꝑ Reuerẽdissimũ tunc patrẽ Do. Dominicũ de Dominicis Epm Brix. ꝙ si & postquã ipsi Ecclesiã sub inuocatione S. Georgii cũ domo capaci ꝓ habitatione Rectoris. d. Ecclesię, in loco de Barco Brix. diœc. fundauerũt, siue fundari, & ædificari fecerunt, tunc & eo casu ipsis eorũq; hęredib. masculis in ꝑpetuũ iuspatronatus in d. Eccles. cõpeteret. Et sic sub condõne, ꝑdictis fratrib. iuspatro. ꝑdictũ fuit cõcessum. patet, nã dictio, si, cõdõnẽ
4 importat.† vt no. in l. 1. C. de his, quæ sub mõ. l. si Titio. ff. quãdo di. leg. ced. tradit Bart. in l. 1. ff. de condi. & dem. Et similiter dictio, postquã, cõ
5 ditionẽ facit. † patet ex regula tradita ꝑ Bart. in d. l. 1. col. 5. in ver. vlterius quæro quid. vbi dixit, ꝙ oẽ aduerbiũ, qđ dispõnẽ suspẽdit in aliquẽ fu-
6 turũ euentũ, condõnẽ facit.† prædicta aũt cõditio per præfatos Comites Io. Franc. & Leonardũ fratres minimè fuit adimpleta. Nã vigore d. concessionis tenebãtur copulatiuè duo facere fundare & ædificare. Et tamẽ tantũmodo Co. Io. Fran. fundauit, & cępit Ecclesiã, vt patet ex depõnib. testiũ examinatorũ pro parte d. Comitis. Et sic condõnẽ tantum ꝓ parte adimpleuit, quo casu
7 nullũ iuspatronatus acquisiuit.† l. qui duob. hæredib. ff. de cond. & demon. vbi is, qui condõnẽ ꝓ parte non in totũ adimpleuit, legatũ sibi sub
8 condõne relictũ non consequitur, ẽt ꝓ parte. Ecclesia. n. non dr̃ deducta in esse, nisi fuerit funda
9 ta, & cõstructa, vt voluit Inn. in rub. de iur. patr. Et patronus est sicut pater, qui filiũ genuit, & de
10 nõ esse ad esse deduxit, †secũdũ Inn. in d. rub. Et cũ tꝑe dicti Co. Io. Fran. Ecclesia ꝑdicta nõ hr̃et oẽs sui partes, & sic esset imꝑfecta, vt patet ex dictis dictorũ testiũ, Co. Io. Frã. nõ potuit esse illius patronus. vt pulchrè dixit D. Rocchus de Curte
11 †insignis Doc. Pap. in d. trac. de iurepat. in §. Ecclesiam fundauit. in ver. 2. quæro. in fi. non suffi
12 cit incipere, nisi quis opus compleat. l.† nam & si ff. de inoffic. testam. Et si diceretur, ꝙ d. Comiti Io. Fran. ex sola fundatione d. Ecclesiæ acquisitũ fuit iuspatronatus. c. 3. de iurepatro. vbi ex sola fundatione facta de cõsensu Epi, iuspatrona-
13 tus acquiritur, †r̃ndetur, ꝙ Reuerend. tunc Ep. Brix. nõ consensit acquisitioni dicti iurispatronatus, nisi si, & postꝗ Ecclesiã d. fratres fundauerint, & ædificauerint, & sic copulatiuè. ad cuius
14 verificationẽ vtraq; pars vera esse dẽt.† iux. no. in l. si is, qui ducẽta. §. vtrũ. ff. de reb. dub. si igitur Co. Io. Fran. non adimpleuit condõnẽ, non potuit dictũ iuspatronatus acquirere, & sic illud ad hęredes suos transmittere non potuit. l. legata, sub conditione. ff. de condi. & demon.

Nec suffragatur confirmatio Alex. VI. summi Pont. quia cum tempore dictæ confirmationis, ꝗ fuit de anno 1493. narratũ fuerit falsè Sũmo Pontifici,

Pontifici, ꝙ dicta Eccle. & domus erãt ædificatę, tamquã surreptitia, nullũ ius cõfert, nec confer re potuit d.Co. Fran. Imo est ipso iure nulla q̃a
15 fundata super falsa cã.† facit doctr. Pet. de Anc. in consil. suo 226. incipit, ex tenore priuilegii Apostolici. col. 1. vbi dixit, ꝙ quando gratia fun datur in aliqua cã, quæ vere non subest, dr̃ subre
16 ptitia.† quã doctrinã pro mirabili refert, & seq̃tur Fely*n*. in c. postulasti. col. *6*. versicu. vlterius. de rescri. Patet igitur ex supradictis, ꝙ ex facto dicti q.Co.Io. Franc. nullum iuspatronatus dictis suis hæredib. competit, nec ex facto q. Comitis Leonardi. quia ipse mortuus fuit antequam aliquod fieret ex prædictis. Et minus competit prædictis Comitibus de Martinengo, iuspatronatus aliquod ad dictam Ecclesiam, ex facto Co. Ioan. mariæ. q. eorũ patris, qui, vt ex dictis testium apparet, post mortẽ d.q. Comitis Io. Francisci eius patris, Ecclesiam, & domũ prędictas ædificari, & compleri fecit: quia ex hoc nullum iuspatronatus ei acquisitum fuit. Ex quo id non fecit de licentia ordinarii, & diœcesani. facit doctr. Ioan. And. & Hostiẽ. in capit. nobis. In 2. col. de iure patronatus. Sed si istorum alterum sine consensu diœcesani fieret, illi tantum qui consensum diœcesani haberent, essent patroni. Idẽ voluit Abb. in cõs. 59. incipit, quidam D. Iacobus. in ver. Tertio principaliter. Et dixit Ang. in cõs. suo 135. incipit, bona dicti testõris, ꝙ si quis a testatore iussus fuerit Ecclesiam ædificare, consensum, tamen Epi requirere dẽt. c. 2. de iud. c. oẽs basilicę 16. q. 7. ita Abb. in cons. suo 59. incipit, D. Iac. de Rachenato. in ver. tertio principaliter.

Et si dicatur, ꝙ ex quo præfatus q. Comes Io. Maria filius dicti q. Comitis Io. Francisci, Ecclesiam, & domum prędictas cõpleuit, satisfactum sit conditioni, quæ ꝑ dictum q. Comitem Ioan. Franciscum eius patrem adimpleri dẽbat, cum
17 patris, & filii vna eademq; persona cẽseat.† l. fi. C. de impu. & ali. substi. Et sic, ꝙ sibi ꝓpterea iuspatronatus acquisitũ fuerit, respondet, ꝙ condõ non per æquipollens, sed in forma specifica ad-
18 impleri dẽt.† l. mæuius. ff. de condit. & demon. Nec põt per hæredẽ impleri. l. a testatore. ff. de eo. tit. per quem tex. deciditur casus iste.

Patet igitur ex prædictis, nullum iuspatronatus dictis Comitibus competere ad dictã Ecclesiam de Barco, ꝙ appareat, vel apparuerit, tẽpore, quo Reuerẽ. D. presbyter Io. Maria obtinuit sibi de dicta Ecclesia prouideri. Ideo ẽt ꝙ in bullis dicti D. Ioã. Mariæ nulla fieret mentio de aliquo iurepatronatus dictorum Comitum, merito eius prouisio sibi a Serenissimo D.N. de dicto beneficio facta valida esset, ẽt ꝙ ex post apparuisset de aliquo iurepatronatus dictorũ Comitum. Ita decidit Car. in cons. suo *69*. incipit, vacante quadam parrochiali. col. 2. in ver. Sed cõtrariũ, vbi decidit, ꝙ si patroni tẽpore impetrationis factæ, per aliquẽ. de beneficio, in quo iuspatronatus prætendunt, sine illius derogatione non doceãt, ꝙ de eorum iurepatronatus clarè cõstabat, licèt postea doceant, gratia firma manet, quia tp̃s
20 datæ attenditur. † c. eam te. & c. capitulũ. de rescrip. Et ꝑ prædicta concludendum arbitror, ꝙ partes R.D.V. sint in proposita q̃one referendi Illustrissimo Dominio, nullũ iuspatronatus cõpetere in d. Ecclesia præfatis Comitibus. Et propterea D. presbyterum Io. Mariã virtute suæ prouisionis mittẽdũ fore, ac esse in possessionem dictæ Ecclesiæ, vel saltem ipsas partes esse remittẽdas ad suos iudices competentes.

Et ita, vt supra iuris esse arbitror, Ego Hieronymus de Gig. V.I.D. minimus, saluo semꝑ. &c.

PRO R. D. IO. MARIA DE BRIXIA, in materia iurispatronatus.

SVMMARIVM.

1. *Ius implendi conditionem potestatiuam in contractibus an transeat ad hæredes. Communis opinio refertur.*
2. *Contractus vltro citroque obligatorius, quòd semper sit onerosus.*
3. *Consensus ordinarii in aliquo facto interuenisse in præiudicium alterius non præsumendum.*

CONSILIVM LV.


IFFICVLTAS, vt audio, in duob. cõsistit, in casu nostro. primo, quia dicitur, ꝙ cõis opinio est, ꝙ in cõtractib. ius implendi cõdictionẽ
1 ptãtiuã transit ad hæredes. † Circa quod breuiter dico, contrariũ esse, ꝙ imo cõis opinio, ꝙ non transeat. Ita voluit Bal. in l. si decẽ cũ petiero. vbi allegat optimã rõnẽ. ff. de verb. obl. & idẽ Bal. in c. ad nostrã. In 2. col. in ver. illud ẽt notabis. de iureiur. idẽ voluit Pau. de Cast. in d. l. si decẽ cũ petiero. Et ibidem Alex. in ver. ex hac gl. hanc eandẽ opin. sequitur Aret. in l. qui Romæ in §. augerius. In prin. ff. de ver. ob. Et ibi Soc. latè in 1. & 2. col. vbi pulchrè distinguit. hanc ẽt opin sequitur Ias. in d. l. si decẽ cũ petiero, col. 3. in fin. Nec est verũ dicere, ꝙ vbi agitur titulo lucratiuo, vt in l. a testõre. ff. de condi. & dem. cõdõnis implendi ius ad hæredes nõ transeat. Secus in onerosis, quia cõtractus cũ
2 sit vltro citroque obligatorius. † l. labeo. §. cõtractum. ff. de ver. sig. semper est etiam onerosus. Et tamen in eis ius implendi condictionem potestatiuam ad hæredes non transit.

Secũdum, quod facere videtur dubiũ, est, q̃a videtur, ꝙ in dubio p̃sumitur accessisse consensus Epi, vt videtur tenere Rocchus in tract. de iurepatr. in verbo diœcesani. q. 7. ad hoc respondetur, ꝙ consensus non præsumitur in præiudiciũ alterius, vt voluit Alex. in l. sciẽdum. col. 4. vers. quod intelligit. ff. de verb. ob. Tunc enim requiruntur ad minus 30. an. ad præsumendũ cõsensum. c. peruenit. cum gl. ibi, ad emp. & vendi. Fely. in c. sicut. ad 14. ver. 2. aduerte, de re iud. sed quia hoc agitur de præiud. D. Io. Mariæ, meritò nõ præsumetur, maximè, quia sunt elapsi 30. an.

Secundo modo respondetur, ꝙ consensus ꝑsumitur, quãdo nõ negatur interuenisse. secus, quando negatur, vt in casu nostro. Felyn. in d.c. sicut. col. 13. in ver. fallit 2. Et ita dicit ẽt Ias. in d.l. sciendum. col. 6. de verb. oblig. vltra eum allegat Io. Andr. Et Imo. in c. cum dilectus. de consue. in casu nostro tota vis consistit, quia consensus Episcopi dicitur non interfuisse.

Ad illud, qđ dicebat Arc. in c. nemo. de consecra. dist. 1. ꝙ Ecclesia pręsumitur consensu Episcopi ædificata, quando longo tempore pro Ecclesia locus fuit cultus, respõdetur, ꝙ illud est verum, per temporis spatium, de quo non sit hominum memoria in contrarium. Ita Rot. decis. 4. in titulo. de testi. in antiquioribus. ꝙ conditiones, quæ tacitè insunt, ex iuris dispositione, non faciunt actum conditionale.

Ad illud, quod dicitur, quod expresſio eorũ, quæ tacitè insunt, nil operatur. l. aliquando. ff. de condi. & demonstr. l. 3. ff. de leg. 1. respondetur, ꝙ expresſio eorum, quæ insunt, de necesſitate operatur, & facit actum condõnalem, quãdo exprimuntur alio modo, ꝙ̃ insunt. l. si ita legatũ. §. illi si volet. ff. de leg. 1. vbi Doct.

Quod aũt aliter sit expressum, quã insit, in casu nostro, patet, quia de iure ex sola fundatione accedente consensu Episcopi, iuspatronatus acquiritur. tex. in c. nobis. §. ꝓ fundatione. de iure patr. concludit Abb. in c. cum Ecclesia vulterrana. col. 4. de elect. qđ amen intelligitur aliis construentibus, & dotantibus, &c. Et tamen in casu nostro requirebatur, ꝙ dicti fratres de Martinengo fundarent, & construerent Ecclesiam, & domũ. Et sic aliter fuit expressum, ꝙ̃ de iure inesset. si quidẽ de iure, ex sola fundatione aliis cõstruẽtibus iuspatronatus acquiritur. Et tunc non adimpleta tali cõditione, cõmodum ad hæredes non transmittitur. d. l. si ita legatum. §. illi si volet. de iure aũt non intrat tacitè, ꝙ ipse fundaret, & construeret de necesſitate Ecclesiã, & domũ.

Præterea ædificatio domus de iure nõ veniebat, contractus ex conuentione legem accipiũt. l. 1. §. si conueniatur. ff. deposi. in casu nostro Innoc. in rubr. de iurepatro.

Ad tertium dũ dicitur, ꝙ ius adimplendi conditionem ptãtiuã non transit ad hæredes. l. a testatore. ff. de condi. & demon. Istud procedit in vltimis voluntatibus. secus in cõtractibus, vt dicit Bar. in d. l. a testatore, & dũ dicitur, ꝙ quando is, qui dẽt conditionem adimplere consequitur aliquid onerosum, conditio transit ad hæredes, illud procedit in cõtractibus, dũ vbi dicit, quòd quando ille, qui dẽt obligari ex implemento cõditionis, aliquid accipit ius implendi conditionẽ, ad hæredes trãsit. allegat tex. in l. 2. C. de pac. inter empt. & vendi. ad hoc respondetur, ꝙ procedit in cõtractibus citro vltroque obligatoriis. secus in casu nostro. secundo dicitur, ꝙ in d. l. 2. expresſè fuerat facta mentio, ꝙ hæres posset retinere. tertio respõdetur, ꝙ illa lex loquitur in pacto, non in conditione, patet ex glo. ibi, in verbo, hæres, dum allegat. l. si pactum. ff. de probat.

Præterea conditio potestatiua, quæ pẽdet ex dispositione legis, vt in casu nostro, non põt ab hæredibus impleri. tex. in l. 3. in prin. ff. de colla. bono. & ibi Bar. Ias. in d. l. si decem cum petiero. col. 4. in ver. amplia istam.

Demum prædictum contrarium procedit in contractibus.

Quando non constat Ecclesiam esse patronatã, valet col. ordinarii, patronis non vocatis. Ab. in c. si vero. de iurepatr. Rocch. in d. tract. in verbo, honorificum. col. 2. ver. octauo limita.

Ad id, quod dicitur, ꝙ hęres fundatoris tenetur perficere, qđ defunctus inchoauit. gl. in c. cũ sicut. de cõsec. Eccl. vel alta. & ibi Butrius, & Abbas. vbi habetur, ꝙ fundans, & cõstruens Ecclesiam tenetur illam dotare, & ista obligatio transit ad hæredes. responde, ꝙ non propterea sequitur, quòd si pater fundauit Ecclesiam, filius teneatur illam construere. præterea, ideo est, quòd consecrari faciens, vel construens tenetur ad dotandũ, quia videtur tacitè se ad id obligasse. Ex quo ius ita disponit, cũ Ecclesia nõ dẽat sine dote construi. facit tex. in d. c. cũ sicut, per quem. Ita dixit Abb. in c. ad audientiã. col. 2. de Eccles. ædifican. quinimo in defectũ Eps tenetur Ecclesiã dotare, vt not. in d. c. sicut. & in d. c. ad audiẽtiã, ꝑ Abb. & alios, & est tex. in c. fi. de Eccl. ædifi.

Præterea aduertendum est, ꝙ qui Ecclesiã coactus a iure dotat, ex tali dotatione nõ consequitur iuspat. ita Rocchus in d. trac. in verbo, dotauit. q. 5. Quarto, dũ dr̃, ꝙ ex quo in casu nostro iuspatronatus fuit reseuatũ dictis Cõitib. & eorũ filiis, ex quo filii sunt honorati, cẽsẽtur ẽt grauati opus ꝑficere, ꝑ eorũ patres cęptũ, iuxta not. ꝑ Bar. in l. sed, si sic. ff. de leg. 3. & in l. cẽturio, in 8. col. ver. quæro vlterius. ff. de vulg. & pup. text. est ĩ l. Titia Seio §. cura liber. ff. de leg. 2. Ad hoc dicitur, quòd, vt superius dictũ est, filius nõ fuit honoratus, nisi conditionaliter, & conditio non fuit adimpleta. Et sicut eo casu nõ reperitur honoratus, ita nec grauatus. Quinto respondetur vt supra dictum fuit, ꝙ non reperitur iure cautum, quòd filius teneatur perficere Ecclesiam, quam eius pater cœpit. Tertio dicitur, ꝙ prædicta locũ habẽt in testamẽtis. Nec procedũt, si cõdictio nõ fuit impleta, d. l. a testõre. ergo condõne non adimpleta, in casu nostro, nll transit, &c.

Præterea dico, in casu nostro, quòd isti hæredes ex constructione nullum habent iuspatro. nam præsumuntur vti voluisse mera liberalitate, vt dicitur in extraneo, qui mulierem dotauit, præsumitur voluisse dotare. l. vnica. §. accedit. C. de rei vxor. actio. & si istud est fauore matrimonii temporalis, multo magis in isto casu spirituali. capit. si ex publico. supra. de conuer. cõiugat. & quòd sit verum, in casu nostro patet, quia non adhibuerunt consensum Episcopi, ex quo mera liberalitas præsumitur. Et in dubio don. pura, non ob causam præsumitur. l. seia. §. fi. ff. de donat. causa mort.

Circa

Circa sextum.de præsumpto consensu dicitur non effluxisse tantum tempus.

Circa sextum fuit derogatum.

Hieronymus Gigas V. I. D.

IN MATERIA IVRIS PATRONATVS redditum per præstantissimũ D.Bartholomeum Socinum Senensem,aliàs non impressum, eius manu subscriptum.

SVMMARIVM.

1 *Parrochiani patroni,anvt singuli præsentare poßint.*
2 *Parrochiani vniuersitatem quandam, & collegium faciunt, ac repræsentant.*
3 *Parrochiani, qui dicantur,& sint.*
4 *Parrochianis præsentare, non nisi insimul conuenerint,permissum esse.*
5 *Procurator eadem potestate, qua Dominus subrogatus existit.*
6 *Parrochianis, vt patronis etiam vt singulis præsentare permissum.*
7 *Lapi de Castiglione insignis Doctoris in allegationibus commendatio.*
8 *Parrochianis præsentantibus aliquem iure singulari, aliũ iure collegij p̃sentare minus permissum esse.*
9 *Ius præsentandi per primam præsentationem consumptum esse.*
10 *Præsentatio facta a singulis parochianis, quòd ita valeat perinde,ac si collegialiter.*
11 *Collegia regulariter prohibita censeri.*
12 *Collegiũ sibi constituere, quo casu plurib.p̃misũ sit.*
13 *Parochiani ad omnia, & singula, quæ tenentur, in quibus vt singuli, non vt vniuersi obligentur.*
14 *Collegium,an faciat pars aliqua ciuitatis.*
15 *Hominibus certæ contratæ, vt singulis præsentare permissum.*
16 *Lapi opinionem allegat ex 12.cõmuniter approbari, nec aliquem contradicere.*
17 *Vniuersitas,quibus requisitis constare dicatur.*
18 *Accidentia inquantum conferant ad cognoscẽdum, quod sit.*
19 *Maior pars præiudicat minori.*
20 *Maior pars, quod singulariter præsentet, minori parti, aliter non citatæ,quod in electione secus est. Ratio ad idem refertur.*
21 *Absentes in arduis citandos esse.*
22 *Forma, & solennitas seruanda a Domino in aliquo actu seruata in constitutione procuratoris ad illũ actum,non est seruanda per procuratorem in explicatione illius actus.*
23 *Papa mandans aliquid fieri a canonicis,an debeant collegialiter hoc facere,an vero singulariter.*
24 *Verba mandati Procuratorij, quod vnus sine altero non poßit,qualiter intelligenda.*
25 *Consentire in idem,ꝙ ẽt diuerso tempore fieri poßit.*
26 *Consensus natura, quod ex post facto interuenire poßit,& in quibus casibus.*
27 *Collatio si quæ ab epõ fiat de beneficio iurispatronatus, existente,quo casu nulla,& inualida dicatur.*
28 *Patronorum consensus si accedat actui valido,quòd poßit etiam singulariter præstari.*
29 *Quando illi de collegio habent consentire circa actũ qui tenet,sed potest per ipsos irritari,ad hoc vt facultas irritandi cesset, quòd singulariter consentire poßint.*
30 *Contemptus vitium,quominus actum sui natura validũ infringat,qualiter purgari dẽat, aut poßit.*
31 *Procuratoris cũ libera constituti,qualis sit facultas.*

CONSILIVM LVI.



DOMINVS labia mea aperiat, & Spiritussanctus illuminet intellectum.

Quia in consilio supra reddito fit difficultas ex eo, quia dicitur, ꝙ parochiani patroni possunt, vt
1 singuli præsentare,† quod non videtur verum, quia parochiani videntur facere vniuersitatem
2 quandam,vel collegium, † sicut villa, vel castrũ, vel sicut aliud collegium ecclesiasticum: nã vno nomine nũcupantur parochiani,& dicuntur illi,qui habitant in certo loco finibus limitato,
3 sub spirituali cura sacerdotis parochiani.† vt in c.1.13.q.prima.& in cap.pastoralis, de iis, quæ fiunt a par. sine cons.5.c.

Vnde videtur facere corpus vniuersitatis, vel collegii, vt dixi.

Et sic videtur inferri, quod non possunt præ-
4 sentare, nisi simul conueniant.† cap. in Genesi. de electione.l.2.C.de decurio. lib. 10.

Inferri etiam videtur, quod sicut parochiani non poterant,nisi semel præsentare, ita etiã eorum procuratores non potuerũt, nisi semel præsentare,cum fuerint in eadem potestate subro-
5 gati. vt in cap.nuper. de donat. inter virum & vxo.& in regula,cum quis,cum materia,de reg. iur.li.6. Et hoc maximè,quia ita videtur eis demandatum,vt dictum est supra in priori consil.

Et hæc difficultas non tangit respõsiones datas ad cap. siquis iuramento.de elect.lib.6.

Sed tantum dicta circa secundum fundamẽtum,quod isti procuratores non consenserunt, seu præsentauerunt simul, prout de iure cõi, & ex forma mandati videbatur necessariũ,vt in cõsil.dictũ est. Sed ad hanc obiectionẽ,Respõdeo dupliciter. Primo, ꝙ imo parochiani patroni
6 possint ẽt vt singuli præsentare. Secundo posito,ꝙ ipsi non potuissent,vt singuli, præsentare: tamen dicti procuratores hoc facere potuerunt.

Prima respõsio probatur auctoritate insignis
7 Doctoris Lapi de Castilione,in suis alleg.†alleg. 22.vbi dicit, quod si parochiani præsentauerũt vnum iure singulari, non poterunt præsentare
8 alium iure collegii.†quia conscientia repugnat. sicut dicit gl.in d.c.siq̃s iux.in verbo nihil,& ad hoc alleg.ẽt disputationẽ Io.Calderini in simili, vt ibi per eum. vbi in effectu vult, quòd per primam præsentationẽ consumptv sit ius præsen-
9 tandi.† quod non esset, si præsentatio facta iure singulari non tenuisset, iuxta not.in capitulo, si compromissarius.de elect.lib.6.

Et sic vult, quòd præsentatio facta, vt a singu

lis, ita valeat, ficut si esset facta collegialiter.

10 †Et pro responsione ad obiectionem, ego præmitto, quòd cum collegia sint regulariter pro-
11 hibita, † vt tradit Bar. in l. fi. ff. de collegiis illicitis: ita demum plures possunt collegium sibi cōstituere, quando habent simul aliquod negotium, propter aliquam iustam causam tractare,
12 †aliàs si parum habent simul facere, non constituunt sibi collegium, sine superioris auctoritate, secundum Innocen. & sequitur Dominus Anto. in capitu. dilecta, de excessib. prælato. & sequitur ibi genitor meus, hoc præsupposito: Aut volumus dicere, quòd est collegium parrochianorum, quia intra limites parrochiæ habitant, & a presbytero parrochiano, quo ad spiritualia gubernantur. & hoc dici nō potest, quia perquisiui summistas, & maximè Hostien. in summa de parrochiis. §. secundo, vbi ponit omnia, in quibus consistit ius parrochiale, & quæ explicāda sunt a parrochianis. & reperio, quòd omnia, ad quæ parrochiani obligantur, tenentur, vt singuli, non vt vniuersi, vt in decimis, & oblationibus, in recipiendis sacramentis, & a-
13 liis ibi, enumeratis. † vnde sicut cætera, quæ a parrochianis sunt facienda, fiunt vt a singulis: ita ista præsentatio, quæ fit ab eis, fiat vt a singulis, cum de natura explicandorum a parrochianis, ex eo, quia sunt parrochiani, non sit, ꝙ ab eis, vt ab vniuersis, sed vt a singulis explicetur.

Secus autem est in explicandis per collegia, & vniuersitates, vt in dicto capitulo in Genesi, cum similibus.

Aut volumus dicere, quod est collegium vnius contratæ, quasi etiam pars aliqua ciuitatis
14 faciat collegium. † argumento. l. si quis a filio. §. si parti. ff. de lega. primo. & l. pen. C. de fundis rei priuatæ. lib. 11. ibi, vel burgis.

Et tradit Barto. in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. in tertia q. primæ principalis quæstionis.

Et hoc dici non potest in casu nostro, quia verum est, quòd pars faceret quasi collegium, vt dicit Bar. quando illa pars haberet negotia aliqua communia explicanda, vt dicit Innocen. in dicto capitulo dilecta, propter quæ faceret corpus aliquod communē distantem ab aliis partibus, prout loquitur text. in dicta l. penul. quæ loquitur de eo, qui seruierit longissimo tempore curiæ collegio vel burgis cæterisque corporibus, & sic loquitur de burgis, qui faciunt corpus, quod est, quando habent plura negotia cōmunia ob aliquam iustam causam, secundum not. per Innocen. & Dominum Anto. in dicto capitulo dilecta. & ita intelligit Barto. dum dixit, quod possunt facere statuta super communibus expēsis, quod non contingit in casu nostro, & sic nō potest dici collegium.

Et maximè, quia sub ea ratione, quia homines sunt in vna contrata, non habent commune nomen, quo casu non potest dici collegium, secundum Innocen. in dicto capitu. dilecta, quē ad hoc allegat Bald. in l. prima. in princ. ff. quod cuiusque vniuer. nomine, & sic, vt homines certæ contratæ possunt, vt singuli præsentare.

15 †Ex quibus concludo, quòd opinio Lapi, cui
16 non reperio aliquem cōtradicere, † de iure subsistit, quòd parochiani possunt, & vt singuli, & vt collegium præsentare. imo reperio, quòd secundum hanc opin. consuluit D. Abbas modernus in suo consil. 72. in secundo volumine, in secundo dubio, & loquitur quando ex antiqua cōsuetudine apparet, quòd parrochiani soliti sunt præsentare, & non apparet, quomodo acquisitū fuerit iuspatronatus. quod potuit eis, vt singulis, ex præsentatione acquiri, cum non faciant collegium, vel vniuersitatē, vt probat. d. Abbas. Et sic tollitur quædam obiectio, quæ in contrarium fit. Et potuerunt à principio etiam effici patroni ex dotatione facta a parrochianis, vt a singulis.

Item ex fundatione facta, vt a singulis, quia hoc non est absonum, imo verisimile, cum non faciant vniuersitatem, vt dictum est. & sic stat firmum fundamentum factū in consil. 1. ista enim etiam non contradicunt, quòd vt singuli possint præsentare, & etiam quasi collegium possit collegialiter, quia pur potest dici quasi quoddam corpus, & collegium, vt dicit Bart. in dicta l. omnes populi.

Sed non propriè, vt dictum est, cum non habeant etiam communem bursam, non eligant sibi rectorē, seu caput, & alia non habeant, quæ
17 solent habere vniuersitates, quæ habētur † in l. prima. circa principium. ff. quod cuiusque vniuersi. nomine: quæ licèt sint accidentia, & nō de essentia necessaria collegii, vel vniuersitatis: tamen accidentia magnam partem conferunt ad
18 cognoscendum, quod quid est, † vt in l. stigmata. C. de fabricensibus, lib. 11. & philosophus in primo de anima. ponit etiam Bal. in l. conuenticulam, ad finem. C. de episc. & cleri.

Et si dicatur, licèt parrochianis cōpeteret, vt singulis, tamen ex quo maior pars præiudicat
19 minori, † debent simul cōuenire. l. & suum. ff. de pactis. in fine. & ita per illum tex. tenent Rayne. & Barto. in l. omnes populi. in prima quæstione principali. ff. de iusti. & iure.

Nam ad hoc fuit in consilio respōsum, quod communis opin. Doctorū in præsentatis est in contrariū, quòd imo sufficiat, quòd maior pars singulariter præsentet, non citata minori par-
20 te, † secundum Ioan. And. Dominum Anto. & alios, in d. c. quoniā. de iurepatr. Licèt secus sit in electione, vt in cap. quia propter, & in capit. quod sicut. extra de elect. & sic dici potest, quòd regula Bar. quam pro se adducit Dominus Abb. non habet locnm in hac materia præsentationis. & ratio diuersitatis assignari potest, quia in præsentatione non vertitur magnum, & perpetuum præiudicium, cum denuo vacante beneficio, adhuc possint iterū præsentare, vt in capi

tulo

pitulo decernimus. 16. quæstio. septima. Sed in statutis concedendis, ex quibus præiudiciũ magnum, & perpetuum infertur, & in remissione debiti, quibus casibus loquitur Barto. per d. l. & suum in fi. vertitur magnum præiudicium, ideo vocandi sint absentes: & plures debent in vnũ conuenire, & ista responsio probatur ex dictis Innocen. in capit. 2. de nou. ope. nunc. vbi vult,
21 quòd in arduis causis citandi sunt absentes. † & traditur in capitu. præsentia. de testibus lib. 6. & ita potest saluari communis opinio ab obiectione Domini Abbatis. qui consulendo sequutus est opin. Ioan. Anto. tanquam communem, vt patet consil. 76. in secundo vol.

Secunda principalis responsio posito, quòd parrochiani præsentando deberent simul conuenire, dico, quòd satis fuit, quòd ipsi conuenerint in constituendo duos procuratores ad præsentandum, siue hoc competeret eis, vt singulis, siue vt vniuersis. & sic valuit constitutio procuratorum, vt probatum est in consilio non obstante capitulo siquis iuxta. de elect. lib. 6. & ad rationes in cõtrariũ, quod præsentatio procuratoris non fuit simultanea respondetur ad primam, quòd licèt de iure parrochiani deberent simul conuenire, si ea ratione hoc admitteretur, quia maior pars præiudicat minori, licèt, vt singuli possent, vt dicit Dominus Abbas, hoc nõ haberet obstare, quia etiam in terminis. d. l. & suum. §. fina. ff. de pactis, debent plures insimul conuenire ad hunc effectum, vt maior pars pręiudicet minori.

Si autem omnes consentirent, licèt singulariter, tunc satisfactum esset dispositioni illius textus, secundum Albericum de Rosate. ibi, ita si omnes parrochiani singulariter consentirẽt, satis esset.

Ex quibus in proposito dico, quòd cum omnes procuratores consenserunt, qui fuerunt legitimè constituti, non est curandum, quomodo consenserint simul vel separatim.

Si verò ea ratione deberent conuenire, quia vt vniuersi debebant consentire, dico, quòd satis fuit, quòd in constitutione procuratoris simul conuenerint, licèt postea procuratores simul non conuenerint in præsentatione.

Quia forma, & solemnitas seruanda a Domino, in aliquo actu, si fuit seruata in constitutione procuratoris, ad illum actum, non est seruanda per procuratorem, in explicatione il-
22 lius actus. † Ita concludit not. Ang. & sequitur Rapha. Cuma. in l. apud Iulianum. in fi. ff. ex quibus causis in possef. eatur, & sic licèt, vt singuli præsentauerint, tamen valuit eorum præsentatio: licèt parrochiani non potuissent, vt singuli pręsentare. Et probabitur hoc ex statim dicẽdis.

Non obstat secunda ratio, quia pro solutione ipsius, & etiã præcedentis dico, quia ex quo cõmissa est duobus procuratoribus, illos specialiter nominando, dicitur hoc commissum eis, vt singulis, non vt collegio. Et ideo potuerunt, vt singuli præsentare. ista cõclusio probatur in fortioribus terminis, per ea, quæ ponit Dominus Ant. & sequitur Dominicus allegando Hostiẽ. in capitu. cum omnes. De constitut. vbi quando Papa mandat aliquid fieri a canonicis, an debeant collegialiter hoc facere, an sufficiat, quod
23 singulariter, † dicunt, quòd si Papa mandat capitulo, & & sic sub nomine collegii, & tunc dẽt id collegialiter explicari. Aut mandat canonicis, & tunc sufficit si singulariter, quia ita uidetur de mandatum. Cum ergo mandatũ fuerit duobus procuratoribus nomine etiam proprio expresso, censetur mandatum ipsis, vt singularibus, non vt collegio. Igitur potuerunt, vt singuli, explicare, & per consequens separatim. casus est, in l. exceptionem, quæ est l. fina. ff. communia prædiorum. & tradunt Domini Canonistæ in capitu. in Genesi. extra de electio. & hoc videtur clarum fundamentum in materia.

Præterea etiam licèt, quando delegatus vel arbiter, sine alio non potest actum explicare, prout habetur in capitulo cum ab vno. de re iudicata. lib. 6. & per glos. & Docto. in l. item si vnus. §. celsus. ff. de arbitris. & tradit Barto. in l. Pomponius. aliàs incipit, si vni. ff. de re iudicata. Tamen quando procurator sine alterius consensu non potest actum explicare sufficit, quòd cõsensus illius superueniat, & ratificet. text. est cum glos. singulari. & ibi approbata. in l. secunda. C. de iure fisci. lib. 10. & ibi multum insistit Bal. super ratione diuersitatis.

Ex quibus infero, quòd illa verba apposita in mandato, quòd vnus sine altero non posset, sed quòd ambo concurrere, & consentire deberent in eandem personam, intelligi debent, secundũ
24 † subiectam materiam. l. si vno. in principio. ff. loca. l. si stipulatus. ff. de vsuris. cum similibus, scilicet ꝙ concurrant, & consentiant siue singulariter, siue communiter.

Et maximè, quia hoc est parum præiudiciale, siue simul, siue separatim hoc facerent procuratores. cum parrochiani tantum considerauerint effectum, quòd concurreret consensus amborum, & non modum. Vnde non refert, quomodo interuenerit, dummodo interuenerit. l. tertia. C. de institut. & substitut. sub conditione fact. & ibi not. per Bart. in l. Gallus. §. & quid sit tantum. ff. de libe. & posthum.

Et in leuibus etiam forma non præsumitur, vt probatur in l. cum hij. §. si prætor. ff. de transact. cum similibus,

Præterea, licèt isti duo procuratores haberẽt concurrere, & consentire in eandem personam, tamen in hoc conceditur libera potestas, quia in mandato demum circa prædicta conceditur libera potestas. igitur potuerunt concurrere, & consentire siue communiter, siue singulariter, ex quo simul concurrendo, & consentiendo in vnum habebant liberam potestatem. argumento not. in l. procurator. cui libera. ff. de procurato. & notatur in fortioribus terminis per Barto.

in l.si in l.ff.locati. & per Pau. de Castro, & Dominum Alexan. in l. qui Romæ.§. calimachus. in fine.ff. de verb.oblig.

Ad prædicta etiam optimè facit text.in capit. si duo. de procuratorib.lib.6.vbi habetur,quòd si duo habent mandatum insolidum, iudex debet vnum eligere, ne si concurrerent, contingeret intricatio. & tamen clarum est, quòd semper dicuntur concurrere, quando ambo veniũt ante litem contestatam, licèt diuersis temporibus,quia post dicitur facta præoccupatio, & nõ ante, & sic procuratores dicuntur in idem concurrere, licèt diuersis temporibus. consentire etiam dicitur in idem, quod diuerso tẽpore con
25 sentit, † quia de natura consensus est, quòd etiã possit ex post facto interueniri, nisi adhibeatur
26 per viam solennitatis, † vt dicunt Ang.& Mod. in l.si quis mihi bona.§.iussu.ff.de acquir. hære. & Dominus Antonius,& alii. in cap. cum consuetudinis. extra de consuetudine: Sed in casu nostro per patronos adhibetur per viam simplicis consensus, quod patet, quia transact. de eorum interesse, & etiam potest, ex post facto interuenire, vt statim dicam.

Postremo dico, quod collatio, quæ fuit ab Episcopo, de beneficio iurispatronatus, non est nulla patronis non reclamantibus, sed eis recla
27 mãtibus est inualida,†secundum Cardinalem, in clem.1.in 16.col.versi.quibus attentis,de supplenda negli. prælatorum. decidunt Do.de Ro. in antiquis. in titu. de iurepatronatus. decisio. 10. & Abbas in disputatione Augerio.

Vnde,vt dixi aliàs in consilio,ex quo consensus patronorũ accedit actui valido, possunt sin
28 gulariter consentire. † per notata in capitu. ꝙ sicut & in capitu.auditis.de electio.

29 Vbi dicit, quod quando illi de collegio habent consentire circa actum, qui tenet, sed põt per ipsos irritari ad hoc,vt facultas irritandi cesset,possunt singulariter cõsentire.†Et ideo dicit, quòd si ab aliquibus de capitu. poterat actus validus infringi, ratione contemptus, illud vitiũ contemptus potest per singulos separatim, pur
30 gari, † quia non fundant actum, sed remouent obstaculum, & actus adminiculatur.

Si ergo parrochiani poterant singulariter cõsentire, fortius procuratores, cum verba mandati non contradicant, vt dictum est.

Non omitto, quòd in consentiendo, & præsentando dicuntur insolidũ cõstituti, quia sunt
31 constituti cum libera potestate, † vt dicit Bald. in rubr. C. de exercitoria. intelligo, dummodo consentiant ambo in eandem personam. Igitur posito dicto consensu, in reliquis habent liberã insolidum,& possunt facere quicquid Dominus potest secundum Bart.in l.procurator, cui libera.ff. de procuratoribus. Igitur sicut Dominus poterat ratificare actum alterius procuratoris: ita potuit alter procurator.& in effectu seruatur voluntas Domini, quia verborum consensus in eandem personam conuenit.

Ex quibus omnibus, puto institutionem factam ad dictam præsentationem dictorum procuratorum per Reuerendum Episcopum Lucanum, tenuisse, & valuisse.

Laus Deo.

Vt supra per me conclusum est, arbitror iuris &c. Ego Bartholomæus Socinus Sen. I.V.D. Aduocatus consistorialis .& in fidem propria manu me subscripsi solitoque sigillo subsignaui.

Laus Christo Redemptori nostro.

CON-

CONSILIVM IN MATERIA FEVDALI,

ET DE IVRIBVS INVESTITVRAE DESVPER EMANATAE.

IN CAVSA DE LA TISANA.

SVMMARIVM.

1 Inuestituræ tenor attendendus vt qualitas contractus dignoscatur.
2 Inuestitura iure recti feudi facta, quòd sit exclusiua fœminarum.
3 Fœminæ quibus de causis a successione feudi excludantur.
4 Fœminas in feudo paterno si expressè vocatæ nõ sint, non admitti.
5 Fœminas in feudo conditionato succedere.
6 Fœminas regulariter ad feudum non admitti.
7 Feudum quo casu magis emphiteusis, quàm feudi natura sequatur.
8 Feudi alienationem sine consensu Domini nõ valere.
9 Feudum rectum esse, & subinde alienabile reputari, adinuicem repugnare & contraria esse.
10 Contraria duo in eodem subiecto stare non posse.
11 Verba secundum subiectam materiam intelligenda.
12 Fœminis in feudo succedere de consuetudine.
13 Fidelitatis iuramentum licet remittatur in feudo, non tamen factum idest præstationem seruitij remitti.
14 Consuetudo limitata, ad aliũ casum nõ extenditur.
15 Doctori asserenti consuetudinem ita se habere, standum esse.
16 Doctoris dicto allegantis consuetudinem, nisi aliter in contrarium probetur, standum esse.
17 Consuetudo cum sit quid facti iuramentum non probatur.
18 Doctoribus iura interpretari concessum, non autem super his quæ sunt facti.
19 Dispositionis partem vnam per aliam præsertim dubiam declarari.
20 Consuetudo stricti iuris est, & proprios terminos non excedit.
21 Fundans se in consuetudine, quòd eam probare debeat, cum sit quid facti.

CONSILIVM LVII.



Hristi nomine inuocato, visa inuestitura per Illustrissimum D. Henricum Goritiæ Comitẽ vsq; de anno 1398.q. Bartholomęo Iacobo, & aliis de Venzono facta, iure recti feudi, de quadam domo in terra portus Latisanæ: item de Braydis, pratis, campis, ac pluribus petiis terrarum, nec non de quodam Molendino sub territorio dicti loci situatis, requisitus vt dicã quid sentiã circa bona prędicta, an sint ad fœminas transitoria, breuis ero, & resolutè loquar. nam abundantissime in hac materia scriptum fuit per Excellentissimos Doctores, qui in hac materia consuluerunt. Et per resolutionem considerandus est tenor dictæ inuestituræ, qui vim cõtractus osten-
1 dit. c. 1. & ibi doct. † de duobus fratribus a capit. inuest. c. 1. in fine, de success. præbend. & c. si cui. ibi, tenorem tamen inuestituræ, &c. in titu. de quibusdam aliis. & de extraordinariis capit. feud. & habetur p Bal. in prælud. feud. in 4. dist.

Primo igitur considero, quòd dicta inuestitura est facta iure recti feudi, a cuius successione
2 fœminæ excluduntur. † c. 1. §. hoc autem notandum qui feud. dare possunt cum vulgaribus. & latè per Curt. in tract. suo feud. in 3. parte. versi. circa primum, vbi assignat causas, propter quas fœminæ a successione feudi excludantur.

Secundo põdero verba dictę inuestituræ ibi, & eorum hæredibus ex eorum lumbis descendẽtibus. quæ verba posita in inuestitura feudi, dati ad incerta seruitia, vt est casus noster, fœminã non comprehendunt, vt in terminis dixit Soci-
3 nus in † consil. 19. incipiente, pro decisione, col. 2. versic. Quinimmo fortius. in primo vol.

Tertio pondero verba dictæ inuestituræ, ibi, nobisq; in omnib. esse fideles, obedientes & subiectos, & quæ nobis vtilia sunt procurare, & inutilia auertere &c. quæ verba apertè innuunt, ꝙ dicti feudatarii tenentur ad ea omnia præstandum Domino feudi, de quibus in c. primo de forma fidelitatis, & in c. 1. de noua forma fideli. quæ non cadunt in fœmina, vt est notorium. & tradit post alios Præposit. in §. hoc autem de his qui feud. dar. poss. col. 2. versic. Quæro ab extra. & Zasius in tract. suo feud. in ru. de feud. success. parte 8. in vers. super secunda particula de fœminarum successione.

Facit, quòd feudũ huiusmodi est patrenum, concessum vsque de an. 1398. & sic modo sunt anni 151. in feudo autem patrono cõstat fœmi-
4 nas expresè non vocatas in inuestitura, † non admitti.

Nec obstat, quòd in dicta inuestitura dicatur, quòd vnus ex prænominatis inuestitis continuam habitationem habere debeat in domo, de qua in dicta inuestitura, ex quo videtur dictum feudum esse conditionatum, vt per Bal. in prælud. feud. in secunda diuisione, in quo feudo cõditionato videtur fœminam succedere posse,
5 † vt per eundem Bal. in tit. Episcopum, vel Abb. c. pri. §. qui etiam, nam ad hoc respõdeo, primo, quia dicendo, quòd vnus ex inuestitis teneatur facere continuam residentiam in dicta domo, Dominus Feudi contemplatus est personã masculorum

ſculorum non fœminarum, quæ nullatenus vocantur in dicta inueſtitura, nec regulariter ad-
6 mittuntur ad feuda.†c.1.§.hoc autem qui feudū dar.poſ.c.1.§.ad filios de ſucceſſ.fratr.vel de grad.ſucceſſ.c.1.de ſucceſſ.feud.patrimo.& in cap. vnico.in titu.an mutus,vel aliter imperfect.c.1. § filia.de feud.ſucceſſ.c.1.§.profecto de leg.Corrad.per rationes, de quibus per feudiſtas in locis præallegatis.

Secundo reſpondeo, quòd clarè patet, quòd Dominus Feudi voluit vnum ex dictis maſculis inueſtitis inhabitare dictam domum,vt haberet promptiorem vaſallum ad ſibi præſtandum ea, quæ ex debito fidelitatis tenetur. faciunt dicta per Bal.in prçlud.feud.in ſecunda diuiſione circa finem, vbi dixit, quòd quando verſatur aliquod commodum Domini,nō cenſetur cōceſſa domus habitatio ad proprium vſum vaſalli.

Tertio dicitur,quòd fœmina ſuccedit in feudo conditionato, quando datur ad certum ſeruitiū, quòd ipſa per ſe vel alium explicare pōt, vt voluit Bal. in titu. Epiſcopum vel Abbat. in præallegato.§.quin etiam,& Decius conſil. 139. incipiente,& diligenter.col.1.in 1.vol.vel quando feudum conditionatum eſt conceſſum ſub annuo cenſu,vt per Soci.cōſi.257.col.2. & 3.in ſecundo vol. ratio eſt, quia huiuſmodi feudum accedit magis ad naturam emphiteuſis, quàm
7 feudi,†vt not.Bald.in l.liberti.col.final. verſicu. item not. C.de operis libert. Decius conſi. 138. 3.col.circa fin.pri. vol. idem ſi feudum alicui ſit cōceſſum pro certo ſeruitio quod ęque bene per fœminam poteſt explicari. Romanus conſ. 167. vlt.col. Curt. in tract. ſuo feudali parte tertia in 9.fall. Iac.de Beluiſ.in c. 1.§. quin etiam in titu. Epiſcopum vel Abb.Cumanus conſi.99. quædā poſſeſsio.& conſi.164. præfatus Fulgoſ.conſi. 8. Dominus Petrus col.2.Corn.conſ.41.à parte 3. col.in 1.vol.& conſi.239. pro deciſione eo. vol. in caſu autem noſtro feudum nō eſt conceſſum ad aliquod determinatum ſeruitium, vel ſub aliquo annuo cenſu: ideo fœminæ ab huiuſmodi bonis feudalibus excluſæ ſunt, ſtante conceſſione de eis facta, iure recti feudi.

Nec minus obſtat, quòd in dicta inueſtitura dicatur, ad habendum tenendum vſufructan. permutan.diuertendum, & cum eis omnimodā voluntatem faciendam, per quæ verba videtur feudum effectum alienabile, & non habere propriam naturam feudi.& ſic, quòd in eo fœminæ ſuccedant c.primo de feud. non habent.propri. natu.feudi.nam dicta verba reſtringuntur & declarantur per ſequentia verba, videlicet, iuxta tamen conſuetudinem regionis, & iura feudorum.conſtat autem,quòd de iure feudorum alie-
8 natio non tenet ſine conſenſu Domini. † & ita in ſimilibus terminis dixit Signo.de Amodæis, conſi.10.col.2. verſic. non obſtat, quòd dicatur feudum.

Facit, quia intellectus inueſtituræ ſemper reduci debet ad intellectum iuris communis feudorum, quantum poteſt, vt dixit Decius conſil. 137.& diligenter num.7.in 1.vol.facit tex.in c. cum dilectus. de conſuetudine. & l. ſi quando. C.de inoff.teſtam. allegati per Decium in dicto conſil.col.2.in fin.

Facit, quia licet in aliquo propter talia verba eſſet alterata natura feudi, remanet tamē feudū, & in aliis non expreſsis ſortitur feudi naturam c. pri. de feud. non habent. propriam naturam feudi.ibi,licet propriam feudi naturam.Decius conſil.193.& pro tenui.col.3.num.5. pri.vol.

Facit, quia ex quo Dominus Feudi inueſtituram fecit de dicit bonis,iure recti feudi,per clauſulas ſubſequentes, non cenſetur velle ſibi ipſi contradicere c.inter dilectos.§.cæterum. de fid. inſtrum.& ita in ſimili dixit Decius conſil. 193. incipiente,& pro tenui.col.3.verſic.præmitten. eſt.in primo vol.Quod conſuetudo per allegantem eam probari debeat, voluit etiam Corne. conſil.83. circa primum.5.col.in princip.quarto vol.& Alex.conſi.67.in cauſa & lite,circa medium 7.vol. Et ſi ſecus diceretur, eſſet dicere, ꝙ dicta inueſtitura ſibi ipſi repugnaret & Dominus Feudi videretur ſe ipſum corrigere. quod vtique non eſt dicendum.argumento.l.nam ad ea.ff.de cond. & demonſtrat. nam quod ſit feudum rectum, & quòd alienari poſſit ſine conſen-
9 ſu Domini,ad inuicem repugnant, † & cōtraria ſunt. duo autem cōtraria in eodem ſubiecto ſta-
10 re non poſſunt.†l.hæc verba.ff.de verbo.ſignifi. cum vulgaribus.

Facit,quia verba intelligi debent ſecundum
11 ſubiectam materiam.†l.ſi vno.in princ. ita in ſimili Soci.iun.conſi.102.2.volum.col.5. & 7.ibi Bart.ff. locat. & notant ſcribentes in c. ſolitæ de maior.& obedient.text.eſt in c.1.§.fin.& ibi no. Aluarot.& alii, ſi de feud. contr.ſit inter Domi. & agnat. Et ſi diceretur, quòd de conſuetudine regionis fœminæ in ſimilibus feudis admit-
12 tuntur,†quæ eſſet attendenda quatenus talis eſſet conſuetudo,vt per Aluarot.in titu.qui feud. dar.poſſ.§.& quod videmus. & Deci. conſi.269. & conſi.390.,quòd valeat conſuetudo, quòd fœminæ in feudis ſuccedere poſsint. notat Matthæus de Afflictis de his qui feu.dare poſſ.§.hoc autem.in prima col.Gozad.conſi.8.num.10.dico de tali conſuetudine ex his, quæ vidi nil conſtare.quæ cum facti ſit, non prę ſumitur, ſed probatione indiget,vt per Bart.in l.de quibus.in 4. q.principali. in verſi.ſecundo probatur conſuetudo.Soci.conſil.29. capio primum. vol.5.in fi. quarto vol.Decius conſil.402.in cauſa Illuſtriſſimi.col.6.num.12.in 2.vol.Doct.in c.fin.de conſuet.decimo.fateor tamē, ꝙ ſi de tali conſuetudine conſtaret, ea tenenda eſſet, de quo vltra alios per Iacobinum de Sancto Georgio, in tract. ſuo feuda.in §.& fœminis.in 8.fallentia.

Similiter non obſtat, ſi dicatur, quòd ſumus in feudo paruo, in quo fœminæ admittuntur, vt per Roman. conſi.367.col.vltima. nam dicta Romani opinio, tanquam minus vera reprobatur

tur per Curtium in suo tracta. feudali, in tertia parte. in titu. quòd fœminę succedant in feudo. ver. vndecimo limita. contra opinionē Romani alleg. Bal. in c. 1. §. est, & alia, quæ fuit prima causa benef. amitt. vbi dixit, quòd licet in feudo exiguo remittatur iure fidelitatis, non tamen remit
13 titur factum, idest pręstatio seruitii. † allegat tex. optime probantem in simili, in l. hæc scriptura. ff. de condi. & demonstrat. & allegat Curt. alias rationes, de quibus ibi per eum. pręterea non video quomodo feudum, de quo agitur, dici possit exiguum, cum in d. inuestitura plura contineātur bona &c.

Possent pro ista parte, quòd fœminę non admittantur ad successionem bonorum in dicta inuestitura contentorum, longe plura adduci, sed quia abundè satis dictum fuit per Excellentissimos Dominos Iulium Sbroiauacca, & Ioannem de Fontebono consulentes pro hac parte, ideo his paucis agendum duxi. Ex quibus breuiter concludendum arbitror, fœminas non esse admitten. ad successionem dictorum bonorū feudalium, sed ea deuenire debere in proximiores descendentes dictorum inuestitutorum.

Immo ad hoc, vt consuetudo huiusmodi militaret in casu nostro, probanda esset specificè, ꝙ in casu inuestituræ bonorum feudalium, iuxta terminos nostræ inuestituræ, de qua supra consuetudo extaret, fœminas admitti debere, quia licet probaretur consuetudo admittens fœminis ad succesionem feudi, cuius inuestitura nō esset, vt ea de qua supra, talis probatio non stringeret. nam limitata consuetudo ad alium casum
14 non extenditur. † Bart. in l. 1. §. si quis hoc interdicto, per illum tex. ff. de itinere actuque priuat. & in auct. qui rem. in fine. C. de sacrosan. eccl. refert & sequitur Gozadinus consil. 26. in causa Illustrissimorum Dominorum. col. 5. in princ. num. 34. ad quod faciunt ea, quæ habentur per Decium cons. 85. & diligenter pro tenui col. 4. vers. sed tamen his non obstantibus, in 1. vol.

Et licèt dicatur credendū Doctori dicenti, ita
15 consuetudinem se habere, † vt hr̄ per Soci. cons. 67. visis inuestituris. col. 7. in 1. vol. vbi dicit, stādum dicto Docto. allegantis consuetudinem,
16 nisi aliter probetur in contrarium. † in quo fundamentum videntur facere Excellentissimi Do. consulentes pro fęminis: tamen dicendum hoc non procedere. nam contrarium tenuit Alex. in l. post dotem, col. penult. versi. sed puto indistinctè verum. ff. solu. matri. vbi dixit, quòd etiam si plures Doctores affirment ita de consuetudine seruari: tamen eis non creditur, quia iure non
17 probatur, quòd consuetudo, quæ facti est. † l. 2. C. quæ sit longa consuet. probetur per assertionem Doctorum, quibus cōcessum est iura inter-
18 pretari, non autem super his, quæ sunt facti, † allegat tex. in l. si ex plagiis. §. in cliuo. ff. ad legem aquiliam. l. aretusa. & ibi Dyn. ff. de stat. homi. & istam opinionem sequitur Decius in c. ex parte. col. fin. in fine. de rescript. & istam opinionem tenet etiam Decius in consil. 132. in causa, quæ vertitur. col. 2. ꝓ qua allegat pulchras rationes.

Illa enim clausula, iuxta consuetudinem regionis & ius feudorum declarant præcedentia verba. vna enim pars depositionis declarat aliā
19 maximè dubiam. † l. vtrum. vbi Angel. in princ. ff. de pet. hæred. l. quemadmodum. §. fina. & ibidem Florianus. ff. ad l. Aquil. & ita in simili dixit Soci. iunior consi. 102. non sum immemor. col. 5. num. 29. in secundo vol.

Facit, quia consuetudo est stricti iuris, & pro-
20 prios non excedit terminos. † c. quod ad translationem. vbi Abb. in vlt. not. de offic. legat. & habetur per Bar. in l. 1. in §. si quis hoc interdictū. ff. de itiner. actuque priuat. & hanc esse communem regulam attestatur Curtius iunior consil. 55. facio primam conclusionem. col. 2. & præsertim hoc procedit, quando consuetudo est iuri contraria. ita Socinus iunior consi. 101. inspectis puncto. col. 3. num. 15. in 2. vol.

Fundans se in consuetudine, eam probare de
21 bet, cum facti sit. † Zasius consil. 5. nu. 10. fol. 88. in primo vol.

Hieronymus Gigas V.I.D.

CONSILIA IN
MATERIA CONTRACTVVM,
QVA FORMA INSTRVMENTVM CONFICI DEBEAT,
& quæ ad illius substantiam necessario requirantur.

PRO CLARISSIMO DOCT. DOM. Hieronymo à Ponte.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum habere debet inscriptionem anni Domini.*
2 *Item expreßionem loci celebrati contractus.*
3 *Item continere debet diem.*
4 *Item inscriptionem testium.*
5 *Item requiritur quòd sit rogatus.*
6 *Notarius præsumitur rogatus si instrumentum reperiatur in eius prothocollo.*
7 *Factum præsumitur semper, quod fieri consueuit.*
8 *Instrumentum partibus legi debet.*
9 *Notarius simpliciter rogatus, censetur rogatus cum clausulis consuetis.*
10 *Notarius in instrumento dotis hipothecariam apponere debet, etiam si de ea nil dictum fuerit.*
11 *Notarius simpliciter rogatus apponere potest renuntiationes consuetas.*
12 *Instrumentum non continens causam, non valet.*
13 *Iudex super emergenti prius pronunciare debet, quã super negocio principali.*
14 *Deceptus quis in instrumento nõ præsumitur, in quo sint apposita verba nullo errore, aut circunuentione seductus.*
15 *Testes in instrumentis de neceßitate non habent cognoscere contrahentes. secus in confectione inuentarij.*

CONSILIVM LVIII.



IN causa Magnifici Domini Hieronymi de Ponte Doctoris nobilis Patauini duo principaliter videnda sunt. primum an instrumentum allegatę cessionis sit instrumentum solenne. secundo, an super eo antequã deueniatur ad negocium principale, sit pronunciandum.

Quo ad primum dicitur instrumentum esse solenne, quia habet omnia requisita & substantialia instrumenti.

Primo enim habet inscriptionem anni Domini, quæ est de substantia secundum glo. in ca. inter dilectos de fid. instr. & per Abb. & alios in c. 1. de fid. instr. vbi Felyn. col. 2. in vers. item requiruntur. patet, quia tale instrumentum celebratum fuit de anno Domini 1515. die 26. Mensis Decembris.

2 † Secundo requiritur expresśio loci celebrati contractus, vt tradunt D. Antonius, Abb. & alii in d. c. 1. vbi Fely. col. 3. vers. item requiritur descriptio. Tale instrumentum celebratum fuit in domo habitationis Dominæ Elisabet cedentis, vt in eo, de quo etiã deponunt testes instrumentarii in processu.

3 † Tertio, dies est de substantia, vt per glos. in auct. vt propo. not. imper. habetur in d. ca. inter dilectos. & in c. 1. supra allegatis. & in l. 1. §. editiones. ff. de eden. & huiusmodi instrumentum confectum fuit sub die 26. men. Decembris, vt supra.

4 † Quarto instrumẽtum habere debet inscriptionem testium, vt per Specu. in titu. de fid. instr. §. 2. in fine. & tradunt Dom. Anton. & Abb. in d. cap. vbi Felyn. col. 4. in vers. item requiritur descriptio testium. Et hoc instrumentum in fine sui habet testium inscriptionem, vt patet ex illo.

5 † Quinto, requiritur, quòd notarius sit rogatus, vt in §. nos autem. in auct en. de tabel. tradit Barto. in auct. si quis in aliquo. col. penult. C. de eden. breuiter dico, quòd ex quo tale instrumentum reperitur in protocollo notarii inter alia instrumẽta solennia & perfecta, cũ inscriptione testium, notarius præsumitur de eo rogatus, vt voluit notanter Bal. in rubr. de fid. instru. C. col. 3. in vers. sed dubitatur nunquid. & Bald. sequitur Alex. in consi. 73. incipit. non puto hunc notarium. col. fin. in versic. considero, quòd in dubio in primo volum. ad idem facit pulchra doctrina Bartol. in l. sciendum. col. penult. in vers. quæro ergo. in fine. vbi Iason col. 14. in vers. se-
6 cundo quærit. ff. de verbo. obligat. † vbi dicunt, quòd quãdo instrumentum reperitur inter notas notarii, prout est in casu nostro, notarius pręsumitur de eo rogatus. quod maxime procedit, quia alter ex testibus instrumentariis deponit, quòd Elisabet rogauit notarium. Alter vero, videlicet dominus Aloysius de Benedictis deponit, quòd notarius lecto ipso instrumento partibus dixit erga ipsos testes. *vui sariti testimonij.* & tamen vt docet experientia, quæ est efficax rerum magistra & quam fit. de elect. in 6. notarius postquam rogatus fuit a partibus de consuetudine, dicit illa verba, videlicet *vui seriti testimonij.*

7 † & semper factum præsumitur, quod consueuit fieri, iuxta tex. in l. fin. C. de fideius. & ita voluit Bal. per illum text. in d. rubr. C. de fid. instrum. in d. vers. sed dubitatur, nunquid.

8 † Sexto requiritur, quòd instrumentum legatur partibus, vt per D. Ant. Abb. & alios in d. c. 1. quod vtique factum fuit in casu nostro, vt deponunt ambo testes instrumentarii.

Et si dicatur, tale instrumentum esse imperfectum,

ctum, quia facta cessione & specificatione bonorum, vt in eo, notarius non vltra scripsit, sed reliquit album, in cuius fine inscripsit nomina testium. respondetur, quòd ideo notarius reliquit album, vt postmodum ad sui libitum posset generalia & clausulas & renũciationes consuetas apponere: quod quidem facere de iure potuit, per doctrinam Dom. Ant. de Butr. in c. ex litteris, quem refert & sequitur ibi Felyn. in 4. col. in
9 vers. septima & vlt. de fid. instru. †facit quod voluit Bal. in l. fi. C. de fideius. vbi dixit, quòd notarius simpliciter rogatus censetur rogatus cum clausulis cõsuetis, quod procedit etiam si de eis specialiter notarius nõ fuit rogatus, vt per Alex. consi. 247. incipit, Reuerende Domine. in versi. quarto & vlt. col. fin. Idem dicit Alex. alios referens in l. huiusmodi. in fine principii. ff. de lega. primo. facit etiam dictum Bald. in l. 1. ad finem.
10 ff. solut. matri. vbi inquit, †quòd notarius in instrumento dotis debet apponere obligationem hypothecariam, etiam quòd sibi non fuerit di-
11 ctum. & † ad prædicta facit notabilis doctrina Bal. in rubr. C. de his quæ in fraud. cred. col. vlt. quem refert, & sequitur Fely. in c. cum M. Ferrariensis col. 2. in vers. & quia ad hunc locum. de consti. vbi Bald. dixit, quòd notarius simpliciter rogatus, apponere põt renũciationes cõsuetas.
12 †Nec obstat, si dicatur, quòd tale instrumentũ non continet causam, & propterea, quòd non valeat. l. cum de indebito. in fi. ff. de probat. quia de causa prædictæ cessionis apparet per plures testes, in processu. Nec est aliter præsumendum, nisi, quòd aliqua causa subsistente, & maxime deducta & probata in processu, Helysabet cesserit Sapientiæ. cum nullus suum præsumatur iactare d. l. cum de indebito. §. primo. faciunt not. per Specu. in tit. de instru. edit. in §. instrumentum ergo. in versic. item opponitur contra.

Et ex prædictis breuiter cõcludo, instrumentum prædictum esse perfectum, stante maximè cõfessione d. Helisabet probata in processu, quæ confessa fuit cessisse feudum, de quo agitur, Sapientiæ eius sorori.

Circa secundum dubium, an prius debeat pronuntiari super admissione vel non admissione seu validitate vel inualiditate d. instrumenti, antequam deueniatur ad sententiam diffinitiuam, & dico breuiter, quòd cum de nouo, vt notorium est, præfatus Excellentissimus D. Hieronymus de Ponte habuit copiam d. instrumenti, quam hucusque habere non potuit culpa notarii qui de eo rogatus fuit, & ista sit quæstio emergens, quæ prius terminari debet, & super il-
13 la pronunciari. †faciunt quæ voluit Bal. notanter. in l. 2. C. de ord. cogni. vbi dixit, quòd super emergenti prius est pronunciandũ, quàm super negocio principali. & allegat bonam rationem, videlicet, quia per appellationem a diffinitiua, tale grauamen non reparatur. allegat clemen. vlt. de appel. quod maximè in casu nostro procedit, in quo sumus in tertia instantia, & non licèt tertio appellare. hoc idem voluit Bal. in l. quoniam Alexandrum. in ver. vlterius quæro. C. de adult. vbi Salyc. in 1. col. ver. iuxta prædicta quæro. dixit, quòd super quæstione incidenti de necessitate est prius pronunciandum.

14 †Et si dicatur, quòd Helisabet fuit decepta in confectione dicti instrumẽti, respõdetur, quòd hoc non præsumitur, stantibus verbis instrumẽti, quòd nullo errore aut circunuentione seducta, sed ex mera voluntate &c. quo casu statur in strumento, vt per Alex. in consi. 203. incipit, viso processu causæ, col. 1. in vers. non potest Bert. in 2. vol.

15 † Et si forte etiam diceretur, quòd cum alter ex testibus descriptis in d. instrumento, videlicet ille Tascarius dicat se non cognouisse Dominam Helisabet cedentem, & quòd propterea non probet, per text. in l. fi. §. sin autem dubius. C. de iur. delib. vbi habetur, quòd testis debet cognoscere contrahentes, respondetur, quòd illud est speciale in confectione inuentarii, sed in instrumentis testes de necessitate non habẽt cognoscere contrahentes. Ita voluit gl. not. ad hoc. in d. §. sin autem dubius. in verbo, cognoscatur. ita tenuit Bart. in d. l. fin. in §. cum igitur. in fine. & ibidem Alex. in principio d. l. col. 4. in vers. in gl. in vers. cognoscant. vbi dicit opinionem Bar. communiter teneri. Laus Deo.

Hieronymus Gigas.

IN MATERIA CONTRACTVVM.

SVMMARIVM.

1 Actio redimendi quandocunque quòd spacio annorum triginta præscribatur.
2 Etiam si pactum huiusmodi iuramento firmatum esset.
3 Ruinus Auctoris præceptor.
4 Pactum redimendi bona quandocunque spatio annorum triginta præscribi.
Et hanc esse veriorem & communiorem opinionem, in iudicando, & consulendo tenendam.
5 Item hanc opinionem senatum Parisiense aliàs approbasse, & sequendam esse voluit.
6 Et a Doctoribus maioris doctrinæ, & auctoritatis comprobari.
7 Item ab ea non recedendum, cum omnes communem dixerint.
8 Pacto de retrouendendo quandocunque præscriptionem triginta annorum non obstare.
9 Verba quandocunque in pacto de retrouendendo, adiectum præscriptionem annorum triginta, vel quaraginta excludi.
10 Consuetudine Patriæ Fori Iulij dictionem quandocunque in pacto de redimẽdis bonis adiectam præscriptioni triginta vel quadraginta annorum exclusiuam esse.
11 Consuetudo optima legum interpres.
12 Sententia alias vtini lata & promulgata quod pactum dote retrouendendo quandocunque non tolleretur

retur spacio annorum quinquagintaquinque.

13 *Et in ciuitate Venetiarum & in consilio de 40. ciuili nouo partibus auditis laudata & approbata.*

14 *Facultas redimendi bona quandocunque quòd excludatur tempore immemorabili, vel centum annorum.*

15 *Temporis immemorabile quòd dicatur si sit centum annorum.*

16 *Vnusquisque præsumitur viuere vsque ad centum annos.*

17 *Tempus octuaginta quinque annorum, quòd non sit immemorabile.*

18 *Hominem centum annorum de his quæ vidit vel audiuit in ætate quindecim annorũ recordari posse.*

19 *Memor esse quis præsumitur eorum quæ aliàs fecit.*

20 *Consuetudo inueterata pro lege custodienda est.*

21 *Rei iudicatæ standum esse.*

22 *Opinio Doctorum tenentium quòd in pacto de retrouendendo quandocunque præscriptio triginta, vel quatraginta annorum excludatur, æquior esse dicitur, & conscientiæ magis conuenire videtur.*

23 *Et contrariam opinionem stricti iuris esse.*

24 *In iudicando magis æquitatis quàm stricti iuris rationem attendendam esse.*

CONSILIVM LIX.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iustitiæ.



IN causa Magnifici & Illustr. Domini Francisci Liber Baronis a Turre consiliarii, ac Cæsarei oratoris apud Illustr. Dominium Venetorum. visis scripturis ad me transmissis, & requisitus, vt dicã quid de iure sentiam, in causa, quã eius Illustr. Dominatio mouere intendit contra hæredes q. Domini Antonii Arcoloniani nobilis Vtinẽsis. Prima facie dicendum videtur ipsum admittendum non esse ad recuperationem bonorum, venditorum vsque de anno 1469. die 27. Aprilis, per q. Magnificum D. Phæbum a Turre eius auum paternum, præfato q. Domino Antonio Arcoloniano, licèt de an. 1476. die 20. Aprilis præfatus q. Dominus Antonius Arcolonianus promiserit per publicum instrumẽtum de retrouendendo bona per eum empta, quandocunque præfato Magnifico Domino Phæbo & hæredibus suis, quia dicta actio redimendi quãdocunque præscribitur spatio 30. annorum, †vt
1 tenuit Signorol. consi. 139. incipiente, casus. A. precio, & Angel. consi. 55. vers. hic tamen insurgit dubium, vbi fortius dixit id procedere, etiã si
2 tale pactum esset iuramẽto firmatum. †idem voluit Fely. in c. cum accessissent, col. 13. vers. secũdo declaratur de constitutio. & in c. si diligenti, col. 4. vers. secundum correlarium. de foro cõpeten. Iason in l. si mater. C. de institutio. & substitu. & in l. petens. col. 4. vers. circa ista. C. de pact. & idem Iason in consil. 92. Illustriss. col. vlt.
3 vers. nono in 3. vol. Ruinus Dominus meus† cõsil. 167. Perspectis. col. 4. in 1. vol. & cons. 150. ex hs, quæ in facto, col. 1. nu. 11. Dec. consi. 164. Nõ fuisset propositi, col. vlt. vers. ad aliud dubium. in 1. vol. Francis. Balb. in tract. præscriptio. in 3. q. 4. partis principalis. vbi dicit, hanc esse veriorem & communiorem opinionem, & tenen-
4 dam in iudicando, & consulendo. † Matthe. de Afflict. in tracta. de iure prothomi. in vers. licèt enim supra diximus. col. antepenult. vers. item quæro de alia quæstione Thomas Parpa. in l. secunda. col. 2. ff. solu. matri. Gozadi. in l. 2. col. 18. C. de pact. inter empto. & vendito. Ripa in repéti. l. vlt. q. 64. C. de reuocan. donatio. Bal. in consil. 252. Ad euidentiam, vlt. dubio in secundo vol. Paul. de Castr. in consil. 430. circa primum quęsitum, in princ. in 2. vol. & hanc opinionem sequitur Tiraquel. in tracta. de vtroque retract. fol. 817. num. 26. dicens, hanc opinionem fuisse approbatam de anno 1515. per senatum Parisiẽsem, & idem fol. 818. nu. 29. dicẽs, quòd ista opinio omnino est sequenda. nam communior est, & comprobatur a Doctoribus maioris doctrinę,
6 & auctoritatis. † hanc etiam opinionem tenuit Cagnolus in repeti. l. 1. num. 78. C. de pact. inter empto. & vendito. dicens, ab ea non esse recedẽ-
7 dum, quam omnes communem † dicunt.

Contrariam tamen partem, quòd pacto de retrouendendo quandocunque non obstet præ-
8 scriptio, †tenuit Bal. in d. l. 2. C. de pact. inter empto. & ven. & Fabia. de Monte in tracta. suo. de emptio. & venditio. in 7. qõ. principali. num. 4. Barbat. consil. 51. scripsit sapientiæ fons, col. 8. vers. capio secundum. in 1 vol. & in cons. 22. clementissimum. in vlt. dubio. in 4. vol. Crot. in repeti. l. nemo potest. carta penult. col. 1. vers. nota etiam. ff. de legat. 1. Cassane. consil. 11. Io. Igneus in l. in cognitione. num. 76. ff. ad senatusconf. Sileni. Parisi. consi. 92. in 3. vol. Fulgos. consi. 123. Ruin. consi. 111. arbitror. col. 3. num. 7. in 1. vol. concludentes præfati Doctores in locis præallegatis, per illud verbum quandocunque positum in pacto, de retrouendendo, præscriptionem
9 30. vel 40. annorum excludi. †Et hanc etiam opinionem sequitur Andreas Alciat. in l. petens in gl. prima. in fi. C. de pact. dicens, eam esse æquiorem, & conscientiæ aptiorem. Et idem scribit in rubri. de præscriptio. extra in vlt. carta. num. 64.

Corroboratur prædicta conclusio ex constitutione patriæ Fori Iulij, in rubr. 92. de agnatis & vicinis iure agnationis &c. vbi dicitur, quòd quilibet agnatus vẽditoris, seu quilibet vicinus possit, dato eodem precio, vendicare, & repetere quandocunque talem rem venditam, seu in solutum datam a quocunq; emptore. si quidem ex consuetudine iudiciorum dictæ patriæ, per illã dictionem quandocunque semper fuit exclusa
10 præscriptio 30. vel 40. annorum. †optima enim
11 legum interpres est cõsuetudo. †l. si de interpretatione. ff. de legib.

Quinimmo in casu simili de eisdem rebus, de quibus

quibus modò tractatur, extitit iudicatum in ciuitate vtini. Nam cum de anno 1485. die 24. Octobris.q. Dominus Antonius Arcolonianus vendidisset bona per eum acquisita a q. Magnifico Domino Phæbo supradicto, de quibus modo agitur, Nobili. q. Domino Hieronymo de Coloreto eius genero, precio, quo illa emerat, videlicet ducatorũ 1300. eodem die in alio instrumento præfatus Dominus Hieronymus promisit retrouendere bona ipsa tam hæredibus præfati.q.Domini Phæbi, quàm ipsi Domino Antonio, & hæredibus suis per omne tempus, quo ipse Dominus Antonius erat obligatus vigore promissionis factæ præfato.q. Magnifico Domino Phæbo. Et tamẽ orta lite inter hæredes.q.pręfati Domini Antonii Arcoloniani, prætendentes recuperare dicta bona, vigore supradicti pacti, & hæredes dicti.q. Domini Hieronymi de Coloreto, præscriptionẽ opponentes, cum iam essent elapsi anni 55. in circa, a tempore pacti de retrouendendo, lata fuit sententia per clarissimum Dominum Locumtenentem tunc Patriæ Fori Iulii, contra illos de Coloreto, & ad fa-
12 uorem dictorum de Arcolonianis.† quæ sententia postmodum de anno 1547. in ciuitate Venetiarum, in consi. de 40. ciuili nouo, partibus au-
13 ditis, laudata, & approbata † fuit.

Et ex supradictis dicere possumus, habere decisionem casus nostri, præsertim, quia bona, de quibus agitur, sunt eadẽ, de quibus in præmisso casu sita in Patria Fori Iulii, & tam instrumenta venditionum, quam pactorum de retro vendendo facta, & stipulata fuerunt in prædicta ciuitate vtini.

Nec obstat, si diceretur, quòd a tempore, quo factum fuit pactum de retrouendendo vsque nunc, videntur elapsi anni octuagintaquinque, quod tẽpus videtur excedere hominũ memoriã, quo casu per illam dictionem, quandocunque, licet non excludatur præscriptio 20. vel 40. annorum: tamen facultas redimendi extinguitur tempore immemorabili, vel centum annorum.
14 † talis enim præscriptio per verba generalia submouentia omnem præscriptionem, non tollitur. Bald. in l. 1. & ibi Angel. C. ne rei. domini. Bal. & Ang. in l. omnes. in fin. C. de præscript. 30. vel 40. annorum. Panormita. in c. vlt. col. 8. vers. quæro si statuto, & ibi Fely. col. 6. vers. dum subdit, de præscriptio. Et plures alios Doctores ad hoc allegat Tiraquel. in tracta. de vtroque retract. fol. 816. num. 23. & Ruin. Dominus meus, in consi. 150. supraallegato. sub nu. 10. in 4. vol. Et idem Fely. in rubri. de præscri. col. penult. numero 24. 25. & 26. Angel. in auctẹn. vt de cetero commutationes Ecclesiasticarum rerum, col. 5. per illum text. cum glos. in verb. nulla temporis. & Florianus in l. nam vsufructus. ff. de vsufruct.

Nã immemorabile tẽpus dicitur per lapsum
15 temporis centum annorum, † vt tenet Bal. in l. fin. C. de longi tempo. pręs. & Cynus in l. 2. q. 9. C. de serui. & Bertachi. in tracta. suo de gabel. in prima parte in 10. q. num. 28. Quinimmo, cum quis præsumatur viuere vsq; ad centum annos.
16 † l. final. C. de sacrosanct. eccl. & l. an vsufructus. ff. de vsu fru. tempus octuaginta quinque anno-
17 rum, non dicitur tempus immemorabile, † cum possibile sit, quòd homo cẽtum annorum recordetur de his, quæ vidit vel audiuit in ætate quin
18 decim annorum, † iuxta illud, Quod noua testa capit inueterata sapit. Et memor quis esse præsu
19 mitur eorum, quæ aliàs sciuit.† Bar. in l. filio, in princ. ff. de alimen. legat. glo. in l. qui fundum. §. seruus. ff. pro emptore.

Nec etiã obstat, quòd supradictum est, quòd cõmunis opinio Doctorum videatur esse, quòd dictio, quandocunque, apposita in pacto de retrouendendo, nõ excludat præscriptionem 30. vel 40. annorum. quia in casu nostro vltra opinionem tot tantorumque Doctorum contrariũ sentientium, habemus primo cõsuetudinem iudiciorum Patriæ Fori Iulij, etiam inueteratam,
20 quæ pro lege non immeritò custodiri debet. † l. de quibus. §. inueterata. ff. de legi. Secũdo habemus rem iudicatam in indiuiduo, circa bona,
21 de quibus agitur, cui standum est. † l. 1. C. de re iudi. Tertio habemus etiam, quòd opinio Doctorum tenentium pro parte ista est æquior &
22 aptior conscientiæ, vt supra dictum fuit. † Et licet contraria opinio de stricto iure procederet,
23 attamen † in iudicando magis æquitatis, quam
24 stricti iuris rationem attendere debemus. † l. placuit. C. de iudici.

Et licèt pro ista parte, quã veriorem puto, in casu nostro potuissent plura alia adduci: tamen breuitati studendo, his paucis agẽdũ pro nunc duxi, ex quibus concludo, actionem competere præfato Magnifico & Illustrissimo Domino Frãcisco Cæsareo oratori Domino meo colendissimo, recuperandi bona supradicta, per q. Magnificum D. Phæbum eius auum paternum alienata, vigore præallegati pacti de retrouendendo, non obstãte lapsu supradicti tẽporis. Laus Deo.

Hieronymus Gigas V.I.D.

IN MATERIA CONTRACTVVM.

SVMMARIVM.

1 Datio insolutum non comprehenditur in decreto prohibente bona stabilia vendi forensi.
2 Datio insolutum est similis venditioni.
3 Statuta propriè intelliguntur.
4 Verba dubia statuti intelligi debent secundum communem vsum loquendi.

CONSILIVM LX.



N præsenti casu non habet obstare assertum decretum prohibens alienari tit. venditionis in forensem: quia huiusmodi decretum non reperitur fuisse

fuisse, nec esse in ciuitate Senogalliæ: & posito, quòd reperiretur, non propterea comprehendit dationem insolutum, de qua modo agitur. Primo quia ista datio insolutum non potest dici facta in fraudem dicti asserti decreti prohibẽtis venditionem fieri forensi. quia vt ex scripturis apparet, Nicolaus erat verus debitor per antea. ideo talis insolutum datio non comprehenditur in dicto decreto. faciunt notata per Alex. in similibus terminis, in consil. 52. in fin. in vltimis verbis primo vol.

1 †Dicitur, quòd decretum prohibens bona stabilia vendi forensibus, non comprehenditur

3 a statuto, seu decreto supradicto, † quia statuta intelliguntur propriè, non largo modo. l. quicquid astringendæ. ff. de verborum obligat. cum vulg. & hanc conclusionem tenuit Specu. in tit. de empt. & vendit. §. nunc dicendum est. vers. sed pone statutum: Alex. in consi. 526. in secunda col. vers. & per hoc patet in 5. vol. Decius in consi. 18. in prima col. vers. nec obstat. in primo volumine.

4 †Quinimmo si dicti decreti verba essent ambigua, intelligi deberent secundum communẽ vsum loquendi. Bart. in l. librorum. §. quod tamen. num. 1. de legat. 3.

Hieronymus Gigas.

IN MATERIA CONTRACTVVM.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio insolidum inducitur per verba æquipollentia quando non est expressum verbum insolidum.*
2 *Verbum quilibet æquiparatur verbo insolidum.*
3 *Verbum quisquis æquiparatur verbo insolidum.*
4 *Verbum cuilibet operatur insolidum.*
5 *Aequipollentium idem est iudicium.*
6 *Emphiteosis concessa pluribus, & cuilibet eorum operatur insolidum.*
7 *Procuratores plures constituti adiecto verbo, & quilibet eorum, insolidum constituti censentur.*

CONSILIVM LXI.

Christi, eiusque gloriosæ matris Virginis Mariæ nominibus inuocatis.



EX tenore instrumenti celebrati inter hæredes Pauli Casotti & Dominũ Balsarinũ q. Marci de Angelinis, ac Dominum Franciscũ filium & publicum negociorum gestorem & procuratorem Domini Dominici de Angelinis rectè consistderãti, non videtur dubitandum, quia hæredes dicti Balsarini insolidum teneãtur ad summam 400. ducatorum. de quibus in dicto instrumento.

1 †Nam ad inducendum obligationem insolidũ in duobus reis debendi, si in instrumento dictũ non sit expresſè, quòd insolidum teneãtur, sufficiunt verba æquipollentia, vt voluit glos. in aucten. hoc ita. C. de duob. rei. stipulan. & ibi Bart. in 2. col. vers. quinto oppono, vbi dixit idem tenere ibidem Iac. de Aren. Cyn. Iacob. de Beluis. & Rayner. de forliuio. ad quod facit text. instit.

2 de duob. rei. stipulan. §. 1. †verbum autem æquipollen. verbo insolidum, est verbum, quælibet, quod pluries est expressum in prædicto instrumẽto. natura. n. dicti verbi est, vt rem de qua agitur insolidum cuilibet attribuat. ita notanter dixit glos. in l. si pluribus, in verbo, sed omnes. ff. de legat. secundo, vbi dixit Bart. in 1. col. in ver. quæro secundo, quòd verbum quilibet est distributiuum, & attribuit cuilibet rem insolidum, quod etiã dicit probari in l. non distinguemus. in §. cum in plures. ff. de arbitr. idem voluit Bar. in l. hoc articulo. ff. de hęred. insti. 2. col. ver. præ

3 terea quærit glos. † vbi dicit idem esse de dictione quisque in prædicto autem instrumento dicitur, quod præfatus Dominus Balsarinus, & dictus Dominus Franciscus procuratorio, coniũtorio, ac negociatorio nomine Domini Dominici patris sui, & quilibet ipsorum conuenerũt, & per solennem stipulationem promiserunt. & promittunt, obligantes se & dictum Dominum Dominicum realiter & personaliter, & hæredes suos, & omnia & singula eorum & cuiusque eorum res, & bona, quòd dabunt & soluent Duca. 4000. auri. &c. quod verbum, cum æquipolleat illi verbo insolidum, idem operatur, quòd verba propria l. hoc modo de legat. 1. quod autem dictum verbum, quilibet, operetur, quòd actus cuilibet insolidum tribuatur vltra superius allegata, tenuit Alex. in consi. 135. incipiente, videtur prima facie, in princ. in 5. vol. idem voluit Angel. de Periglis Perusinus, in d. l. si pluribus, de leg. 2. vbi dixit, quòd si concedo duobus fratribus in feudum possessionem, cum hoc, quòd singulis annis teneantur, & quilibet eorum soluere vnam spallam porci, & quatuor operas bouis, quilibet eorum insolidum tenetur. secundo considerentur alia verba in d. instrumento posita, ibi, dum dicitur, quòd concedatur parabola & licentia cuique seruitori & officiali interdicẽdi, pignorandi, & sequestrandi de bonis & rebus ipsorum Domini Balsarini, & Franc. & cuiuslibet ipsorum &c.

4 †quòd verbum cuiuslibet distributiuum est, & vnicuique actum insolidum tribuit Alex. consi. 13. incipiente prospectis hiis, in 5. vol. idem in consil. 175. incipiente perspectis verbis. in 5. vol. Paris. consil. 49. incipiente visis dubiis. in 2. vol. col. 1. & Soci. consi. 50. incipiente, viso instrumento col. 1. circa finem, in 1. vol. vbi dixit, quòd vbi est apposita dictio, cuilibet, est, ac si dictum fuisset insolidum, cum æquipol-

5 lẽtium †idem sit iudicium l. gallus. §. & quid si tãtum, & ibi Bart. & alii. ff. de liber. & posthum. di-

6 cens † Socinu in d. consi. col. 1. & 2. quòd concessio rei in emphiteusim facta pluribus, & cuilibet eorum, censetur insolidum concessa vnicuique eorum, per illud verbum, cuilibet, quod est distri-

distributiuū, & rē de qua agitur, vnicuiq; insolidum attribuit. allegat not. per Bart. & Imo. in d. l. si pluribus. ff. de legat. 2. & not. in l. qui in potestate. ff. de testam. & in ca. si propter. de rescri. in 6. & not. per Bal. in l. vnica. C. quando nō peten. part. & per Bart. in l. si mihi. & Titio. ff. de verb. oblig. Ad idem Paul. de Castr. in d. l. si pluribus.
7 in fine, vbi dixit † quòd commissio si fiat plurib. & cuilibet ipsorum, etiam si sit constitutio procuratorum, intelligitur cuilibet insolidū facta. Et dicit Angel. insti. de duob. reis stipulan. in princ. col. 1. ꝙ duo rei credendi constituuntur, quando est vnus actus stipulandi, & vna rei expressio, & est appositū distributiuum, quilibet, quod de sui natura cuilibet insolidum, rem attribuit, vel aliud simile distributiuum, & dicit idem Angel. in §. duo plures. instit. eo. tit. quòd eodem modo constituuntur duo rei debendi. idem quod dictum est, de verbo, quilibet & cuilibet, est de verbo cuicunque, de quo Gozadin. consil. 84. col. 2. in fine. vers. octauo considero, allegat Baldum, & Iacobum, & Aluarotum, in c. 1. in fine, de succes. feud. concludo igitur ex præmissis hæredes prædicti Ballarini, insolidum teneri. Laus Deo.

Hieronymus Gigas V. I. D.

IN CAVSA DE ASILO, SVPER donatione bonorum in fauorem Ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 Ecclesia ex solo titulo donationis vel legati dominiū acquiritur.
2 Possessio non transit in aliquem sine traductione.
3 Vsufructuarius naturaliter possidet.
4 Vsufructuarius ad vitam interim dicitur Dominus proprietatis.
5 Donator, qui reseruat sibi fructum bonorum donatorum, intelligitur tradidisse possessionem eorundē.
6 Interusurium dotis soluto matrimonio morte vtriusque coniugis remissum censetur.

CONSILIVM LXII.



IN causa de Asilo vertente inter Dominum presbyterum Ioannē de Cauasio, capellanum in Ecclesia de Asilo, & ser Bartholomæū Bouolinum aduersarium, videnda sunt duo principaliter.

Primum, an presbyter Ioannes iustificauerit in processu petitionem suam.

Secundo, an pars aduersa suas exceptiones, & recōuentionem iustificauerit in processu sufficienter ad victoriam reportandam.

Quo ad primum, Dominus presbyter Ioānes nominibus quibus interuenit, petiit se mitti in possessionem bonorum, de quibus in sua petitione, cum talia bona fuerint de anno 1499. donata Ecclesiæ de Asilo, seu illius fabricæ, ad cōmodum vnius capellani, vt in instrumento dona-
1 tionis. † per quam donationem factam per q. ser Petrum Bochiarium de Asilo, clarum est, quòd dicta Ecclesia de Asilo, seu illius fabrica, est effecta domina dictorum bonorum. per text. & ibi not. in l. fi. C. de sacrosan. eccl. vbi Bart. & Doct. notāt, quòd ex solo titulo donationis legati vel alterius acquiritur dominium Ecclesiæ. ad idem
2 Bal. in l. si nondum, in princip. C. de furt. † ideo opereprecium fuit petere possessionem, quæ non transit sine traditione, etiam in casu nostro c. 2. & ibi Doct. de consue. & hanc possessionem rectè petit Dominus presbyter Ioannes, qui, vt in processu apparet, est capellanus. ad cuius cōmodum, pro celebratione missarum relicta fue-
3 runt dicta bona, † & tanquam vsufructuarius in possessione eorundem bonorum mitti debet, quia & vsufructuarius naturaliter possidet. l. naturaliter. in princ. vbi Bart. & doct. ff. de acquir.
4 possess. † & potuit etiam iuridice petere se mitti in possessionem dictorum bonorum idem presbyter Ioannes, quia cum sit vsufructuarius dictorum bonorum ad vitam, interim dicitur dominus proprietatis. glo. in l. Titia. la prima. §. Titia. ff. de legat. 2. ac etiam quia posito, quòd interim non esset dominus, est tamen legitimus procurator domini, & sic Ecclesiæ vel fabricæ illius, cui donatio est facta. l. 1. §. fi. & ibi Doct. maximè Paul. de Castr. ff. de nou. oper. nunc. & tanto magis hoc facere potuit, & secundum eius petitionem iudicari debet, quia ex dicto contractu donationis factæ per q. ser Petrū Bocchiariū de Asilo, fabricę d. Ecclesiæ vel ipsi Ecclesiæ, non solū dñium fuit ipsi Ecclesiæ acquisitū, sed ēt ciuilis possessio. quia prędatus ser Petrus donator vsumfructum sibi reseruauit ad vitā bonorum, de quibus in d. donatiōe. tex. est in terminis in l. quisquis rem. C. de donat. & l. si quis argentum. in §.
5 sed si quidē. C. eo. tit. † & ibi Bal. dixit, ꝙ in oīb. casibus siue donetur res certa, siue vniuersalitatis fiat donatio, ille qui reseruat sibi vsufructū, intelligitur tradidisse possessionē. Rectè igitur petit presbyter Io. se poni in possessionē naturalem dictorum bonorum donatorum, in quibus dictus Bartholomæus Bouolinus aduersarius est intrusus. Nam, posito etiam, quòd ser Barth. antedictus potuisset dicta bona pro eius asserto credito dotali retinere, seu accipere, debuisset in eorundem possessionem iudicis auctoritate induci. sed hoc non deduxit, neque probauit in processu: immo ex processu apparet, ꝙ dñiū dictorū bonorū, est penes Ecclesiā, vti supra dictum est. ergo tanquā merus detentor, ingressus fuit auctoritate propria possessionem dictorum bonorū. meritò priuatus remanet omni iuri sibi forsan cōpetenti in dictis bonis. l. si quis in tātā. C. vnde vi. cuius. l. dispositio locum habet etiam in eo, qui verè erat creditor alicuius, puta, in fundo, cuius possessionē ingredi voluit auctoritate propria. ita Bal. in d. l. si quis in tantam. col. 5. in vers. septimo quæro.

Ad victoriam igitur reportādam, d. presbyter Ioan-

Ioannes debuit probare Dominium dictorum bonorum esse penes Ecclesiam prædictam, ratione donationis prædictæ. quod probatum fuit, vt supra est dictum.

Item probare habuit, se esse capellanum, & in possessione dictæ capellaniæ. quod etiam probatũ extitit per eius bullas, in processu productas. & etiam fatetur pars aduersa in processu prædicto. ergo probauit necessaria.

Videndum modo restat, an pars aduersa aliquid, quod obstet, probauerit in processu. quæ reconueniendo dicit, quòd presbyter Ioannes debet cogi ad restitutionem bonorum, quæ possidet: quia creditum ipsius aduersarii est ante donationem factam Ecclesiæ, & in tanta quantite, quòd absorbet totam hæreditatem dicti q. ser Petri. & sic etiam bona donata, dicendo, quòd primo est creditor dictæ hæreditatis, de ducat. 400. pro dote donnæ Bonauenturæ eius matris. quæ dos fuit promissa & non soluta Domino Hieronymo eius patri, ꝑ q. ser Petrũ Bochiariũ.

Item dicit, quòd est creditor de libris 734. & sol. 11. paruorum pro dote donnæ Ricchæ eius auiæ.

Item pro interusurio, seu vsufructu dotis dictæ eius matris, pro annis 18. ad rationem duc. 20. pro quolibet anno.

Quibus omnibus detractis, nil restat in d. hæreditate dicti q. ser Petri Bochiarii donatoris, & sic donatio adimpleri non potest.

Nam prædictis nõ obstantibus respondetur, & primo, quo ad dotem donnæ Ricchæ d. Bartholomęus aduersarius petit illam vti hæres ipsius, & tamen id, videlicet se esse illius hæredem, non probat in processu. ergo obtinere non debet, quia allegans bona ad se spectare tanquã ad hæredem, se hæredem probare habet.

Quo ad dotem donnæ Bonauenturæ eius matris, quam petit similiter vti illius hæres, obtinere non debet, quia dicendo se hæredem matris, & petendo totam illius dotem, facit se hæredem illius insolidum, iuxta text. in l. si defensor. §. primo. ff. de interro. act. & tamen hoc non est verũ, quia viuit adhuc soror dicti Domini Bartholomæi aduersarii, ex eadẽ matre, vt constat in processu. ergo nõ solus hæres. cum clarum sit, quòd de iure filius & filia æqualiter succedant matri. l. maximum vitium. C. de liberis præte. & si dicatur, quòd filia habuit dotem, & refutauit ipsi ser Bartholomæo bona materna, respondetur, ꝙ de hoc non constat in processu, ergo malè petiit D. Barth. quia plus petiit, quã posset petere l. vnica. C. de plus petit. § tripli. insti. de act.

6 Quo† autem ad assertum interesse dotis, breuiter dicitur illud nõ venire, neq; peti posse, quia solutum est matrimonium morte vtriusque cõjugis. ideo non potest nunc peti aliquod dotis interusurium. nam censetur remissum. vt elegãter dicit Roma. in consi. suo 517. incipit, in casu propositæ consultationis. col. 5. in vers. vnum tamẽ dico, allegat optimum text. in l. vir vsuras. ff. de don. inter vir. & vxor. idem tenuit Bar. in d. l. vir. vsuras. & Ro. in l. in sulã. §. vsuras. ff. sol. mat.

Hieronymus Gigas V.I.D.

DE LIVELLARIA CONCESSIONE.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio si incipiat à nomine designãte certam speciem, vel corpus determinatũ, quod postea sequitur mẽsura, qua ꝑ dispositionẽ falsam nõ restringitur.*

2 *Venditio facta ad mẽsuram, si quãdo facta dicatur.*

3 *Ecclesia aliquem fraudare non debet.*

4 *Ecclesia si vẽdiderit quatuor modia terræ, & nõ sint nisi duo, ꝙ teneatur supplere ad numerũ quatuor.*

5 *Alienatio rerum Ecclesiæ regulariter est prohibita.*

5 *Contractus alienationis rei Ecclesiæ, intelligi debet, vt minus lædat Ecclesiam, quàm fieri possit.*

7 *Quod actum est semper inspici debet.*

8 *Nec plus actum videtur, quàm ex verbis colligatur.*

9 *Fũdo expresso in vẽditiõe, numerus nõ restringitur.*

10 *Numerus si quando causa demonstrationis non taxationis in alienatione bonorum expressus dicatur.*

11 *Falsa demonstratio si quando de certo fundo cõstat, non vitiat.*

12 *Demonstrationis causa si quando in contractibus aliquid appositum dicatur.*

CONSILIVM LXIII.



IN præsenti causa quæritur, an in concessione liuellaria facta illis de Blanchis veniant terræ, quæ sunt vltra numerum camporum contentorum in instrumento liuellationis, intra tamẽ confines in d. instrumento specificatos. Breuiter videtur dicendum, quòd sic. quia quando dispositio incipit a nomine designante certam speciem, vel corpus determinatum, quòd postea sequitur mẽsura, tunc dispositio nõ restringitur per demon-
1 strationẽ mẽsuræ falsam.† ita in quadã donatione cõcludit Oldr. in cons. 197. incipit, in cõcessione. & allegat non nulla iura, de quibus per eũ ibi. ad idẽ facit, quod voluit Bart. in l. Iulianus. §. si Titius. ff. de actio. empti. dicẽs, ꝙ si dictum sit, vendo tibi talem fundũ pro mille, qui est 20. iugerum, tunc venditio facta non dicitur ad men-
2 surã.† & pro ista opi. faciũt multa alia, q̃ adducit Dec. cõs. 347. inci. prima facie in casu. in 2. vol.

Istis tamen non obstãtibus, contrarium in casu nostro de iure verius arbitror, ꝙ v3 illud plus contentum in d. instrumento vltra numerum cãporũ in eo designatũ. & moueor primo ꝑ tex in c. per tuas. de donat. vbi si fuerunt data in feudum alicui quatuor modia terræ, & non sint nisi duo, Ecclesia tenetur supplere vsque ad nume-
3 rum quatuor. † quia aliquem fraudare non debet. ergo pari ratione, si plus quatuor modiis
4 dedisset, repetere posset. † & hoc sentit Abb. in dicto capitu. per tuas. in fin. vbi exemplificando dicit,

dicit, quòd si dictum sit, vendo tibi terram quatuor modiorum, infra tales confines, tũc sumus in casu d.c. casus autem noster pręcisè cadit sub d. exemplo, quia dicitur, Item talis petia terræ camporum &c. & post exprimuntur confinia.

Secundo facit, quia sumus in alienatione rei ecclesiasticæ, quæ regulariter est prohibi-
5 ta, † vt in toto titu. de reb. eccle. non alienan. talis igitur contractus intelligi debet, vt minus
6 lædat Ecclesiam, quàm fieri posit. † nam sic verisimiliter videtur cogitasse prior, qui d. bona in emphiteusim cõcesit, vt patet in instrumento. quia noluit concedere nisi campos 50. inspici
7 igitur debet, quod actum est. † l. semper in stipulationibus. ff. de regul. iur. l. Celsus. §. si fundus. ff. de contra. empt. nec plus actum videtur, quod
8 ex verbis colligitur. l. Labeo. s. idem tubero. ff. de suppel. legat. l. nepos proculo. de suppel. leg.

Tertio facit, quia verisimiliter, si Reuer. D. cõcedens sciuisset dictas petias terrarum continere maiorem quantitatem camporum, voluisset maiorem pensionem, sicuti est, quando emptor reperit minorem quãtitatem, quam si sciuisset, non tantum expendisset, vt habetur in l. quæro. ff. de actio. empt.

Quarto facit, quia communis opinio quæ habet, quòd expresso fundo numerus non restrin-
9 git † est vera quãdo antequã numerus exprimatur sunt adiecta confinia. ita intelligit Abb. in d.c. per tuas. & Salyc. in l. 2. C. de contr. emptio. & Decius consi. 347. col. 2. vers. tertio responderi, & ita Soci. in l. demonstratio falsa. in 2. col. vers. ex quo videtur inferri. ff. de condic. & dem.

Nec obstant allegata in contrariũ, quia Oldr. loquitur in donatione, & sic in tit. lucratiuo. & sic loquuntur iura per ipsum allegata. & ita videtur sentire Imol. in d. c. per tuas. in fine. qui dicit, quòd secus esset in titu. oneroso. puta. venditionis vel locationis. nam tunc videtur, quòd in distinctè respectus habeatur ad numerum camporum, & quantitatem precii. maxime quia dicitur in casu nostro, institutio liuelli. item de tali petia terre camporum 10. infra tales confines &c. tunc enim numerus camporum attendi debet. quia non in diuersa oratione compræhenditur, sed eadem met. Doctores autem contrarium tenentes loquuntur, quando numerus cãporum exprimitur in alia ratione, vt puta, vendo tibi talem fundum, infra tales confines, qui est camporum 10. tunc enim nõ attenditur numerus camporum, quia numerus causa demon
10 strationis non taxationis est appositus. † Ideo nil refert, quia falsa demonstratio, quãdo aliter
11 de certo fundo constat, nõ vitiat. † l. falsa demonstratio. ff. de cond. & demonstr. sed quando exprimitur vna & eadem oratione petia terræ, & numerus camporum, tunc numerus stat taxatiuè, & quod vltra numerum expressum est, non cõprehenditur. argumento notatorum per Felyn. in c. ad audientiam. el 2. col. 6. in vers. sexta conclusio. & per Paul. de Castr. in consil. 338. in primo vol. incipit, quia exceptiones. & certum est, quòd tunc dicitur causa demonstrationis aliquid appositum, qnando sub diuersis verbo-
12 rum conceptionibus aliquid exprimitur. † puta si testator legat aureos 30. Titio, & subiungit, quòd illos vult solui ex 30. sibi debitis a Seio, tunc enim etiam si Seius non est debitor, legatũ debetur. Tunc enim testator voluit solum demõstrare, vnde facilius solui posset. l. quidam testamento. in princ. ff. de legat. primo. l. Lutius. ff. de legat. 2. l. Paulo Calimacho. §. fin. de legat. 3. Verum, si sub vna cõceptione verborum, prout in casu nostro, testator dicat, lego decem, quæ mihi Titius debet, vel quæ sunt in arca, tnnc videtur limitare concessionem, vt adeo, quòd vltra illud debitum legatum non extenditur l. si sic. ff. de leg. primo. Ita Felyn. in c. super litteris. col. 3. in vers. Modos autem. de rescript. allegat Bartol. in l. inter stipulantem. in §. sacram. col. 3. ff. de verbo. obligat. Paul. consi. 51. Paul. & Alex. in l. Sticum, qui meus erit. de leg. 1. ac alios.

DE INSTRVMENTI EDITIONE.
pro Dom. Hieronymo à Ponte.

SVMMARIVM.

1 *Notarius officio iudicis cogitur & compellitur ad edendum instrumentum seu prothocollum partib.*
2 *Instrumenta post conclusionem in causa an produci posint.*
3 *Iudex etiam post conclusionem in causa probationes & instrumenta, si ipsum monet æquitas, admittere potest.*
4 *Iudex dicitur moueri de æquitate, si instrumenta faciant ad causam ad exhibendum.*
5 *Iudici nunquam concluditur in causa, cum eius officiũ semper vniformiter vigeat vsque ad sententiã.*
6 *Instrumentum etiam post conclusionem in causa produci potest ad declarandum priores probationes in processu factas.*
7 *Probare prohibitus probationes factas declarare non prohibetur.*
Ratio ad idem asignatur.
8 *Iudex etiam post conclusionem in causa dubiæ probationis interrogationes facere potest.*
9 *Iudex ex officio etiam post conclusionem in causa testem obscure loquentem repetere potest.*
10 *Interrogationes post conclusionem in causa ad fundandam & coadiuuandam partis intentionem fieri possunt.*
11 *Iudex post conclusum in causa ex officio testes recipere potest.*
12 *Instrumenta etiam post conclusionem in causa de æquitate Rotæ admittantur.*
13 *Iudex iura ad causam facientia etiam post conclusionem in causa, & illius reuocatione subsecuta, produci mandat.*
14 *Conclusio in causa propter iura ad causam facientia ad partis instantiam reuocata, pars eadem ad expensas tenetur.*

15 *Testium productioni si super aliquo articulo renunciatum sit, Iudex per restitutionem in integrum ex clausula generali si qua &c. super illo articulo probationes admittere potest.*

16 *Conclusione in causa subsecuta admittitur quis ad probandum beneficio restitutionis in integrum.*

CONSILIVM LVIII.



IN præsenti causa, quæ vertitur inter Excellētissimum iurium Doctorem Dom. Hieronymum de Ponte, nobilem Patauinum ex vna, & Dominam Helisabet de Morādis, dubitatur, an notarius compelli debeat ad edendum instrumentū cessionis, de quo in processu, vt illud produci possit in causa, non obstante conclusionein causa, in eadem facta. circa quod breuiter comcludo, quòd Reueren. Dom. Iudex officium suum
1 circa hoc impartiri debet, † quia notarius officio iudicis cogitur & compellitur ad edendum instrumentum partibus seu prothocollum exhiben. † vt not. per glos. & Doct. in l. si quis ex argentariis. §. prætor ait. ff. de eden. & Bart. in l. fin. ff. de tabul. exhiben. & Specul. in titu. de instru. edi. §. 6. in vers. hoc quoque.

2 † Et non habet obstare, quòd post conclusionem in causa instrumenta produci non possint, c. cū dilectus. de fid. instr. quia illud est verum, quo ad partes. iudex tamē æquitate motus pro eruenda veritate, partes interrogare potest, ac petere declarari deducta in processu, vt per Bal. in l. 2. in ver. nota, quòd obiectio. C. sent. rescin. non pos. pro quo facit text. in l. vbicunque. ff. de interrog. actio. & ita etiam voluit Roma. in consil. 20. in fine. Allegat Specul. in titu. de renun.
3 & concl. in §. primo. in vers. & scias. † vbi dixit notanter, quòd etiam post conclusionem in causa, iudex admittere potest probationes, & instrumenta, si ipsum mouet æquitas, quæ quidem maxima est in casu nostro. tum quia testes de quib. in processu deponūt de dicto instrō, tum ēt quia illud vidit V. D. Iudex, & nouit, quòd ad causam facit, cum sit pertinens. quo casu moueri debet mens eiusdem ad cogendum notarium, vt illud edat. iuxta dictum Ant. de Butr. in c. cū causam.
4 in antepenul. col. in princ. de iur. cal. † vbi inquit, quòd tunc iudicem mouere dicitur æquitas in materia nostra, quotiens instrumentum est pertinens ad causam. & maximè id fieri debet in casu nostro, quia, vt ex processu apparet, iam fuit decreta compulsoria contra dictum notarium. & id facere potest Dom. Iudex ex supra-
5 dictis. † ac etiam quia clarum est, quòd iudici nunquam concluditur in causa, sed eius officiū semper vniformiter viget, vsque ad sententiam, pulchrè inquit Angel. in consil. suo 296. inquit, visis attestationibus testiū prædictorum. col. vlt.
6 † Secūdo facit, quia post conclusionem in cā, instrumentum produci potest, ad declarandum priores probationes in processu factas. ita tenet Dom. Felyn. in d. c. cum dilectus. in 1. col. in versic. secundo amplia. & in c. licet cām. in 3. limitatione. de probat. allegat Domi. in prohę. 6. in fi.
7 prin. † vbi voluit, ꝙ prohibitus ꝓbare, nō cēsetur ꝓhibitus ꝓbatiōes factas declarare. & est rō, ꝗa qui declarat, nil facit de nouo. l. hæredes palā. §. sed si notam. ff. de testa. in casu aūt nostro ex productione dicti instrumenti declarabuntur dicta testium, de quibus in processu, de dicto instrumento deponentium. ergo illud produci potest, non obstante conclusione in cā. hæc conclusio firmatur ex doctrina D. Ant. de But. in c. 1. in
8 2. col. in 14. not. de iudi. vbi † voluit, ꝙ etiā ad declarationem dubiæ probationis, possit iudex interrogationes facere post cōclusum in causa. ita declarando. l. vbicunque. ff. de inter. act. & idē voluit idem met. D. Ant. in d. c. cū causam. col. an-
9 tepe. ver. an† autem post. de iur. cal. & pro ista cōclusione facit pulchra decisio Angeli, in cons. supra allegato nu. 296. vbi decidit, quod iudex ex officio post conclusionem in causa, repetere pōt testem obscurè loquentem. & hæc conclusio vera est, quicquid dicat Roma. in l. admonendi. ff. de iur. iur. vbi contrarium tenuit.

10 † Tertio, pro opinione supra dicta facit, quia non solum ad declarandum probationem iā factam, sed etiam ad fundandam & iuuandam intentionem partis interrogationes fieri possunt, post cōclusionem in cā, vt notabiliter voluit D. Ant. in d. c. 1. de iud. col. 2. & in d. c. cū causam. col. antepenul. in vers. an autem fieri possint. in quibus locis dicit, se ita consuluisse. & eius opinionem a pluribus approbatam refert, & sequitur Ias. in rep. l. admonēdi. in 29. col. in prin. ff. de iureiur. vbi dicit hanc esse communem opi.
11 † Quarto comprobatur etiam d. opinio, quia iudex ex officio testes recipere potest, ēt postquā est in causa conclusum, vt notanter voluit Do.
12 Ant. in c. auditis. in 3. col. de procurat. † vbi etiā dixit, quòd de æquitate Rotæ instrumenta admittuntur post conclusionē in cā. ad quod facit
13 decis. Rot. nu. 758. in† antiquis. quòd si pars petat reuocari conclusionē in causa, ad hoc, vt iura producere possit, iudex videre debet iura prædicta. & si inuenerit illa ad cām facere, cōclusionē reuocare dēt. Verū tū est, ꝙ is, ad cuius instan
14 tiā reuocatur cōclusio in cā, † expēsas reuocationis soluere dēt. est decis. Rotę. num. 802. incipit, secundum est, ꝙ si in aliqua causa. in antiquis.
15 † Quinto comprobatur d. conclusio ex doctrina Inno. in c. cum venissent, de testi. vbi voluit, ꝙ etiam si specialiter renūciatum esset super aliquo articulo productioni testium, si aliqua iusta cā iudicē mouet, potest etiam super illo articulo admittere probationes, per beneficiū restitutionis, ex clausula gñali, si qua &c. & maximè præstito prius iuramento parti. quā doctrinā sequit D. Card. in cōs. suo 23. incipit, in cā Amareti, circa fi. ex quo consilio deciditur casus noster.

Sexto

16 † Sexto confert, quia post conclusionem in causa, admittitur quis ad probandum beneficio restitutionis in integrum. ita Card. in clem. pri. de causa possess. & proprie. 14. q. & in clem. 2. de testi. & est tex. in c. auditis. de resti. in integr. vbi text. assignat rationem, ne pars propter suam negligentiam graui iactura afficiatur. quæ quidem ratio militat in casu nostro. nam si non admitteretur Excellentissimus D. Hieronymus ad productionem dicti instrumenti, afficeretur grauissima iactura. quia cum simus in 3. instantia, si non admitteretur ad talem probationem, eius præiudicium esset irreparabile. militat igitur in casu nostro ratio illius text. ergo in eo idem ius esse debet. l. illud. cum vulgari. ff. ad leg. aquili. facit, quia in materia nostra valet argumentum a simili, vt est tex. iuncta glo. & ibi Doct. in c. pastoralis. in fin. de causa poss. & proprietatis.

Hieronymus Gigas V.I.D.

IN MATERIA LITTERARVM CAMBII.

SVMMARIVM.

1 *Marcus de Asinis celeberrimus Aduocatus Florentinus.*
2 *Mercatorum causæ de bono & æquo decidendæ sunt.*
3 *Tempus in litteris cambij expressus attendi debet.*
4 *Mandati fines diligenter custodiendi sunt.*
5 *Mercatoris status mutatione superueniente commissio primitus data reuocatur.*
6 *Procurator qui statum suum mutauit in peius, reuocatus censetur.*
7 *Tractanti de damno euitando magis fauendum, quam tractanti de lucro captando.*
8 *Locupletari cum aliena iactura minus conuenit.*
9 *Contraria duo in eodem subiecto stare non posse.*
10 *Nemo plus iuris in alium transferre potest, quam quòd ipse habeat.*
11 *Compensationem de credito ad debitum fieri.*
12 *Compensationem eius, quod in diem debetur non admitti.*
13 *Mercatores, qui foro cedunt, ad mentiendum & colludendum faciles existere.*

CONSILIVM LIX.



Factvm tale est. Alphonsius de valentia insignis Mercator, qui etiã Panormi suos tenebat negotiatores, per suas litteras diei 20. Martii proxime decursi, scripsit nobili & insigni mercatori Camillo de Roma, huiusmodi sub tenore, videlicet. *vi se commette, che traghiate alli nostri di Palermo sino a ducati 1000. che haran buon'ordine. e la valuta rimetteti quà a Valenza a nui, con piu vãtaggio poteti, dando auiso.* Camillus prædictus Romæ residens, receptis ipsis litteris, iuxta illarum tenorem, cãbium facit per Panormum, trahendo, vt mercantili vtar vocabulo, ab agentibus dicti Alfonsij ibi negotiantibus, quantitatem prædictam ducatorum mille. & eodem tempore similiter cambium facit per Valentiam contando a se, vt mercatorum vulgari & vsitato vtar vocabulo. quod vtique idem est, quòd cambium facere cum se metipso, & de suis propriis pecuniis. per quod cambium remittit dicto Alfonsio, valentiam, summam prædictam ducatorum mille, dirigens huiusmodi cambii litteras Carolo mercatori Valentiæ residenti. committens eidem, quòd Alfonsio prædicto in termino duorum mensium a die datæ litterarum, quo die factum fuit dictum cambium, soluat prędictos ducatos mille, iuxta consuetum stilum, præsentatis litteris cambii prædictis per Alphonsium dicto Carolo, & per eum acceptatis. Accedit, quòd ante aduentum temporis solutionis fiendę, Alphõsius foro cedit, sub die vltimo Maii subsequentis, adeo quòd propter eius decoctionem non valuit dictas pecunias a Carolo exigere, penes quem remanserunt. Verum, quia Camillus summam prædictam per eum tractam ab agentibus Alphonsii Panormi exigere non valuit, quia & dicti agentes per antea vsque sub die 26. mensis Maij decoxerant: ea propter prætendit prædictam summam ducatorum mille penes Carolum existentem, suam esse, ac sibi deberi. ex quo dicto Alphonsio solui non potuit, & ipse Camillus eandem summam ab agentibus d. Alphonsii Panormi decoctis consequi non valuit. econtra creditores dicti Alphonsii dicunt, eam tanquam Alphonsii effectam ad eos spectare. & dictus Carolus prætendit prædictã summã penes se retinere pro suo credito, quod asserit habere cum dicto Alphonsio. Quęritur quid iuris.

Christi, eiusque gloriosæ matris Mariæ Virginis nominibus inuocatis. Viso puncto prędicto ad me transmisso, ac visis his, quæ eleganter & copiosè scripta sunt super eo, per eximium consultorem Dominum Marcum de Asinis, celeberrimum Aduocatum Florentinum, † ad fauorem præfati Camilli, iuridicã esse arbitror eius opinionem, pro cuius confirmatione præmitto, quòd mercatorum causæ de bono & æquo decidi debent, † iuxta not. in l. si fideiussor. §. quidam. & in l. quintus. ff. mandat. & habetur per Salyc. in l. si pro ea. C. mand. Alex. in consil. 41. viso puncto, col. 3. in 3. vol. Parisi. consi. 78. conclusiue loquendo num. 22. in 3. vol. col. fi. & in consil. 96. quamuis prima facie. num. tertio. eod. volum.

Et, quòd summa prædicta non sit effecta ipsius Alphonsii vltra adducta per dictum Domi. Consultorem, facit

Primo, quia mandatum factum Carolo per Camillum habet terminum duorum mensium ad solutionem faciendam Alphunsio de quantitate prædicta, & ante dictum tempus Carolus sol-

soluere non potest, nisi suo periculo de stilo mer
3 cantili, qui attendendus est.†Parisius in d.cons. 96.nu.5.si.n.aliter faceret, excederet fines man dati sibi a Camillo iniuncti. qui tamen diligen-
4 ter custodiendi sunt.†l. diligenter.ff.mandat.gl. in c.porrò. de priuil. l. si procurator. C.de procurat. & per Felyn. in cap. cum olim. in fine.de offic. deleg. Nec ante dictum tempus solutioni appositum, dictæ pecuniæ sunt effectę ipsius Alfunsij, propter eius status mutationem, vt latè dictum fuit per præfatum Dom. Consultorem. cuius opinio ad litterã probatur in l. cum quis, in princ. quæ lex fuit Africani iureconsulti. ff. de solut.per quem tex. consulendo Parisius con sil.96. præallegato num.24. & 25.decidit, quòd ex quo quidam mercator declinauerat a sua pri ma conditione, in qua erat tempore commissionis de soluendo sibi, ex status mutatione, illa commissio erat reuocata, & quòd ei solui nõ po-
5 test, † faciunt not.per Barto. in d.l.cum quis.in princ.vbi dixit per illum tex. quòd procurator, qui statum suum mutauit in peius, censetur
6 reuocatus. † quod etiam voluit Bart.in l.si cum Cornelius.ff.mand.in fine.& per Felyn.in ca.ex parte decani.num.42.de rescri.

Nec obstat acceptatio facta per Carolum, de litteris Cambii a Camillo sibi destinatis, quòd solueret Alfunsio, quia ad hoc fuit sufficienter respõsum per dictum Dominum Consultorem.

Secundo facit pro cõclusione prædicta, quòd cum Camillus non potuerit exigere ab agentibus Alfunsij, Panormi dictam quantitatem, iuxta commissionem sibi datam, de qua in puncto supradicto. ex quo illi decoxerant, ipse tractat de damno euitando: Alfunsius verò tractat de lucro captando, ergo magis fauendum est Camillo, quàm Alfunsio, per ea, quæ scribit Specu. in tit.de in integr.restit.vers.sed qualis.Et idem Spec.in tit.de probat. in §.3. vers. sed pone. vbi dicit potius fauendum esse tractanti de danno euitando, quàm tractanti de lucro captando,
7 †satis.n.lucri consequeretur dictus Alfunsius, si dicta quantitas vti sibi debita inter eius creditores esset diuidenda, vel per Carolum eius creditorem posset retineri.

Tertio facit, quia si diceremus dictas pecunias effectas esse Alfonsii, qui ante tempus solutioni appositum decoxit, & illas non soluit Panormi, medio suorum negotiatorum, ibi, vt debebat, ex quo ibi idem Alfonsius similiter foro cessit, vtique diceremus, illum debere locupletari cum alterius iactura. quod non conuenit.
8 †c.locupletari.de regul. iur. in 6. l. iure naturæ. ff.eod.titu.præsertim, quia nimis absurdum esset, quòd vnus & idem, qui iam Panormi primo, demum valentiæ foro cessit, & pro mortuo habetur lucrum valentiæ, caperet eius, quod nõ soluit Panormi, & sic mortuus vtrobique propter eius decoctionem, Valentiæ viuus censetur, & Panormi mortuus. esset enim dare duo contraria in eodem subiecto, quod esse non po-
9 test.†l. si ancillam.ff.pro suo, immo contraria allegans non est audiendus l.1.C.de furt.l.Titiæ. ff.de condic.& demonst.c. sollicitudinem.in fine.de appel.& ita suadet æquitas, quæ inter mercatores seruanda est.

Si igitur summa prædicta, quæ est in manibus dicti Caroli, non fuit effecta Alfonsii, quomodo ad eius creditores spectare poterit? cum nemo plus iuris in alium transferat, quàm ad
10 se spectet. † nemo plus. de regul. iur. in 6.cum vulgar.

Et ideo resultat conclusio, quòd nec ipse Carolus, esto quòd verè esset creditor ipsius Alfonsii, potest retinere pro computo sui crediti dictã summam & de ea vti cõpensatione cũ suo credito. ex quo non est effecta dicti Alfonsii. compen
11 satio enim fit de credito ad debitum.† l. prima. ff. de compen. quinimmo & eius, quod in diem
12 debetur, non valet compensatio fieri. † l.quod in diem.ff.eo.titu.

Nec potuit fieri aliqua compositio inter prædictum Alfonsium, & ipsum Carolum circa prædictam summam, etiam si facta fuisset, antequã Alfonsius foro cederet. quia, vt supra ostensum est, Carolus soluere non poterat ante diem, nisi suo periculo. Ergo nec super d.quantitate, cum ipso Alfonsio componere. immo omnis compositio inter eos facta nulla esset. Tanquam in fraudem ipsius Camilli facta. ex modico.n.interuallo cessationis seu fallimenti fraus arguitur. quia quod incontinenti fit, inesse videtur. ergo text. in l. si ventri. §. fin. ff.de priuileg.credit.notant Bartol.& alii, in l. post contractum.ff.de donat. nam, vt mihi narratum est, pridie quam foro cederet Alfonsius cum d. Carolo composuit, & in suis libris summam prædictam, quam ad huc exigere non valebat ad computum ipsius Caroli descripsit, ad præiudicium Camilli prædicti. ex quo, vt dictum est, apertissima fraus deprehenditur contraria fidei mercatorum. Nec mirum, quia mercatores, qui foro cedunt, faciles sunt ad
13 mentiendum & colludendum, †vt inquit Bald. consil.400.in libris Thesaurariæ. col.2. num.3. in 5.vol.

Vt supra conclusum est, dico, consulo, & iuris esse arbitror, ego Hieronymus Gigas V. I. D. & in fidem propria manu subscripsi, & proprio meo sigillo signaui, saluo semper iudicio rectius sentientis.

IN MATERIA CONTRACTVVM.

SVMMARIVM.

1 *Sapiens ex paucis multa intelligit.*
2 *In sermonum folijs gloriari non debemus.*
3 *Ex facto ius oritur.*
4 *Onera ad q̃ aliquis teneri voluit vigore contractus desuper celebrati, quòd semper ad ea, quæ tempore contra-*

contractus iniuncta erant, referantur.
5 *Contractus verba iuxta mentem contrahentium intelligenda.*
6 *Locutio generalis ad extraordinaria non refertur.*
7 *Procurator generalis licet poßit facere ea, quæ Dominus facere solitus est, in hijs quæ ordinariè aguntur non in hijs quæ extraordinariè intelligi debẽt.*
8 *Obligatus ad casum fortuitum, non intelligitur obligatus de casu fortuito inusitato.*
9 *Suscipiens in se periculum futuræ iniuriæ, non intelligitur casum prorsus insolitum, & periculum incogitabilis fortunæ in se suscepisse.*
10 *Venditor de iure regulariter de euictione tenetur. Limitatio ad idem refertur.*
11 *Locatione facta de fructibus ad Archidiaconum spectantibus, non venire insolita, ea quæ pro eius iocundo aduentu præstari consueuerunt.*
12 *Exceptio ꝙ debeat esse de regula, & regulã declaret.*
13 *Actionem personalem in particularem successorem non transire.*
14 *Personalis obligatio prælati in successorẽ nõ transit.*
15 *Casus omissus dispositioni iuris cõmunis reseruatur.*
16 *Pensionem percipiens super fructibus alicuius beneficij pro rata fructuum ad decimas, & charitatiuũ subsidium tenetur.*
17 *Pensio aßignata super fructibus alicuius beneficij, quòd transeat cum onere suo.*

CONSILIVM LXV.



SCRIPTVM est apud glo. in auct. de cõsang. & vter. fratr. in §. 1. in verbo opinari. quod sapiens ex pau
1 cis multa intelligit. † & in c. Melchiore 1. q. 1. quòd nõ debemus
2 in sermonum foliis gloriari. † ero igitur in causa Reuerendissimi Domini mei Domini Marini Cardinalis Grimani breuis. cum res agatur coram sapientissimis ac Doctissimis
3 viris. Et quia ex facto ius oritur. † l. si ex plagiis §. in cliuo capitolino. ff. ad leg. aquil. ideo in primis & ante omnia factum propono, quod quidẽ tale est. aliàs iam pluribus annis litigatum extitit in Romana curia inter Reuer. bo. me. Cardinalem Grimanum, & congregationem Sancti Michaelis de Muriano, de & super monasterio Sanctæ Mariæ ad carceres, Paduanę diœc. tandẽ inter partes prædictas ad concordium deuentũ est, & inter cetera actum extitit, quòd tit. d. Monasterii deberet remanere apud dictam congregationem, vnà cũ redditus duc. 600. annuatim. Reliqui verò fructus essent reseruati loco annuę pensionis d. Reuerendissimo Cardinali cum facultate transferendi dictos fructus in totum vel in partem, vni vel pluribus personis. & actum extitit, quòd dictus bo. me. Cardinalis teneretur soluere omnia & singula debita & onera ac liuella d. Monasterii, ita quòd in nullo Monasteriũ. & cõgregatio prædicta ratione liuellorum & debitorum ipsorum quomodocunque soluendorum teneretur, neq; teneri deberet, nisi ratione debitorum, si qua debita per dictam cõgregationem indebitè contracta fuissent. Ita expresè dicunt verba litterarum Apostolicarum confirmationis dicti concordii. Demum idem Cardinalis trãstulit dictos fructus sibi reseruatos partim in Reuer. Prothonotariũ Grimanum eius nepotem, & partim in pręfatũ Reuerẽdiss. D. Marinũ tunc Aquileien. Patriarchã. nunc autem Cardi. benemeritũ. Mortuo d. Prothonotario cessauit reseruatio fructuum, quo ad eius partem, & sic illa accreuit dictæ congregationi. Verum, quia Illustriss. D. imposuit hoc anno clero totius Dominii præter solitũ onus soluẽdi certum imprestitum: quæritur, an Marinus Modernus Card. cui reseruata est certa quãtitas d. fructuum, pro rata d. duc. 600. vt supra dictæ congregationi reseruatorum, teneatur soluere dictũ imprestitũ, vel pro d. summa, ad illud teneat̃ d. cõgregatio.

Circa hoc ex infradicendis breuiter dico, d. Card. non teneri ad dictum imprestitum, pro rata d. duc. 600. quia si viueret q. bo. me. Dominicus Card. eius patruus, cum quo initum fuit supra dictum concordium, ad id non teneretur. licet. n. se obligauerit soluere omnia onera d. monasterii, intelligitur de illis oneribus, quæ tem-
4 pore celebrati contractus † d. monasterio incumbebant. l. Ruptilia Polla. ff. de contra. emp. & ibi Bar. sed tempore d. concordii, istud onus imprestiti non fuit in consideratione, quia non est ordinarium, neque solitum, merito de isto d. contrahentes non vidẽtur cogitasse, iuxta quorum
5 mentem verba contractus interpretãtur. † l. fin. C. quæ res pign. dar. pos. & ibi Bal. facit tex. in l. nõ omnis. ff. si cert. pet. l. fi. C. de contra. & com. stipul. l. in conuentionibus. ff. de verb. obl. l. pro mittendo. in prin. ff. de iur. dot. sed solum videntur cogitasse dicti paciscentes de oneribus ordinariis. d. Monasterii, vt puta datiis & collectis, q̃ annuatim ordinariè soluunt̃, nõ aũt de isto imprestito, nũquã imponi cõsueto, & sic extraordinario. facit tex. in l. Seio. §. medico. ff. de ann. leg. vbi generalis loquutio ad extraordinaria nõ re-
6 fertur. † Per quem tex. dixit ibi Barto. quòd licet ꝓcurator generalis possit facere ea, quæ Dñs solitus est facere, vt l. vel vniuersorum. ff. de pign. act. tamen intelligi debet de his, quæ solitus est
7 facere ordinariè, non extraordinariè. † subdit ẽt ibi Bar. per illum tex. ꝙ si aliquis obligauit se ad casum fortuitum, non intelligitur obligatus de
8 casu fortuito inusitato, † vt puta qui in mille annis accidit vna vice. allegat bonum tex. in l. fistulas. in fi. ff. de contr. empt. hoc idem voluit Bart. in l. sed & si quis. §. quæsitũ. col. 2. in fi. ff. si quis caut. & sequitur Ant. de Butr. in c. 1. de commo.

Cõprobant̃ prædicta ex his, quæ voluit Ang. in cõs. suo 176. incipit, præmittendũ est. vbi consuluit, ꝙ si quis suscepit in se periculum futuræ iniuriæ, non intelligitur prorsus insolitum casum, & piculũ incogitabilis fortunæ in se susce-
9 pisse. † Ad idẽ facit, quia licet regulariter de iure
10 vẽditor teneatur de euictione, † vt per totũ tit. ff.

& C. de euict. tamen de casu contingente post contractum, nouo & insolito, non tenetur. l. Iutius. ff. de euict. Accedat quod dixit Oldr. in consil. 129. incipit, in quęstione, quæ vertitur. vbi cōsuluit, quòd in locatione fructuum, qui quomodolibet Archidiacono obueniunt, non venit solitum præstari Arch. pro eius iocundo aduentu, sed tantum ea, quæ certam annuam erogatio
11 nem continent. † Et Oldr. sequuntur Bal. Iason & alii in l. diuortio §. quod in anno. ff. sol. matr.

Præterea verba litterarū confirmationis dicti concordii, in quibus consistit fundamentum d. congregationis, sunt talia, videlicet, nec non, quòd tu tenearis & obligatus sis soluere omnia & singula debita & onera ac liuella dicti monasterii. Ita quòd in nullo monasterium, & cōgregatio prædicta ratione liuellorum & debitorum ipsorum quorumcunque soluendorum, teneatur, neq; teneri debeat, nisi ratione debitorum, si qua debita per dictam congregationem indebite contracta fuissent, modo sic exceptio, debet
12 esse de regula, & regulam declarat. † l. nam quod liquidè. in fine. ff. de pen. leg. sed dicta exceptio est de debitis iam contractis. & quæ insunt tempore concordii. ita dicamus, quòd obligatio sit de oneribus, quæ tempore concordii inerant. d. monasterio, & ex his patet, ꝙ si dictus bo. me. Cardinalis paciscens viueret ad dictum imprestitum non teneretur, pro rata dictorū duc. 600.

Sed posito, non tamen concesso, quòd dictus q. bonæ me. Cardinalis paciscens si viueret, esset obligatus soluere dictum imprestitum pro dicta summa duc. 600. Ad huc dico Modernum Cardinalem non teneri, quia dictus bo. me. Cardinalis erat obligatus ad dicta debita & onera actione oriente ex d. cōcordio, & sic actione personali. §. omnium. insti. de actio. Actio autem personalis non transit in particularem suc-
13 cessorem, † & sic in modernum Reuerendissimū, ad quem tātum pars dictorum fructuum deuenit. l. fi. §. fin. ff. de contra. empt. l. 1. §. si hæres. ff. ad Trebell. quinimmo personalis obligatio præ
14 lati non transit in successorem. † ca. cum esset. & ibi Innoc. & Doct. de præben. Bal. in sua Margarita in verbo obligatio, & maximè: quia dictum non fuit in d. concordio, quòd successor teneretur ad onera. Merito imputandum est dictę congregationi. l. veteribus. ff. de pact.

Secundo moueor, quòd in dicto concordio actum extitit, quòd fructus dicti monasterii essent reseruati d. q. bon. me. Cardinali, & quòd ipse solueret onera d. Monasterii. modo vt dictum fuit supra d. Cardinalis transtulit dictos fructus partim in d. protonotarium, cuius pars cessauit & accreuit monasterio: alteram partem in Reuerendissimum Cardinalem præsentem tunc Patriarcham. & nil dispositum fuit in d. concordio de soluendis oneribus cessante dicta reseruatione fructuum in totum vel pro parte. & sic iste casus tanquam omissus in d. cōcordio
15 remanet in dispositione iuris communis. † l. cōmodissime. ff. de liber. & posth. l. si extraneus. ff. de condi. ob cau. l. si cum dotem. ff. sol. matri. Ex dispositione autem iuris communis, quilibet tenetur ad onera pro rata fructuum, quos percipit, vt tradit in similibus terminis Bellencinus in suo tract. de carit. subsi. q. 75. vbi decidit, quòd percipiens pensionem super fructibus alicuius beneficii, teneatur pro rata fructuum
16 ad decimas, & caritatiuum subsidium. † facit text. in cap. tua nobis. circa finem, de decim. Et quod voluit Innocen. in capitu. cum non sit. circa finem. de decim. vbi dixit, quòd quando pensio est assignata super fructibus alicuius fundi,
17 tunc pensio transit cum suo onere. † ad idē Car. in clemen. 1. §. primo. in principio. de magistr.

Laus Deo.

Hieronymus Gigas V.I.D.

IN MATERIA RESTITVTIONIS dotis, si eadem super bonis fideicommisso subiectis, & feudalibus cadere possit.

SVMMARIVM.

1 Bona directo fideicommisso subiecta tam pro constituenda, quàm restituenda dote alienari possunt, non existente aliis bonis, super quibus dotis constitutio, seu restitutio fieri posit,

2 Dispositio autem. res quæ C. conuen. de lega. quo casu procedat, & locum sibi vindicet.

3 Legitima, & Trebellianica ex bonis fideicommisso subiectis detrahenda, si eadem non sint satis pro dote constituenda, vel restituenda alienari possunt.

4 Testatoris voluntas seruanda est.

5 Feudalia bona in dotem dari, nec pro dotis restitutione obligari posse.

6 Dotis assecuratio super bonis feudalibus sine consensu Domini, quòd aliter fieri non posit.

CONSILIVM LXVI.

Christi nomine, eiusque gloriosissimæ matris Mariæ virginis nominibus inuocatis.



Isis, & diligenter consideratis processibus formatis in causa, & lite vertente inter Dominū Vincētium Zanne de Sacilo ex vna, & Dominum Paridem Linteriū de sancto Vito Patriæ Fori Iulii, ex altera partibus, mihi commissa ad consulendum decisiuè per Reuerendiss. & Illustrissimū Dominum Ioannem Grimano Patriarcham Aquilegiensem, de duobus dubitari contingit.

Primo, an solutio residui dotis vxoris d. Domini Vincentii, & filiæ. q. Domini Ioannis Simonis de Linteriis fieri possit sup bonis possessis per d. q. D. Ioannē Simonem fideic. subiectis.

Secundo,

Secundo, an solutio prædicta fieri possit super bonis feudalibus per antedictum Dominũ Ioannem Simonem tentis, & possessis dudum ante eius mortem, de quibus apparent inuestituræ feudales in processibus productæ, & registratæ, factæ per Clarissimos Dominos Locumtenentes pro tempore existentes pro Illustrissimo, & Excellentissimo Ducali Dominio Venetiarum in Patria Fori Iulii. Et breuitati studendo dico, vt infra.

Circa primum arbitror in primis considerãdum esse, quòd in processibus causæ prædictæ duo fideicommissa producta, & registrata reperiuntur per Dominum Paridem Linterium antedictum, vnum, videlicet factum per q. presbyterum Ioannem Henricum fratrem vterinum. q. D. Franceschini Linterii, de quo apparet eius testamento condito, de anno 1514. quòd quidẽ fideicommissum transuersale est, in quo locum non habet, text. in auct. res quæ. C. commun. de legat. qui text. loquitur in fideicommisso directo. Alterum relictum a q. Domino Francischino patre dicti q. Domini Ioannis Simonis, de anno. 1529. quod est fideicommissum directũ, de quo loquitur auct. Res quæ, supra allegata.

His præmissis, Dico, quòd bona subiecta fideicommisso directo, tam pro cõstituenda, quã
1 pro restituẽda dote alienari possunt, † vt est text. in præalleg. Auct. res quæ. C. commu. de legat. & ibi glos. Barto. & Doct. & per Deci. in consil. 376. viso casu, in secundo volum. Hoc tamen sanè intelligendum est, quando non adsunt bona libera, super quibus fieri possit constitutio, seu restitutio dotis, vt dicunt Iacob. de Aren. & Salyce. in l. voluntas. C. de fideicommis. & idem Salyce. in l. fina. C. de reb. alien. non alienan. quos refert, & sequitur Alexan. in consil. 61. consideratis verbis. colum. secunda. versicu. verum quia. & versic. Tu autem. in primo volu. Dispositio enim d. Aucten. res quæ. facta fuit in subsidium, ideo locum non habet, quando ad-
2 sunt alia bona non subiecta fideicommisso, † vt voluit Paul. de Cast. ibi, in versic. sed pone. vbi etiam alii scribentes. idem tenet Paris. in consil. 219. visis & consideratis, columna finali. nume. 6. & 7. in tertio volum. Idem voluit Dominus Caro. Ruin. præceptor meus, in consil. 61. in causa & lite. colum. secunda. nume. 5. in quinto volum. vbi dixit, quòd quando legitima, & Trebellianica detrahenda ex bonis subiectis fideicommisso non sufficiunt pro dote constituẽda, vel restituenda, eo casu bona prædicta aliena-
3 ri possunt pro dote. † Igitur in casu, de quo agitur, si non adessent tot bona libera, quæ sufficerent pro satisfactione dicti residui dotis, eo casu solutio fieri posset super bonis dicti fideicommissi directi instituti a q. Domino Francischino Linterio patre. q. Domini Ioannis Simonis. seruata tamen forma eius testamenti, qui voluit filias dotari, secundum possibilitatem, & consuetudinem familiæ, quia scriptũ est, Disponet testator, & erit lex. vulgato tex. in §. disponat. in auct. de nupt. testatoris etenim volũtas seruan-
4 da est. † l. in conditionibus. ff. de conditio. & demonstra. & sic non aliena a voluntate testatoris censeri debet oblatio Domini Paridis, de qua in processu.

Quoad secundum, dico, quòd bona feudalia, de quibus in inuestituris feudalibus in processu productis, non sunt obligata pro solutione dictæ dotis, cum in dote dari non possint. c. primo. §. donare, in titulo qual. olim feud. pote. alie. hinc est, quòd non possunt obligari pro restitu-
5 tione dotis. † Bald. in consil. 182. Petrus de Firmo in tertio volum. Nec valet assecuratio dotis facta super bonis feudalibus sine consensu Do-
6 mini, † vt consuluit Paris. in consil. 18. Non potuit. col. 1. in princ. in primo volum.

Ex præmissis eliciunt infrascriptæ conclusiones.

Prima, quòd bona relicta sub fideicommisso per q. presbyterum Ioannem Henricum, ex quo dictum fideicommissum est transuersale, non compræhenduntur sub dispositione d. auct. res quæ. Ideo non sunt obligata pro solutione dictę dotis.

Secunda erit conclusio, quòd bona subiecta fideicommisso ex testamento. q. Domini Francischini prædicti, ex quo tale fideicommissum est directum, non existentibus bonis liberis, obnoxia sunt solutioni dicti residui dotis, iuxta tamen voluntatem ipsius testatoris, vt supra dictum est.

Tertia erit conclusio, quòd super bonis feudalibus, de quibus in inuestituris Clarissimorũ Dominorum Locumtenentium Patriæ Fori Iulii in processu registratis, fieri non potest solutio dicti residui dotis.

Et ex his & aliis rõnibus ex processibus colligibilibus, dico, mea quidem sententia, bene appellatum, pro parte dicti Domini Paridis Linterii, & male iudicatum per Excellentem Dominum Capitaneum Castri Sancti Viti ad fauorẽ D. Vincentii Zanne de Sacilo.

Vt supra dico, consulo, & iuris esse arbitror, Ego Hieronymus Gigas V. I. D. Consultor deputatus a Reuerendissimo, & Illustrissimo Domino D. Ioanne Grimano Patriarcha Aquilegiense, Domino meo colendissimo, & in fidem propria manu me subscripsi, sigilloque meo solito signari feci.

IN MATERIA CONTRACTVVM, pro Magnifico, & Illust. Comite Collaltino. subscript. per præstãtissimum Dominum Hieronymum Tornicellũ.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum aut in totum admittendum, aut in totum repudiandum.*

Solutio

2 *Solutio particularis damnosa dicitur, nec admitti debet.*
3 *Aliquid fit ratione totius, quod non fit, ratione partis.*
4 *Vna & eadem res diuerso iure censeri non debet, & totum integrale in partes scindi.*
5 *Natura rei propter accidens aliter mutari non põt.*
6 *Accessorium sine suo principali stare non posse.*
7 *Iudicium idem de dependentibus, quod de eo a quo dependent fieri debet.*
8 *Venditiones plures in vno, & eodem instrumento, pluribus rebus pretijs in singulas res diuisis, censendas esse.*
9 *Fabianus de Monte Iulij III. Pontificis Maximi auus.*
10 *Pretij pluralitate plures contractus induci.*
11 *Ex diuersis non inferri.*
12 *Dos proprie mulieris patrimonium dicitur & reputatur.*
13 *Venditionem rei vnico prætio, & sub nomine collectiuo factam vnicam esse, & indiuiduam reputari.*
14 *Venditionem, & insolutum dationem diuerso iure cẽseri, & de vna ad aliam non inferri.*
15 *Datio insolutum, quòd similis venditioni dicatur, & vim venditionis obtineat, & quo casu.*
16 *Statutum de contractu venditionis loquens in datione insolutum non procedit, nec locum sibi vindicat.*
16 *Datio insolutum, quòd vera, & directa venditio aliter non sit.*

CONSILIVM LXVII.



AGNIFICVS, & Illustriss. Comes Manfredus de Collalto, de anno 1543. vendidit Magnifico, & Illustri Comiti Ioanni Baptistæ de Collalto suo ex fratre nepoti, Castrum Credatii positum apud Collaltum, cum suis ædificiis, & cum tota iurisdictione dicti Castri, & sui territorii, etiam cum expressa, omnimoda, & absoluta potestate, arbitrio, & baylia, vtriusque gladii, & cum omnibus priuilegiis, prærogatiuis, honoribus, & præeminentiis, & cum suo nemore, nec non pascuis, ripis, & aliis rebus ac bonis ad ipsum Castrum spectantibus, & pertinentibus, & quæ spectare, & pertinere possent quomodocunque, & qualitercunque, & cũ omnibus iuribus, habentiis, & pertinẽtiis suis, prout hactenus per dictum venditorem, & auditorem, & auctores suos tenta, & possessa fuerunt.

Item omnes, & singulas possesiones, & siue petias terrarum aratarum plantatarum, & vitigatarum, & partim pratiuarũ, & seu tales quales esse reperiuntur, olim per dictum venditorẽ simul cum Illustr. Comite Ioanne Antonio de Collalto fratre suo, assignatas in dotem, & pro nuptu. q. Mag. & nobilis matronæ Do. Cassandræ sororis suæ eidem venditori ex testamento dictæ. q. Dominæ Cassandræ relictas, positas, & iacentes in villis seu regulatu villarum de Fara, & partim de Posmono territorii Taruisini in diuersis locis ascendentes ad quantitatem camporum centum, & quatuor in totum.

Et inferius in eodem instrumento venditionis dicitur, & hoc pretio, & foro, scilicet, quo ad Castrum Credatii cũ rebus suis supradictis ducatorum mille, & quo ad terras, & possesiones de Fara, & Posmono supradictas ducatorũ mille quingentorum auri currentium in totum. & ita de verbo ad verbum in dicto instrumento vẽditionis descriptum reperitur.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitiæ. Circa dubium mihi propositum ad consulendum, vtrum videlicet, Magnifico, & Illustri Comiti Collaltino filio. q. Magnifici, & Illustris Comitis Manfredi venditoris cõpetat actio ad redimendum petias terrarum supradictas iure congrui, seu prothomiseos, omissa pro nunc redẽptione castri Credatii, de quo in themate. Et videtur dicendum dictũ Illustr. Comitem Collaltinum admitti non debere, nisi totum pretium etiam respectu Castri prædicti præsentet, ex infrascriptis.

Primo, quia in vno, & eodem instrumento continetur venditio ipsius castri, & possesionũ prædictarum, iuxta illud generale dictum Iurisconsulti, aut totum admittendum aut totum re-
1 pudiandum. † l. quidam eulogio. C. de iur. delib. l. cum quæritur, in fi. ff. de admini. tutor. l. nam absurdum. ff. de bon. liber. l. si ita stipulatio, in fine. ff. de oper. libert.

Secundo, quia in instrumento prædictæ venditionis pretium castri, & terrarum prædictarũ est redactum ad vnam integram summam, videlicet ducatorum duorummilium quingentorum. & sic dicta venditio facta videtur vno pretio tantum, venditio autem plurium rerum vno pretio facta firma manere debet priori emptori, cum vna dicatur emptio, & venditio, ne in venditione particulari venditor afficiatur incommodo, cum particularis solutio damnosa sit. l. plane. ff. famil. ercisc. facit text. in l. tutor. §. Lucius. ff. de vsur. vbi particularis solutio non est
2 admittenda, † ad idem. l. solutum. §. si creditor. ff. de pignor. actio. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. ibi, in parte pretii, accedit, quòd aliquid
3 fit ratione totius, quod non fit ratione partis. † l. Mæuio. §. in fundo. ff. famil.

Tertio dicitur, quòd prior emptor partem vnam tantum de rebus contentis in instrumento venditionis habere cogi non debet, cũ aliàs non nisi totum fuisset empturus. l. quod si vno. ff. de in diem adiect. l. tut. §. primo. ff. de min. l. cum eiusdem. ff. de ædil. edic. l. si quis alium. ff. de solut. & hanc partem rationibus supradictis videtur tenere Bald. in tract. suo, de iur. protho. versic. sed pone, quòd quis. nu. 20.

Quarto adducitur, quòd castrum prædictum cum suis pertinentiis, & iuribus quibuscunque

ad

ad ipsum castrum spectantibus, vsque de anno. 1321. Illust. Comiti Rambaldo, de Collalto, & Mag. D. Claræ eius vxori insolutum pro quodã eorum credito datum fuit, ideo videtur conside randa dicta primitiua causa vnitæ, & pro vno pretio dationis in solutum, dicti castri cum possessionibus prædictis. nam etiam si datio insolu tum facta esset, pro vno debito, & esset facta cũ pretiis diuersis, non potuisset in partem dati ius præsentandi haberi, vt per Ias. in l. stipulationes non diuiduntur, colum. 14. versic. ad ista etiam adde. ff. de verb. obliga. & sequitur Tiraquel. in tracta. de vtroque retract. §. 23. in gl. 1. nu. 22.

Vltimo pro ista parte adducitur, quòd vna, & eadem res non debet diuerso iure censeri, &
4 totũ integrale in partes scindi. † l. eum qui ædes. ff. de vsucap. Bal. in consil. 326. colum. fin. in primo volum. esto, quòd castrum, & possessiones prædictæ separatis pretiis venditæ fuerint. non potuit enim rei natura propter accidens muta-
5 ri. † l. qui habet. ff. de tutel. l. certi conditio, vbi glos. in verb. ex omni, in fi. ff. si cert. peta. dictæ enim terræ, & possessiones videntur esse accessoriæ ad dictum castrum, tanquam principale
6 sint, quo stare non possunt. † l. cum principalis. ff. de reg. iur. capitu. accessorium. eod. tit. lib. 6. dictæ enim terræ a dicto castro sunt dependentes adeo, quòd idem dicendum videtur, cũ idẽ iudicium de dependentibus sit, quòd de eo, a
7 quo pendent. † l. quæ religiosis. ff. de rei vendi. c. translato. de constit. l. quamuis. ff. de preca.

Præmissis tamen non obstantibus, contrariũ de iure verius esse arbitror, videlicet, quòd præ fatus Mag. & Illust. Collaltinus ad mitti debeat ad præsentandũ super alienatione facta per q. Illust. Comitem Manfredum eius patrem de terris contentis in suprascripto venditionis instrumento sitis in territorio Taruisino, absque eo, ꝙ teneatur etiam præsentare prætium dicti castri. & moueor ex infrascriptis.

Primo, quia regulare est, quòd tot dicuntur esse venditiones, quot sunt res separatim venditæ, & appreciatæ contentæ etiam in vno, & eodem instrumento, argum. text. in l. cum plures. ff. de euict. l. scire debemus. ff. de verb. oblig. vbi habetur, quòd tot sunt stipulationes, quot res contentæ in vna, & eadem stipulatione, ideo quotiens in vno, & eodem instrumento venditæ sunt plures res pretiis in singulas res diuisis, vt puta, domus centum aureis, fundus aliis cẽtum, nulli dubium, quòd plures, ac diuersæ ven
8 ditiones censentur. † l. cum eiusdem, & l. si plura. ff. de ædil. ædict. l. quod sæpe. §. in his. ff. de cõtrahen. emptio. l. in bello. §. vltimo. ff. de capt. & postlim. reuers. Aret. in consil. 11. procedendum est. colum. prima. Bald. in consil. 66. factum tale est, apparet. colum. prima. in princ. in 3. vol. & idem Bald. in l. fi. §. præterea, colum. secunda. C. de iur. doti. vbi per illum text. ibi in verb. pro singulis dixit, quòd si vno, & eodem instrumento plures res contineantur, quæ habeant diuersa pretia, dicũtur plures esse venditiones, & propterea si alter contrahentium in vna ex rebus vẽditis esset deceptus vltra dimidiam iusti pretii, in illa tãtum haberet locum rescisio, de qua in l. secunda. C. de rescind. vendit. & non in aliis, de quo etiam per Deci. consil. 421. plenè & subtiliter colum. prima. nume. 3. & 4. in tertio vol. & quòd tali casu plures cẽseantur esse venditiones tenuerunt Areti. & Soci. in l. si ex toto. §. vltimo. in secundo not. ff. de leg. primo. & Fabia. de Monte, Auus Iulii III. Pontificis Maximi,
9 † in tract. de emptio. & vend. in quinta q. prin. colum. 6. versicu. item distinctio, nume. 23. quos refert, & sequitur Tiraquel. in tract. suo, de vtroque retract. in §. 23. in glos. prima. nume. 17. & Domi. Carol. Ruin. præceptor meus, in consilio 65. Datio in solutum, in princ. in quarto volum. & Barth. Cepol. in l. cum eiusdem, in princ. in primo not. post alios, ibi scribentes. ff. de ædil. edic. dicens, quòd pluralitas pretii facit esse plu
10 res contractus. † ideo notandum esse dicit, pro statutis dicentibus, quòd de omni contractu soluatur Gabella. quòd si volumus cognoscere vtrum sit vnus contractus, vel plures, inspicere debemus, an pro qualibet re vendita sit certum pretium constitutum, nam eo casu soluerentur plures Gabellæ, quia essent plures contractus.

Secundo facit, quia etiã si plures res vno pretio sint emptæ, quod pretium postea in singulas res diuidatur, vt puta, si in eodem instrumento, dictum fuerit, vendidit domum, & fundum trecentis ducatis, videlicet, domũ ducentis, & fundum centum, etiam dicto casu plures vendititiones esse censentur, vt voluit glos. in l. ædiles. §. si plura, versic. forte, in princ. & in glos. sequenti. rursumque in §. fin. eiusdem legis, in verbo pretio, ff. de ædil. edict. vt per Bart. in disputatione, incipiente publicanus, in fin. vbi dicit hoc esse notandum, & per Fabian. de Mon. in præallega. tract. de emptto. & vendit. colum. penul. & per Corset. in suis singul. in verb. venditio, incipit, licet plures, & per Signorol. in consil. 53. super prima, in princ. & latè scribit Tiraquel. loco superius allegat. nu. 18.

Tertio dicitur, quòd etiam si in vno, & eodẽ instrumento, prout in casu nostro, fuerint venditæ plures res, & in singulis pretium diuisum, & in vnum ex omnibus collectum, vt puta, si vẽdita sit domus sexaginta aureis, & fundus quadraginta, & dictũ fuerit, quæ sunt insimul redactæ faciunt summam ducatorum cẽtum, etiam isto casu censentur plures esse venditiones, vt p Aret. in l. scire debemus, colum. 3. versicu. & aduerte, ff. de verb. oblig. quod etiam sequitur Tiraquel. loco supra allegato. nu. 19.

Quarto considerandũ est, quod terræ, de quibus in instrumento, dictæ venditionis, sunt ibi expressæ, non tanquam dependentes a dicto castro Credatii, sed vti corpus separatum ab ipso castro, tum quia sunt in iurisdictione Taruisina, & sic in iurisdictione separata ab ipso castro, tum

tum quia non sunt pars castri prædicti. ideo diuerso iure censentur, & sic de vno ad aliud non
11 est illatio. † l.papinianus exuli.ff.de mino. cum vulgar.

Et quòd dictæ possessiones non sint connexę cum dicto castro Credatii manifestè patet, quia vt in dicto venditionis instrumēto dicitur, aliàs datæ fuerunt in dotem per dictum q. Mag. & Illust. Comitem Ioannem Antoniū fratres, Mag. & nobilis Matronæ D. Cassandræ eorum sorori, & sic effectę patrimonium ipsius, cum dos ꝓ-
12 priè dicatur patrimoniū mulieris.† l.3.§. sed vtrum, in fi.ff.de min.& per Soci.in consil.nono. colum.prima. in versic. secundo probatur in 1. volum.& consil.180.colum.secunda. versic. sed his non obstantibus, in secundo volu. & demū possessiones prædictæ deuenerunt in dictum Illust.Comitem Manfredum ex eo, quòd sibi dimissæ fuerunt per dictam q. D. Cassandram in eius vltimo testamēto, & sic easdem posside bat, titulo legati prædicti, non tanquam a dicto castro dependentes.

Nec obstant adducta in contrarium, & primo dum dicebatur, quòd aut totum admittendum, aut totum repudiandum. l. quidam eulogio, cum similibus.C.de iu.delib.quia illud procedit quando vnum corpus integrale venditur certo pretio, tunc enim res vēdita nō pōt ꝓ parte recuperari, & pro parte nō, vt declarat Bal.in tract.de iur.prothom.nu.22.accedat, quòd not. Ang.& ibi Cepol.in præalleg.l.cum eiusdem, in secundo not.nume.5.ff.de ædil. edict.vbi dicūt, quòd venditio rei si fit vnico pretio nomine col
13 lectiuo, vnica est obligatio, & indiuisa.† hinc enim, aut totum dimitti debet, aut totum relaxari. in casu autem nostro vendita sunt in eodem instrumento duo corpora, videlicet, castrū prædictum, Item possessiones, de quibus agitur, & sic duo corpora separata loco, iurisdictione, & pretio, quo casu vnum corpus pars alterius corporis dici non potest, & sic dictæ res non sunt eiusdem officii vel vna alteri accessoria, iuxta ea, quæ scribit Bald. in præalleg. tracta. de iur.prothom.loco prædicto.

Ad secundum, dum dicebatur, quòd in dicto instrumento pretium castri, & terrarum, ex quo redactum est ad vnam summam integram, videlicet, ducatorum duorummille quingentorum, emptio prædicta licèt plurium rerum vno pretio facta emptori firma manere debet, cum vna dicatur emptio, & venditio: ex supra adductis patet responsio, quia in casu nostro plures res sunt venditæ, & in singulis pretium diuersum est appositum, & sic sunt plures venditiones.

Nec obstat dum tertio loco dicebatur, quòd in casu nostro prior emptor partem tantum habere cogeretur, cum alias, nisi totum fuisset empturus.l.quod si vno.ff.de in di.adi.l.tutor.§.1. ff.de minor.cum aliis iuribus supra allegatis, ex quibus Bald. in præalleg.tract. de iur.prothom. ver.sed pone, quòd quis.nu.20.hanc partem tenere videtur. quia istud contrarium procedit, quando apparet emptorem, & venditorem, nō nisi totum fuisse empturum, & venditurum. & ita loquitur Tiraq. in dicto tract. de vtroque retract. in §.23.in gl.prima.nu. 20. & tenet Deci. in consil. 421.in tertio volum.& est tex. de hoc expressus, in dicta l. cum eundem.§. interdum. ibi, scilicet cū manifestum erit.ff. de ædil. edict. Sed in casu nostro non constat Illust.q. Comitē Manfredum venditorem, non fuisse aliàs vendi turum castrum prædictum sine dictis terris, & ꝙ similiter Illust. Comes Ioannes Baptista emptor non fuisset aliàs empturus castrum prædictum sine dictis terris, præsertim cum dictæ terræ non sint eiusdem officii, neque vna alteri cōnexa, vel ab altera necessario depēdens, quo casu procedit dictum Bald.loco proximè allegato.

Ad illud, quòd quarto loco adducebatur, ꝙ dictum castrum cū possessionibus prædictis de anno 1321.datum fuit in solutum pro vno debito antecessoribus dicti Illust. Comitis Manfredi, videlicet, Illus.q.D.Rambaldo de Collalto, & Mag. D.Claræ eius vxori. ideo videtur considerandа hæc prima causa vnitè, & pro vno pretio dationis in solutum castri prædicti, cum possessionibus antedictis, etiam quando datio in solutum esset facta cum diuersis pretiis. eo enim casu non posset fieri præsentatio in vna parte tantum, vt scribit Ias. in l. stipulationes non diuiduntur colum.14.versic. ad ista etiam.ff.de ver. obligat.refert, & sequitur Tiraquel.in præalleg. tract. de vtroque retract.d. §. 23. in glos. prima. nume.22. Nam respondetur, quòd illa datio in solutum facta, vsque de anno. 1321. modo esse non debet in aliqua consideratione, quia nunc sumus in venditione, quæ est quid diuersum a datione in solutum, & de vna ad aliam non ar-
14 guitur, † licèt enim datio in solutum videatur esse similis venditioni.l.eleganter.in princ.ff. de pignor. actio.& facit tex.in l.litis.ff.pro empt. & in l.fina.ff.ex quib.cau. in posses.eat. & text.in l. prędium. C.de euict. in fi. ibi, nam huiusmodi contractus vim venditionis obtinet, istud procedit largo modo. propriè autem & strictè loquendo, datio in solutum venditio non dicitur.
15 † hinc est, quòd statutum loquens de contractu venditionis locum sibi non vendicat in datio-
16 ne in solutum, † vt concludit notab.Spec.in tit. de empt.& vendi.§. nunc dicendum. versic. sed pone statutum cōcedens facultatem vicino, vel consorti, vt posit rem venditam recuperare. locum non habet in datione in solutum, quod etiam probat Alexan.in consil.76.visis dubitationibus, colum.3.in quinto volum.ad idem facit, quod voluit Fulgos. consil. 134. in q. versa, col. secunda. vbi dixit, quòd id quod dicitur in cap. ad nostram. de empt.& vendit. quòd præsumatur contractus venditionis simulatus in fraudē vsurarum ex pretii modicitate, & pacto de retro uendendo, locum sibi non vendicat in datione in solutum, quæ non est vera, & directa venditio

17 tio † comprobatur, quia in contractu venditionis numeratio pretii interuenire debet, & talis contractus est voluntarius, datio vero in solutũ necessaria esse videtur, & in ea pecunia non numeratur, hinc est, quòd non ita fraus in datione in solutum, sicut in contractu vẽditionis praesumitur, & ita per prędicta concludit Deci. in consil. 18. viso puncto, & pro tenui. num. tertio. inprimo volum.

Ad id, quod dicitur vltimo loco, quòd vna, & eadem res non debet diuerso iure censeri, & totum integrale in partes scindi. d. l. eum, qui aedes. ff. de vsucap. & quòd castrum, & possesiones praedictae, licèt separatis pretiis venditae fuerint, ex quo rei natura propter accidens mutari non potest. l. qui habet. ff. de tutel. cum aliis supra adductis, & quòd dictae terrae, & possessiones sunt accessoria quaedam ad dictum castrum, tanquam principale sine quo stare nõ possunt, & quòd ab eo dependent, adeo quòd idem dicẽdum videtur de eis, sicuti de castro praedicto, cũ idem iudicium sit de dependentibus, quod de eo a quo pendent. l. quae religiosis. ff. de rei ven. cum aliis iuribus in d. contrario supra allegatis, apertissimè patet responsum ex supra adductis, & allegatis. assumptum etenim dicti cõtrarii est a veritate facti penitus alienum, vt patet ex tenore dicti instrumenti venditionis, cuius verba registrata sunt in principio huius consilii, & etiã liquido constat ex supra adductis, & allegatis. ex quibus concludo dictum Mag. & Illust. Comitẽ Collaltinum admitti debere ad praesentandum super terris, & possessionibus supradictis per q. Illust. D. eius patrem alienatis absque eo, quòd cogi posit ad praesentandum etiam pretium vẽditionis dicti castri. Laus Deo.

Hieronymus Gigas V.I.D.

MAGNIFICVM, & Illust. Comitẽ Collaltinum, secundum iuris nostri rationẽ admitti debere ad pręsentandũ super terris, & possessionibus positis in regulatu villarum de Fara, & partim de Posmono, atque eas redimere posse iure congrui omisso castro Credatii, cum suis pertinentiis, vt conclusum fuit superius, nõ minus erudite, quam eleganter per Excell. Iurisconsultum D. Hieronymum Gigãtem mihi vti fratrem honorãdum, nemini ambigendum puto, quippe, quòd ius ipsum ex facto oriri soleat. l. si ex plagis. §. in cliuo. ff. ad leg. Aquil. ibi, ĩ causa ius positum est, Alber. de Rosa. & Flor. de S. Petro. in primo not. & l. ea est. ff. de reg. iur. vbi Cagno. nume. 27. plures adducit, & responsum extat Ancha. consil. 304. ad corroborationem, & l. illicitas. §. veritas, vbi Bart. ff. de pres. cum aliis adductis a Doct. in l. precibus. C. de impub. & aliis sub. in secundo not. & praeponatur venditum castrum Credatii cum pertinentiis, mille ducatorum cõstituto pretio. Item omnes, & singulas possessiones, & eis constituto pretio mille, & quingentorum aureorum, licèt eodem documento etiam summa omni ad vnam redacta, constat plures fuisse non vnam tantum emptionem, vt in consilio deductum, & probatum fuit, constat etenim ..... emptionis essentiam inferre, rem, pretium, & consensum, l. prima. ff. de rer. per. vbi Saly. nume. 1. versic. nota, quòd tria, & idem. l. fin. ff. de condi. cau. dat. nume. 6. versic. quid si dem decem, qua cum interuenerint, quod ad castrum, & pertinentiarum venditionem attinet. Item, & quòd spectat ad terras ipsas constat redimendi facultatem competere ipsi Comiti Collaltino separatim, vt nũc terras, & possessiones redimat, & quando ei libuerit, castrum, & idcirco in sententiam praestantissimi D. Consultoris pedibus, ac manibus eo Ego Iacobus Philippus Portius I.C. Imolensis in Patauino Gimnasio Pont. Iuris professor. cuius rei attestandae causa manu propria subscripsi, & solito sigillo subsignãdum curaui, saluo semper, &c.

Quoniã indubitata est iuris conclusio, quòd quoties in eodem contractu plures res venduntur, & in singulis rebus taxatur pretium distinctum a pretio alterius, cẽsentur tot venditiones, quot res, pro quibus pretium singulariter, & separatim taxatum fuit, etiam quod illa plura pretia separatim taxata, exinde sint collecta in vnũ, & quod censeatur diuersae venditiones non solum, quo ad effectum, vt propter enormem laesionem posit agi ad rescissionem venditionis alterius vnius rei, absq; eo, quòd agatur ad rescissionem venditionis alterius rei, verum etiam, quo ad effectum, vt vel ex pacto redimendi, vel iure congrui ex causa agnationis agi possit, pro redemptione vnius rei, quamuis non agatur ad redemptionem alterius, vt latè per Deci. consi. 421. per Aret. & alios in l. scire debemus, ff. de verb. oblig. per Alexan. & Soci. in l. ex toto. §. vltimo. de lega. 1. & est ex mente omnium Docto. quos refert Tiraquel. in tract. suo, de vtroque retract. §. 23. in glo. prima. nume. 17. & sequentib. & sunt iura aperta in l. cum eiusdem, in l. aediles. §. si plura. ff. de aedil. edic. in l. quod sepe. §. in his. ff. de contrahen. empt. cum pluribus concordã. de quibus ibi in glos. propterea sequitur, quòd Illust. Comes Collaltinus habeat fundatam intẽtionem suam super regula, vt debeat admitti ad pręsentandum super terris, & possessionibus, de quibus agitur, quamuis nolit redimere castrum Credatii, nec pro eius redemptione praesentare, attento, quòd licèt possessiones, de quibus agitur, & castrum Credatii eodem tempore venierint, attamen pro dictis possessionibus statutũ fuit vnicum pretium, & pro castro Credatii aliud pretium, & consequenter sequitur, quòd parti aduersae incumbat onus probandi, ꝙ hic casus noster sit vnus de his casibus, qui sunt exceptuati a praedicta regula, quoniam est vulgata conclusio in iure, quòd qui habet regulam, ꝓ se habet intentionem fundatam, & ei, qui se fundat in casibus exceptuatis incumbit onus probandi.

bandi.l.quoties.ff.si quis cau. vbi glos.& omnes scribentes not.l.omnis diffinitio.ff.de regu.iur. Dec. & alii,in l.1.ff.eo.titu. de reg.iur.Innocen. in capitu. præterea. de dilatio. Iaso. post alios, quos refert in l.secunda. ff. si quis.in ius vocan. non ier. facit text.in capitu. dilectus. de except. in l.prima.in princ.iuncta glos.ff.,si quadr. pauper. fecis. dicat. in l. qui accusare. C. de eden. cum igitur pars aduersa non potuerit probare, quòd casus noster sit vnus de exceptuatis, propterea sequitur, quòd veniat, & sit pronunciandum in fauorem præfati Illust.Comitis Collaltini,& quòd vera,& indubitata sit conclusio in eius fauorem firmata per Excellen. Iurisconsultum D.Hieronymum Gigantem mihi vti fratrē plurimum honorandum. non enim potest dici, quòd hic casus noster sit vnus de his casibus exceptuatis a dicta regula , eo prætextu, quòd istæ possesiones sint de pertinentiis ipsius castri, & quòd illi castro accedant, & sint vti accessoria ipsius castri, quia hoc est imposibile,quia ea dicūtur esse de pertinentibus ad castrum , quæ vel a statutis, vel ab hominibus solent castro assignari, prout est territorium castri, quod castro assignatur, vbi vt in iurisdictione, & datiis respondeat secundum Innocen.& Abb.in capitu.cum ad sedem. de restit. spol. Barto. in l.prima.ff.de dam.infec. particularia autem prædia,quæ non reperiūtur specialiter assignata, seu deputata castro,non possunt dici de pertinentibus castri, vt per Innocen. Abb.ac alios Canonistas, in dicto capitu.cum ad sedem.vnde cū possessiones istæ, de quibus agitur,non reperiuntur specialiter assignatę, seu deputatæ, vt respondeāt castro,quinimo, vt in facto præsupponitur sunt sitæ in villis,seu regulatu villarum de Fara,&de Posmono, territorii Taruisini, & sic in alieno territorio diuerso ab illo, in quo situm est dictum castrum, ita vt ne dum possint censeri vnà cū territorio ipsius castri deputatæ, vel assignatæ, vt respondeant castro, nullo modo istæ possesiones possunt dici, neque censeri de pertinentiis ipsius castri, nec de accessoriis ipsius castri,& tāto magis istud dicendum est, ex quo dictæ possessiones fuerūt alienatę per Illust. Comites Dominos dicti castri pro dote Illust. sororis suæ, sine ipso castro, per quam alienationem effectum fuit, quòd dominium dictarum possessionum non spectaret ad dominos castri, sed ad alios,& quòd dictæ possessiones non responderent nec castro, nec etiam Illust. Comitibus Dominis castri, ita quòd etiā,ꝙ dictę possessiones prius fuissent de pertinentiis castri, tamen per dictā alienationem ex causa dotis prædictæ desiissent esse de pertinentiis; Id autem quod allegatum fuit in contrarium, vt supra, quòd ea ratione dictæ possessiones censeantur de pertinentiis castri, eo quia aliàs de anno 1321.castrum cum dictis possessionibus pro vno debito datum fuit in solutum antecessoribus patris Illust.Comitis Collaltini, nihil penitus facit.nā quòd duæ res vno precio vendantur, nō facit, quòd propterea vna dicatur de pertinentiis ad aliam. & quamuis ex eo,quia dictæ res fuerint emptæ eodem precio, ita quòd vna non possit redimi sine alia, ex quo propter vnitatem precii sit & censeatur vnica tātum venditio, non ideo tamen fit,quin si idem emptor illas duas res vendiderit postea sub diuersis preciis statuto diuerso precio pro vnaquaque ipsarum, ita quòd sint & censeantur diuersę venditiones,& tot quot res, & quin in ista secunda venditione procedat regula prædicta, vt liceat agere ad redemptionem vnius rei,quāuis non agatur ad redemptionem alterius,quoniam non debemus intueri,quòd aliàs dictæ res fuerint deductæ in eadem venditione sub eodē precio per vnum emptorem , quia de illo antiquo contractu in præsentiarum non agitur, sed debemus intueri quòd impresentiarum huiusmodi res venditæ fuerunt in diuersis & separatis venditionibus, quia dum pro vna quaque re statuitur suum precium proprium sunt & censentur diuersæ & separatæ venditiones, vt dictū fuit supra & de præsenti contractu nunc agitur. accedit, quia si in antiquo contractu non poterat redimi vna res sine alia, istud erat ex quo dictæ res venditę erant sub vnico precio,& propterea erat tantum vna venditio, ex quo colligitur, quòd emptor noluit emere vnam rem sine alia, ex quo pro vtraque statuit idem precium . quæ ratio cessat in præsenti contractu , dum eędem mec res venditę fuerunt sub diuersis preciis . nā sunt diuersæ vēditiones,& colligitur, quòd emptor esset empturus vnam sine alia, dum statuit diuersum & separatum precium in vnaquaque ipsarum . vnde fit, quòd debet statui aliud ius, quia cessante ratione, quæ militabat in primo contractu antiquo,debet etiam cessare ius,quod seruatum fuisset in contractu antiquo.ca.cū cessante.de appell.l. adigere. §. quamuis.ff.de iur. patro.& quia contractus antiquus differt a præsenti contractu,de quo nunc agitur non solum in forma & in materia, quia in antiquo est vnicum precium,in pręsenti sunt diuersa precia,in antiquo est vnica datio in solutum seu vnica vēditio, in præsenti sunt duę venditiones, sicut duo diuersa & distincta precia.sunt etiam diuersi emptores, quia in antiquo contractu emptores fuerunt antecessores patris Illustr. Comitis Collaltini, sed in præsenti contractu venditor fuit Illustr.Comes Manfredus eius pater, & emptor fuit Illustr. Comes Io.Baptista de Collalto eius patruelis. vnde absurdum videtur velle inferre ex antiquo contractu ad præsentem, contra.l. Papinianus exul. ff.de minor. & l.fin.ff.de calumniat.& l.naturaliter.§. nihil commune.ff. de acquir.possess.illud autem quod etiam allegatur in propositum, vt supra,quòd Illustr.Comes Io.Bapt.emptor non fuisset empturus Castrum Credatii sine possesionibus istis,de quibus nūc agitur, & propterea quòd hic casus sit vnus de exceptuatis a prædicta regula, quoniam vbi constat,

ſtat, quòd emptor non fuiſſet empturus vnam rem ſine alia, etiam, quòd pro vna quaque re ſit diuerſum,& ſeparatum pretium, tamen cenſetur vnica venditio, & non poteſt agi ad redemptionem vnius rei ſine alia.l.cum eiuſdem.§.interdum.ff.de ædil. edict. & Deci.conſil.421.col. prima. Signorol.conſi.53. ſuper prima quæſtione in primo dubio, & proſequitur Tiraquel. in loco præallegato. nu.20. nihil etiam facit, quoniam negatur, quòd ipſe Illuſt. Comes emptor non eſſet empturus caſtrum Credatii ſine poſſeſſionibus, de quibus agitur, nec ſtatur eius aſſertioni, dum aſſerit,quòd non eſſet empturus vnã rem ſine alia. Nam ſciendum eſt, quòd quotieſcunque quis emit plures res vno pretio, ex eo quod vtranque emit in vna venditione, & ſub vnico pretio, tunc ſtatur eius aſſertioni, quòd vnam rem non fuiſſet empturus ſine alia, & in his terminis loquitur text.in l.tutor.§.minor.ff. de minor. ſed quoties vnus emit duas res ſub diuerſis, & ſeparatis pretiis, & ſimiliter vendidit duas res ſub diuerſis, & ſeparatis pretiis, tunc præſumptio eſt, quod eſſet empturus,ſeu venditurus vnam rem ſine alia, dum venditionem vnius rei ſeiunxit ab alia, & pretium vnius rei ſe parauit a pretio alterius rei, & propterea, ſi q̃s velit dicere, quòd non eſt empturus vnam ſine alia,vel venditurus vnam ſine alia, neceſſe habet iſtud oſtendere ex manifeſtisſimis probationibus, vt dicit text. in dicta l. eiuſdem. §. interdum.ff. de ædil.edict. & iſtud contingit,quoniã vna res ſine alia eſſet inutilis, vt dicit text.in dicto.§. interdũ. & in l.ædiles.§.fi. eo. tit. de ædil. edic.& hoc eſt, quod etiam præſupponunt communiter Doct.dum concludunt, quòd vbi ſunt ſtatuta diuerſa pretia pro vna quaque re vendita, quòd poſſit agi ad redemptionem vnius tantum. nam in hoc præſupponunt,quòd præſumptio iuris ſit, quòd emptor eſſet empturus vnã ſine alia. vnde in caſu noſtro caſtrum Credatii ſit vtile,quamuis cum eo nõ poſſideantur ſimul poſſesſiones, de quibus agitur. ſequitur quòd nulla ſit præſumptio,propter quã Illuſt. Comes emptor poſſit demonſtrare, ſeu dicere,quòd nõ fuiſſet empturus caſtrũ Credatii ſine prædictis poſſesſionibus.ex quibus ſequitur. quòd concluſio ſupra firmata in fauorem Illuſt.Comitis Collaltini per præfatum D. Conſulentem,eſt prorſus indubitata, & quòd in fauorẽ Comitis Collaltini ſit, & veniat pronuntiandum.Laus Deo, & Beatæ Virgini.

Et ita vt ſupra concluſum fuit, arbitror Iuris eſſe, ſaluo ſaniori iudicio, Ego Hieronymus Torniellus Iuriſconſultus, & iuris Cæſarei veſpertini in prima ſede interpres in felicisſimo Patauino Gymnaſio,in cuius fidem de ſola ſubſcriptione requiſitus manu ꝓpria me ſubſcripſi, & ſolitum ſigillum apponi iuſſi, ad laudem indiuiduæ Trinitatis. &c. ſigillum.

IN MATERIA CONTRACTVVM, & pacti de retrouendendo, adiecta dictione quandoque.

Idem repetitum.conſil. 2.

SVMMARIVM.

1 Venditione ſubſecuta cum facultate redimendi,quãdocunque, an præſcriptio annorum triginta excluſa ſit.

2 Dictione, quandocunque,in pacto de retrouendendo adiecta,præſcriptionem triginta annorum non excludi.

3 Pactum de retrouendendo, quandocunque etiam iuramento vallatum,præſcriptionem triginta annorum excludit.

Et hanc veriorem, & communiorem opinionem in iudicando,& conſulendo tenendam.

Item in Senatu Pariſienſi approbatam.

Quodque præſcriptio currat,etiam ſi expreſsè inter partes conuentum eſſet, quòd ſine temporis præfinitione, vſque in infinitum emptor retrouendere teneatur.

CONSILIVM LXIX.



REQVISITVS,vt dicam quid ſentio de dictione,quandocunque, poſita in inſtrumento venditionis, videlicet, vt emptor teneatur, quandocunque retrouendere venditori rem emptam, ſeu vt liuellarius,quandocunque poſſit ſe liberari a ſolutione liuelli, ſoluendo certam quantitatem, vel dando alium fundum æquiualẽtem. An per illam excludantur præſcriptio. Breuiter videtur dicendum per dictam dictionem, quandocunque, eſſe derogatum præſcriptioni 30. annorũ,
1 † vt tenuit Bald.in l.ſecunda. C. de pactis. inter empt. & ven.& Fabianus de Monte trac.ſuo.de empt.& vendit.in 7.quæſt. princi.nu.47. Barb. conſil.51. Scripſit ſapientiæ fons.colum.8. ver. capio ſecundum.in primo volum. & conſil. 22. Clementisſimum.in vltimo dubio.in 4.volum. Crotus in repet.l.nemo poteſt. fol.penul.col.1. verſicu.nota etiam.ff.de lega. primo. Caſſaneus conſil.11.Ioan.Igneus in l.in cognitione. num. 76.ff. ad Senatuſconſul. Syllenia. Pariſ. conſil. 92.in tertio volum.Fulg.conſil.123.Ruin.conſ. 111.Arbitror.colum.3.num.7. in primo volum. in quibus locis Doctores præallegati tenent præſcriptionem 30. vel 40. ann. per iſtud verbum, quandocunque,excludi. Hanc etiam opinionẽ ſequitur Alciatus in l. petens. in gloſ. prima.in fine.C.de pact. ſed in rub. de præſcript.extra.in vlti.char.nu.64.

Contrariam verò partem, quòd immò per dictam dictionem, quandocunque, non excludatur
2 præſcriptio,† tenuit Signorol.conſil.139. caſus. A.pretio.& Ang.conſil.55.verſic. hic tamen

men insurgit dubium, vbi fortius dixit id procedere, etiam si tale pactum esset iuramento firma-
3 tum. Idem voluit Felyn. in capitu. cum accessissent.col.13. versic. Secundo declaratur. de constit. & in cap. si diligenti. colum.4. versic. Secundum Correlarium. de fo.compet. Ias. in l. si mater.C. de insti.& substi.& idem in l.petens. col.
4.versi.circa ista.C.de pac. & in consil.92. Illustrissimus.colum.vlti. versic.Nono. In tertio volum. Ruinus Dominus meus consil. 167. Perspectis. colum.4.in primo volum.& consil. 150. Ex litteris, quæ in facto.colum.1.nume.2.Decius consi. 164. Non fuisset proposita. colum. vlti. versicu.

Ad aliud dubium. in primo volum. Francisc. Balbus.in tract.de præscript.in 3.q 4.parte principali, vbi dixit hanc esse veriorem, & communiorem opinionem, & tenendam in iudicando & consulendo, & illam tenent etiam Matthe. de Afflict. in tracta.de iur. prothom. in versic.licèt etiam supra diximus. colum. antepen. versi. Item quæro de alia quæstione. Thomas Parpalea in l.2.colum.secunda.ff.solu.matri. Gozadinus in l.secunda.col.18. C. de pact. inter empt. & vendi. Ripa in repet.l.vlti.q.64.C.de reuocā. donation. Bald. consil. 252. Ad euidentiam.in vltimo dubio. In secundo volum. Pau. de Cast. in consil. 430. circa primum quæsitum.in prin. in secundo volum. Tiraquel. in tract. de vtroq; retrac.fol.817. nu. 26. dicens, hanc opinionem fuisse approbatam in Senatu Parisiense. idem fol.818.num.26.vbi dicit, quòd ista opinio omnino est sequenda. nam communior est, & comprobatur a Doctoribus maioris auctoritatis. & sequitur Cagnolus in repet.deli. & nu.78. C.de pact.inter empt. & vendi. dicens ab ea non esse recedendum.

Hanc etiam opinionem firmant Bald. consil. 303. Ad euidentiam præmittēdum est. in prin. primo volum. dicens, quòd præscriptio currit, etiam si expressè inter partes actum esset, quòd sine temporis præfinitione, vsque in infinitum emptor teneatur retrouendere. Ang.consil. 52. Guilielmus de Franc.in prin.Petr. de Anchara. consil. 331. visis diligenter actis. in secūda col. versicu. Tertio aduertendum. Idē tenuit Clau. de Seisello, in præalleg.l. petens. in glos. prima. & ibi Decius.colum.secunda. Idem tenuit Marianus Soci.iunior. consil. 145. viso puncto.nu. 34.35.& 36. in primo volum. vbi latè resoluit fundamenta contrariæ opinionis supra relatæ ad idem Felyn. in consil. 25. nume.20. & Mantua in consil. 297. viso processu præsentis causæ. in primo volum. Cum igitur ista sit communis opinio Doctorū, tam in consulendo, quàm in iudicando, sequenda est.

Hierony. Gigas Iurisconsul.

IN MATERIA PRAECEDENTIAE inter Illustrissimos Duces Florentiæ, & Ferrariæ.

SVMMARIVM.

1 Graduum, & ordinum distributio vnitatem in ecclesia Dei conseruat.
2 Angeli, & Archangeli æquales non sunt, sed in potestate, & ordine adinuicem differunt.
3 Ordo omnis a Deo est.
4 Ordo quid sit.
5 Ordo in dignitatibus, & honoribus gerendis seruandus.
6 Ordinem seruandum esse.
7 Ordinem naturalem cunctis rebus inesse.
8 Secularium Imperium, & eorum ordines, Deus de cœlo constituit.
9 Ordinis obseruantiam etiam irrationalia sentire.
10 In apibus Princeps vnus existit.
11 Apes regem habent, qui non exit alueum, nisi cum omnibus apibus.
12 Grues vnam sequuntur ordine litterato.
13 Locustæ cum Regem non habeant, egrediuntur vniuersi per turmas suas.
14 Prælatio in quantum in maioribus necessaria dicatur.
15 Vulnus ferro aperire dicitur, qui per cōtraria trāsit.
16 Illustrissimus, & Excellentissimus Florentiæ Dux, quibus rationibus Ferrariæ Ducem præcedere dicatur.
17 Maior habetur, qui maioribus præest.
18 Maiorem minori præferri, quamuis tempore posteriorem.
19 Dignitatum paritate concurrente habens dignitatē in nobiliori loco præfertur.
20 Canonicus Ecclesiæ Cathedralis, quòd sit dignior Canonico alterius ecclesiæ, licèt in redditibus æqualiter superabundent.
21 Officialis in ciuitate, officiali in vico præferendus.
22 Ciuis ex splendida vrbe oriūdus nobilior iudicatur.
23 Popularem nobilis ciuitatis melius esse, quàm nobilem mediocris existere.
24 Florentiæ ciuitas Ferrariæ ciuitate nobilior.
25 Florentiæ Dux, quas ciuitates sub se habere dicatur.
26 Ferrariæ Dux, quas ciuitates sub se habere dicatur.
27 Regis gloria in lata gente, & in diminutione populi contritio Principis.
28 Auctoritatis maioritas attendenda.
29 Auctoritatis maioritas temporis prioritatem excludit.
30 Estensis familiæ Ducatus dignitas Ducatu Florētiæ tempore anterior.
31 Medices familiæ Principes, quòd maioris auctoritatis, & dignitatis fuerint, quàm in Estensi.
32 Pontifex Summus Imperatore dignior.
33 Pontificis auctoritas a Christo processit.
34 Diuina humanis, cœlestia terrenis, & Spiritus carne excellunt.
35 Pontificalis potestas Imperialem excellit.

Impe-

36 Imperatorem potestati Papæ subesse.
37 Florentinæ Reipub. auctoritas omnis, & potestas in Illustrißimum Ducem Cosmam translatá.
38 Romani populi maiestas omnis in Imperatorem trãslata.
39 Cosmam Ducem Rempub. Florentinam repræsentare, ac illius loco subrogatum esse.
40 Subrogatus est eiusdem iuris, & conditionis, cuius est is, in cuius locum subrogatur.
Ampliatio ad idem.
42 Subrogatus quo casu tantum potestatem habere dicatur, quantam ille in cuius locum subrogatur.
42 Florentina Respublica longè maior Ferrariæ Dominatu.
43 Florentinus populus liber erat, & superiorem non recognoscens.
44 Florentinum populum libertatem à Rodulpho Imperatore septem millium ducatorum pretio emisse.
45 Ferrariæ Dominos pro Capitaneis Generalibus Florentinæ Reipub. inseruisse.
46 Nicolaus Marchio Estensis Ferrariæ Dominus, Generalis Reipub. Florentinæ exercitus Capitaneus.
47 Hercules secundus Alfonso eius patre viuente in Capitaneum Generalem Reipub. Florentinæ electus, & deputatus, munus huiusmodi acceptauit.
48 Florentiæ Dux longè ditior, quàm Dux Ferrariæ.
49 Disparitate diuitiarum conditionis disparitatem induci.
50 Nobilitatem non nisi inueteratas diuitias censeri.
51 Nobilitatem in antiquis diuitijs consistere.
52 Honorem, & amplißimas facultates æquiparari.
53 Borsium primum Ferrariæ Ducem.
54 Borsio in Ferrariæ Ducem assumpto præcedentiæ locum Florentinis datum.
55 Protestationis effectus qualis sit.
56 Florentiæ Ducis Oratorem in Romana Curia Ferrariæ Ducis Oratorem præcedere.
57 Consuetudo Romanæ Curiæ in prælationibus attendenda, & obseruanda.
58 Romanæ Curiæ consuetudinem, tamquam omnium magistram omnes sequi debent.
59 Consuetudinẽ in prælationibus maximè obseruãdã.
60 Ferrariæ Ducem Florentiæ Ducem præcedere.
61 Ferrariæ Ducem, antiquiori & maiori pariter prosapia & sanguine nobiliori Florentiæ Duce existere.
62 Estensium Principum familiam antiquißimam, & nobilißimam fuisse.
63 Historicis maxima fides adhibenda.
64 Borsius Estensis, quo tempore Mutinæ, & Regij Dux creatus.
65 Borsius Estensis, de quo tempore Ferrariæ Dux a Romano Pontifice creatus fuerit.
66 Opizonus Marchio Estensis, de quo tempore de Marchia Genuæ, & Marchia Mediolanensi ad rectum feudum ab Imperatore Federico inuestitus fuerit.
67 Aldrouandinus Estensis Azonis Estẽsis filius, de quo tempore de Marchia Anconitana inuestitus dicatur.
68 Nobilitas vera, ex quibus depræhendatur.
69 Medicea familia a sui primordio, vsque ad creationẽ Leonis X. nullius Ciuitatis, vel Castri Dominatum habuit.
70 Leo X. de quo tempore ad Pontificatus apicem assumptus sit.
71 Cosmi antiquioris Medicea familiæ viri admirabiles qualitates referuntur.
72 Cosmus antiquior ex Medicea familia Ioãnis XXIII. Pont. Maximi Thesaurarius.
73 Ioannes Medices Cosmæ Ducis genitor Ductor militum fortißimus, Dominatum aliquem cum iurisdictione, nunquam habuisse dicitur.
74 Præcedentiæ locum meliori, & nobiliori sanguine nato, & procreato dandum esse, & ille ceteris paribus præferendus.
75 Dignior reputatur, qui magis dignus naturali origine & antiquiori.
76 Nobilitatis generis qualitas, quæ sit.
77 Ducatus dignitas longe prius in familia Estensium, quam Medicæa instituta fuit, & inducta.
78 Ducatus Florentiæ dignitas sub Carolo V. Imperatore inducta.
79 Dignitatem, qui prius adeptus est, præferri debet. Limitatio ad idem refertur.
80 Origo anterior inspici debet.
81 Parlamentum Parisiense, cæteris præferri debet, cum prius institutum fuerit.
82 Fratres Prædicatores ratione prioris institutionis, minoribus præferri.
83 Monacos Sancti Basilij monachis S. Benedicti ratione prioris, & antiquioris institutionis præferri.
84 Monacos Canonicis Regularibus præferri, cum regula S. Benedicti prius approbata fuerit.
85 Dignitas vna excellentior altera ratione antiquitatis præferenda videtur.
86 Prior in tempore, potior in iure.
87 Regula prior in tempore, & in iure potior in honoribus, & seßionibus præcipuum locum sibi vindicat.
88 Dignitatem, qui prius acceperit alijs præferendus est.
89 Dignitatem si quis habuerit à maiori, quòd habenti dignitatem a minori præferendus sit.
90 Imperatorem Ducem creare in locis tantummodo sibi subiectis permissum.
91 Papam Imperatore maiorem esse.
92 Papæ Imperatorem ob demerita priuare permissum.
93 Imperatoris confirmatio ad Papam spectat.
94 Imperator is verè dicitur, quem Papa confirmat.
95 Papa post Deum præ omnibus honorari debet.
96 Doctoratus ab Imperatore præuio rigoroso examine, ꝙ præferatur alteri ẽt prius doctorato ab inferiori.
97 Doctor, vel miles creatus a Papa vel Imperatore, creatum ab inferiori præcedit.
98 Canonicus creatus a Papa præfertur canonico ab inferiore creato.
99 Miles Imperialis Ducalem præcedet.
100 Miles creatus a Papa alios præcedit.
101 Nobilitatus ab Imperatore, vel Rege non recognoscente superiorem, quòd præferri debeat alteri nobilitato ab inferiori.
102 Simplex sacerdos militi seculari præferendus.
103 Sacerdos est miles Christi, miles vero secularis, vel

Imperatoris, vel Regis dicitur.
104 Ordo tam temporis, quàm dignitatis in iam ordinatis seruatur.
105 Dignitatem prius adeptus inter pares dignitate præferendus.
106 Ordo temporis inducit prælationem in honoribus, si quando tractetur de iam ordinatis inuicem proponendis.
107 Ferrariæ Dux, quòd Mutinæ, & Regij Dux a Federico III. Imperatore creatus fuerit.
108 Item & Carnutum Dux a Christianißimo Francorum Rege creatus.
109 Rex in Regno suo Duces creare potest.
110 Rex plus iuris habet in Regno suo, quàm Imperator in Imperio.
111 Rex transmittit Regnum suum in filium primogenitum, quod non licet Imperatori, qui per electionẽ creatur.
112 Vincula plura vnico fortiora reputari.
113 Marchio, & Comes simul, quòd præcedat eum, qui est Marchio tantum.
114 Dignitatis duæ species differentes, & inæquales præcedentiam causare dicuntur.
115 Dignitati duplici insignitus, quòd præferri debeat ei, qui vnam tantum habet.
116 Doctor vtriusque iuris Doctori vnius gradus tantum præfertur.
117 Miles, & Doctor præfertur Doctori tantum, & militi tantum.
118 Temporis prærogatiua non attenditur, vbi est duplicatio graduum, quæ maiorem dignitatem inducit.
119 Ferrariæ Dux, & Rhodigij Comes, & Estensis Marchio existit.
120 Dignitatem retinent Comes, & Marchio Comitatu, & Marchionatu expulsi.
121 Episcopus Doctor præcedit Episcopum non Doctorẽ.
122 Temporis prioritas non attenditur, sed auctoritatis maioritas.
123 Ferrariæ Dux ex vtroque parente Florentiæ Duce nobilior.
124 Hercules Dux Renatam Ludouici Francorum Regis filiam in vxorem duxit.
125 Actius secundus Ferrariæ Dominus Beatricem Caroli secundi Regis Neapolitani filiam in secundo matrimonio in vxorem duxit.
126 Hercules primus Ferrariæ Dux Eleonoram Alfonsi Regis Neapolitanorum filiam in vxorem duxit, ex quibus Iugalibus Alfonsus fortißimus Ferrariæ Dux procreatus.
127 Laurentius Medices Petri filius cũ Iuliano eius fratre ex coniugio Lucretiæ Tornabonæ genitus.
128 Tornabonam familiam satis honestum locum in ciuitate Florentiæ habuisse.
129 Ioannes Medices, Cosmæ Ducis Pater filiam Magnifici D. Iacobi Saluiati Florentiæ ciuis celebris mercatoris in vxorem duxit, ex qua Cosmas Dux procreatus.
130 Matris nobilitas inquantum attendenda.
131 Philippi Burgundiæ Ducis Oratores Romani Imperij electoribus in Concilio Basiliense prælatos fuisse.
132 Bartholomæus Cassaneus elegans Doctor.
133 Nobilitatem ex parte matris in beneficialibus attendi.
134 Dispensatio Papæ facta cum nato ex coniugato nobili, & soluta nobili, de nobilitate materna nulla mentione præmissa, nulla est.
135 Estensis familia non solum nobilior Medicea, sed longè antiquior.
136 Nobilitas perfecta in antiqua stirpe consistit.
137 Estensis familia annis tercentum, & vltra Dominatum, & iurisdictionem in Italia habuisse dicitur.
138 Nobilitas, quo antiquior, eo nobilior reputatur.
138 Dignitas quæ prouenit ex origine fortior est, ea, quæ prouenit ex accidenti.
140 Ferrariæ Dux sub eius Dominio plures, & diuersos Comites, & Castrorum Dominos Feudatarios habet, qui merum & mixtum Imperium exercent.
141 Ductores militum fortißimos ex familia Rangona extitisse.
142 Ferrariæ Dux ex quibus causis Florentiæ Duci præferendus.
143 Temporis prioritate, concurrente auctoritatis maioritas attendi non debet.
144 Rex Hispaniarum licet plura Regna poßideat, non tamen Christianißimo Regi præfertur.
145 Orator Regis Christianißimi, Romæ, Venetijs, & vbique locorum Oratorem Regis Catholici præcedit.
146 Franciæ Regnum longè antiquius, quàm Regnum Hispaniæ.
147 Ferrariæ Dux tantam habet auctoritatem in sibi subditos, quantam Imperator habet in suos.
148 Dux Ferrariæ Dei, & Apostolicæ Sedis, ac Imperij gratia non recognoscit superiorem, & habetur veluti supremus Princeps in Terris suis, & Ducatũ transmittit in primogenitum.
149 Temporis prioritas non attenditur, vbi auctoritatis maioritas interuenit.
150 Bartholi auctoritas præfertur auctoritati Raineriј de Forliuio, qui fuit anterior, & Bartholi præceptor.
151 Pontificalis dignitas non ex succeßione, & origine maiorum prouenit, sed ex accidenti, & per electionẽ sacri Collegij Reuerendißimorum, & Illustrißimorum Cardinalium.
152 Argumentum ab absurdo vitando in iure validißimum esse.
153 Papatus non transit ad posteros, sed morte extinguitur.
154 Cosmam Florentiæ Ducem de domo Medicæa, ex linea transuersali prouenire.
155 Florentiæ ciuitas, aliàs superiorẽ nõ recognoscebat.
156 Subrogatus, quibus casibus sit eiusdem potentiæ, & conditionis, cuius est is, in cuius locũ subrogatur.
157 Ludouicus Cattus celebris Doctor Ferrariensis consilium in materia præcedentiæ Ducis Ferrariæ, & Ducis Florentiæ citat.
158 Vicarius Imperij in statu suo, quòd sit tantæ auctoritatis, & potentiæ, sicut Imperator.
159 Delegatus, Vicarius, Locumtenens, & Ambasciator repræsentantes personam sui Principis honorandi sunt, & propter talem prærogatiuam alijs paribus suis præferendi.

160 Orator Reipub. Venetæ præcedit vbique Oratorem Ducis Sabaudiæ.
161 Regulæ. l. eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. dispositio non procedit, si quando diuersitas rationis concurrat.
162 Renunciatio quantumuis generalis, quòd intelligatur rebus sic stătibus, nec ad ius futurũ trahatur.
163 Causa cessante cessat dispositio.
164 Renunciatio facta ob causam, quod cesset causa illa cessante.
165 Pacta, quæ fiunt inter aliquas personas cum sint stricti iuris, psonas in illis nominatas nõ egrediũtur.
166 Renunciatio restringitur ad personas, quibus fit, non ad alias.
167 Renunciatio facta contemplatione vnius personæ, nõ extenditur ad aliam personam.
168 Ioannes Crotus Auctoris Præceptor.
169 Renunciatio facta per filiam de hæreditate patris, quòd præsumatur facta contemplatione fratrum, quib. decedentib. si filia sola super se remanserit patri resoluitur.
170 Renunciatio facta cum iuramento iuri, quod quis habet, vel habere sperat, trahitur ad causam de præterito, non autem de futuro.
171 Hippolitus Marsilius Auctoris Promotor.
172 Romanæ Curiæ consuetudinem, tamquam omnium magistram, omnes sequi debent.
173 Ferrariæ Ciuitas, quòd de patrimonio Ecclesiæ existat.

CONSILIVM LXX.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitiæ.



T si sæpius requisitus a Magnifico, & generoso Comite, & Equite, nec nõ Iurium Doct. Clariss. Domino Hieronymo Faleto Illustrissimi Ferrariæ Ducis apud Serenissimum Dominium Venetorum Oratore dignissimo, vt aliquid scriberem in controuersia nuper exorta inter dictum Illustrissimum Ducem, & Illustrissimum Dominũ D. Cosmam Medicẽ Florentiæ Ducem, de & super præcedentia, idonus tanquã viribus meis impar suscipere renuerim, iuxta illud Poetæ,

Non decent humeros pondera tanta meos:

Tandem eiusdem Clarissimi Oratoris reiteratis requisitionibus deuictus, vt sibi rem gratam facerem, huiusmodi onus pro uiribus meis suscipiendum duxi. Et antequam veniam ad discussionem controuersiæ prædictæ, operæpretium esse censui præmittere, quòd graduũ, & ordinum distributio vnitatem in Ecclesia Dei conseruat.
1 † text. est ad hoc celebris in capitu. Ad hæc. 89. distinct. vbi registrata sunt verba Gregorii Papæ, sic dicentis, dispensationis prouisio gradus diuersos, & ordines constituit, esse distinctos, vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vera concordia fieret, & ex diuersitate contextio, & rectè officiorũ gereretur administratio singulorum. Neque enim vniuersitas alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differentiæ ordo seruaret. Quia verò quæque creatura in vna eademque qualitate gubernari, vel viuere non potest, cœlestium militiarum exemplar nos instruit, quia dum sunt Angeli sunt Archangeli. liquet, quia non sunt æquales, sed in potestate, & ordine, sicut nostis,
2 differunt alter ab altero. † Et ibidem glo. in ver. potiores. dicit, quòd hoc erit, vsque in diem iudicii tantum. Allegans illud Apostoli dicentis, dum mundus iste durabit, homines præsunt hominibus, dæmones dæmonibus, Angeli Angelis. Cum autem Deus erit omnia in omnibus, cessabit omnis prælatio: non tamẽ ordo, vel maioritas. aliquis enim maior erit alio, dicente Apostolo, in domo patris mei multæ mansiones sunt. Ioannis capitu. 14. & ca. in domo. de peniten. distinct. 4. Ex quo intelligi potest, quanti Deus fecerit ordinem cum cessantibus omnibus, solus ordo immobilis maneat. Ideo dicebat Augustinus lib. 5. capitu. 11. de ciuita. Dei,
3 quòd omnis ordo a Deo est. † & idem lib. 19. ca. 13. scribit, quòd ordo est parium dispariumque
4 rerum, sua cuique loca tribuens dispositio. † Est igitur ordo in dignitatibus, & honoribus geren
5 dis, seruandus. † l. honor. §. gerendorum. ff. de mune. & hono. glos. in capitu. pueri. prima q. prima. l. fina. & ibi Lucas de pen. C. de his, qui spon. mune. sub. lib. 10. & in rubro, & nigro, vt dignitatum ordo seruetur. & ibidẽ idem Lucas de pen. Et dixit Ioan. de Turre cre. in dicto capitu. Ad hæc. colum. prima. ordinem seruan-
6 dum esse, † quia ex eo sequitur concordia. quoniam sicut in multitudine, vbi non est ordo, ibi est confusio, & per consequens discordia, ita vbi est ordo, Pax est, & concordia. Et plura alia circa ordinem seruandum accumulat Nicol. Boer. in tracta. suo de ordi. graduum vtri. fori, in prima par. in prima, & secunda col. quæ transcribere potius laboriosum esset, quàm subtile.

Nec debet compositis mentibus incongruũ videri, si Illustrissimus Ferrariæ Dux iure suo vtens præcedentiæ locum quærat, cum in cun-
7 ctis rebus ordo naturalis sit, † vt dicebat Augustinus. cuius verba, transumptiuè habentur in capitu. est ordo. 33. quæst. quinta. & Imperium sæcularium, & eorum ordines Deus de cęlo con
8 stituit. † vt in Auct. quomodo opor. Episcop. in prin. quinimmo, & irrationabilia ordinis obser
9 uantiã sentiunt, † quia in Apibus Princeps vnus
10 existit. † cap. in apibus. 7. quęst. prima. Et Arist. lib. 8. de Animalibus scribit, ꝙ apes Regem habent, qui non exit alueolum, nisi cum omnibus
12 apibus. † Et grues vnã sequuntur ordine littera-
12 to, † vt scribit Hieronymus ad Rusticũ: cuius verba transumptiuè habentur in dicto cap. in apibus, intellige sanè, quòd quodlibet vas, aut examen apium habet suum Regem, & quælibet cõ

gregatio gruum habet gruum Ducem, non autem vnus apes est Rex omnium apum mundi. Nec vna grues est Dux omniũ gruum.vt scribit Oldr. consil.68. & Locustæ quia regem non ha-
12 bent,egrediũtur vniuersæ per turmas suas,† vt habetur prouerbiorum capitu.30. Hoc vnum silentio non prætermittam, quòd adeo est neces-
13 saria prælatio in maioribus,† quòd non valeret consuetudo, ꝙ minor maiori præferretur. Host. in capitu. 1.de maior.& obed.Henric.Boich. in cap.cum inferior.nume.1.eod.tit. Præposi. in c. Episcopos.colum.1.nu.2. 17. distin. & idem in d.capitu. inferior.nu.3. 21. distin. & Decius in rubr. de appel.nu. 2. His sic præmissis,accedam modo ad decisionem controuersiæ, de qua agitur per contraria procedẽdo, & ad partes arguẽ-
15 do,quòd est vulnus ferro aperire,†vt inquit Bal. in l.precibus. C.de impub.& aliis substitu.& in l.si pecuniam. ff. de condit.ob causas. Ad hoc, vt vtriusque dictorum Illustrissimorum Ducũ iuribus examinatis, discutiamus quis ipsorum in pręsenti controuersia, vt vtar poetæ verbis,iustius induat arma.

Pro Illustriss.& Excellentiss. Duce Florentiæ ꝙ præcedere debeat Illustriss. & Excellentissi-
16 mum Ducem Ferrariæ,†faciunt infrascripta.

Primo,quia qui maioribus præest, maior ha-
17 betur.§. nos autem. in auctẽn. de defenso. ciuita. Bald.consil. 358.in 3.volum. Abb. consil.2. primo volum. Idem in capitu. solitę. in septimo nota.de maiori.& obed. Archid.in capitu. quãquam. & ibi etiam Domini 50.q. septima.Fely. in rub.de maiori.& obed. in princ. Dux autem Florentiæ maioribus præesse videtur, cũ tot nobiles familias tam in ciuitate Florentiæ, quam in ciuitate Pisarum,& Senarum, ac aliis ciuitatibus sub eius Dominio existẽtibus habeat, vt est notorium. Accedat, quod scribit Bal.in cap.intellecto.colum.fina.de iureiuran.vbi dixit,ꝙ honor magis augetur per dignitates subditorũ, & sic status Regis magis potens, & magis honorabilis æstimandus. Ergo præferrendus Ferrariæ Duci,qui minoribus præesse videtur. Cum ma-
18 ior præponitur, quamuis ipse sit posterior, † vt voluit Archid.in capitu.quoniam 16.distinc.in fine suæ glos.maioris, quem refert, & sequitur Felyn. in rubr.colum.prima.nu.4.

Secundo facit, quia quando dignitates sunt pares, vt in casu nostro, in quo vterque ipsorũ ducatus dignitatem habet, habens dignitatem
19 in nobiliori loco præfertur, vt in l.prima.C. de pri.vrb. Rom.Innocen.in capitulo tertio.de sepultu. glo.in capitulo primo.in §.sanè. de relig. domi. Ioan. de Turrecrem. in capitulo Episcopos. decimaseptima distinctio. Carolus Ruyn. Dominus meus consil.155.quia de iure.colum. prima.nume.tertio. in quarto volum. Innocen. in capitulo fraternitatem. in fi. de donatio. vbi scribit, quòd dignior est Canonicus Ecclesiæ cathedralis, quam canonicus alterius Ecclesiæ, licèt in redditibus æqualiter superabundent.

20 Vt etiam dicit Fely. in rub. de maiori. & obed. colum.tertia.nume.10. Allegans ad hoc text.in capitulo primo. de rescrip.in 6.

Comprobatur prædicta conclusio. nam videmus, quòd qui est officialis in ciuitate, præfer-
21 tur officiali in Vico. †vt scribit Præposi.in dicto capitulo Episcopos. decimaseptima distinctio. Hinc est, quòd ciuis ex vrbe splendida oriun-
22 dus nobilis iudicatur.† facit text.in capitu.nos qui. & in capitu. illud. & in capitu. Adam. 40. distinct. & l. non tantum.§.primo.ff.de excusa. tuto.& l.seruos. C. ad legem Iul. de vi. publi. & l. in vrbe.ff, de stat. homi. Quæ iura ad hoc allegat Bartholo.Cassaneus, in suo catalogo gloriæ mundi in octaua parte. decimaoctaua conside. facit etiam, quod voluit Bald. in l.prima. C. de Alexan. Primat. vbi dixit, quòd melius est esse popularem nobilis ciuitatis, quam nobilem me-
23 diocris. † & ibidem Ioan. de Plate. & Roma. in l. si verò. in vndecima fallen. ff. solu. matrimo. Sed sic est, quòd ciuitas Florentiæ est nobilior
24 ciuitate Ferrariæ. † Ergo Florentiæ Dux præferendus videtur.

Tertio facit, quia Illustrissimus Dux Florentiæ,habet etiam sub se plures ciuitates,quam habeat Ferrariæ Dux. Nam vltra ciuitatem Florentiæ,habet ciuitatem Pisarum, Senarum, Volaterrarum, Arretii, Cortoni,Pistorii, Burgi San-
25 cti Sepulchri,ac alias plures.†Illustriss.aũt Dux Ferrariæ vltra Ferrariæ ciuitatem nõ hẽt sub se in Italia alias ciuitates, quam Mutinam, Regiũ
26 Lepidi, & Comaclum . Qui autẽ pluribus præest, maior habetur.in auctẽn. Constitutio, quę de dignitatibus.§. generaliter, & ibi glos. & habetur Prouerb.cap.14.in fi.vbi scriptum est, in multitudine populi dignitas Regis. & alibi dicitur, gloria Regis in lata gente, & in diminu-
27 tione populi, contritio Principis. † capitu. his ita. versicu. Item Dauid. prima quæstione quarta. Attendenda est enim maioritas auctoritatis,
28 † vt per Domini. in capitu.Isiodorus 16. distin.

Nam vbi est maioritas auctoritatis, non de-
29 bet attendi prioritas temporis. † Et illam glos. sequitur idem Domi. in capitu. Episcopos. col. prima. decimaseptima distinct. Et Felyn. in d. rubr.de maio.& obed. colum.1.nu.3.Et sic attẽdi non debet,si diceretur, ꝙ in Illustriss. Estensi
30 familia dignitas Ducatus sit anterior tempore.†

Quarto facit,quia in Illustriss. familia Medicea fuerunt Principes maioris auctoritatis, & di-
31 gnitatis,quàm in Estensi.†Siquidem in ea extiterũt duo Summi Romani Pontifices, videlicet Leo X.& Clemens VII.Summus.n.Pontifex est
32 Imperatore dignior.† vt habetur in capitu. duo sunt 99. distinctio. & eius auctoritas a Christo
33 processit. † capitu. enimuero.19. distin. capitu. quamuis 21.distin. capitu.1. 22. distinct. Nam sicut excellunt diuina humana,cęlestia terrena,
34 & spiritus carnem :† sic Pontificalis potestas im-
35 perialem excellit, vt est text. in c. suscipitis 10. distinct.capitu.solitæ.de maio. & obed.cap. nouit.

uit. de iudic. Imperator etenim potestati Papæ
36 subest.c. si Imperator. & c.sicut 96.distin.

Quinto facit, quia omnis auctoritas, & potestas Reipublicæ Florentinæ translata est in Illu-
37 strissimum Ducem Cosmam,† sicuti omnis maiestas olim populi Romani translata est in Im-
38 peratorem. †vt habetur in l. prima.ff.de consti. princ. & in l. prima.ff.de offic. præfec. præto. & per Andr.de Iser. in sua glos. super constitutio. Regn. in princ.nume. 12. Et scripsi in tractatu meo. de crimi.læsæ maiesta. lib. primo in rubr. quotuplex sit Maiestas. nume.9. Ideo Dux Cosmas eandem Rempublicam Florentinam repre-
39 sentat. † cum illius loco sit subrogatus.l.si eum. §. qui iniuriarum.ff.si quis cautioni.Et habetur per Bald. in l. parabolani. C.de episco. & cleri. & per Barto.in l.prima.C.de præp. agen.in reb. lib. 12. in quibus locis habetur, ꝙ subrogatus est eiusdem iuris, & conditionis,cuius est is,in cuius locnm subrogatur. quod procedit etiam si subrogatus esset minor eo, cuius loco subro-
40 gatur. † vt notatur in capitu. sanè. el secondo. & in capitu. cum olim. de offic. delega. Et per Alexan. in rubrica.ff. de officio eius. Quod maximè procedit,quando subrogatus est creatus a superiore, prout est Dux Cosmas creatus a Carolo Quinto Imperatore. quo casu subrogatus tantam habet potestatem, quantam ille, in cu-
41 ius locum subrogatur. † vt per Abba.in consilio 21. primo volum.& per Felyn. in capitulo cum olim. el secondo. de offic. delegat.Constat autē, quòd Respublica Florentina longè maior fuit,
42 quam Ferrariæ Dominatus. † Erat enim populus Florentinus liber, non recognoscens supe-
43 riorem. †vt scribunt Socin.in consil.277.in præsenti consultatione. versicu. Postremo.in secundo volum. & Felyn.in capitu. quæ in Ecclesiarum. de constitutio. Emerat enim Populus Florentinus libertatem a Rodulfo Imperatore pre-
44 tio septem millia ducatorum, †.vt scribit Platina in vita Honorii IIII. Et Felyn. in capit. cum non liceat. colum.penulti. versicu. quarto considera. de præscriptio.Corset. in tract.de priuil. Regni Franciæ. in vltima parte. quæst. 101. nu. 68. & Deci. in consil. 357. in causa Magnifici. in secundo volum. Quinimo Respublica Florētina erat tantæ dignitatis,& potentiæ,quòd Fer-
45 rariæ Domini non renuebant eidem inseruire pro Capitaneis generalibus. † Inter quos Nicolaus Marchio Estensis, Ferrariæ Dominus Generalis Reipublicæ Florentinæ exercitus Capi-
46 taneus † fuit, vt scribit Blondus in sua historia. lib.3.tertiæ decadis, in prin. Et similiter Hercules primus recolendæ memoriæ Ferrarię Dux, fuit dictę Reipublicæ Generalis Capitaneus, vt scribit Raphael Volaterranus,in suis commentariis vrbanis li.4.Geographiæ,in rub.res Ferrariensiū. fol.38.secundū impresionē Basileæ.Et Hercules II. Felicissimæ recordationis,viuente Alfonso eius patre similiter in eius Capitaneū Generalē electus fuit a prędicta Respub.& illud
47 munus acceptauit.† de quo scribit Gozad.consil.primo,sub nume.23. versicu. dicitur contrauenisse. Et sic ex hoc fundamento, quod maximum videtur, dici posset, & probari, ipsum Florentiæ Ducem pręcedere debere.

Sexto facit, quia Florentię Dux est longè di-
48 tior, quam sit Dux Ferrarię, † cū habeat maiores redditus ex Ciuitatibus,Terris, Castris,& locis, quibus modo pręest, quàm habeat Ferrarię Dux ex Ciuitatibus, Terris, & locis,quibus dominatur. diuitiarum etenim disparitas condi-
49 tionis disparitatem affert.† vt habetur, & not. in c. sup eo.de testi. Ideo dicebat Petrus de Bellapertica in l. humilē. in fi. C. de incest. nupt. nobilitatem nihil aliud esse,quam diuitias inue-
50 teratas.† ad idem Alberi. in rubri. ff. de vulga. & pupil.fol. 17. versicu.tertio, idem probatur. vbi dixit nobilitatem consistere in antiquis di-
52 uitiis.† facit tex. in l.ad subeunda. C.de decur. & in l.secunda. in fine. de prędiis Curialium.l. 10. & l.princip. ff. de custo.reor. vbi ęquiparantur honor, & amplissimę facultates.

Septimo facit, quia vti fertur, Dux Borsius cum tempore,quo creatus fuit Dux Ferrariæ Romę a Paulo II. Pontifice Maximo,ei aduersarentur Oratores Reipublicę Florentinę, protestantes, quòd non intendebant ipso creato Duce, ꝙ pręcederet populum Florentinum, vel eiusdē Oratores, dictus Illustrissimus Borsius tali protestationi assensit. ex quo assensu videtur renūciasse iuri plationis, si quod habebat aduersus
54 populum Florentinum.† Si quidem protestationi assentiens,quę tāgit ius suum, seu minuit,
55 sibi pręiudicat,† vt vltra alios scribit Io. de Angiolellis in tract.de protestationibus.col. 1. nu. 7. qui tract.habetur in 16. vol. tract. secundum impressionem Venet.

Octauo,& vltimo, & hoc videtur ponere gladium ad radicem, facit,quia Orator Illustrissimi Ducis Florentię, vt ex aduerso dicitur, in curia Romana pręcedit Oratores Ducis Ferrarię.
56 † Consuetudo autem Romanę curiæ videtur attendenda, & obseruanda in istis pręlationibus,
57 per ea, quæ scribit Præposit.in d. ca. Episcopos. col.2. sed quamuis præfertur 17. dist. Consuetudo.n.& status Curiæ Romanę pro constitutione seruandus est,iuxta no.in c.ex litteris.de consti. Bald. in l. obseruare. §.antequam. ff.de offic. ad idem facit,quod habetur in c.omnes 12.distin. vbi habetur ꝙ omnes sequi debent consuetudinem Romanæ Curię, tanquam omnium magi-
58 strā,†facit,quia in istis probationibus consuetu-
59 do est seruāda,† vt scribit Bal.in l. obseruare. §. antecą.ff.de offic.ꝓconf.& in c.cū olim. in prin. de consue. dicitur in c.clerici. nu. 14. de iudic.

Præmissis tamen non obstantibus, de iure dicendum arbitror,ꝙ præfatus Illustriss. Ferrariæ Dux iustissimam causam foueat,& ꝙ præcedere
60 dēat † prælibatū Florentiæ Ducem,ex infrascr.

Primo, quia Ferrariæ Dux, ab antiquo est de maiori prosapia, & nobiliori sanguine, quàm sit

61 fit ipse Dux Florentiæ. † quod bona venia dictũ sit. Est enim Estensium Principum familia an
62 tiquissima, & nobilissima, † vt scribunt Historici, & præsertim Raphael Volaterranus in suis commentariis vrbanis, lib.4. Geographiȩ. in rubrica, res Ferrariẽsium. quibus fides adhibetur
63 maxima, † vt not. in cap. cum causam per Abb. & alios. de probat. in cap. 2. de fend. & in c. inter dilectos. post glos. de fid. instrum. per Bart. & alios. in l. 1. ff. si cert. pet. & Prȩposi. in prohȩmio decret. in princ. nume. primo. Siquidem in Italia, iam annis tercentum, & vltra, plurium locorum Dominatum, & iurisdictionem habuit. Et Borsius Estensis anno Domini. 1452. 17. Ianuarii creatus fuit ciuitatum Mutinæ, & Regii Dux, a Federico III. Imperatore, vt est legere apud Ioannem Baptistam de Sancto Seuerino in eius repetitione. l. cunctos populos. nume. 42. C. de Summa Trin. & fide catho. & vbi vtitur istis verbis. Recepimus nouissimè Illustrissimo Duci Mutinæ titulum Ducatus, & potestatem supremam datam a Federico III. Roman. Imperatore. Et quo ad ciuitatem Regii, idem scribit Socin. iunior consil. 126. colum. secunda. nume. 8. in tertio volum. Et Alexan. consil. primo. nu. 17. nume. 25. & nume. 26. in quinto volum. & Gozadin. consil. primo. sub nume. 12. Et deinde a Paulo II. qui electus fuit in Romanum Pontificem anno Domini 1454. creatus fuit Ferrariȩ
65 Dux, † vt scribit Platina in vita eiusdem Pauli, cum per antea eiusdem ciuitatis Ferrariȩ, sicuti eius antecessores Marchiones dictȩ ciuitatis nominati fuere, & ipse Marchio vocaretur. Et Opizonus Marchio Estensis anno Domini millesimo centesimo octuagesimo quarto, die 13. Octobris inuestitus fuiȩ per Federicum Imperatorem de Marchia Genuæ, & de Marchia Medio-
66 lani, ad rectum feudum, † vt ex eiusdem inuestitura constat. Et Innocentius III. Summus Pontifex, inuestiuit Aldrouandinum Estensem filium claræ memoriæ Azonis Estensis, de Marchia Anconitana, similiter in feudum, de qua per antea inuestitus fuerat prædictus Azo eius
67 pater, † vt constat in inuestitura dicti Pontificis. 15. Calen. Septembris, anno sui pontificatus. 17. quas ĩuestituras, ego vidi, & legi. Ex quibus depræhenditur vera nobilitas, quæ oritur
68 ex feudis, in quibus sunt vasalli, † vt puta ex Ducatu, Marchionatu, vel Comitatu, vt scribit Lucas de penna, in l. mulieres. col. 1. ver. 4. ex Comitatu. C. de digni. dec. 12. & And. Tiraquel. in tract. nobili. c. 7. nu. 1. & nu. 6. ad idem Bart. in l. 1. col pen. in ver. ciuitates vero. & vol. vlti. & tit. de dignit. In nobilissima autem Medicea familia a sui primordio, vsq; ad creationẽ Leonis. X. Pontificis Maximi, nullus vnquam iurisdictionem alicuius ciuitatis, castri, vel loci, seu domi-
69 natum habuit. † qui Leo creatus fuit in Roma-
70 num Pontificem de anno. 1512. † cum per antea, licèt familia Medicea fuerit de primatibus ciuitatis Florentiæ: attamen in altum a mercatura elata est. Et habuit viros prudentissimos, & maximȩ existimationis: ideo Raphael Volaterranus in suis commentariis vrbanis, libro quinto Geographiæ in rubrica, res Florentinorum. fol. 56. mentionem faciens de Magnifico Cosma Medices antiquiore, sic inquit, neque vnquam priuato talis potentia, neque in erudito sapientia par, neque denique mercatori tot contigerunt diuitiæ, neque illis, quod magis mirandũ, quisquam, & magnificentius, & religiosius est
71 vsus. † Subdens, quòd fuit Baldasseris Cossæ, olim Ioannis XXIII. qui a pontificatu deposi-
72 tus fuit, thesaurarius. † Et quòd dicti Baldasseris pecunia, opes suas in tantum auxerit, vt primarius apud Florẽtinos ciues, & ditissimus omnium apud Italos, ac fortasse apud exteras quoque nationes deinceps sit habitus. scribit Platina in vita Martini Papæ, V. Quinimo Illustr. Dominus Ioannes Medices genitor Ducis Cosmæ, qui fuit militum fortissimus Ductor, nunquam aliquem Dominatum cũ iurisdictione habuit,
83 † in præcedendo autem attenditur, quis sit de meliori, & nobiliori sanguine. & ille ꝑcedit cæ-
74 teris paribus, † vt scribit Bal. in l. nemini. per illum tex. C. de aduoca. diuerso. iudic.

Accedat, ꝙ ille dicitur dignior, qui est magis dignus rõne naturalis originis, & antiquioris,
75 † quorũ vtrũq. reperitur in Illustrissima Estensi familia. Domini. in ca. quorundam. de elect. in 6. Colligens hoc ex glos. ibi, quem ad id allegat Nicol. Butrius in præalleg. suo tract. de ordine graduum vtr. fori. in prima parte. colum. secunda. sub nune. 6. Est enim nobilitas generis quædam qualitas siue dignitas prouenies a coruscatione clari sanguinis, a parentibus originem sumens. Et in liberos legitimos per carnẽ
76 continuata. † Cardin. in clemen. 2. in princ. de senten. excom.

Secundo facit, quia dignitas Ducatus in Illustriss. Estensi familia prius fuit instituta, q̃ in fa-
76 milia Medicea. † Cum, vt supra dictum est, quo ad ciuitates Mutinæ, & Regii cȩpit vsque de anno. 1452. sub Federico III. Imperatore. Et quo ad Ferrariam de anno 1471. tẽpore Pauli II. Põtificis Maximi: cũ per antea Princeps d. familiæ Estensis Marchiones vocarentur. In Illustriss. aũt Medicea familia dignitas Ducatus Florẽtiæ cȩpit modernis temporibus, sub Carolo V. Serenissimo Imperatore fęlicissimæ recordationis.
78 † Qui aũt primo dignitatem adeptus est, præfer-
79 ri dẽt, nisi postea maior sit, vt habetur per Marti. de Laud. in trac. de digni. q. 23. allegantẽ ad hoc tex. in l. 2. C. de primipi. Facit gl. in c. quorundã. in ver. prædictorum. de elec. in 6, per quam habe
80 tur, ꝙ anterior origo inspici dẽt. † Ad idem facit, quod scribit Cassaneus in Cathalogo gloriȩ mundi, in 7. par. in 9. considera. vbi dicit, ꝙ præsidentes parlamenti Parisiensis præferuntur prȩsidentibus aliorum parlamentorũ Regni Franciæ, ex eo, ꝙ parlamentum Parisiense fuit primo institutum, quàm alia parlamenta dicti Regni.

Corro-

Corroboratur prædicta conclusio . nam vi-
demus, ꝙ fratres Prædicatores præcedunt Mi-
nores. glos. in capitu. quorundam. in versiculo
Prædicatorum. de electio. in sexto. glos. secun-
da. in capitu. fina. de pactis. eod. lib. Et per Ioã.
Andr. in capitu. Ioannes. de testam. Et hoc est
82 ratione antiquioris institutionis. † Et habetur
etiam per Petrum de Anchara. ponentem tem-
pora institutionis dictorum ordinum, in consi.
210. Franciscus antiquus Parrochianus. & per
Præpos. in dicto capitu. Episcopus. colum. secũ-
da. 17. distinc. & per Fely. in dicta rubr. de maio.
& obed. col. 3. nu. 13.

Pari ratione monaci Sancti Basilii præcedunt
monachos Sancti Benedicti, quia eorum insti-
83 tutio antiquior est, † vt per Præpos. in dicto ca.
Episcopos. colum. secunda. versicu. Ex quo se-
quitur, quòd & eadem ratione monachi præ-
feruntur Canonicis regularibus, ex eo, quòd
regula Sancti Benedicti fuit prius approbata,
quam fuerit regula Canonicorum regularium.
83 † capitu. super eo. de regula. Vt etiam scribit
Domini. in dicto capitu. Episcopos. vbi respon-
det ad capit. Auaritiæ. de præben. in quo Cano-
nici regulares præmittuntur. dicens, quòd in
illo tex. c. Canonici regulares. in vitio auaritiæ,
non in merito religionis præmittuntur. vt etiã
ibidem not. Ioan. Andr. Hostien. & Abb. Anti-
quus. & Modern. & ita consuluit vener. colle-
gium Docto. Bononiæ, Perusii, & Ferrariæ.
nec non solennis Doctor Ioan. Bapt. Caccialu-
pus, quorum consilia impressa habentur. Ad
idem facit, quia vna dignitas excellentior alte-
ra, ratione antiquitatis, præferenda videtur.
85 † nam qui prior est tempore, potior est in iu-
86 re. † capitu. qui prior. de regu. iur. in 6. cap. an-
tiqua. de priuil. capitu. renouantes. 22. distinc.
l. qui prior. ff. de iudic. quæ regula locum ha-
87 bet in honoribus, & sessionibus. l. honores. ff.
de decurio. l. fina. vbi Barto. C. de Tironi. li. 12.
Ad idem facit glos. in dicto capitu. Episcopos,
quæ dicit generale esse, quòd qui prius digni-
89 tatem cęperunt, præferendi sunt aliis † alle-
gat. 84. distin. ca. Episcoporum. hoc tamen ꝓ-
cedit, quãdo dignitates sunt pares. Secus quan-
do posterior dignitas esset maior. Boeri. in d.
tract. de ordine graduum vtr. for. in prima par.
num. 26. & antiquior Doctor præferendus est,
etiã si posterior sit ditior, & nobilior. Istæ enim
qualitates non tollunt prærogatiuam temporis,
vt voluit Inn. in c. statuimus. de maiori. & obed.
Decius in c. clerici. col. nu. 3. de iudic.

Tertiò facit, quia ille qui habet dignitatem a
88 maiori, cæteris paribus præfertur habẽti digni-
89 tatem a minori. † cap. per tuas. de maio. & obed.
Bart. in l. prima. §. a filiis. ff. de legat. 3. Præpos.
in d. c. Episcopos. col. 2. circa medi. 17. dist. sed
sic est, quòd Dux Ferrariæ, videlicet Illustrissi-
mus Borsius Ducatus dignitatem ciuitatis Fer-
rariæ habuit a Pontifice, vt supra dictum fuit. &
habetur in libro ceremoniali Romanæ Curiæ,
in rubri. de iuramento, & aliis in creatione Du-
cis. fol. 34. Illustrissimus autem Dominus Cos-
mus Medices dignitatem Ducatus Florentiæ a-
deptus est a Carolo V. Imperatore, ad quem spe
90 ctabat creare Ducem in terris sibi subiectis, † vt
per Nicol. Boer. in tract. de ordi. graduum. vtr.
for. in secunda parte, columna secunda. nu. 5.
Ergo Illustrissimus Ferrariæ Dux recognoscens
huiusmodi dignitatem a Pontifice, præferri de-
91 bet. Siquidem Papa Imperatore maior est. † ca-
pitu. duo sunt. 96. distinct. Et ob demerita Im-
92 peratorem priuare potest. † vt in capitulo ad A-
postolicæ. de senten. & re iudic. lib. 6. Et habe-
tur per Præposi. distin. 50. in capitu. lex est. nu-
me. 6. & per eundem in capitulo si Papa. colum.
vlti. nume. 19. 40. distinct. Et confirmare Impe
93 ratorem, ad Papam spectat. capitu. fin. de elect.
capitu. Ego Lodouicus. 63. distinct. Clementi.
Pastoralis. de re iudic. & in capitu. alius 15. q.
sexta. Et in capitu. Apostolicæ. de re iudic. in 6.
quinimo is dicitur verus Imperator, quem Pa-
94 pa confirmat. cap. venerabilem. de elect. & Pa-
pa facit idem concistorium cum Deo, vt notat
Innocen. in c. 4. de transla. prela. ideo post Deũ,
95 prę omnibus honorari debet, † vt scribit Abb.
consil. 21. in primo vol.

Comprobatur prædicta conclusio ex eo, ꝙ
Doctoratus ab Imperatore cum rigoroso exami
96 ne prefertur alteri etiam prius Doctore. † c. per
tuas. & ibi Abb. de maio. & obed. Barb. in c. ꝙ cle
ricis. de foro compet. Fely. in d. ca. per tuas. col.
secunda. Nicol. Boer. in d. tract. de ordi. & præc.
gradu in prima parte. in versi. post Canonicos.
nu. 28. Deci. in l. cũ quid. nu. 11. ver. retenta cõ
clusione. ff. si cer. pet. Adducit Rom. in l. si verò.
§. de viro in 49. fallen. ff. solu. matri. & Alexan.
in l. secunda. §. prius. ff. de vulg. & pup. & text. in
l. fin. ff. de albo scrib. in ver. qui dignitates Prin-
cipis iudicio, &c. & glos. nota. in l. restituenda.
in versiculo consecuti. C. de aduoca. diuerso. iu
di. & in capitu. Dominus noster. in vers. eligit.
93. distin. & Marti. de Laud. in tracta. de digni.
quęst. 16. vbi dicit, quòd Doctor, vel miles crea
tus a Papa, vel Imperatore, pręcedit creatum ab
97 inferiore. Idem tenet Iason in l. secũda. §. prius.
ff. de vulga. & pupil. & in l. si quis maior. in fi-
ne. C. de transactio. Ad idem Decius in capitu.
clerici. colum. secunda. nume. 5. de iudi. & Ale-
xan. in l. secunda. §. si prius. ff. de vulga. & pupil.
Et canonicus creatus a Papa prefertur canoni-
98 co creato ab inferiore. † Et Felyn. in dicto capi-
tulo per tuas, & miles Imperialis Ducalem prę-
99 cedit. † Francisc. Tigri. in l. secunda. per illum
textum. ff. de albo inscrip. quem refert, & sequi-
tur Barba. in dicto cap. quòd clericis. col. penul.
& facit, quod not. Abb. in capitu. postulasti. col.
tertia. de concessi. pręben. vbi dixit, quòd in-
ter milites est dignior, qui a digniore est crea-
tus. Et ideo miles creatus a Papa alios pręce-
100 dit, † secundum eum, quem sequitur Fely-
nus in prędicta rubrica. de maiori. & obedien.

col.secunda.nu. 9. Et nobilitatus ab Imperato-
re, vel Rege non recognoscente superiorem, an-
101 teponi dēt alteri nobilitato ab īferiore. †And.
de Iser. in cap. 1. §. vlti. & ibi etiam Cardi. Alex.
in titulo. quis dicatur Dux, March. Com. quos
ad hoc citat Tiraquel. in tracta. suo. de nobilita.
cap. 6. nume. 7. & nume. 8. & simplex sacerdos
102 militi sæculari præferri dēt, † quia si ille est mi-
les Imperatoris, vel Regis sacerdos, est miles
103 Christi, † cap. ante omnia 40. distinct. & cap.
libentius de ser. non ordinan. vbi Ioan. Andr.
miles autem Christi præponetur. 11. q. 3. capit.
Iulianus.

Quarto facit, quia in iam ordinatis seruatur
104 ordo tam temporis, quàm dignitatis. † l. pri-
ma. §. quibus, ibi, ita tamen, quòd ordo tempo-
rum. C. de nouo. C. facien. vt per Bart. & Mod.
in l. secunda. §. prius. ff. de vulga. & pupilla. Et l.
secunda. C. vt digni. ordi. serue. lib. 12. & l. pri-
ma. C. de consuli. vbi Ioan. de Platea dixit, quòd
inter pares dignitates prĕferendus est, qui cas
primo est adeptus. & sic prior adeptus potior est
105 in honoribus, & priuilegiis dignitatis. † & idē
dicit in l. finali. eodem titu. & Lucas de pĕn. lib.
12. refert, & sequitur Nicol. Boeri. in prædicto
tracta. de ordi. & præce. graduum in prima par.
colum. secunda. nume. 5. & nume. 6. & est com-
munis regula, quòd ordo temporis inducat prĕ-
lationem in honoribus, quando tractatur, de iā
106 ordinatis inuicem præponendis. † de quo post
alios scribit Deci. in cap. auaritiæ. colum. secun
da. nume. 7. de præben. Et quòd nobiliores, &
digniores præferri debeant, text. est in capit. ex
ore. de priuil. Ad idem gl. in aucten. de defen.
ciuita. in §. quæ igitur placuerunt. in versic. ma-
ximorum, collat. 3. quæ dicit, quòd in concio-
nandis, & in omnibus præferendi sunt maio-
res, & maior & dignior est, qui ratione natura-
lis originis, & antiquioris, magis dignus est, vt
scribit Boer. loco proximè allegato. nu. 6.

Quinto facit, quia Illustrissimus Dux Ferra-
riæ est etiam Dux Mutinæ, & Regii, creatus a
107 Federico III. Imperatore, vt supra dictum est.
Nec non est Dux Carnutum creatus a Christia-
108 nissimo Frācorum, † qui prædictam dignitatē
ei dare potuit. Siquidem Rex in regno suo Du-
109 ces creare potest, † vt scribit Aluerot. in capi.
primo. de feudo Marchi. & Duca. in prin. & idē
Aluerot. in capit. primo. in tit. quis dica. Dux,
Com. Marchi. in princ. num. 20. Quinimo plus
iuris habet Rex in regno suo, quam Imperator
110 in Imperio. † Secundum Andr. de Iser. relatū
per Aluerot. loco inferius allegando, quod pa-
tet, quia Rex transmittit regnum suum in filiū
primogenitum, quod non licēt Imperatori, qui
111 per electionem creatur. † capit. venerabilem.
de elect. vt scribit Aluerot. in tit. de his, qui feu.
dare pos. in capitulo primo. col. secunda. nu. 6.
Cum igitur sit in Illustrisimo Duce Ferrariæ tri
plex Ducatus dignitas, in Illustrisimo Duce Flo
rentiæ vna tantum, merito Ferrariæ Dux præce
dere debet, cum plura vincula vno fortiora sint.
112 † Instit. de tutel. in princ. capi. primo. de treu.
& pace. aucten. Itaque. C. communia. de succes.
§. si verò. instit. de adopt. Ad idem facit, quia vi
demus, ꝙ qui est Marchio, & Comes, simul prĕ-
113 decedit eum, qui est Marchio tantum. † Bal. in
l. Sed & milites. ff. de excu. tuto. Fely. in capitu.
clerici. in fi. de iudi. Si ergo duæ dignitates spe-
cie differentes, & inæquales causant præceden-
114 tiam, † quanto magis id dicendum erit, quan-
do in vna, & eadem persona reperiuntur plures
dignitates maiores eiusdem nominis adductis
aliis supra adductis, & infra dicēdis, quòd is præ
feratur habenti vnam tantum. Est enim genera-
le, vt qui duplici dignitate est insignitus præfer-
115 ri debeat ei, qui vnam tantum habet. † & ideo
Doctor vtri. iur. præfertur Doctori vnius gra-
116 dus tātum, secundum Hosti. Abb. & alios in
capitu. primo. de consangui. & affinit. & Abb.
& Ioan. And. in capitu. clerici. de iudi. Et mi-
117 les, & Doct. præfertur Doctori tantū. † vt scri-
bit Alexan. in l. centurio. colum. quinta. ver. ad-
de tamē. ff. de vulg. & pupil. & Deci. consil. 161.
Pro Domino Præposito. Tiraquel. in tracta. de
nobilita. capite. 5. nume. 8. Et Deci. in l. cum
quid. colum. 3. nume. 15. ff. si cert. pet. & ibidē.
nume. 16. Prærogatiua enim temporis non at-
tenditur, vbi est duplicatio graduum, quæ ma-
118 iorem dignitatem inducit, † Deci. in d. l. cum
quid eo. nume. 16. allegat glos. 16. distin. in cap.
placuit. in ver. Isiodorus. Accedat, quòd Ferra-
riæ Dux est etiam Comes Rhodigii, & Marchio
119 Estensis. † Et si diceretur, quòd ipse non possi-
det amplius Rodigium, neque Estem, ergo illæ
dignitates sibi amplius non competunt, Respō-
deo, quòd etiam expulsus a Comitatu, & Mar-
120 chionatu dignitatem retinet, † vt scribunt Bal.
& Cardina. Alexan. in cap. 1. de feudo Marchi.
& Nicol. Boer. in dicto tracta. de ordi. & præce.
graduum. in secunda parte. in versicu. quid de
Duce. nume. 8. Ad idem facit, quia Episcopus,
qui est Doctor, prĕcedit Episcopum non Docto
121 rem. † Domini. in capi. Isiodorus 16. dist. glos.
ibi. dicentem, quòd non attenditur prioritas tē
122 poris, sed maioritas auctoritatis. † Fely. in rub.
de maio. & obedi. colum. prima. nume. 3. Boer.
in supra allegato tracta. eo. ver.

Sexto facit, quia bona venia dixerim, Dux
123 Ferrariæ ex vtroque parente nobilior est. † Si
quidem Illustrisimus Dux Hercules recolendæ
memoriæ, eius pater, vxorem habuit Illustrissi-
mam Dominam Renatam filiam Lodouici Frā-
124 corū Regis, † ac Actius secundus Ferrariæ Do
minus Beatricem Caroli filiam in secundo ma-
125 trimonio vxorem duxit, † vt testatur Volate-
ranus, loco inferius allegando. Et Hercules pri
mus Ferrariæ Dux Eleonoram Alphonsi Regis
Neapolitani filiam vxorē habuit, ex qua Alfon-
sum fortisimum Ferrariæ Ducem moderni Du
126 cis auum suscepit. † vt testatur Raphael Vola-
terranus, in præallegatis eius cōmentariis li. 4.
in

in d. rubri. Res Ferrariensium fol. 38. idem habetur apud Sabellicum libro primo quartæ Decadis historiarum Venetarum. Laurentius autē Medices Petri filius cum Iuliano eius fratre ex cōiugio Lucretiæ Tornabonæ genitus fuit. quæ familia Tornabona satis honesta est in ciuitate
128 Florētiæ, † vt scribit Volaterranus in suis commentariis Vrbanis lib. 5. geographiæ. in ru. Res Florentinorum. & Ioannes Medices Cosmæ Ducis pater filiā magnifici Domini Iacobi Saluiati Florentiæ ciuis celebris mercatoris vxorem du-
129 xit. ex qua natus fuit præfatus Cosmus† Dux Illustrissimus.

Ergo merito Ferrariæ Dux præferendus est. nobilitas enim matris in similibus est etiam in
130 consideratione. † Nam in concilio Basiliense, cum controuersia fuisset de prælatione sessionis inter electores Imperij, primum locum ante Ducem Burgundiæ seu eius oratores sibi deberi prætendentes, fuit per dictum generale concilium pronunciatum oratores Philippi Ducis
131 Burgundiæ præcedere debere. † Maximè quia erat par Regni Franciæ & de familia Regum Frācorum ex parte patris, & Imperatoris & Ducis Bauariæ ex parte matris. Vt refert Bartholo-
132 me. Cassane. elegans Doctor† in cathalogo gloriæ mundi in 5. parte. 5. consideratione vers. & cum controuersia. Ad idem facit, quia in beneficialibus attenditur etiam nobilitas ex parte ma
133 tris, † vt per Cassaneum in præallegato cathalogo in 8. parte 39. considera. allegat. ca. nouit. de iudi. & quòd ibi not. Host. Io. Andr. & Abb. pro quo facit gl. iuncto tex. in §. 1. in verbo Generi. in auctēn. de incest. nupt. & ideo inoleuit Stilus curię Romanæ ad facilius obtinendum gratiam in beneficialibus, quòd exprimatur in supplicatione, quòd supplicans est nobilis ex vtroque parente. Quinimmo non valeret dispensatio facta per Papam, cum nato ex coniugato nobili, & soluta nobili, nisi de nobilitate materna fuerit fa-
134 cta mentio, † vt per Ioan. Andr. in c. fin. de fili. presby. de quo ad plenum scribit Felyn. in c. postulasti col. 4. de rescript. si quidem delictum aggrauat nobilitas, iuxta illud Iuuenal. Omne animi vitium tanto cōspectius in se Crimen habet, quanto qui peccat maior habetur.

Septimò facit, quia familia Estensis non solū nobilior familia Medicea fuit & est: sed longè
135 antiquior. † in qua tot principes, tot Marchiones, tot Duces, & tot fortissimi exercituum ductores extitere, vt legere est in historiis Blondi, Sabellici, Volaterrani, & aliorū. Perfecta enim
136 nobilitas consistit in antiqua stirpe. † vt per Bald. in l. 3. C. de commerti. & per Cepollam in tract. de imperato. mili. deligen. in vers. nobilitatis. sub num. 16. vers. vigesima quarta. Constat autem, quòd principes Illustrissimæ Estensis familiæ ab antiquissimo tempore citra iam annis tercentum & vltra, semper Dominatū & iurisdi
137 ctionem in Italia habuere. † & vera & ex omni parte perfecta nobilitas dicitur, quæ ex antiquis maioribus, cum diuitiis & virtute sibi etiam cōiunctis, & cū honore & dignitate proficiscitur. Vt scribit Cepol. in præallegato tract. in eo. vernum. 21. & probatur in d. l. 3. C. de commerti. Ad idem facit tex. in l. honor. §. de honoribus, ibi, origo natalium. ff. de mune. & hono. & in l. prouidendum, in vers. nobilissimos. C. de postulan. & in l. 1. in fin. & quòd ibi notat Barto. ff. de albo inscriben. Ad idem Tiraquel. in tracta. suo de nobilita. cap. 22. in princ. dicens, quòd nobilitas, quo antiquior est, eo quoque maior est.
138 † allegat tex. in l. 2. in §. quæ omnia. vers. sed & natalium, in illis verbis, vir ab antiqua stirpe. C. de vete. iur. enucle. quem ibi ad hoc ponderat Alberi. Accedat, quòd dignitas, quæ venit ex origine, prout est illa Illustrissimi Ducis Ferrariæ,
139 fortior est, quam ea quæ venit ex accidenti. † vt scribit Marti. de Laude, in tracta. de dignita. quæstione 44.

Nec obstant in cōtrarium superius adducta. & primo, dum dicebatur, quòd Dux Florentiæ maioribus præest, quàm Dux Ferrariæ: ergo maior haberi debet, per text. in §. nos autem. in auctēn. de defenso. ciuitat. &, quòd quis reputatur nobilior, quāto maiores & nobiliores habet subditos. vt per Bal. in cons. 338. in tertio. vol. & per Abb. in præallegato consil. 21. viso dubio, col. 1. num. 2. in pri. vol. & per eundem in ca. solitæ. de maio. & obedi. Quia negari potest, quòd Florentiæ dux maiores & nobiliores habeat subditos. si quidem Ferrariæ Dux, sub suo dominio plures & diuersos habet feudatarios Comites, & Castrorum Dominos, qui in Castris, & locis ab eius Illustrissima Dominatione recognitis, me-
140 rum & mixtum exercent Imperium. † & multi eorum fuerunt, & sunt fortissimi militum Du-
141 ctores, prẹsertim ex familia Rangona. † quod secus est in Florentiæ Duce; ergo contenta in prędicto cōtrario, faciunt pro fauore iurium ipsius Illustrissimi Ducis Ferrariæ. Accedat, quòd contenta in dicto fundamento ex aduerso allegato procedūt cęteris paribus, vt per Prępos. in pręallegato. c. episcopos. col. 2. sub num. 4. 17. distin. sed in casu nostro non solum non adest paritas, sed disparitas, vt in pluribus supra deductum fuit, & inferius deducetur. & cum nō sit maior, non sequitur consequentia, ꝙ licet tēpore sit posterior, præcedere debeat. nā quò ad dignitatem Ducatus, sint pares tempore tamen differentes.

Nec obst. quod secundo loco dicebatur, quòd quando dignitates sunt pares, vt in casu nostro, in quo vterq; Ducatus dignitatem habet, habēs dignitatem in nobiliori loco præfertur, vt in l. 1. C. de pri. Vrb. Romæ. lib. 12. cum aliis ibidem allegatis. Quia id procedit cæteris paribus. secus data disparitate, vt in pluribus datur in casu nostro, per ea, quæ scribit Præpo. in d. c. episcopos. si quidem Ferrariæ Dux est superior ratione dignitatis familiæ. Secundo ratione antiquitatis nobilissimæ familiæ Estensis. Tertio, ratione antiquioris tituli Ducatus. Quarto, Dux Ferrariæ triplicem

triplicem Ducatus dignitatem obtinet, vt supra deductum fuit. Quinto, quia Ferrariæ Dux ex
142 vtroque parente nobilior est, per supra † dicta.

Nec minus obstat, quod dicebatur in tertio fundamento pro fauore iurium Illustrissimi Ducis Florentiæ, quòd plures & nobiliores sub se habeat ciuitates, quam habeat Dux Ferrariæ. ex quo videtur illi præferendus, cum qui pluribus præest maior esse censeatur. vt in auten. constitutio, quæ de dignitatibus. §. generaliter. vbi gl. cum aliis allegatis in d. fundamento, videlicet, quòd vbi est maioritas auctoritatis, prioritas té-
143 poris attendi non debet. † vt dicit glo. in c. Isidorus 16. distin. Quia non valet consequentia, quòd proterea Dux Florentiæ Ferrariæ Ducem præcedere habeat. Si quidem Rex Catholicus habet sub suo dominio non solum plures ciuitates, quam habeat Rex Christianissimus, verũ
144 longe plura Regna † est enim Rex Hispaniæ, Rex Aragonum, Rex Castellę, Rex Legionis, Rex Granatæ, Rex Maioricarum, Rex Cordubæ, Rex Galitiæ, Rex Andelosiæ, Rex Neapolis, Rex Siciliæ, vt scribit Cassaneus in cathalogo gloriæ mũdi in 5. parte cõsideratioue 37. & tamen, Romæ, Venetijs, & vbique locorum, orator Regis Christianissimi præcedit oratorem Regis Catholici.
145 † & sic pluralitas ciuitatum & Regnorum non causat prærogatiuam præcedentiæ, sed antiquitas & prioritas institutionis. Si quidem Regnũ
146 Frãciæ est antiquius Regno Hispaniæ. † facit, quia habens plures gradus, quorum nullus sufficit ad præcedendum alium, non præcedit virtute omnium ipsorum, vt per Felyn. in rubri. de maio. & obedi. col. 1. num. 4. allegat, quod habetur in l. 1. iuxta fin. C. de consul.

Nec similiter obstat, quòd vbi est maioritas auctoritatis non attenditur prioritas temporis. per glos. in ca. Isiodorus. 16. distin. quia negatur in Duce Florẽtię esse maioritatem auctoritatis, cum Ferrariæ Dux tantam habeat auctoritatem in ei subiectos, quãtam habet Imperator in suos
147 subditos. † Ideo dicebat Fely. in c. cum a nobis in 3. col. de testi. ꝙ excelsus Dux Ferrariæ Dei & Apostolicæ Sedis ac Imperii gratia non recognoscit superiorem. & habetur veluti supremus Princeps in terris suis, & transmittit Ducatum
148 prædictum ad primogenitum, † vt per Decium consi. 399. visa longa serie num. 7. in 2. vol. Vel dicas, quod proprietas temporis nõ attenditur
149 vbi est maioritas auctoritatis, † vt in d. c. Isiodorus. vbi posterior sinodus, quę est maioris auctoritatis, præfertur anteriori. secus quo ad personas eiusdem dignitatis. exempli gratia. auctoritas Bartoli præfertur auctoritati Rainerij de Forliuio, qui fuit anterior & Bartoli præceptor,
150 † vt notissimum est apud iuristas, & tamen si vterque ipsorum viueret, Rainerius Bartolum præcederet. vel dicas, quòd id præcedit quando dignitas maior est in vno quàm in alio, & sic maioritas auctoritatis procedit ex maiori dignitate.

Nec obst. quòd quarto loco dicebatur, quòd in familia Medicea fuerunt principes maioris auctoritatis & dignitatis, quam in familia Estẽsi. Si quidem in Medicea fuerunt duo summi Pontifices, videlicet Leo X. & Clemens VII. constat autem summum Pontificem esse non solum aliis Principibus, sed etiam Imperatore digniorem; ergo ex hoc videretur Dux Florentiæ præferendus. nam respondetur, quòd dicta dignitas Pontificalis nõ obuenit ex successione & origine Maiorum, sed ex accidenti, per electionem sacri collegii Reuerendissimorum, & Illustrissi-
151 morum Dom. Cardinalium. † & ea extincta, consanguinei defuncti Pontificis non propterea efficiuntur nobiliores aliis ex sola illa dignitate Pontificatus. Dignitas verò, quæ ex origine venit, fortior est ea, quæ venit ex accidenti, vt scribit Marti. de Laud. in tract. de dignita. q. 44. Nam si secus diceremus, sequeretur, quòd omnes familiæ, in quibus aliquis fuisset summus Pontifex, ex eo efficerentur nobiliores aliis, quę ab origine habent Dominatum, & iurisdictionem. quod esset absurdissimum dicere. Et ab absurdo vitando validum est argumentum,
152 † vt not. Præposit. in c. deinde col. 1. nu. 3. 26. distinc. ca. ex ore de priuil. & noua quædam de penit. & remis. nobilitas autem acquisita per antecessores, vt puta ratione adepti Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus, transit ad omnes posteros, ad quos transeunt dictæ dignitates. secus in dignitate, quæ ad posteros non transit, vt est
153 Papatus, qui extinguitur morte, † quæ non ita nobilitat posteros, vt scribit Tiraquel. in tracta. de nobilitate cap. 16. num. 2. & num. 3.

Quinimmo nobilitas, quæ causatur ex Ducatu, Marchionatu, vel Comitatu, non transit ad transuersales, ad quos dictæ dignitates non trãseunt, vt per eundem Tiraquel. in præallegato tracta. cap. 17. ergo Illustrissimus Dux Cosmus non habet aliquod fomentum a prædictis dignitatibus, quę fuerunt in domo Medicea. Præsertim, quia licet sit de Illustrissima familia Medicea, est tamen ex linea transuersali, vt ex arbore
154 familiæ prædictæ, † qui etiam habetur impressus vsque ad tempora Clementis VII. apertissimè constat.

Nec minus obstat, quòd in quinto fundamẽto pro Illustrissimo Florentiæ Duce dicebatur, quòd Illustrissimus Dux Cosmus, tanquam subrogatus loco. q. Reipublicæ Florẽtinę, cuius Reipublicę orator præcedebat oratorem Ducis Ferrarię, debeat modo præcedere Ferrariæ Ducem, vel eius orator oratorem Ducis Ferrariæ, cum subrogatus sit eiusdem iuris, & conditionis, cuius est is, in cuius locum subrogatur, etiam si nõ sit tantæ dignitatis, vt est is, cuius loco subrogatur, vt notatur in c. sanè el 2. & in ca. cum olim. de offic. delegat. & per Alex. in rubri. ff. de offic. eius. Præsertim quia subrogatus, vel vicẽ gerens, quando est creatus a superiore, prout est Dux Cosmus creatus ab Imperatore, tantam habet

pote-

poteſtatem,quantam ille,in cuius locum ſubrogatur.vt per Abb.in præallegato conſi.21.& per Felyn.in c.cum olim.el ſecondo.de offic. deleg. Nam per antea populus Florentinus erat liber, non recognoſcẽs ſuperiorẽ,vt ſcribunt Georgi. Valla, & Purpuratus, in eorum repetit.ſuper.l. Imperium.ff.de iuriſdictio.omni.iudi.& Felyn. in ca.cum a nobis.col.2.num.4.de teſti. vbi dixit, quòd Florentia ſuperiorem non recogno-
155 ſcit.† ad idem Soci.conſ.277. in præſenti conſultatione verſ. Poſtremo circa medium, in 3. vol.& Felyn.in c.quæ in Eccleſiarum.de conſtitutio. Emerat enim populus Florentinus libertatem a Rodulpho Imperatore, precio ſeptem millia ducatorum, vt ſcribit Platina in vita Honorij.4. Pōtificis Maximi. & Fely.in c.cum non liceat.col.penult. verſ.quarto conſidera.de præſcriptio.& Decius conſil.357.in cauſa Magnifici.& Corſet.in tract.de priuil.Regni Fran.in vltima parte q.101.nu.68.& ideo non eſt mirum, ſi Ferrariæ Dominum inſeruiebant.d. reſpublicæ,pro Capitaneis generalibus.Nam reſpondetur,quòd ſubrogatus eſt eiuſdem potentiæ & cōditionis,cuius eſt is,cuius loco ſubrogatur, quo
156† ad eos qui ſubſunt illi,cuius vices gerit: non autem quo ad alios, iuxta ea, quæ ſcribit Abba. in præallegato conſi. 21. in primo vol. vbi decidit controuerſiam præcedentiæ inter Vicarium Epiſcopi & Archidiaconum, qui erat ſubditus ipſi Epiſcopo.Ita formiter ad prædictum contrarium reſpondet celebris Doctor Lodouicus Cattus Ferrarienſis. in ſuo conſi. ſuper huiuſmodi differentia,ad fauorem præfati Illuſtriſsimi Du-
157 cis Ferrariæ † reddito.

Reſpondetur.& ſecundo ſimiliter,ſecundum dictum Conſultorem,quòd ſubrogatus eſt eiuſdem potentię,cuius eſt is, in cuius locum ſubrogatur,non quo ad dignitatem,ſed quo ad adminiſtrationem.per text. nota. in l. 2. C. de comi. rei milita.lib.12. & ibi not. Ioann. de Plate. igitur Dux Florentiæ,licèt conſequutus fuerit omnem adminiſtrationem, non tamen eſt adeptus eandem dignitatem, quæ penes rempublicam Florētinam erat.quod ex eo comprobatur, quia licèt Vicarius Imperii in ſtatu ſuo ſit tantæ au-
158 ctoritatis & potentiæ,ſicuti Imperator,†vt ſcribit Cumanus conſil.153. Attamen nimis abſurdum eſſet dicere,quòd ſit tantæ dignitatis,ſicuti Imperator.

Corroboratur hoc ex his,quæ ſcribit Deci. in c.ſanè.col.1. in fin. & col.2. in princ.ff.de offic. iudi.delega.vbi dicit, quòd delegatus Vicarius, locum tenens & Ambaſiator repræſentantes perſonam ſui principis honorari debent,& propter talem prærogatiuam aliis paribus ſuis præ
159 feruntur,†c.fin.93. diſtin. ſed habito reſpectu ad principalem,nō eſt verum,quòd tantum debeant honorari, ſicuti principalis. Subdens, ꝙ ideo Rex Franciæ voluit, quòd Dux Sabaudiæ, qui erat ibi perſonaliter,legatis Venetis præferretur. Et tamen clarum eſt, quòd orator Reipublicæ Venetæ pręcedit vbique oratorem Ducis
160 † Sabaudiæ.

Tertio reſpondetur, ex mente dicti conſultoris,quòd ſubrogatus eſt eiuſdem potentię,cuius eſt is,in cuius locum ſubrogatur,in his,quæ ſpectant ad illum, in cuius locum eſt suborgatus, non autem quo ad actus ſpectantes ipſi ſubrogato,vt ſcribit Felyn.in d.c.cum olim, el 2.de offi. deleg.ſed actus præcedentiæ,de quo agitur, ſpectat ad ipſum Ducem Florentiæ ſubrogatum, non autem ad ipſam Rempublicam Florentinam,quæ extincta eſt.Ergo ex hoc capite præfatus Florentiæ Dux, ius aliquod pręcedentię contra Ferrarię Ducem prætendere non poteſt.

Quarta erit reſponſio,quòd ciuitas Florentię dum erat Reſpublica, ſuperiorem non recognoſcebat; habebat enim iura Imperii,& poterat,ea in terris ſuis, quæ poterat Imperator in terris ſibi ſubiectis,vt per Felyn.in c. quæ in eccleſiarū. col.2.verſic. & talis eſt populus Florentinus. de conſtitutio.Bart.in l.hoſtes.ff.de capti. & poſtlimi.reuer.Abb.conſi.61.col.3.in pri.vol.& conſ. vltimo.Roma.conſil.456.Soci.conſi.61.in præſenti conſultatione, circa medium. col.1. in 1. vol. erat enim dicta Reſpublica libera, cū emiſſet libertatem a Rodulpho Imperatore, vt ſupra dictum fuit. Dux autem Florentię inueſtitus fuit de Ducatu prædictæ ciuitatis, modernis tēporibus à Sereniſſimo q.Carolo V. Imperatore. & ſic Imperatorem in ſuperiorem recognoſcit. Ergo dici non poteſt, quòd habeat eandem dignitatem,cum ſit ea minor,nec in eo militat,eadem ratio. diuerſitas enim rationis impedit regulam pręallegatæ. l. ſi eum. §.qui iniuriarum.
161 ff.ſi quis cautio.† vt ſcribit Marianus Socinus iunior conſil.74.licèt pręſentis conſultationis. col.5.num.22.verſ.& pręterea.in 3.vol.

Et minus obſtat, quòd Dux Florentię ſit longè ditior Duce Ferrarię,cum habeat multo plures redditus ex ſuo Dominio, quā habeat Dux Ferrarię ex ſuo: quia conſideratio diuitiarum ita demum coadiuuat,data paritate temporis,& gradus,vt per Caſſan. in cathalogo glorię mundi,conſideratione 35.vbi ſcribit,quòd data paritate temporis & gradus inter doctores habetur cōſideratio diuitiarum & nobilitatis, quia duo vincula magis ſtringunt.ſecus ſi non adſit dicta paritas temporis & gradus. Immo quando do non datur paritas temporis,tali caſu non eſt etiam in conſideratione quo ad præcedentiam qualitas nobilitatis. tales enim qualitates prærogatiuam temporis non adimunt. ca. ſtatuimus. de maiori.& obedi.Bal in l.nemini.C.de aduoca.diuer.iudi.Caſſan. in d.cathalogo loco pręallegato.Deci.in c.clerici.col.1.num.3.de iudici. in caſu verò noſtro, adeſt pręcedētia temporis, & maioritas nobilitatis,vt ſupra dedactum fuit. Ergo Ferrarię Dux, pręlibatum Florentię Ducē pręcedere debet. Accedat, quòd ex diuitiis etiā vetuſtis non oritur vera nobilitas, vt ſcribit Lucas de Penn. in l.mulieres. col.2. verſ.ſeptimo,

&

& diuitias. de de dignit. C.libr. 12. quoniam ad
pecuniam dignitas non commensuratur.

Nec minus obstat, quòd septimo loco diceba
tur ad fauorem Florentiæ Ducis, quòd Borsius
Estensis, quando creatus fuit in Ducem Ferra-
riæ a Paulo II. Pontifice Maximo, dum ei aduer-
sarentur Oratores reipublicæ Florentinæ, prote
stantes, quòd non intendebant ipso creato Du-
ce, quòd præcederet populum Florentinum, idē
Dux Borsius tali protestationi assensit, ob maxi-
mam amicitiam, quam semper Estensis familia
habuit cum dictis populo & republica; ex quo
assensu renunciauit iuri dictæ prælationis. Et li
cèt dici posset, quòd si orator dictę reipublicę de
iure debuisset præcedere oratorem dicti Ducis,
superflua fuisset dicta protestatio, nihilominus
respondetur, quòd prædicta renũtiatio, cum sit
stricti iuris, vt habetur per Cardinalem in cons.
5. de præbend. intelligitur rebus sic stantibus. l.
quod seruus. & ibi Doct. maximè Iason. de con-
ditio. ob caus. c. 2. vbi glos. de renunciatio. Fede-
ric. de Senis consi. 77. Quidam Abbas. & consil.
228. duo fratres. Areti. consil. 3. Curt. consil. 48.
Memoriæ recolendæ. col. 17. in fin. Deci. consil.
266. Ad exclusionem, col. 1. & penul. Parisi. con
sil. 95. est ferè triennium. col. 3. nume. 15. & nu.
16. in 3. vol. in quibus locis dicunt præallegati
Doctores, quòd renunciatio etiam generalis in-
telligitur rebus sic stantibus, & non comprehen
162 dit ius futurum. † Quinimmo, quãdo superue-
nit aliquid de nouo, ex quo renunciatio intelli-
gitur rebus sic stantibus, non nocet, vt scribit
Deci. in d. consil. 226. & Curt. consil. 48. supra al
legatis, etiam si talis renunciatio esset facta cum
iuramento, Parisi. alios adducens in d. consi. 95.
col. fin. num. 34. 35. & 36. in tertio vol. & idem
consi. 24. licèt. nu. 92. in 2. vol. Verum, quia res
non est amplius in eo statu, in quo erat populus
& respublica Florentina, tempore dictæ renun-
tiationis, quia non amplius dominatur, & dicta
ciuitas ex libera serua facta est, cum à Serenissi-
mo Carolo V. ipsi Florentiæ Duci fuerit conces-
sa, ideo talis renunciatio ad casum nostrum ex-
tendi non debet. Si quidem causa cessante, ces-
163 sat dispositio, † vulgata. l. adigere. §. quamuis. ff.
de iure patro. & habetur per Parisi. consil. 12. vi-
so themate. col. fin. num. 31. in primo vol. vbi di
xit, quòd renũciatio ob causam facta, cessat, ces-
164 sante illa causa. † Ad idem Felyn. in c. cum or-
dinem. de rescript. talis enim renunciationis cã
fuit vinculum amicitiæ, quæ erat inter rẽpubli-
cam Florentinam, & Estensem familiam. ideo
mutata persona, dicta renunciatio Duci Floren-
tiæ nõ opitulatur. Accedat, quòd pacta, quæ fiũt
inter aliquas personas, cum sint stricti iuris, per
165 sonas in eis nominatas non egrediuntur. † l. si
vnus. §. ante omnia. ff. de pact. Curt. iuni. cons. 1.
in fin. num. 38. in pri. vol. & similiter renuncia-
tio restringitur ad personas, quibus fit, non ad
166 alias. † l. si actionem, vbi Doct. maximè Paulus
de Castr. & Bald. C. de pact. & renuntiatio facta
contemplatione vnius personę, non extenditur
167 ad aliam personam. † vt scribit Inan. Crot. Do
168 minus meus, in repeti. §. duo fratres. l. qui Ro-
mæ. ff. de verbo. obligat. col. fin. num. 70. allegat
text. in l. iubemus. C. ad senatusconsul. Velleia.
vbi dicit, esse casum ad hoc notabilem, & addu-
cit, quòd voluit Angel. post Guilielmum de Cu
neo. in l. auus. ff. de pact. vbi dixit, quòd renun-
ciatio facta per filiam de hæreditate patris, præ-
sumitur esse facta contemplatione fratrum. &
ideo effectum non habet contra eam, fratribus
non existẽtibus in rerum natura, tempore, quo
169 pater moritur: † vt etiam voluit Roma. in l. qui
superstites. ff. de acquir. hær. & Paulus de Castr.
consil. 118. & idem Crot. in repeti. l. stipulatio
hoc modo concepta. num. 36. ff. de verbo. oblig.
& pariter dicunt Paul. de Cast. Areti. & Imol. in
d. l. qui superstites. & Alex. in d. l. stipulatio hoc
modo concepta, quòd renunciatio facta per fi-
liam, de hæreditate paterna, propter fratres su-
perexistentes masculos, fratribus defunctis ces-
sat. Quinimmo, renunciatio filiæ hæreditatis pa
ternæ, si illi ius de nouo superueniat, sibi nõ no-
cet, cum intelligatur facta rebus sic stantibus,
& non aliter. l. continuus. §. cum quis. in fin. ff.
de verbo. oblig. l. quòd seruus. cum glo. ff. de con
ditio. ob caus. c. ne quis 22. q. 2. Corne. cons. 80.
placet mihi in 4. vol. Gozadin. prædicta addu-
cens consil. 20. prima facie videtur. col. 1. nu. 5.
vers. quarto, dato. Facit etiam, quia renunciatio
facta cum iuramento iuri, quod quis habet, vel
habere sperat in tali re intelligit de iure, quod
quis habere sperat ex causa de præterito, non au
tem ex causa de futuro nouiter superueniente.
137 † Bart. in l. si vxor. in §. diuus. ff. de adulte. & in
l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. oblig. Bal.
in l. spem. C. de donationi. & D. Hippoly. Marsi-
171 lius Dominus & promotor meus, † in cõsi. 96.
Largire mihi. col. fin. num. 32. in primo vol. Ad
idem facit quod voluit Card. consi. 129. num. 5.
vbi dixit, quòd renũciatio facta sorori antiquio-
ri non præiudicat, quo ad alios.

Octauo & vltimo non obstat, quòd diceba-
tur, quòd in curia Romana est cõsuetudo, quòd
orator Illustrissimi Ducis Florentiæ præcedat
oratorem Illustrisimi Ferrariæ Ducis, quæ con-
suetudo videtur attendenda & obseruanda, per
ea, quæ scribit Præpo. in d. cap. Episcopos. col. se
cunda. versic. si quis præfertur 17. distinct. a qua
consuetudine non videtur recedendum per id
quod habetur in cap. omnes. 12. distinctio. vbi
dicitur, quòd omnes sequi debent consuetudi-
nem Romanæ curiæ, tanquam omnium magi-
172 stram. † Quia respondetur, quòd de consue-
tudine prędicta non constat. & dato, quòd de
ea cõstaret dico, quòd Dux Ferrariæ ab Ecclesia
Romana, vt supra dictum fuit, & habetur per
Deci. consi. 97. in casu præposito in primo vol.
Cepol. consil. 17. num. 20. Cardinal. consil. 1. re
cognoscit dictum Ducatum in feudũ, cui quot
annis censum soluit. est enim Ferraria de patri-
monio

173 monio Ecclesiæ, vt scribit Io. Baptista de Sancto Seuerino, in repe.l.cunctos populos.colum. tertia. versic. item Ferrarię. C. de summa Trin. & fide cathol. Consuetudo autem Romanę curię, vt honorentur oratores Ducum, qui mediatè vel immediatè non subsunt Romano Pontifici, & sic pręferantur oratoribus Ducum feudatariorum Pontificię ditionis. si qua est procedit ex benignitate Pontificis, non de iure, quę ratio non militat extra dictam curiam, & propterea dicta consuetudo extra eam seruari non debet, cum sit particularis illius curię, ex causa prędicta. Sed attendi debet in casu nostro iuris dispositio. Nam, si secus diceremus, consuetudo talis esset irrationabilis, & sic non esset consuetudo, sed corruptela, per ea, quæ scribit Præpositus in c.consuetudo.in princip. distinct.12. præferret enim minorem maiori. quo casu consuetudo non valet, vt supra deductum fuit. quòd autem quo ad præcedentiam, de qua agitur, Dux Ferrariæ sit maior Florentiæ Duce, in præcedentibus apertissimè probatum fuit.

Ex præmissis igitur apertissimè comprobatur præfatum Illustrissimum & Excellentissimum Ferrariæ Ducem, iustam causam fouere. & propterea eius Excellentiæ præcedentiæ locū deberi; & sic de iure decidendum esse arbitror, per eos, ad quos præsentis controuersiæ decisio spectat & pertinet. Laus Deo.

CONSILIA IN

MATERIA IVDICIARIA,

AD NVLLITATEM PROCESSVS OMISSAE CITATIONIS DEFECTV.

PRO ILLIS DE MORTIGLIANO.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria iudicis lata contra aliquem in contumaciam antequam iudici de contumacia constaret, nulla est.*

2 *Præterea, quòd in sententia dicatur visis citationibus cur sit introducta.*

3 *Bartolus annullari fecit processum, in quo relatio nuncij de citatione erat scripta iam lata sentētia.*

4 *Iudici asserenti aliquem esse contumacem nō creditur, nisi id ex actis appareat.*

5 *Iudici non creditur asserenti, quòd commisit nuntio, quòd aliquem citaret, nisi id ex actis appareat.*

6 *Doctoris dictum intelligi debet iuxta legem quam allegat.*

7 *Consuetudo quòd actus iudicis teneat, etiam si post illum fiat relatio nuntij, valet.*

8 *Quæ incontinenti fiunt a principio inesse videntur.*

9 *Sententia excommunicationis lata etiam sine citatione tenet, licet sit iniusta.*

10 *Camerarij Ecclesiæ, qui successere camerarijs excommunicatis, ipsi non sunt excommunicati.*

11 *Et ideo non potuere aggrauari & regrauari.*

12 *Rectores Ciuitatum clericos super exactione sunt excommunicati pariter & eorum successores.*

13 *Actor & reus ad imparia iudicari non debent.*

14 *Interloquutoria ex processu iustificari debet.*

CONSILIVM LXXI.



IN causa vertente inter camerarios Ecclesiæ de Mortigliano reos conuentos ex vna, & magistrum Ioannem pictorem de Vtino ex altera partibus, dico breuiter processum formatum occasione ducatorum quinquaginta, fuisse & esse nullum.

1 † Primo, quia declaratoria lata contra dictos camerarios tanquam contumaces lata fuit antequam iudici constaret de contumacia, & sic antequam nuntius relationem fecerit, quòd citasset dictos camerarios. per not. per Bart. in l. si finita. §. Iulianus. col. 4. in vers. quæro vtrum. ff. de

2 damno infecto. † vbi dicit, quòd ideo est pratica, quòd ponatur in sententia, visis citationibus & relationibus. nam ex hoc constat, quòd iudici de contumacia constitit. idem voluit Bart. in l. multum interest. circa finem. ff. de condi. & de-

3 monstr. vbi similiter dicit, quòd si iudex pronūtiauit contra contumacem, antequam sibi de cō tumacia constaret, non valet pronuntia, licet ille in rei veritate esset contumax. Ideo dicit, cautelam esse, quòd in sententiis, quæ contra contumaces proferuntur, inseratur in sententia, visis citationibus de eo factis, & eius contumacia, vt patet ex actis &c. idem voluit Cardi. in clem. 2. circa fin. vt lit. pend. & Dom. Anton. in c. cum dilecti. de elect. col. 2. & in c. cum dilecti. col. 5. in princ. vers. vlt. aduerte. de dol. & contu. Abb. in c. ad nostram. ex 3. col. penult. de iureiuran. Perusi. in c. cum parati. col. 9. de appell. Marian. Soci. in tract. de cita. in 15. principali articulo. & ita in facto Barth. obtinuit annullari processum, in quo relatio nuntii erat in eo descripta post sententiam, vt idem Barth. attestatur in d. l. si finita. §. Iulianus. col. 4. vers. quæro vtrum. quę decisiones casum nostrum in terminis decidūt. Nam præfatus Vicarius pronunciauit contra dictos camerarios die 20. mensis Iulii. & tamen relatio nuntii de executione citationis, facta non fuit, nisi die prima Septēbris, vt ex ipso processu patet. Nec habet obstare, quòd clarissimus aduocatus partis aduersæ dicat, vt mihi est relatū,

sufficeret

sufficeret iudicem vidisse citationē & respulisse dictos camerarios contumaces, allegando Bart. in d.l.multum interest.quia respondetur, quòd Bartol.ibi hoc non dicit. Nam dicendo Bartol. quòd cautela est, quòd iudex procedens contra contumacem,ad sentētiā dicere dēt,visis citationibus de eo factis, & eius contumacia, vt patet ex actis, intelligit, quòd contumacia pateat ex actis per relationem nuntii, apud acta factam, prout expresśius dixit in d.l.si finita.§.Iulianus. & ista est mens Bartol. & secus dicere esset chimera,& ita Bart.ibi intelligunt omnes docto. & ita eum refert Perus.in d.cap. cum parati.col.8. vers.circa quartum.de appellat.& propterea nō est verum,quòd credatur iudici,dū dixit, quòd dicti camerarii erant contumaces, quia sibi credi non debet,nisi quantum ex actis constat.cap.
5 quoniam contra.de probat. per quem text.† dicunt doct.quòd iudici non creditur asserenti cōmisisse nūtio, quòd citaret aliquem, nisi in actis appareat. Nec minus obstat,si dicatur,quòd præmissa limitantur nō procedere, quotiens iudex credit aliquem citatum ex aliqua præsumptione vel informatione, vt fuit dictum Bal. in l. falsus.in vers. item dubitatur.de iudic. C. de furt. quòd fuit in casu nostro, quia iudex verisimiliter potuit cogitare dictos camerarios esse contumaces, ex quo fuerant etiam contumaces in secundo mandato. quia respondeo, quòd hoc nō debuit iudicem mouere, quia multotiens quis est contumax in primo vel secundo mandato, sciens, quòd tertiò erit citandus, & tamen non est contumax.in tertio, cum sciat se vlterius nō esse citandum.& multi sunt, qui tertium mādatum expectant, cum sufficiat tunc dicere de iuribus suis, vt docet pratica iudiciorum. ergo verisimiliter iudex non debuit credere dictos camerarios contumaces. respondetur & alio modo, quia doct.Bald.in d.l.falsus non est fundata aliqua ratione nec lege. vnde non propterea recedere debemus a communi opi.doctorum,†maxi
6 me,quia dictum doctoris intelligi debet secundum legem, quam allegat Bart. in l.non totum. §.si liberationis.de liber.legat. Nec obstat etiam dicta doctrina,quia Bal. intelligitur dupliciter, videlicet si puta notarius vel nuntiius dixisset iudici de executione facta, & si incōtinenti post actum,fuit constitum de relatione iudici. ita notanter dictum Bal.declarat Perusinus in d. c. cū parati.col.nona.in vers.secundo posset limitari in casu autem nostro iudex nullam habuit fidē de relatione nuntii, patet quia dixit in sententia,in fine docto de citatione. quo casu apparet, quòd simpliciter aduersario credidit. nec etiam potest dici relatio facta incontinenti, quia facta fere per menses duos post, & sic non incontinenti,iuxta not.per Alex.in l. 1.§.quis præsens. ff.de verbo.& per Bal.& Alex. in l.cum speciali. C.de iudi.Nec minus obstare habet,quòd cauillosè dicitur cōsuetudinem esse in curia patriarchali Aquileien.quòd fiat sententia,non consti to iudici de relatione & executione citationis, de qua cōsuetudine aduersarius fidem facit per litteras Vicarii,qui sententiam tulit,cui non est credendum, cum tractetur de sustinenda eius sententia, maximè quia non requisitus a iudice causę scripsit dictas litteras,ex quo manifestè patet,quantum aduersario faueat in præsenti cau-
7 sa.Nec obstat, quòd dicta consuetudo valeret,vt tradit idem Perus. in d. c. cum parati. col.10.in princ.in vers.quarto limitanda.Quia Perusinus loquitur, quādo consuetudo esset in loco, quò relatio nūtii poneretur immediate post actum: secus si per duos menses post, & post formatum processum, vt in casu nostro. Tunc enim illa cō
8 suetudo esset rationabilis,quia quæ incontinenti fiunt, a principio inesse præsumuntur.l.lecta. vers.dicebam.ff.si cert.pet.c.officii.de elect.nam tunc iudex præsumitur habuisse notitiam de citatione & relatione. ita Perus.ibidem.
9 † Nec minus obstat,dum dicebatur ex aduerso, quòd ex quo sumus in sententia excommunicationis, quæ valet etiam sine citatione, licet sit iniusta, vt latè tradit Imol.in ca. fin.col.4. de præbend. Rot.decis.139. in antiquis, vbi dixit, quòd sententia excommunicationis si feratur per ordinariū sine monitione, valet, licet sit iniusta. secus si per delegatum. Allegat Innocen. in ca. illud. de cler.excom.minist.ad idem Rot. decis. 559. in antiquis. quia in casu nostro fuit factum mandatum dictis camerariis sub pœna excommunicationis latæ sententiæ. Demum citati, ad videndum declarari se incidisse &c. vel ad allegandum causas quare. quo casu est necessaria partis citatio. aliàs declaratoria esset nulla. vt tradit Imol.post Cardi.in c.extirpādæ. in 6.col.de præben.Franc.Aretin.in consi.145. col. 11. & ita Felyn. alios adducens in c. Rodulphus.col.28. in vers.citatur Pars.de rescriptis.
10 †Facit secundo, ꝙ dictus processus sit nullus, quia clarum est,ꝙ tpe quo fuerūt excōmunicati dicti camerarii erant camerarii quidam Dominicus,& alius, & tñ nominatim post modū fuerunt aggrauati reaggraua ti & interdicti Bortolus Adæ, & Nicolaus Cuminæ camerarii nouiter creati. Qui tamen, licet successerint aliis camerariis excommunicatis,ipsi non sunt excommunicati,vt cōcludit Alex.& post ipsum Iason, in l.inter stipulantem.§.sacram.in fine.ff.de verbor.oblig.& Ray.Cyn.Bal. & Alex.in l.si grege. ff.de leg. 1.vbi dicunt dicti moder.Papien.hanc esse communem opinionem. in quibus locis vo
11 luerunt præfati doct.† quòd si canonici excommunicentur, & aliqui loco deficientium surrogātur,surrogati non dicuntur propterea excommunicati. Si igitur præfati camerarii noui non erant excommunicati, vt concluditur per præmissa,ergo nulliter fuerunt aggrauati reaggrauati & interdicti. Nec habet obstare, si dicatur, ꝙ ex quo camerarii nouiter creati non satisfecerunt,continuarunt in eadem contumacia.& sic sunt in eodem delicto, & per consequens excō-

cōmunicati, iuxta text. in c. aduersus. de immu.
12 eccle.† vbi rectores ciuitatum vexantes clericos & Ecclesias super taleis & exactionib. sunt excommunicati, & similiter successores eorum. Quia ideo ibi excōmunicatio in successorē trāsit. nam successor succedit in vitium. secus in casu nostro, quia camerarii excommunicati fuerunt propter eorum contumaciam, cum nūquā comparuerint coram d. Vic. nam si vnquam cōparuissent, mādatum iudicis fuisset resolutum, & magister Io. aduersarius petiisset quicquid voluisset, & præfati camerarii se defendissent. quorum contumacia non transit in istos, qui comparuerunt ad dicendum de iuribus eorum, vt patet ex processu. & licet isti non soluerint, id fecerunt, quia non tenentur, & prius declarari debebat ipsos fuisse debitores, & procedi ordinarie cōtra ipsos, & non incipere ab executione, iuxta tex. in l. vnica. C. de prohi. & sequestra.

Præterea posito, quòd isti noui camerarii in vitio priorum successissent, dico, quòd non potuerunt aggrauari, & reaggrauari ac interdici, maximè eo tempore, quo aggrauati, & reaggrauati & interdicti dicuntur. nam eis terminus mensis indulgetur a iure, postquam fuerunt assumpti ad officium d. c. aduersus. de immu. eccl. qui quidem terminus mēsis eisdē curere nō incipit, nisi a die publicationis dictarum censurarum, vt in auct. vt fact. nou. const. & habetur per scriben. in c. cognoscentes. vbi Dec. de consti. & nihilominus, licet mandatum de publicāda excommunicatione prædicta, non emanauerit, nisi die 23. Iulii, vt in processu, noui camerarii habita de dicta excommunicatione notitia die 24. d. men. comparuerunt coram d. Vica. & die 23. Augusti fuerunt aggrauati, & sic ante mensem. quo tempore, præsupposito, non tamen concesso, quòd successissent in vitio & cōtumacia priorum camerariorum, non dum erant excommunicati, non finito mense d. c. aduersus. ergo nulliter fuerunt aggrauati, & successiue reaggrauati & interdicti, maxime quia pendebat eorum appellatio interposita d. die.

Et prædicta, quo ad nullitatem dicti processus. quo autem ad iniustitiam, dico, quòd bene fuit appellatum pro parte dictorum camerariorum, a reuocatione suspensionis censurarum, & maximè, quia eisdem camerariis petentibus terminum ad probandum de iuribus eorum, tertacitè fuit per dictam reuocationē denegata facultas probandi. propter quod fuerunt maximè grauati. patet, quia tali casu iudex facit litē suā l. argentarius. §. cum autem. ff. de eden. & in l. si quādo. C. de testi. insti. de obligat. quæ ex quasi delict. in princ. & notat Paris. de Puteo, in tract. suo de sindic. in vers. lis sua. & tāto magis dictus Vicarius, præfatos camerarios grauauit, quia dedit terminum ad articulandum & probandum magistro Io. aduersario, & illius testes recepit.
13 ipsos autem camerarios a † probatione exclusit. & tamen actor & reus ad imparia iudicari non debent. l. fin. C. de fruct. & lit. expen.

Faciunt ad prædicta, quia si camerarii moderni non soluerunt d. duc. 500. habuerunt iustam causam, tum quia, vt patet instrumento concordii, magister Ioan. aduersarius, cum eis non contraxit, sed cum communi & hominibus de Mortigliano, vt etiam in fine d. concordii expresè dicitur, & ipsi cogi non possunt, nec debent.
14 †Secundo, quia posito, quòd ipsi essent debitores, dicitur quòd dicta pala non est completa, nec ex processu apparet, quòd completa fuerit. ergo iudex non potuit contra ipsos procedere, non constito sibi hoc legitimè, cuius pronuncia iustificari habet ex processu tantum, cum simus in interloquutoria. c. primo. de appel. in 6.

Tertio, quia esto, quòd dicti camerarii tenerētur, non sunt obligati soluere palam, vltra mille duc. vt in concordio. sed magister Ioannes plus petit de ea, ergo donec non fuerit iudicatū eos teneri ad soluendam dictam palam plus mille ducatis, cogi non possunt ad quinquaginta.

Quarto, quia magister Io. promisit palam facere infra tres annos, & tamen stetit vltra annos duodecim, & fecit opus maioris valoris, quàm esset conuentum. Ideo non debuit sic executiuè, non discussis iuribus dictorum camerariorum, procedi, sed prius de iuribus dictorum camerariorum videndum fuit, & an sint ipsi verè debitores. neque fuit eis deneganda defensio, vti factum extitit, & malè. Laus Deo.

Et ita vt supra iuris esse arbitror ego Hieronymus de Gigantibus V. I. Doct. tenuissimus, & V. R. D. S.

IN MATERIA IVDICIARIA AD sustinendum processum, termini ad articulandum omissione non obstante.

CONSILIVM LXXII.



QVòd in casu nostro processus non vitietur, neque reddatur nullus, ex eo, quòd non apparet in eo, ꝙ iudex assignauerit terminum ad articulandum principali meo, facit, quia licet talis terminus sit de substantialibus, adeo quòd omissus processum vitiet, secūdum stilum Palatij Apostolici, vt per Bellam. decis. 27. in titu. de iud. attamen non requiritur iure cautum, quòd ad obseruationem dicti termini, sit necessarium, quòd iudex illum parti prǽfigat. cum igitur in casu nostro talis terminus fuerit seruatus virtualiter, & parte præsente coram iudice fuerint producta capitula, & datus terminus aduersario ad opponen. apparet sufficienter esse obseruatum dictum terminum. Nam stilus curiæ nō requirit, quòd iudex assignet talem terminum, sed bene, quòd pars citetur

tetur ad articulandum, & articulari videndum, vt est notorium apud personas habentes cognitionem de stilo huiusmodi. quæ citatio in casu nostro non fuit necessaria, quia articuli fuerunt producti parte aduersa præsente in iudicio. quo casu non est necessaria alia citatio per text. in l. de vnoquoque. in vers. præsentibus. ff. de re iud. & l. etiam si a patre. §. fin. ff. de minor. & est communis conclusio Doctorum, quòd pars præsens in iudicio non sit aliter citanda, & iudiciũ contra eam redditum valet & tenet. ita Felyn. multos alios adducens in c. cum opporteat. in secunda col. in princ. de accusatio. & regula, quæ habetur, quòd omissio talis termini vitiet processum, procedit, quando nullo pacto fuit obseruata. faciunt optime ad prædicta, ea, quæ voluit idẽ Bellam. decis. 142. in titu. de libelli oblat. vbi cõcludit, quòd libelli omissio, data tamen verbali petitione describenda per notarium in actis, super qua fuit lis contestata, nõ vitiat processum. Ex quibus satis puto cõstare procedẽdũ esse ad diffinitiuam sententiam, in casu nostro &c.

IN MATERIA IVDICIARIA PROcessus quo ad terminorum substantialium obseruationem, pro Spectabili Dom. Angelo de Cumis Ciui Paduano, quòd termini Ro. Curiæ coram ordinario non sint seruandi.

SVMMARIVM.

1 *Terminus ad producendum omnia in curia, vel corã delegatis ab ea est substantialis.*
2 *Secus coram ordinarÿs in partibus.*
3 *Stilus loci vbi causa agitatur seruari debet circa pertinentia ad ordinationem iudicÿ.*
4 *Termini substantiales non seruantur in curia corã auditore cameræ.*
5 *Terminus ad dicendum contra producta omissus processum non vitiat, nisi expreßè propter talem omißionem fuerit appellatum.*
6 *Processus agitatus contra eum qui appellans recessit, eo amplius non citato validus est.*
7 *Confessus non dicit de nullitate processus contra eũ formati & sententiæ inde sequutæ.*
8 *Attentata post appellationẽ ab interloquutoria quibus casibus reuocentur. & num. 10.*
9 *Inhibitio quando dicatur canonicè facta.*
11 *Pronuntia super restitutione in integrum est interloquutoria.*
12 *Attentata post interloquutoriam habẽtem vim diffinitiuæ reuocantur vt in diffinitiua.*
13 *Confeßio notorium iuris inducit.*
Attentata non reuocantur quando constat de non iure petentis illorum reuocationem.
14 *Appellationis causam si constat esse falsam vel quòd sit iniusta negotium non deuoluitur ad iudicem ad quem.*
15 *Per confeßionem partis constat de suo non iure.*

CONSILIVM LXXIII.



E duobus quæritur in præsenti causa, quæ agitur inter Dominũ Angelum de Cumis, & Dominam Iustinam de Telarolis aduersariam. Primo, an processus in prima instantia formatus sit nullus. Secundo, an attentata reuocari debeãt, antequam ad vlteriora procedatur.
1 †Circa primum, dum dicitur processum esse
nullum, quia non fuit obseruatus terminus ad
producendum omnia: qui quidem est substantialis, secundum stilum Romanæ curiæ. Ad hoc
respondetur, stilus Romanæ curiæ si non obseruetur in curia vel a delegatis Apostolicis extra
curiam, processus bene vitiatur. & ita loquitur,
& procedit decisio Bellam. num. 27. incipit, ter-
2 mini Palatii. † sed coram ordinariis locorũ, processus factus omisso aliquo ex dictis terminis,
prout in casu nostro, non vitiatur. Ita dixit Roman. in contingentia facti in cons. suo 367. incipit, circa primum. col. 2. vbi dicit, quòd stilus
Romanæ curiæ ad aliam curiam non se extendit, nisi specialiter ita mandet Põtifex. idem voluit Abb. in ca. consultationi. in fine. de frigi. &
malefi. vbi dixit, quòd consuetudo Romanæ curiæ alibi seruanda non est, nisi hoc Papa præcipiat. Ita voluit glo. notab. in c. nolite. 11. distin.
3 facit quod voluit Paul. de Castr. in l. cum clericis, in fi. C. de episc. & cleri. vbi dixit, quòd quantum ad ea, quæ pertinent ad ordinationem iudicii, seruari debet stilus loci, vbi iudiciũ agitur.
Secundo, quòd talis omissio termini non vitiet processum factum coram ordinario, tenet.
Rota decis. 478. in antiquis. incipit, nota, anno
domini. vbi Rota dicit, quòd in partibus coram
ordinariis, tales termini non solent seruari. idẽ
dicit Bellam. decis. 78. vbi dixit, quòd sufficit
fuisse in prima instantia seruati termini, secun-
4 dum forum suum. † Quinimmo nec in Romana
curia coram auditore cameræ seruantur de necessitate tales termini, quia ipse est ordinarius.
ita Rota in d. decis. 478. Adde Bella. decis. 277.
incipit, etiam vbi.
5 † Tertio dicitur, quòd posito, quòd in curia
episcopatus Paduæ seruarentur d. termini substantiales, dico, quòd omissio termini ad dicendum contra producta, processum non vitiat, nisi
exprefsè propter talem omissionem fuerit appellatum. ita decidit Bellam. in d. decis. 27.
6 † Quarto dicitur, quòd ex quo aduersaria recesserat appellãs ab interloquutoria Vicarii Paduani, non fuit necesse ipsam citari ad dicendum contra producta, nec etiam ad sententiam
diffinitiuã audiendam, iuxta text. in c. 2. de dol.
& contu. in 6. qui tex. dicit validum esse processum in tali causa formatum, amplius non citato
appellante.
7 † Quinto dicitur, quòd posito, quòd dictus
processus fuisset nullus: attamen ex quo d. Do-

mina

mina Iustina aduersaria confessa fuit in processu, nunquã cohabitasse cum d.Do. Angelo eius marito, neque ab ipso obsequia maritalia recepisse, non potest dicere de nullitate, per doct.Innoc.& aliorum, in c.qualiter & quãdo.de accus. el secondo.vbi dicunt, ꝙ confessus non potest dicere de nullitate processus & sententiæ cõtra ipsum latę.idem voluit Felyn.in d.ca. qualiter. & quando.in pri.col.allegat.c.1.& capi.2.de confessis.in 6.

8 †Circa secundum principale dubium attenta torum breuiter dico peti nõ posset talem reuocationem. Nam clarum est, quòd in duob. casibus attentata post appellationem ab interloquutoria reuocantur. primo si quid fuit attentatũ post inhibitionẽ per iudicem ad quem iudici a quo, legitimè & canonicè factam c. non solum. §.illa verò.de appel.in 6.Fely.in c.super quęstionum. §.fin.de off.deleg.Rot.decis.412.incipit, si appel

9 letur.in nouis.†& quando dicatur inhibitio canonicè facta ponit Rota decis. 11. & in d. decis. 412.& Fel.in c.dilectus filius.el secondo.in ver. non inhibetur.de rescri. & si inhibitio non fuerit canonicè facta, attentata non reuocantur, nisi in euentum iusti grauaminis. Rota decis.prædictis. Nec sufficit intimatio facta iudici a quo per iudicem ad quem.Petr.de Anch.in d.c.non solum.col.2. in 7. not. sed hic non est casus noster, quia nulla fuit facta inhibitio.

10 †Secundo casu reuocantur attentata, postquã iudici constiterit de iustitia appellantis & iniustitia appellati.casus est in d.c.non solum.§.fin. de appel. in 6. & ratio quare antea non reuocentur attentata, est, quia causa grauaminis debet esse iusta & probabilis, & constare iudici, illã esse veram.c.interposita. in prin.de appel. ita dixit gl.in d.c.nõ solum.in d.§.illa vero.in verbo, ante diffinitiuam. sed nondum fuit pronuntiatum super grauamine, merito frustra petitur reuocatio attentatorum.

Nec obstat si dicatur, ꝙ ex quo Vic. Episcopatus Paduæ pronuntiauit d.D. Iustinam non esse viro restituendam.ista fuit interloquutoria, quę

11 habet uim diffinitiuæ. † Nam primo dicitur, ꝙ immo talis pronũtia est mera interloquutoria, probatur, quia pronuncia super restitutione in integrum, est interloquutoria. tex.est in l.metum.la seconda.in §. sed quod prætor.in verbo. & prætorem me assidente interloquutũ. ff.quod met.causa.ita etiam voluit Fely.per illum tex.in rub.de re iud.in col.9.in vers.sententia concer-

12 nens.† sed posito, ꝙ esset interloquutoria habẽs vim diffinitiuæ, quo casu secundum Federi. de Senis in consil. suo 198. incipit, casus talis est. sententia lata fuit, reuocantur attẽtata ante omnia, sicut in diffinitiua, vt etiam notat Frãch. in d.c.non solũ.in d.§.illa verò tunc dicitur, quòd adhuc reuocari non debent attẽtata in casu nostro.& ratio est, quia per cõfessionem d. aduersariæ, de qua supra constat de notorio non iure

13 suo. †confessio enim notorium iuris inducit, vt per Feder.in d.suo consi.197.vbicunque autem stat de notorio non iure petentis reuocari attentata, talis non auditur. Rota decis.14.in nouis. in fin.vbi concludit, quòd notorius defectus iuris petẽtis reuocari attentata illorũ reuocationẽ impedit.idem voluit Ro. decis.505. incipit, no. quòd ad instãtiam.in antiquis. & Bellam.decis. 356. & est ratione iudex potentem in suo delicto autorizet secundum Innoc.in c. significasti. de diuor. vt habetur per Rot. in antiquis. decis. 14.de resti.spol.facit text. in c. cũ inter.de elect. vbi appellans cuius nõ interest non auditur & plura ad hoc congerit Cassad. decis.3. nume.4. in tit.de restit.spol.facit Rot.decis.412.vbi con-

14 cludit, †quòd si constat de falsitate causæ appellationis, vel quòd sit iniusta, negocium de iure nõ deuoluitur ad iudicem, ad quẽ, & inhibitio ab eo facta minus canonicè facta dicitur. ad idẽ est decis.Ro.nu.60.in nouis.& decis.348. & decis. 625.in antiquis.Fely.in c.inquisitionis.§.ad pe

15 titionẽ in 3.col.in ver.2.declara.de accu.†quod autem ex confessione d.D.Iustinę constet de nõ iure suo, patet, quia ad hoc vt vxor petere possit restitutionem, necesse habet probare possessionem maritalẽ.c. ex parte. de resti.spol.c.ex trãsmissa.eo.tit. sed ipsa fassa est in ꝓcessu, ꝙ D.Angelus eius maritus noluit vnquã eam transducere, neque eidem maritalia obsequia præstare.merito cõstat, quòd nullam habuit viri possessionẽ. & sic de non iure suo. Laus Deo.

Hieronymus Gigas V.I.D.

PRO REVERENDO DOMINO PLEbano Spilimbergi, in materia interlocutoriæ.

CONSILIVM LXXIIII.



Ritvr primum dubium inter partes: vtrum decretum D. Vicarii concordien.iudicis primæ instãtiæ, de qua in suo processu fol. 6. dicatur merè interlocutoria, vel habere vim diffinitiuæ. & indubitanter teneo, ipsam fuisse, & esse meram interloquutoriam, quia mandauit capellano confraternitatis, quòd deberet abstinere ab exercitio curæ animarum, & a benedictionibus, vsque ad expeditionem causæ, quæ pendebat coram eo inter Reueren.Dom. Plebanum dicti loci, & ipsum capellanum, & frataleam reos conuentos. Quæ causa pendebat a quodam instrumento celebrato inter partes, de anno 1537.14. Maii.super quo instrumento, erat magna quæstio inter partes, super validitate, & obseruantia illius, quæ requirebant altam indaginem. Capellanus autem, & fratalea, qui contendebant se velle possidere iura prædicta, auctoritate Sedis Apostolicæ, a qua dicebant litteras

habere, de quibus tamen nunquam docuerunt, turbabant D. Plebanum, vt per Alex. conf. 52. vi so. col. 2. lib. 2. & moueor auct. glo. ordinariæ, in cle. 1. in verbo diffinitiua, de sequest. poss. & fructuum, quæ dicit, quòd illa dicitur sententia interloquutoria, quæ fertur inter principium, & finem causæ, super aliquo incidenti, vel emergenti, cum qua pertrãsit ibi Card. 5. quæst. & tradit Specul. in tit. de senten. §. 1. circa principium. & Areti. qui appellat ipsam glo. ordinariam, in cõsil. 20. in quæstione. col. 1. sed decretum dicti D. Vicarii fuit factum super isto art. incidẽti inter partes in princ. causæ (vt patet in processu) reseruata cognitione negocii principalis. ergo dicitur mera interloquutoria.

Secundo ad idem allego glos. magistram, in ver. diffinitiua, in §. diffinitiua. 2. q. 6. in princ. quæ dicit, quod illa est diffinitiua, quæ totum negocium diffinit. Alia verò est omnino interloquutoria. videlicet, quæ non diffinit totũ negocium. quam refert, & sequitur Fely. post alios in rub. de re iud. col. 2. in fi. vers. circa diffinitionẽ. vbi appellat illam glo. magistram. cum qua ibi pertranseunt docto. sed in quæstione nostra pronuncia, de abstinendo, donec videatur de negocio principali, non diffinit, sed tantum suspẽdit ad tempus. ergo est pura interloquutoria. Ad idem & tertio allego D. Ant. in consi. 6. An sententia. in princ. qui dicit, quòd illa dicitur propria interloquutoria, quæ inter media causæ ꝓfertur: & principalem non diffinit quæstionẽ. cum simi. vt per Fely. in eadem rubr. col. 9. quando allegat Rot. in no. decis. 21. & Nicola. de mil. in verbo. sentẽtia. Sed quæstio nostra est huiusmodi, quia reseruat cognitionem, & decisionẽ ad negocii principalis decisionẽ, ergo & c. confirmo prædicta per not. Fely. in d. rub. col. 8. quã do allegat Feder. de Senis. vbi dicit, ꝙ illa dicitur interloquutoria, quę spectat aliam sententiã post se super negocio principali, quod erat super obseruantia dicti instrumenti. Sed in quæstione nostra pronuncia iudicis parat viam sententiæ diffinitiuæ super contentis in instrumẽto. ergo erat pura interloquutoria, quæ veniebat reparanda per sententiam diffinitiuam. & cum prædictis concordat Roma. consi. 357. dicitur. & consi. 358. in præsenti. vbi post dictas glo. notabiliter declarat prædicta: optimè etiam faciunt not. per eundem Fely. in d. rub. col. 11. quã do allegat Areti. consulentem, & in c. examinata. de iud. vbi decidit, quod absolutoria ab obseruatione iudicii, propter libellum ineptũ, vel propter instãtiam peremptam, dicitur mera interloquutoria, omni respectu: quia non perimit ius actionis, quin possit agi de nouo super petitis, sicut formaliter contingit in casu nostro.

Ad idem allego Bart. in l. non fatetur. ff. de cõfess. & Philip. in c. peruenit. el secondo super gl. 2. de appel. qui dicunt, quòd vbicunque iudex præcipit causa plenè nõ cognita, illa dicitur pura interlocutoria. Sed quæstio nostra est talis, quia D. Vicarius mandauit illi capellano, vt abstineret, causa non cognita: sed ad effectum, vt de causa plenè cognoscere posset, vt patet in sua pronuncia fol. 6. ergo illud decretum fuit mere interloquutorium; & licèt tangat negociũ principale curæ animarum, & benedictionis.

Tamen, quia non decidit illud, sed reseruat illud latius discutiendum, & diffiniendum, non ꝓpterea definit esse interloquutoria. quoad obseruationẽ capituli primi de appel. li. 6. in prin. vbi probatur, quòd appellatio ab interloquutoria non valet, nisi fuerit interposita in scriptis, cum expressione causarum, alias est nulla, & nõ deuoluit negocium ad Metropolitanum. ca. Romana. § cum autem. & §. sequenti. de appel. libr. 6. sed capellanus ille pro se, & pro fratalea ab illo decreto appellauit viua voce, & sine expressione causarum (vt constat in processu) fol. 7. ergo illa appellatio non deuoluit, quia nulla. ita in terminis dicit Fely. in d. rub. col. 12. vers. omnis sententia tangens negocium principale: Quinimmo posito, quòd illa pronuncia aliquo respectu posset dici habere vim diffinitiuæ: Tamen, quia non finiuit iurisdictionem iudicis, sed reseruata fuit ad iudicandum super negocio principali, debuit in appellando regulari tanquam mera interloquutoria. & sic seruari decisio dicti. c. 1. ita magistraliter decidit Abba. in d. c. peruenit. col. fin. de appel. vbi ponit exemplum, quando iudex pronunciauit non esse respondendum libello tãquam inepto. & adducit rationem, quia talis interloquutoria nõ finit officium iudicis, & ideo appellans debet exprimere causas rationabiles coram eo. Ex quibus posset moueri, & mutare sententiam suam, & procedere in negocio principali. c. cum cessante. de appel.

Sed in quæstione nostra non fuerunt expressæ causæ, nec in scriptis appellatum. Ergo appellatio, nulla, & non deuoluens negocium ad Metropolitanum, & sic ad Vicarium Aquilegien. quia non potest adiri alio medio, quã via appellationis, vt probatur in d. c. Romana. §. cum aũt. & §. sequenti: cum simili. & ista sola ratio sufficeret ad Vicarium.

Pręterea probo, & aliter, quòd ista pronuncia super possessionis articulo deducto incidenter, per capellanum & frataleam in iudicio petitorii intentato per D. Plebanum fundantem intẽtionem suam de iure communi super cura animarum & benedictionibus sit mera interloquutoria. ex quo reseruat materiam possessorii in causa petitorii decidenda, de qua non est cognitum, per tex. qui dicit quæstionem hanc in c. cũ venissent, de insti. quem text. ad hoc ponderat Inno. ibi in vers. interloquutus. & est similis tex in cap. 2. de ordi. cogni. circa medium. ibi, interloquendo. & Abb. col. penult. in 3. lectu. & Do. Ant. not. in d. consil. 6. col. 2. in princip. & iud. c. cum venissent, in 3. lect. & alii ibi sequuntur. & quia Abb. in d. c. 6. no. allegat glos. & iura contraria, in quibus dicitur, quòd sententia lata super

per

per possessorio dicitur diffinitiua, vt tenet glo. 2. in fi. c. fina. de iudi. & gl. in c. consultationibus, de off. deleg. tenet, quod sit quasi diffinitiua. ex text. in d. c. cum venissent, circa mediũ, probat, quod sit interloquutoria. Ideo Do. Anto. & Abb. in d. c. fi. de iudi. col. 3. & 4. super gl. 1. in fi. distinguẽdo saluat opiniones, & dicit, quod aut accumulatur simul possessorium, & petitoriũ, & pronunciatur super vtroque simul, & illa dicitur diffinitiua: si verò deducatur petitorium, & incidat possessorium, seu acumulatur, & tunc sententia prius lata super possessorio tantum, erit interlocutoria, vt probatur in d. c. cum venissent, & in c. 2. de ordi. cogni. cum simi. vt not. tradit Paul. de Castr. consi. 5. cã quæ vertitur, col. 2. in princ. secundum antiquam impressionem in 1. & 2. dubio. vbi in pũcto decidit quæstionem nostrã, per d. c. cum venissent.

Si verò quæstio possessoria intentatur principaliter per se, sine petitorio, tunc inquãtum habetur respectus ad solam possessionem, dicitur diffinitiua: quia in ipsa seruatur ordo iudiciarius, & lis contestat, quia diffinit totum negociũ possessionis, vt in c. consultationibus, de offi. delegat. & in c. accedens, il primo, vt lite non contestata. Verum quia potest intẽtari petitorium, in quo plenius merita causæ tractantur, & sentẽtia lata in eo absorbet latam in processorio, vt in c. cum dilectus, de cau. poss. & sic hæc sententia dependet a sententia ferenda super petitorio. Ideo non potest dici proprie diffinitiua. & ab hoc gl. appellat eam quasi diffinitiuam, & in omnibus regulabitur, vt diffinitiua: quæstio ergo nostra dicitur per prædicta, in qua orta materia quæstionis inter partes super iure exercendi curam animarum, & benedictionibus, & sic super petitorio, fuit incidenter pro parte capellani, & fractaleæ deducta quęstio possessionis, super qua, nõ seruata aliqua tela iudiciaria, ipse iudex pronunciauit frataleam, seu ipsius capellanum debere abstinere a cura & benedictione, donec decideretur articulus principalis negocii, & assignauit terminum frataleę ad opponendũ cõtra deducta per Do. Plebanum, quæ concernebant petitorium. Ideo fuit actus merus interloquutorius. & per hanc rationem etiam mouetur ibi. Pau. de Castr. in fine primi dubii. vnde ex prædictis sequitur clara conclusio, quòd nulliter fuit appellatum ab illo actu mero interloquutorio, quia incõtinenti viua voce, & sine causarum expressione, quo casu non fuit ad Metropolitani Vicarium negocium deuolutum. & sic nulliter processit super negocio principali d. c. Rom. in princ. de for. compe. eod. lib. expressè probatur, quòd archiepiscopus Metropolitanus, seu eius officialis, non potest procedere in negocio principali, omisso appellationis art. etiã si partes ipsę expressum ad hoc suum præstitissent assensum, quẽ tex. ad hoc no. ibi. Io. And. Petr. de Anc. Gemi. & Philip. in 1. & 2. no. nã cõsensus partiũ nõ operat, vbi agit de iure publico cõtra l. prohibitionẽ, vt legit, & no. in l. nemo potest. ff. de leg. 3.

Nec ob. si diceretur pro parte aduersa, quod consensus partiũ valet cum voluntate Episcopi diœcesani. & sic Episcopi: vt Archiepiscopus possit omisso appellationis articulo cognoscere de negocio principali, vt probatur in d. c. Romana. in princ. ibi. nisi de voluntate suffraganeorũ. Quia respondetur, quòd non aderat, prout non adest, consensus diœcesani, & sic Episcopi Cõcordiẽsis, qui de necessitate requiritur per illũ tex. quẽ ad hoc ponderat Io. Andr. Petr. Gemi. ibi in 1. q. post not. & Philip. in 2. not. vbi dicũt, quod ad hoc, vt Metropolitanus possit cognoscere de negocio principali subditorum suffraganeorũ ipsorum, requiritur consensus partium, & Episcopi. i. Diœcesani: per illum tex. qui ponderat voluntatem suffraganei. Secus dicunt, si adesset voluntas etiam expressa suorum officialium. i. suorum Vicariorum, nisi ad hoc speciale haberent mandatum a suo Episcopo. c. fi. de off. vic. eod. lib. c. cum nullus. §. 1. de tempo. ord. eo. lib. & ita vult glo. in alia simili quæstione, in cle. 1. in verbo diœcesanis, de for. cõp. & ideo inferũt doct. præfati, quod delatio appellationis per Vicarios, & officiales Episcoporum, interpositæ ad archiepiscopũ, sine speciali facultate, non deuoluit negocium principale ad archiepiscopũ, etiã cõsentiẽtibus partibus, sed requiritur delatio facta per ipsummet Episcopum. ergo sequitur clara iuris cõclusio, quod D. Vicarius Aquilegiensis, iudex ad quem nulliter processit in negocio principali, procedendo in illo, etiam ad ponendum & articulandum, quia negocium huiusmodi ad eum non fuerat deuolutum. vnde ipse bene pronunciauit, negocium ad se non deuolutum, & processum coram se formatum fuisse, & esse nullũ. & consequenter D. Cæsar Bacconus iudex prætensus in causa appellationis a Metropolitano interpositę malè pronũciauit per Vicariũ Aquilegiẽsem: malè iudicatam, & bene ab eo appellatum & c. Quia est pronuncia contra iura clara, & decisiones approbatas per omnes Doctores.

Hieronymus Gigas.

PRO D. FRANC. DE FRANCISCIS, in materia iudiciaria ad nullitatem processus, & debitoris suspecti de fugæ retentione.

SVMMARIVM.

1 *Nulla est maior nullitas, quã illa quæ ex incompetentia iudicis resultat.*

2 *Nullitas si excludatur per Pontificem non censetur exclusa ea quæ resultat ex iudicis incompetentia.*

3 *Statutum excludens nullitatem, non comprehendit nullitatem causatam ex defectu iurisdictionis.*

4 *Confessus non admittitur ad dicendum de nullitate, nisi sit causata ex incompetentia iudicis.*

5 *Debitor suspectus de fuga non admittitur ad dicendum de nullitate, si sit captus a iudice incõpetẽte.*

6 *Captura debitoris suspecti de fuga facta antequã cõstet de debito valida est, si de eo ex post doceatur.*

7 *Periculum vbi est in mora receditur a regulis iuris.*
8 *Captura debitoris de fuga suspecti ex post iustificari potest.*
9 *Debitor suspectus de fuga potest ante diem vel condictionis euentum capi vt caueat.*
10 *Debitor de fuga suspectus dicitur quando mala administratio & dissipatio in eo superuenit.*
11 *Debitor de fuga non suspectus quando se personaliter obligauit detineri potest.*

CONSILIVM LXXV.



IN causa carcerationis D. Fran. de Nigris clerici, ad ostendendũ capturam esse validam, & ipsum relaxari nõ debere, licet seruata nõ essent aliàs seruanda, antequã deueniatur ad capturam debitoris suspecti de fuga.

1 †Primo facio vnum præsuppositum, quod est in iure verissimum, videlicet, ꝙ nulla est maior nullitas, quã illa, quę resultat ex incompetentia, vel defectu iurisdictionis. gl. est ord. in cle. 1. de
2 sequestr. poss. & fruct. †ex qua habetur, ꝙ prohibita nullitate & exclusa per Pontificem, omnis nullitas censetur exclusa, excepta nullitate pro-
3 ueniente ex defectu iurisdictionis. † per quã gl. dixit Bal. in l. exceptionem. circa fi. C. de proba. ver. sed pone statutum, ꝙ si per statutum tollitur nullitas, allegari tamen poterit nullitas ex defectu iurisdictionis. Idem sequitur Petr. de Anch. in consi. 271. incipit, de titulis criminum. col. fi. in vers. ego saluo. Ang. in cõsi. 249. incipit, super primo. Cuma. in consil. 94. in fi. incipit, ab arbitrali sententia. Fulg. in consil. 40. incipit, quidã ciues. col. 2. Rom. in consi. 42. incipit, visis quæ egregiè Dec. in consi. 38. incipit, circa primum. col. 6. vers. & talis nullitas.
4 †Accedit ad prædicta, ꝙ licet confessus nõ admittatur ad dicẽdum de nullitate processus agitati contra ipsum, vt tradit Innoc. in c. qualiter, & quando. el secondo. de accusa. tamen confessus admittitur ad docendum de nullitate resultante ex defectu iurisdictionis, vt latè deducit Fely. in d. c. qualiter & quando, in §. licet autem. col. 1. in fi. in vers. septimo limita. & idem Fely. in c. at si clerici. in 1. col. in vers. 6. limita. vbi ẽt per Aret. de iudi. ponit Soci. in consi. 108. col. 5. in 4. vol.

Stante igitur huiusmodi præsupposito, dico D. Fran. de Nigris carceratũ, si carceratus fuisset per incompetentem iudicem, non potuisset dicere de nullitate huiusmodi capturæ, cum de fuga sit suspectus. ergo a fortiori dicere non poterit de nullitate capturæ factæ a suo iudice, quæ quidem nullitas secundum ipsum peruenit ex defectu inobseruationis quorundam, quæ præcedere debebant ipsam carcerationẽ. quia si de quo magis ergo de quo minus auct. multo magis. C. de episc. & cleri.
5 †Quod autem suspectus de fuga captus a non suo iudice dicere non posset de nullitate capturæ, voluit Petr. de Anch. in consi. suo 192. inci. in auxilium veritatis. in 1. col. in vers. quo ad primum. ita etiam voluit Roman. in l. 2. ff. de iuris. om. iud. & idem Rom. in consi. 242. incipit, vnũ est, ꝙ substãtialiter. & in l. de pupillo. in §. si quis riuos. ff. de nou. oper. nunc. hanc opinionem sequitur & comprobat Iason in l. 2. in 4. & 5. col. ff. de iur. om. iud. vbi pro ista opi. adducit plura fundamenta. & idem Iason in d. l. de pupillo. in §. si quis riuos. vbi etiã Alex. & est vera opinio, quã sequitur etiã Fel. in c. 2. in princ. de homici.
6 †Et propterea non obstant stantibus supra dictis, quę dicebantur in fauorem ipsius carcerati, videlicet, ꝙ esset nulliter captus, quia ante legitimationem personæ petentis capturam. Item ante liquidationem debiti. Quia etiam istis non seruatis, si postea appareat de debito, captura est valida, vt consuluit eleganter D. Petr. de Anch.
7 in suo cõs. 192. in 2. col. circa med. †& est ratio, quia vbi periculum est in mora, receditur a regulis iuris d. l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de oper. nou. nunc.

Accedit prędictis elegans consilium Pauli de Castr. in 1. par. consiliorum suorum consi. 19. in
8 cipit, supradictæ exceptiones, †vbi latè cõsuluit, ꝙ valida est captura, licet debitum carcerati non fuerit liquidatum & ostẽsum iudici ante capturam, dummodo captura ex post iustificetur.
9 †Et licet dici posset, ꝙ D. Franc. carceratus adhuc non sit debitor D. Franc. de Franciscis, fideiussoris, qui non soluit adhuc, licet molestetur, respondetur, ꝙ debitor suspectus de fuga, vt est iste, potest etiam ante diem vel conditionis euẽtum, carcerari. l. quæsitum. & ibi gl. & doct. ff. de pign. Bal. in l. 1. in fi. C. de condi. ex lege. hoc tamen procedit, vt caueat, non vt soluat. l. in omnibus. & ibi Bart. ff. de iud. not. Ias. in l. c ab arbitro. in 3. col. in princ. vers. item aduerte.
10 † Et suspectus de fuga dicitur etiam quis, quãdo mali mores in eo superueniũt, & mala administratio & dissipatio. Maria. in tit. de cit. articu. 20. in §. 24. principaliter. in 4. col. in princ.
11 †Præterea etiã, ꝙ præfatus carceratus nõ esset de fuga suspectus, ex quo obligauit se realiter & personaliter ad libitũ ipsius fideiussoris, potuit capi. ita tenuit in terminis cuiusdã statuti Paul. de Cast. in consi. 472. inc. in causa capturę. in fi. facit doct. Bal. in l. consentaneum. C. quomodo quãdo iud. quã refert, & sequitur Paris. de puteo in tract. de sindi. in rubr. barrariæ. in §. captura. vers. tamen debitum debet esse liquidum.

Hieronymus Gigas V.I.D.

REVERENDISSIME Domine, tota difficultas in præsenti causa consistit, vtrum posito, quòd captura istius D. Franc. de Nigris fuit concessa a principio, nõ seruatis seruandis, ex post facto iustificari possit. Et breuiter concludo, quòd sic, ex quo facta fuit contra debitorẽ de fuga suspectum. facit quod voluit Angel. in l. nemo carcerem. C. de exact. tribut. lib. 10. vbi dixit, ꝙ quãuis sufficiat

sufficiat iuramentum creditoris iurantis debitorem esse suspectum de fuga, quantum ad obtinēdam commissionem capturæ, tamen post capturam oportet creditorem iustificare capturam. Hoc idem tenuit Io. de Imo. in l. 2. ff. solut. matr. & Roman. in l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satisd. cog. Quos refert & sequitur Alex. in consi. 19. in pri. col. in vers. & Ang. in 3. vol. idem tenet Ias. in l. si ab arbitro. col. 3. in vers.

Nunc apparet. ff. qui satis. cog. & quòd captura ex post iustificari possit, tenet expressè Pau. de Castr. in cons. suo 472. col. vlt. in fin. & idem in consi. 19. col. 2. in fi. Barbat. consi. 76. col. 2. in 4. vol. Moderniores Perusini in l. naturaliter, in §. nihil commune. col. 11. ff. de acquir. possess. Petr. de Anchar. in consi. 192. col. 2. in fi. vbi dixit, ꝙ ordo traditus ꝑ doct. circa huiusmodi capturā, antequā fiat, non est substantialis. hanc opinionem tenuit etiam idem Paul. de Cast. in l. si cum nulla. ff. de re iudi. & Bal. in consi. 178. in 2. vol. vbi dixit, quòd sufficit, quòd iudici taliter qualiter fiat fides de suspitione fugæ, & quòd post capturam debitum iustificetur.

Nec obstat si dicatur, quòd cōtrarium voluit Rom. in cons. 240. in 2. col. post prin. quia in cōtrarium est communis opi. de qua supra. nec facit pro opinione Rom. text. in l. prolatam. C. de sent. in quo se fundat, quia ille text. loquitur in sententia lata a iudice peruerso ordine iudiciario. secus est in casu capturæ debitoris suspecti de fuga, quia cum tuuc periculum sit in mora, receditur a regulis iuris. l. de pupillo. §. si quis Riuos. ff. de oper. nou. nunc.

Consilium Anchar. non procedit in captura. Paul. in d. consi. 19.

Ad petendam relaxationem capturæ requiritur speciale mandatum. Bart. in consil. suo inci. in causa stagij. per l. Pōponius. de procur. Areti. in c. 1. de iudi. & latè tradit Soc. in consi. 120. incipit, cū in præsenti consultatione. col. 3. in ver. secundo quia in causa capturæ. in pri. vol.

Licet Bart. & alii in l. si alia. §. eleganter. ff. sol. mat. & doct. in l. Titio centum. §. 2. ff. de cond. & dem. & est com. opi. ꝙ quis nō possit obligare se ad carceres. Tamen Bal. & Ang. in d. §. elegāter, intelligunt veram, quando quis obligaret se, vt detineretur in priuato carcere. secus in publico. ita Imol. in c. 2. de pignor.

IN CAVSA DOMINI ANGELI DE Cumis, in materia iudiciaria ad articulum attentatorum post appellationem interpositā.

SVMMARIVM.

1 *Attentata non reuocātur in appellatione ab interloquutoria, nisi in duobus casibus.*
2 *Inhibitio quando dicatur canonicè facta.*
3 *Intimatio facta iudici a quo per iudicem ad quem de pendentia litis coram se sine inhibitione nō sufficit ad reuocandum attentata.*
4 *Attentata non reuocantur quando constat de notorio non iure peritis illarum remissione.*
5 *Attentata reuocantur postquam iudici constitit de iustitia appellantis & iniustitia appellati.*
6 *Appellans qui recedit non est amplius citandus.*
7 *Terminus ad dicendum contra producta omissus nō vitiat processum.*
8 *Processus factus coram ordinario non seruatis terminis seruari solitis in Romana curia validus est.*
9 *Confessus de nullitate processus dicere non potest.*
10 *Spoliatus non dicitur, qui non habuit possessionem.*

CONSILIVM LXXVI.



QVAERITVR, an attētata post appellationem interpositam pro parte D. Iustinæ de Telarolis Paduanæ a pronuntia R. D. Pauli Borgasii Episcopi Nimosien. locumtenētis Reuerendiss. Episcopi Paduani, reuocari debeant antequā ad vlteriora proce-
1 datur. † & breuiter dico, ꝙ nō, quia sumus in appellatione ab interloquutoria, in qua attentata non reuocantur, nisi in duobus casibus. Primo, si iudex a quo attentauerit post inhibitionē sibi factam a iudice grauaminis. c. non solum. §. fin. de appel. in 6. & ibi doct. ad idem Fel. in c. super quæstionum. §. fin. de off. deleg. & hoc ita demū verum est, si ipsa inhibitio fuerit legitimè & canonicè facta, vt voluerunt Domini de Rota, decis. 412. incipit, si appelletur, in nouis. & Fely. in
2 in d. c. super quæstionum. §. fin. † quando autem inhibitio dicatur canonicè facta, ponit Rota in d. decis. & decis. 11. in 2. additione similiter in nouis. & Fely. in c. dilectus filius el 2. in vers. nō inhibet. de rescr. sin autem inhibitio non fuerit canonicè facta, attentata post ipsam non reuocātur, nisi in euentum iusti grauaminis. ita Ro. decis. prædicta. 412. in nouis.
3 † Nec sufficeret intimatio facta iudici a quo per iudicem ad quem de pendentia litis corā se, sine inhibitione, vt per Petr. de Anch. in d. c. nō solum col. 2. in 7. not. & licet in casu nostro nulla fuerit facta inhibitio, tamē adhuc dico, quòd si esset facta, attētata per eam non essent reuocāda, quia per confessionem d. D. Iustinæ aduersariæ, quæ respondendo positionib. fassa est, quòd Do. Angelus eius maritus nunquā voluit ipsam transducere, nec sibi maritalia obsequia præsta-
4 re, † constat notorie de non iure suo. quo casu attentata non reuocantur, per not. per Lapp. in c. ad decimas. de restit. spoliat. & vr̄ velle Imol. in c. non solum, de appel. in 6. facit decis. Rot. ante dicta. num. 412. in qua concluditur, quòd si constat de falsitate causæ appellationis, vel ꝙ sit iniusta, negotium de iure non deuoluitur ad iudicē ad quem. & inhibitio ab eo facta minus canonice facta dicitur. Idem voluit Rot. decis. 14. in nouis. in fi. vbi concludit, ꝙ notorius defectus iuris petentis attentata reuocari, attentatorū reuocationē impediat. adde Bella. decis. 356. Ro. in antiquis decis. 505. incipit not. quòd ad instantiā.

Secundo casu, attentata reuocantur, postquã iudici constiterit de iustitia appellantis, & iniu-
5 stitia appellati. †casus est in ca. non solum. §. illa vero. de appel. in 6. Nec reuocantur intentata, antequam sit cognitum de iustitia grauaminis, quia causa grauaminis debet esse probabilis. & ꝙ constet iudici illam esse veram. c. interposita. in prin. de appel. ita voluit gl. in d. c. non solum. in §. illa vero. in verbo, ante diffinitiuã. Quinimmo quandocunque constet iudici de attentatis ex processu, iudex potest illa reuocare, sine partis citatione, ex suo mero off. Rota in nouis decis. 14. & not. in c. bonæ. de appel.
6 Nec obst. ꝙ non fuit obseruatus terminus ad dicendum contra producta, quia cum talis terminus incumbebat parti aduersæ, quæ appellãs recesserat, non erat amplius citanda c. cum qui. de dol. & contu. in 6. & processus est validus, vt
7 ibi tex. dixit. quinimmo talis terminus omissus non vitiat processum. Bellam. decis. incipit, termini Palatii. facit decisio Rotæ num. 478. inci. nota, anno Domini. in antiquis. & decisio Bella. nu. 78. incipit, super appellatione. vbi dicit seruari debere morẽ curiæ, vbi processus agitatur.
8 †Præterea ex quo talis processus factus fuerit coram ordinario, etiam ꝙ non essent seruati termini seruari soliti in Ro. cu. processus non redditur nullus, vt per Roma. in consi. suo 363. inc.
9 circa primũ. col. 2. † facit voluit qđ Abb. in c. cõsultationi. in fine. de frig. & malefi. vbi dixit, ꝙ consuetudo curiæ Rom. non est alibi seruanda, nisi hoc Papa præcipiat. facit quod voluit Paul. de Cast. in l. cũ clericis. in fine. C. de epis. & cler. vbi dixit, ꝙ quantum ad ea, quæ pertinent ad ordinationem iudicii seruari debet stilus loci, vbi iudicium agitatur.

Tertio dicitur, quòd posito, ꝙ processus fuisset nullus, ex quo d. aduersaria confessata est se nunquã cohabitasse cum d. Angelo, neque ab ipso recepisse obsequia maritalia, in cõfessam nullę fuerunt partes iudicis, nisi in condemnando
10 eam. l. proinde. ff. ad leg. Aquiliam. † & cõfessus de nullitate dicere non potest. Inno. & alii in c. qualiter & quando el secondo. de accus. facit illud Ouidii Non est confessi causa tuenda rei.
11 †Quarto dicitur, quòd fieri non debebat restitutio: quia spoliatus nõ dicitur, qui non habuit possessionem. c. ex parte mulieris. de resti. spol. quòd mulier nõ habuerit possessionem viri, patet ex confessione mulieris in processu.

Hieronymus Gigas V.I.D.

IN MATERIA IVDICIARIA HABIlitatẽ agẽtis respiciẽdã, in qua & de periurio ac obligatiõe ꝑ tractatũ apparet ac discursũ. In causa Brixianæ de Nicolinis.

SVMMARIVM.

1 *Periurus agere non potest.*
2 *Absolui quis potest a iuramento de non petendo absolutionem a iuramento sine partis citatione.*
3 *Quando quis iurauit in instrumento de non contra ueniẽdo & de petẽdo absolutionẽ, ac petita nõ vti, tot sunt necessariæ absolutiões, quot sũt iuramẽta.*
4 *Absolutio a iuramento in qua non est facta mentio de iuramento nõ petendi absolutionẽ, nulla est.*
5 *Absolutio a iuramento facta per Episcopum parte non citata, nulla est.*
5 *Dispensatio facta per inferiorem a Papa, nulla est.*
8 *Absolutio a iuramento data enormi læsione an sit necessaria.*

CONSILIVM LXXVII.



IN præsenti difficultate vtrum capitula aduersariæ sint admittenda vel ne, breuiter dicendum est, quòd non. quia pendente q. nullitatis habilitationis a iuramento per aduersariã impetratę, non potest nec debet procedi super prætensa læsione adiudicatæ facta per Reuerendiss. Episcopũ Famagustanum. ad quam ostendendam tendũt d. capitula. quia donec non fuerit decisum, ꝙ aduersaria fuerit ritè & rectè absoluta, & sic, ꝙ non sit periura, nulli dubium, ꝙ agere non potest cõtra dictam adiudicationem, quæ est pars transactionis iuratę, iuxta tex. & ibi notata in l. si quis maior. C. de trans. Quinimmo patet expresè, ꝙ d. aduersaria est periura, quia venit contra dictã transactionem impetrando inhibitionẽ contra Reuerendiss. Episcopum Famagustanum, ergo
1 agere non valet. † Quia periurus agere non potest. Specul. in tit. de actore. § primo. vers. item, ꝙ est periurus. & est tex. in d. l. si quis maior. notat etiam gl. in c. pen. 25. q. 5. & ꝙ sit periura, ostẽditur etiam ex alio capite. quia in transactione prædicta interuenerunt tria iuramenta. primũ de non contraueniendo. Secundum de non petendo absolutionen. Tertium de non vtendo absolutione petita. & posito, quòd fuisset bene & rectè absoluta a iuramento de non contraueniendo: nihilominus est periura, cum iurauerit absolutionẽ nõ petere a quo secundo iuramẽto
2 debuit in primis & ante omnia absolui, † & poterat ab isto absolui sine partis citatiõe, vt latè per doct. in c. 1. de iureiu. vbi Fel. in nona col. in ver. quarto & vlt. limita, & in c. debitores. vbi Imol. in 3. col. in fi. in ver. quid autem si aliquis eo. tit. & idem Imol. in d. c. 1. in 2. col. in vers. quid autem si iurasset. vnde, cum aduersaria non fuerit ab isto secundo iuramẽto habilitata, & sic illi cõtrauenerit, apparet ipsam etiã ex isto capite per
3 iurã esse. † facit qđ pulchrè voluit Bal. in hac materia, in rep. l. iusiurandum. in 32. col. in vers. & quoad primam quæst. ff. de iureiuran. vbi dicit, ꝙ quando iuraui nõ cõtrauenire, nec absolutionẽ petere, & petita nõ vti, tot sunt necessarię petitiões & relaxatiões, quot sunt iurã. q̃a ex fine vnius, alterius petitiõis origo ꝓficiscit̃. & si hoc ordine nõ petatur absolutio, oportet iurum seruare. ista sunt verba formalia Bal. quæ etiam refert, & sequitur Soc. in cons. 50. incipit, in causa nobi-

nobiliũ. in verſ. pri. quia quis iurauit in 3. vol.
4 †Accedat, quòd abſolutio impetrata a R. Vica. Reuerendiſſ. Epiſcopi Brixien. eſt nulla, ex pluribus capitibus. primo, quia in ea non fuit facta mentio de periurio iam per aduerſariam incurſo, propter impetrationem inhabitionis. quo caſu abſolutio non valet. vt per Feder. de Senis in ſuo conſil. 30. incipiente, factum tale eſt, & dicit D. Alex. in conſ. 17. in 2. col. in 3. vol. inci. põderatur, ꝙ cõis cõcluſio eſt, ꝙ abſolutio non detur ei, qui antequã eã peteret venit cõtra iuramẽtũ.
5 †Eſt etiam d. habilitatio nulla, quia facta parte non citata, & licet ſit dubium inter Doct. in c. 1. de iureiuran. vtrum quãdo Epiſcopus abſoluit a iuramento ſit neceſſaria partis citatio, tamen magis communiter concluditur, ꝙ ſic. Et hanc partem tutiorem eſſe de iure affirmat Fely. in d. c. 1. in 8. col. in verſ. contrarium latiſſime. in fin. de iureiur. & fuit opin. Feder. de Senis in d. ſuo conſ. 300. quam etiam de iure veriorem eſſe atteſtatur Imo. in c. debitores. in 5. col. in verſ. interdum autem dicitur. eo. tit. & hãc eandem partẽ ſequitur idem Imol. in d. c. 1. in 1. col. & dicit illam tenuiſſe Io. And. in addi. Spec. in rub. de iureiur. & iſtam opinionem ꝙ requiratur partis citatio dicit eſſe communem Dec. in c. qua fronte in vlt. col. de appel.

Nec fuit adhibita aliqua cauſæ cognitio quæ adhiberi debuit in d. abſolutione, vt per Feder. in d. conſ. 30. & tenet Fely. alios referens in d. c. 1. in 7. col. in verſ. item abſolutio non debet de
6 iureiu. †faciunt no. per Fely. in c. Eccleſia S. Mariæ. in 10. col. in verſ. tertio not. vbi voluit, ꝙ diſpẽſatio facta ab inferiore a Papa, ſine cauſæ cognitione, non valeat. & hanc concluſ. firmat etiã Soci. in d. ſuo conſil. 59. in 4. col. in verſ. poſtremo non omitto. in 3. vol.
7 † Nec obſt. ſi dicatur, d. capitula admitti debere, quia cum tendant ad oſtendendam enormẽ læſionem, & de iure ſit, ꝙ data enormi læſione nõ ſit neceſſaria abſolutio a iuramento de non contraueniendo, vt no. Abb. in c. cum contingat. in 19. col. in verſ. nonus caſus eſt. de iureiuran. quẽ ſequitur Dec. in conſ. 349. in 4. col. circa mediũ. Quia in cõtrarium eſt com. opi. quam ſequitur Alex. in pluribus conſiliis. vt refert, & etiam ſequitur Dec. in conſi. 216. incipit, viſa tranſactione, in 1. & 2. col. in 2. vol.

Hieronymus Gigas.

IN MATERIA IVDICIARIA AD proceſſus nullitatem, in cauſa ſer Victoris Ocularii de Venetijs.

SVMMARIVM.

1 Confeſſus non poteſt allegare nullitatẽ proceſſus ex in obſeruantia terminorum.
2 Proceſſus agitatus coram iudice a quo cã fuerat aduocata partib. corã eo cãm proſequẽtib. an valeat.
3 Remiſſio cauſæ delegationis & ſubdelegationis in proceſſu ſcribi debent.
4 Remiſſio generalis cauſarum facta per Epiſcopum ſuo Vicario non comprehendit remiſſionẽ cauſæ aduocatæ ab ipſo Vicario, niſi de ea faciat mentionẽ.
5 Generale mandatum iuriſdictionis ad ea quæ ſpetiale mandatum requirunt, non extenditur.
6 Auocatio cãæ, eſt maioris potẽtiæ, quã ſit appellatio.
7 Auocatio cauſæ ſemper præſumitur iuſta & inferioris iuriſdictionem in totum extinguit.
8 Proceſſus & ſententia iudicis a quo cauſa fuit auocata, tamen partes coram eo proceſſerunt quando valeat. & num. 9.
10 Appellatur a ſententia delegati ab Epiſcopo ad eius Vicarium, quando Epiſcopus eſt abſens.
11 Secus quando Epiſcopus eſſet in ſua diœceſi vel in loco propinquo.
12 Iudicis partes nullæ ſunt in confeſſum, niſi in eo condemnando.
13 Nec procedit quando confeſſio fuit ſimplex & principaliter facta, ſecus quando facta eſt incidenter.
14 Confeſſio facta coram iudice in competenti non excludit confeſſum quin dicere poſſit de nullitate.
15 Poſitiones dependentes a prima iam negata admittendæ non ſunt.
16 Dictio, vt, modum denotat.
17 Dictio, vt, quando reſpondens poſitionibus dicit non credo vt ponitur, importat quod relatiuum.
18 Statuto quòd poſitionibus ſimpliciter reſpondeatur, ſatis ſit dicendo credo vel non credo vt ponitur.

CONSILIVM LXXVIII.



Icet R. Do. Iudex integerrime, ex his, quæ proxime prẽteritis dieb. per me allegata fuerũt in præſenti cã coram V. R. D. ſatis clare pateat Victorem ocularium in præſenti cã nullitatis ius fouere: nihilominus pro reſpõſione eorum, quę adducta ſunt per clariſſ. Aduocatos partis aduerſæ, pauca quædã ſubijciã, ex quib. facilè colligi poterit ſolutio ad ea, in quib. pars aduerſa inniti videt̃.

Et in primis nititur excellens D. Aduocatus partis aduerſę, oſtẽdere, ꝙ in caſu nr̃o nulla adſit nullitas ex defectu iuriſdictionis R. Do. Vicarii. Secundo, ꝙ dato, ꝙ in proceſſu coram d. Vic. agitato nõ poſſit dici, ꝙ oẽs termini ſubſtãtiales, qui requirunt̃ ex natura ipſius cãæ fuerĩt obſeruati,
1 †ꝙ victor tanquã confeſſus hmõi nullitatẽ reſultantẽ ex inobſeruatione terminorũ, allegare nõ poſſit, per doct. Inn. quã cæteri ſequunt̃ in c. qualiter & qñ. de accuſ. de qua ſatis dixi in priorib. alleg. meis. Et ad oñdẽdũ, ꝙ R. D. Vic. potuit in hmõi cã procedere, nõ obſtãte, ꝙ Reuerẽdiſſ. D. Patriarcha cãm ipſam ad ſe aduocauerit, cognoſcendo de ipſa, dr̃ in proceſſu apparere, ꝙ præfatus Reuerendiſſ. Patriarcha, die 8. men. Iulij anno 1517. quo tp̃e d. cauſa coram ipſo vertebatur, remiſit omnes cauſas coram ſe indeciſas pendẽtes Reueren. eius Vic. cuius remiſsionis vigore, præfatus D. Vic. potuit cauſam ipſam cognoſcere, & in ea ſententiare.

Secundo dicebatur, quòd licet nõ appareret

de tali remissione: nihilominus ex quo partes post aduocationem hmôi a Reuerendiss. D. Patriarcha factam comparuerunt, & prosequuti sunt litem coram Vic. processus per ipsum agitatus cum sentētia ex inde sequuta sint validi, per not. per Inn. in c. cum M. Ferrariensis. in vlt. glo. de consti. quæ reassumit Franch. post alios, in c. vt nostrum, in 4. col. vers. secundo quæritur de appellat.

2 † Tertio dicebatur, ꝙ esto, ꝙ cā huiusmodi nō fuisset remissa ipsi Vica. nihilominus, quòd ex quo Reuerēdissimus D. Patriarcha erat absens, Vicarius potuit de ipsa causa cognoscere per doctrinā Abb. in c. si quis cōtra. col. 11. circa princ. de for. compet. quem refert, & sequitur Fely. in c. 1. col. 14. in fi. de consti. vbi Abb. voluit, quòd a delegato episcopi ad Vicarium ipsius appellari possit, data episcopi absentia.

Et vt singulariter singulis respondeatur, antequam alia fundamenta dictæ partis aduersæ recensem: dico, quòd istis non obstantibus, præfatus Do. Vic. nullatenus & de facto se ingessit in cognitione istius causæ, postquam de ea Reuerendissimus D. Patriarcha cępit cognoscere, vt latè dixi in aliis allegationibus meis, superioribus diebus.

Et ad primum rñdetur, ꝙ minimè verum sit, ꝙ in ꝓcessu reperiatur aliqua remissio istius causæ, vt clare patet in prothocollo, seu ex actis in cancell. d. Reuerendis. Patri. sed bene in proces-

3 su apparet de aduocatiōe causæ, † & tñ si qua aderat remissio, debuit extensè scribi in ipso ꝓcessu, tanquam radix & fundamentum iurisdictionis præfati Vicarii, quo ad istā causam, per not. per doct. in c. qm̄ contra falsam. de prob. vbi per Inno. col. 1. in fi. & col. 2. in princ. qui dicunt, ꝙ delegationes & subdelegatiōes in processu scribi debent. & Vicarius in snīa sua debuisset dicere, visa remissione causæ ad nos factæ, si fortasse aderat talis remissio, quia ita est de stilo, & ita cōmuniter fit ar. l. ꝙ si nolit. §. qui assidua. ff. de ędil. edic. cum vulgaribus.

4 † Sed posito, ꝙ dicta remissio generalis causarum reperiretur & esset etiam inserta in processu, adhuc dici pōt probabiliter, ꝙ Vicarius nullā habuit iurisdictionē procedendi in ista cā. quia generalis illa remissio, in qua non est facta specialis mentio de ista cā, cām ipsam non cōprehē-

5 dit. † generale. n. mādatum iurisdictionis, ea, quæ speciali mandato indigent, non continet. l. 1. de iurisd. om. iud. ff. c. fi. de offi. Vic. in 6. cum vulg. Quod autem ista cā, ex quo Reuerendiss. Do. Patriarcha eā ad se aduocauit, requireret specialē

6 remissionē, patet, † quia huiusmodi auocatio est maioris potētiæ, quā sit appellatio. pendet. n. effectus appellationis a iure, videlicet an sit iusta

7 vel iniusta. c. nō solū. de appel. lib. 6. † sed hmôi auocatio semper præsumitur iusta, ex quo facta reperitur, & inferioris iurisdictionē in totū extinguit, vt dicunt Ant. de But. Abb. & alii in c. vt nostrum. de appel. supra alleg. ergo non est veri-

simile, ꝙ Reuerendiss. D. Patriarcha voluerit in illa generali remissione cārum, istā cōprehendere, sicuti non comprehenderet ista remissio causam appellationis interpositæ a sententia ipsius Vicarii pendentem coram ipso Reuerendiss. Patriarcha, in illis casibus, in quibus de iure pōt a Vic. Epi ad Epm appellari: vt est in Vica. foraneo. arg. d. c. fi. de off. Vicar. in 6.

8 † Ad secundū, ꝙ esto, ꝙ nulla adesset remissio, tñ ꝙ ex quo partes processerunt in cā corā Vica. valeat processus & snīa exinde sequuta, rñdet, ꝙ illud procedit, qñ vnus ex litigantib. & alius tertius procederet corā inferiori, a quo cā fuit auocata per superiorem. nam tūc bene processus factus per inferiorem valeret, quia ista auocatione per superiorem facta, adimitur potestas & iurisdictio inferioris tātum, inter easdem partes, & personas, vt notanter declarat Inno. in d. cap. cum M. Ferrarien. & Franch. in d. c. vt nostrum. vers. secundo quæritur. & in vers. vltimo, an Archiepiscopus. de appel.

Secundo dici pōt, ꝙ illud procedit, quotienscunque ad petitionem alicuius ex litigantib. Papa vel alius superior ad se cām auocat, & cām alteri committit. quia tunc, si partes comparerent coram primo iudice, & coram ipso procederēt, valeret processus, nō obstante auocatione & cōmissiōe alteri facta. quia Papa vel alius superior cēsetur conditionaliter d. auocationem fecisse, scilicet quatenus pars velit illa vti. ita eleganter declarat solēnis Doctor. D. Philip. Franch. in d. c. vt nostrū. in 3. col. vers. aliqñ & quarto allegat.

9 Inn. in c. 1. de cōcess. præb. li. 5. † sed qñ superior auocat ad se cām pendentē corā inferiore, incipiendo de illa cognoscere, pro vt factum fuit in casu nostro, etiam ꝙ partes compareant corā inferiori procedendo in cā, processus inferioris iudicis est nullus, nec validat ex cōsensu partiū, vt notabiliter voluit Inn. in d. c. cum M. Ferrarien. in vlt. gl. quem sequitur Franch. in c. vt nostrū. vers. superius allegato. & rō esse potest, ne in partium potestate sit illudere iudicium & iurisdictionem iudicis superioris, iuxta tex. in c. bonæ. §. nec obstabat. in fi. de postul. prælat.

10 † Ad tertium, inquantum dicebatur, ꝙ sine aliqua remissione Vicarius potuit cognoscere de ista cā, data absentia Reuerendiss. Patriarchæ, rñdetur, ꝙ allegata, non faciunt ad propositū, nec ex eis tanquam diuersis inferri pōt ad casum nostrū. l. Papinianus exuli. ff. de minor. quia illud procedit ex cā necessitatis, vt per Fel. in d. c. 1. de cōst. loco supra alleg. absēte. n. Epo, ne oppressis & grauatis remediū desit, cōceditur, vt a snīa delegati ab epo ad Vic. appellet, cū epi & Vicarii sit vnum & idem tribunal, in his, in quibus Vicarius habet iurisdictionē, non aūt in oībus, vt notatur per Abb. in d. c. si quis contra. col. 11. de

11 for. comp. † nec ista conclusio procederet, qñ eps esset in sua dioe. vel in loco propinquo. quia tūc ad Vicariū appellari non pōt, vt cōcludit Abb. in d. c. si quis contra d. 11. col. sed in casu nostro nulla

nulla suberat necessitas. Nec dici posset, q̃ rõne identitatis tribunalis Vicarius potuerit se ingerere in huiusmodi cã, quia in ea nullã habebat penitus iurisdictionem, vt d. fuit. ex quo causa ipsa ab eo fuerat aduocata, per notata in d.c. vt nostrum, sępius allegato.

Et ex his satis puto responsum ad ea, quæ per clarissimum Aduocatũ aduersę partis dicta sunt circa iurisdictionẽ ipsius R. D. Vic. in cã ista, ex quibus manifestissimè constat, iudicio meo, prę fatum Vicarium nullam habuisse iurisdictionẽ procedendi in hac causa, post auocationem.

12 †Quo ad aliũ articulũ nullitatis ꝓcessus ex capite in obseruantię terminorum dicebatur ꝑ parẽtẽ aduersam, quòd Victor Ocularius nullo pacto admitti debebat ad dicendum, de huiusmodi nullitate. ex eo, quia est confessus matrimoniũ, respondendo tertiæ, quartæ, quintæ, & successiuè aliis positionibus. Et cõfessus, dicere nõ potest de nullitate, & ineptitudine processus, quia in eo nullæ sunt partes iudicis, nisi in condemnando. l. proinde. ff. ad l. Aquil. & est doctr. Inno. approbata ab omnibus in capitu. qualiter & quando el secondo. de accusa. quam latè examinant Moder. in capitu. at si clericici. de iudi.

13 Ad hoc respondetur, q̃ procedit, † quando confessio fuit simplex, & principaliter facta, & aliàs talis est, ex qua sequi possit condemnatio, sine alia probatione. Secus, quando confessio est facta incidenter, & per quandam consequentiam, vt in casu nostro, per not. per Barto. in l. si confessus. ff. de custo. & exhi. reo. sequitur Abbas, & cæteri in dicto capi. at si clerici. vbi Abb. in prima colum. ver. not. in versic. de iudi. quam conclusionem omnes sequuntur, vt aliàs dixi.

Secundo responderi potest, quòd esto etiam, quòd Victor fuisset matrimonium confessus, purè, & simpliciter, quòd tamen negatur, vt patet ex eius responsione ad secundam positionem, nihilominus admitti deberet ad dicendum de

14 nullitate, † quia illa conclusio, quæ habetur, q̃ confessus non admittatur ad dicendum de nullitate, limitatur non procedere, quando confessio est facta coram iudice incompetenti. ita limitat Felyn. in dicto capitu. qualiter, & quando. in §. licèt autem. colum. prima. in fi. versic. septimo limita. & idem Felyn. in dicto capitu. at si clerici. in prima colum. in versicu. Sexto limita. vbi etiam per Aret. in prima colum. versic. Et aduerte. & in quinta colum. versic. & per hanc rationem. vbi etiam Imo. Decius, & alii, & ponit Socin. in consil. 108. colum. quinta. in quarto vol. quòd autem in casu nostro confessio prætensa Ser Victoris facta fuerit coram iudice incompetenti, cum facta fuerit coram Vicario, postquam Reuerẽdiss. D. Patriarcha cępit de causa cognoscere, & illam ad se reuocauit, vt in processu apparet, & patet manifestè ex supra deductis.

15 † Et inquantum aliàs dicebam, quòd positiones omnes post secundam non fuerunt per iudicem admissæ, tanquàm dependentes a prima, & secunda iam negatis per ipsum Ser Victorem, adducendo doctrinam Specu. qui fuit pater practicæ. in titu. quibus mo. possi. reprobari. col. 8. versic. 15. vbi dicit, quòd positiones dependentes a prima iam negata, admittendæ non sunt.

Respondebat Excellentia Aduocati, ex aduerso, quòd Victor Ocularius nõ simpliciter negauit secundam positionem continentem contractum matrimonii, quia respondendo ad illã dixit, non credo, vt ponitur. Dictio enim, vt, importat modum, vt per Barto. in l. prima, versicu. vlterius quæro. ff. de condict. & demonstr. & in l. quibus diebus. §. Termilius. eod. titu. & sic respondens isto modo, non credit, vt ponitur, videtur aliquid tacitè credere de contentis in positione, vt videtur voluisse Ioan. Petr. de Ferra. solennis Practicus, in suo tractatu Practicæ, in ti. de form. excip. contra posi. in versicu. Primo, q̃ publica. in fi. Cum ergo Victor non simpliciter negauerit dictam secundam positionem, sequẽtes positiones ab illa dependentes non possunt dici non admissæ, tanquam dependentes a dicta secunda iam negata, & sic dicendum videtur, q̃ non sumus in casu, in quo loquitur Specul.

16 †Nihilominus prædicta non obstant, quia repondetur, quòd in casu nostro dictio, vt, nõ importat modum, sed significat idem, quòd dictio, quòd, relatiua, vt not. Bart. in l. fi. in prima col. in versic. Pro declaratione. ff. de eo, quod cert. loco, & ita sentit idem Ioan. Petr. de Ferra. loco supra allegato. vbi dixit, quòd idẽ est dicere, nego, vt ponitur, vel non credo, vt ponitur, quòd

17 dicere, non credo, quod ponitur. † Et ideo terminat, quòd stante statuto, q̃ positionibus simpliciter respondeatur, satisfit statuto, si respondeatur per verbum credit, vt ponitur, vel nõ credit, vt ponitur: facit quia in dubio confessio est interpretanda in fauorẽ rei. vt notatur per Anto. de Butri. in capit. in litteris el primo. in fi. de sponsal. allegat not. per Bart. in l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verb. oblig. Laus Deo.

Hieronymus Gigas V.I.D.

PRO MAGNIFICO DOMINO HIEronymo a Ponte, nobili Patauino.

SVMMARIVM.

1 Iudex ex officio æquitate motus, post conclusum in causa pro veritate tenenda partes interrogare potest, ac petere declarari deducta in iudicio.

2 Iudex equitate motus etiam post conclusum in causa admittere potest probationes.

3 Iudici nunquam in causa concluditur.

4 Iudex post conclusionem in causa potest repetere testem obscurum loquentem.

5 Conclusio si sit facta in causa pars potest petere illam reuocari vt possit iura producere.

Iudex si viderit iura producenda ad causam facere, reuocabit conclusionem in causa.

Iudex

6 *Iudex ex officio etiam post conclusum in causa testes recipere potest.*
7 *Instrumentum post conclusum in causa produci potest ad declarandum priores probationes.*
8 *Prohibitus probare non prohibetur probationes factas declarare.*
9 *Iudex ad declarationem dubiæ probationis post conclusum in causa interrogationes facere potest.*
10 *Conclusione facta in causa admittitur quis ad probandum beneficio restitutionis in integrum.*
11 *Conclusione in causa facta in petitorio non potest illo suspensô possessorium intentari.*
Nisi contrarium videatur.
12 *Notarius officio Iudicis compelli potest partibus edere instrumuntum, seu prothocollum exhibere.*
13 *Iudex etiam si renuntiatum fuerit in aliquo articulo testium productioni iusta causa motus potest super illo articulo probationis admittere beneficio restitutionis.*

CONSILIVM LXXIX.



QVOD Notarius compelli debeat edere instrumentum Excellētis. D. Hieronymo de Ponte, nobili Patauino, vt illud in causa produci possit, non obstante conclusione in causa, moueor infrascriptis fundamentis.

1 Et primo, quia, licèt quo ad partes in causa† cōclusum sit, iudex tamen ex officio, æquitate motus, pro eruenda veritate partes interrogare potest, ac petere declarari deducta in iudicio. Ita Bald. in l. prima. in versic. nota, quòd obiectio. C. sen. rescin. non pos. facit tex. in l. vbicunque. ff. de interro. act. Rom. in consil. suo 20. in fi. sed in casu d. Domini Hier. adest maxima æquitas, quia instrumentum, quod petitur ad causam facit, vt est clarum, quia de eo deponunt testes examinati in processu, merito cogere debet Reuer. Dominus Iudex ad illud eden. quia cum sit pertinens æquitas dicitur mouere iudicē, vt inquit Butr. in capitu. cum causam, in antepenul. col. in princ. de iuramento cal. & maximè, quia ex productione dicti instrumenti declarabūtur dicta testium de eo deponentium. Præterea, cum simus in tertia instantia, ne iura dicti D. Hier. pereant, cui alio pacto succurri non potest, iusta causa subest id faciendi, quæ mouere habet
2 mentem Iudicis. † facit, quia licèt facta conclusione in causa nulla admittatur exceptio, vel allegatio facti, seu instrumenta, iuxta text. in cap.
3 cum dilectus. de fid. instr. †Nihilominus si iudicem mouet ęquitas, etiam post dictam conclusionem admittere potest probationes. Specu. in titu. de renunc. & conclusus. §. primo. versicu. & scias. Iason in l. admonendi. in 10. colum. ff. de iureiuran. in ca. cum dilectus. versicu. modo istum tex. col. 3. de fid. instrmen.

Confirmantur prædicta, quia iudici nunquā in causa concluditur, sed eius officium semper vniformiter viget, vsque ad sententiam, vt eleganter inquit Ange. in consil. suo. 296. incipit, visis attestationibus testium prædictorum. in vl-
4 tima colum. † vbi ipse consuluit, quòd iudex ex officio post conclusionem in causa potest repetere testem obscurè loquentem.

Secundo moueor, quia etiam, quòd sit in cau
5 sa conclusum, si pars † petat reuocari conclusionem, vt possit iura procedere, iudex habet videre iura prædicta. & si viderit illa ad causam facere, reuocabit conclusionem. Ita notanter Domini de Rot. decisio. 758. in antiquis, incipit, nota, quòd si in aliqua causa, sed sic est, quòd instrumentum, de quo in casu nostro, facit ad causam. patet, quia de eo deponunt testes examinati in causa, & producti, ac etiā Dominus Iudex illud vidit, & bene nouit illius tenorem, merito debet notarium compellere ad illud edēdum, stante maximè, quòd vt ex processu apparet, sub die 20. Augusti huius anni, Iudex decreuit compulsoriales contra notarium. qui illud instrumentum habet.

6 †Tertio, moueor, quia Iudex ex officio testes recipere potest, etiam postquam est conclusum in causa, vt notanter voluit Dominus Anto. de Butr. in capitu. audítis. in 3, colum. de procura. vbi etiam dixit notabile verbum, videlicet, ꝙ de æquitate Rotæ instrumenta admittuntur post conclusionem in causa. facit supra in decisio. 758. & alia decisio similiter in antiquis. nume. 802. incipit. sciendum est, quòd si in aliqua cā.
7 † Quarto facit, quia post conclusionem in causa potest instrumentū produci ad declarandum priores probationes. Ita tenet Felyn. in dicto c. cum dilectus. in prima colum. in versicu. secundo amplia. & idem Felyn. in capit. licet causam. In decima limitatione. de probat. allegat Dom. in prohæmio sexti. in fi. princ. vbi dixit, quòd
8 prohibitus† probare, non prohibetur probationes factas declarare. Sed in casu nostro ex productione dicti instrumenti declarabuntur probationes iam factæ in processu. Ergo produci potest.

Confirmantur prædicta ex doct. Ant. de But. in capitu. primo. in secunda colum. in 8. no. de iudi. vbi dixit, quòd etiam ad declarationē du-
9 biæ probationis † potest Iudex interrogationes facere. potest conclusionem in causa. ita declarando. l. vbicunque. ff. de interroga. & ita etiam voluit idem Dominus Anto. in capit. cum causam. colum. antepenul. versicu. an autem post. de iur. calum.

10 †Quinto facit, quia post conclusionem in causa admittitur quis ad probandum beneficio restitutionis in integrum. Ita Cardin. in clemen. prima. de causa pos. & proprieta. 14. q. & in cle. secunda. de testi. text. est in capitu. auditis. de restit. in integr. vbi text. rationem assignat, ne pars propter suam negligentiam graui iactura afficiatur. ratio enim illius text. militat in casu nostro, quia cum simus in tertia instantia, nisi admit-

admittatur productio dicti instrumenti, pars grauissima iactura afficeretur, cum vlterius illud producere non posse. Igitur ista ratio mouere debet mētem Domini Iudicis in casu isto ad compellendum notarium edere dictum instrumentum. quæ quidem ratio militat in casu nostro. Ergo in eo idem ius esse debet. l. illud. ff. ad leg. Aquil. cum vulgarib. facit. quia in materia nostra proceditur etiam de similibus ad similia, vt est tex. elegans in proposito in capitu. pastoralis. vbi glos. & Doct. de causa possess. & proprie. qui text. mirabiliter facit ad propositum in ca-
11 su nostro. † Nam ibi tex. in fi. dicit, quòd licet postquàm est in causa conclusum in petitorio non possit illo suspenso possessorium intentari: Nihilominus hoc fallit, nisi iudici contrarium videatur ex causa expressa ibi in text. ac aliis similibus causis.

12 Sexto facit, quia notarius officio iudicis compelli debet ad edendum instrumentum partib. seu exhibendum protocollum, vt not. per glo. & Docto. in l. si quis ex argent. §. prætor ait. ff. de eden. Barto. in l. fin. ff. de tabul. exhiben. Spec. in titulo. de instrum. edi. §. sexto. versicu. hoc quoque.

13 Septimo facit elegans doctrina Innocen. in capitu. cum venissent. de testi. vbi voluit, quòd etiam si specialiter renūciatum sit super aliquo articulo testium productioni, si aliqua iusta causa iudicem mouet, potest etiam super illo articulo admittere probationes pro beneficio restitutionis ex clausula generali. Si qua iuxta causa, &c. & maximè præstito iuramento prius parti, quam doct. sequitur Dominus Cardina. in consi. 23. incipit, in causa Amareti. circa finem. Cuius consilium decidit fere casum nostrum.

13 Quinto, quia nō solum ad declarandam probationem iam factam, sed etiam ad fundandam & iuuandam intentionem partis interrogationes fieri possunt. Ita expresse tenuit Ant. in cap. primo. de iudi. colum. secunda, & in dicto cap. cum causam. colum. ante penultima. prope fin. in versicu. an autem fieri possint. de iur. calum. in quibus locis dicit se ita cōsuluisse. Cuius opinionem refert, & sequitur Ias. in Rep. l. admonendi in 29. col. in princ. ff. de iureiuran. vbi dicit hanc esse communem opinionem.

Hieronymus Gigas V. I. D.

IN MATERIA SVPER FACVLTATE Legati de latere in cognoscen. de appellatione ad Papam interposita.

Pro D. Ioan. Maria Inacho Canonico Regiense.

SVMMARIVM.

1 Legatus etiam de latere non potest vigore suæ legationis sine speciali mandato cognoscere de appellatione ad Papam interposita.

Nec potest legatus causam huiusmodi appellationis amittere.

2 Pronuntia competente facta per legatū tali casu est ipso iure nulla. Nec indiget appellatione.

3 Delegatio facta ab incompetente, non de causa delegabili est ipso iure nulla simul cum processu, & sententia inde sequuta, etiam si facta est de consensu partium.

4 Litis contestatio non est necessaria in secunda instantia, quando facta est in prima.

5 Litis contestatio non est necessaria coram Dominis Arbitris arbitratoribus, ac compositoribus amicabilibus.

6 Rei est litis contestationem fugere.

7 Superior apponendo manum cognoscendo dicta, tacitè illam aduocat ab inferiore.

CONSILIVM LXXX.



IN præsenti cā vertente inter Reueren. D. Io. Mariam Inachum Canonicum Regien. ex vna, & R.D. Aloysium de Stephanis ex altera, dicitur processum agitatū coram V.R. prædicta fuisse, & esse nullum, non obstante pronuntia competente. Et hac ratione, quia Reuerendiss. Dominus Legatus non potuit causam appellationis interpositæ a sententia lata per se ad Sereniss. D.N. committere. capitu. constitutus. de appel. capit. licèt. de offic. lega. & per Doct. in dicto capitu. constitutus. el secondo. de appel. Ad idem facit quod dixit Bal. in capitu. dilecti, colum. fi. in fi. de appella. vbi dixit, quòd Legatus ex vi legationis sine speciali mandato non potest cognoscere de appellatione ad Papam. quod procedit ēt in Legato de latere, vt dicit ibidem Franciscus. colum. quarta. versic. octaua limitatio, de appel. & tradunt Doct. in capitu. cum venissent, de eo,
1 qui mitti. in pos. causa rei ser. † si igitur Legatus de causis appellationum interpositarum ad Sanctiss. D.N. cognoscere non potest, Ergo nec potuit illas committere, quia nemo plus iuris in alium transferre potest, quàm ad se pertinere dignoscatur. cap. nemo plus. de reg. iur. in sexto. Et maximè hoc procedit in casu nostro, in quo a sententia ipsiusmet Legati fuit appellatū. Fuit ergo delegatio ipso iure nulla facta ab incompetenti. l. prima. vbi casus ad litteram. C. qui pro
2 sua iurisd. † Nec obstat, ꝙ R.D. vestra se iudicem in causa competenē pronuntiauit, quia tali casu nil operatur pronuntia huiusmodi, vt apertè voluit per illum text. Salyce. in dicta l. 1. versic. Item colligit. in prima col. vbi etiam dixit, quòd tali casu nō est necesse appellare, cum processus sit nullus. hanc eandem conclusionē firmat Bal.
3 in l. eum qui. ff. de iurisd. omnium iud. † vbi dixit, quòd quando delegatio fieri non potest ratione defectus iurisdictionis delegantis, vel ratione causæ non delegabilis, seu delegatę, si fiat etiam de consensu partium, non valet. Et processus

cessus superinde agitatus etiam de partium consensu, non valet. allegat bonam glos. in l. 1. C. de peda.iudi. & tex.in l. priuatorū.C.de iurisd. omnium iudi.venit ergo processus formatus coram, V.R. D. pronuntiandus nullus.

4 †Sed posito, quòd valeret adhuc Do. presbyter Aloysius aduersarius obtinere non potest, agendo de nullitate processus formati coram d. Reuerendiss. D. Legato, quia ex quo causa corā d.Legato erat in secunda instantia, non fuit necessaria pro validitate d. processus litis contestatio. cum fuerit facta in prima instantia.Ita tenet Rot. decis.467. in nouis.idem voluit Rot. decis. 208.vbi dicit,ꝙ ita seruat Audientia,quòd quando lis est contestata in prima instantia, non est necessaria contestatio in secunda. Ad idem decis. Rot. *669*. in antiquis. Idem voluit Franch. post alios in cap.tuas, de appel. Et ibidē Decius in secunda colum. ad quod bene facit tex.in dicto c.per tuas in ratione decidendi.

5 †Et si dicatur, quòd in prima instantia lis non fuit contestata, respondetur, quòd a principio dum causa ipsa esset coram iudicibus compromissariis arbitris Arbitratoribus, & amicabilib. compositoribus, qui iudicare poterant de iure & de facto, non fuisset necessaria litis contesta. quia tales procedere possunt sine aliqua petitione, vt tradit Maria. Socin. in c. primo de libel. obla. colum.octaua. in fi.in versic. sexto fallit.& vbi non est necessaria litis contestatio. vt habetur per eundem Marianum in capitu. quoniā. frequenter. col. 17.ver. vigesimosecundo fallit, de lit.conte.tamen,dū postea cā in eo.esse, & statu in quibus ante d. cōpromissarios reperiebatur certis iudicibus cōmissa fuisset, corā eis pro ductis certis capitulis ꝓ parte d. aduersarii, fuit lis contestata saltem super parte ipsorum, quod sufficit, vt per Bald. in l.si non transactio.C. de iur. & facti ignor. vbi dixit sufficere litem contestari super parte petitionis tantum.

Facit, quia coram Reuerendissimo D. Legato,coram quo causa in secunda instantia fuit agitata, actum fuit principaliter de nullitate primæ sententiæ. Et dictum fuit, ipsam esse nullā ex defectu litis contestationis, qua exceptione non obstante non fuit pronunciatum,ꝙ ad ulteriora procederetur in meritis. quæ pronuntia in rem transiuit iudicatam, & sic de nullitate primæ sententię, ex isto capite dici amplius nō potest, vt tradit latè Franchus in capit. dilecto. col.35.circa medium. de appel.habemus igitur rem iudicatam,quòd in prima instantia, fuit lis contestata, cui standum est.l.1.C. de re iud.Ergo per supradicta non fuit necessaria litis contestatio in secunda instantia.

Et posito, non tamen concesso, quia ex præmissis contrarium de iure verius esse apparet, ꝙ processus agitatus coram Reuerendissimo Legato vel eius Auditore, esset nullus,ex defectu litis contestatæ, dicitur, quòd talis nullitas imputāda est parti aduersæ, quæ præcessit in causa lite

6 non contestata,cum esset actrix.† Nam D.Ioan. Maria, cum esset reus, non tenebatur litem contestari, cum reorū propriè sit, illam fugere. Ita Specu. in titu. de lit.contest. in §. quando autē. in versic. Item dicit Vbertus. Hinc inuentū est, quòd reus cogatur a Iudice ad litem contestandam, sub censuris, & pęnis, vt stilus, & practica

7 iudiciorum nos docet,†circa illud quod dicitur ex aduerso,quòd legatus causa pendente coram Auditore non potuit illam sententiare, hoc est nimis ridiculum per not. per Doct.in ca. vt nostrum. de appel. & in capitu. cum m.Ferrarien. de constitut. vbi dicunt, quòd superior apponēdo manum cognoscendo de causa, illam tacitè auocat ab inferiore.

Et ita supra iuris esse arbitror Ego Hieronymus de Gigantibus V.I.D.minimus.

IN MATERIA IVDICIARIA SVPER nullitate processus Iudicis a quo. Consilium in causa de Augustinis.

SVMMARIVM.

1 *Legatus non potest se intromittere de appellatione ad Papam interposita.*

2 *Idem si esset legatus de latere.*

3 *Processus delegati a iudice incompetente nullus est.*

4 *Delegatio quando fit ab incompetenti, de causa non delegabili etiam de consensu partium nulla est. idem. nume.5.*

6 *Prorogatio iurisdictionis locum non habet in causa appellationis.*

7 *Conclusio in causa omissa processum vitiat.*

CONSILIVM LXXXI.



ICET Pater Reuerende non sit opus Mineruam instruere, tamē pro satisfactione clientis mei, & ꝓ exoneratione cōscientiæ, pauca quædam subiiciam, ex quibus facilè cōstabit partes V.R. Paternitatis esse in præsenti causa de Augusti. nuncupata, pronunciare processum formatum coram iudice a quo fuisse & esse nullum, vna cum sen-

1 tentia inde sequuta.† quod clarè ostēditur, quia appellatum fuit ab Auditore Legati via ordinaria procedentis,ad Sanctiss. D. N. eiusque sanctam Apostolicam sedem.quo casu de tali appellatione legatus nō potuit se aliquo modo intromittere. capitu. constitutus,& de appella.& ibi bona glos. in verbo delegauit: quæ sensit,quòd legatus causas appellationum ad Papam interpositarum committere non possit. Idem tenuit ibi Hostien.& Bald. in capi. dilecti. el secondo. de appel. quem refert, & sequitur Franchus ibi-

2 dem.colum.quinta. versi.octaua limitatio.† vbi dixit, ꝙ legatus etiam de latere nō potest cognoscere de appellatione ad Papam interposita, & ista

ista est communis opin. Doctorum in dicto cap. constitutus. Cum autem in praesenti causa legatus commiserit hanc appellationis causam interpositae ad Sanctissimum Papam, ad quē etiā fuerint directi Apostoli, sequitur, quòd processus de legat. ab eodem sit nullus. † probatur ista
3 consequentia ex doctr. Bal. in l. 1. C. qui pro sua iurisd. & ibidem Ange. vbi dicunt, processum delegati a iudice incompetentiae esse nullū. imo dicunt ibi Salyce. & Ange. quòd talis delegatio facta ab incompetenti, est ipso iure nulla, & ꝙ ēt si talis delegatus pronunciaret se iudicem competentem, nil ageret. idem firmat Bal. in l. eum
4 qui. ff. de iurisdi. om. iud. † vbi dixit notanter, ꝙ quando delegatio fieri non potuit, ratione defectus iurisdictionis delegantis, vel ratione causę non delegabilis, seu delegati, si fiat etiam de cōsensu partium, non valebit. allegat glos. in l. prima. C. de peda. iudi. vbi vbi videatur Salyce. qui optimè loquitur in materia, & tex. in l. priuatotorum. C. de iurisd. om. iudi.
5 †Nec obstat, quòd partes videntur consensisse in dictum delegatum, quo casu videtur eius iurisdictio prorogata, quia respōdetur ad hoc dupliciter. primo, quia cum simus in causa appellationis, praerogatio iurisdictionis locum non habet. Ita notanter dixit Bald. in titu. de pac. constan. in versi. secundum merces illius Ciuitatis. allegat text. in auct. ad haec. C. de iudi. sequitur Fely. in cap. P. & G. col. antepenul. in fi. versi. itē not. quòd in causa. de offic. deleg.
5 †Secundo respondetur, quòd delegatio facta ab incompetenti, etiam de partiū consensu, nō valet, vt dixit Bal. in d. l. eum qui. & etiam processus factus coram tali delegato de partium cōsensu, non valet, vt voluit idem Bal. ibidem.
6 †Facit ad praedicta, quia si ab incompetenti delegetur causa ordinario, & corā ipso tanquā delegato proceditur, qui aliàs de cā poterat via ordinariae iurisdictionis procedere tamen processus corā ipso, tanquam delegato, factus est nullus. Ita Bald. in d. l. prima. C. qui pro sua iurisd. In versicu. tertio quaeritur. Rom. in l. prima §. si quis ita. colum. septima. versi. vnde secunda. ff. de verb. obliga. Hostien. Antonius & alii in ca. cum ex officii. de praescript.
7 † Est etiā alia ratione nullus dictus processus, quia non fuit facta conclusio in causa, quae est de substātia iudicii, in foro Ecclesiastico in causis plenariis. glos. Cardin. Abb. & alii. in clemē. saepe. de verb. signi. Felyn. in capit. cum dilecti. de fid. instrumen. colum. quarta. versicu. quarto scias. & per Dominos de Rot. decisio. quinta in nouis.

Ex istis concluditur processum iudicis a quo, pronunciari debere nullum.

Et ita vt supra iuris esse dico Ego Hieronymus de Gigantibus V. I. Doctor. saluo semper saniori consilio.

IN CAVSA SIBINICEN. IN MATERIA iudiciaria, si quando ordinarii iurisdictio in vim specialis commissionis excitata intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Superior committens causam ordinario, qui illam aliàs cognoscere poterat, illius iurisdictionem excitare videtur.*
2 *Iudex ordinarius efficitur in causa delegatus, quando superior dixit committimus.*
3 *Vicarius Episcopi habet ordinariam iurisdictionem.*
4 *Vicarius Episcopi cognoscere non potest de causa appellationis interpositae a delegato Episcopi.*
5 *Vicarius Episcopi cui post generalem commissionem Episcopus commisit aliquod, quòd non veniebat in generali commissione isto casu erit delegatus.*
6 *Interpretatio in dubio fieri debet, vt potius actus valeat, quàm pereat.*
7 *Processus ordinarij, qui praecessit auctoritate delegata, quam non habebat, an valeat ex auctoritate ordinaria.*

CONSILIVM LXXXII.

1 Icet superior inferiori, qui aliàs ordinarius erat causam cognoscendam demandet, quam aliàs auctentica ordinaria cognoscere poterat, illius iurisdictionem excitare, non nouam iurisdictionem tribuere. vnde tex. est in capi. licèt in corrigendis. de offic. ordi. ibi Abb. colum. 2. versic. item nota, quòd superior. de offic. ordi. ad idem facit text. in capitu. penul. eo. titu. Idem tenuit Ange. in consil. suo 214. incipit, primo est vidēdum. vbi ad hoc allegat tex. in l. saepe. ff. de offi. praesid. ideo, cum in casu nostro Reuerendiss. Dominus Legatus causam appellationis interpositae a iudice, aliàs pro se delegato, commiserit auditori suo, habente aliàs iurisdictionē ordinariam, videtur excitasse iurisdictionem ipsius, non delegatam tribuisse.

2 Contrarium tamen de iure verius arbitror in casu nostro, & moueor. primo, quia praedicta limitantur non procedere, quotiens dictum fuerit in signatura superioris, committimus prout est in casu nostro. Tunc enim ordinarius efficitur in illa causa delegatus. Ita voluit Imo. in dicto cap. licèt, colum. vltima. versi. idem dicatur, committimus. de offic. ordi. & ibi Felyn. col. 2. versic. si autem dicit, & ibi. Cardi. Butri. Host. & Abb.

Secundo facit, quia posito, quòd Auditor aliàs haberet ordinariam iurisdictionem: attamē de ista causa non poterat se impedire, quia Reuerendissimus Legatus in ea manum apposuerat, eandē committendo iudici, a quo appellatus existit, quo casu auditor, qui est inferior, nō poterat de ea cognoscere. capit. studuisti. de offi. legat.

3 legat. capitu. vt nostrum. de appella. † Vicarius enim Episcopi habet ordinariam iurisdictionẽ, vt per Alexan. in l. more. in fi. vbi alii Doct. ff. de iurisdict. omnium iudi. capitu. licèt. vbi Domi. & alii. de offic. Vica. in sexto. & ibi glos. & glos. in cap. perlectis. in verbo, & iurgia 21. distin. & in cap. Rom. de appel. in 6. Felyn. in rubrica, de offic. deleg. colum. fi. versic. vicarius Episcopi.

4 † Et tamẽ vicarius Episcopi cognoscere non potest de causa appellationis interpositæ a delegato Episcopi. Abb. in capitu. si quis cõtra. de for. compet. Felyn. in dicta rubr. de offic. delega. in fi. colum. in fine. Do. in capitu. secundo. de offic. vica. in 6. colum. fin. versic. sed nunquid possit. Cum igitur in casu nostro Auditor non potuerit de ista causa auctentica ordinaria cognoscere, sequitur, quòd facta sibi commissione per Reuerendissimum Dominum Legatum, dicitur delegatus non ordinarius, quod probatur, quia, vt dictum est, vicarius Episcopi habet ordinariã. Et tamen si ab episcopo aliquid sibi committatur, quod non veniret in generali sua auctorita

5 te, † vt puta, quòd possit inquirere, corrigere, & priuare excessus, vt in capit. secundo. de offic. vica. in sexto. Ista commissio fieret post eius deputationem generalem. In isto casu vicarius esset delegatus non ordinarius. Ita voluit Domi. in dicto capitu. perlectis. in secunda colum. recitat Felyn. in dicta rubri. de offic. deleg. in fi. idẽ voluit Domi. in dicto capitu. secundo. colum. 3. versic. sed pone vicarius. de offic. vicar. in 6. allegat Ioan. Andr. in addit. Specu. in rubrica. de offic. vica. & hanc partem allegat tenere Rot. decisio. 262. quæ incipit, item si episcopus est decisio. 371. in nouis.

Hanc eandem opinionem tenent Petrus de Anchara. & Franchus in dicto capitu. 2. de offi. vica. in sexto.

Et ad prædicta facit, quod pulchrè voluit Floria. quem refert, & sequitur Imo. in dicto capit. licèt in corrigendis. colum. fina. circa finem. de offic. deleg. vbi dicit de facto contigisse in ciuitate Paduæ, quòd quidam supplicauit Domino Ciuitatis, vt quandam causam appellationis interpositæ ab vno delegato ipsius Domini cõmitteret Potestati, vel eius vicario. Dominus scripsit, fiat ius per Potestatem. determinat Floria. quem sequitur ibi Imo. in fi. quòd Potestas Paduæ, licèt aliàs haberet ordinariã, isto casu erit delegatus. & assignat rationem, quia solus Do. poterat de tali causa appellationis interpositæ a suo delegato cognoscere. ideo illa verba inducebant commissionem, aliàs non valuisset, quod

6 factum fuisset per Potestatem. † & in dubio interpretatio fieri debet, vt potius actus valeat, ꝙ pereat. de verb. signifi. capitu. Abbate. & hoc tenet ibi Butr. & Cardi. & Fely. in dicto v3 cap. licèt in corrigen. col. penul. versi. prima est.

Præterea posito, quòd in casu nostro fuisset iurisdictio Auditoris ordinaria, excitata per dictam commissionem, adhuc dicitur citationem ab eo decretam, & exequutam vltra tres dictas, etiam ipso iure nullam, per text. in capitu. de rescrip. in 6. quia contrarium procederet, quando Auditor, vt ordinarius citasset. Secus, quando citauit, vt delegatus. text. est in dicto capitu. licèt in corrigen. ibi non tanquam delegato. & de hoc est bona glos. ibi in verbo, tanquam delegato. facit, quod volunt Ioan. And. Butr. Imo. & Abb. in cap. cum ex officii. de præscript. dum

7 dicunt, † quòd si habens ordinariam putat se habere delegatam, quam non habet, & procedat ex delegata, processus non valet, propter ordinariam, per tex. in ca. cum super. de offic. delega. vbi dicitur, quod potui nolui &c. sequitur Felyn. in c. super litteris. col. antepenul. ver. Contrarium tenet Imo. de rescript. Ad idem vide latissimè Felyn. in capitu. cuius ex officii. de præscript. vbi habetur, quòd si in sententia sit dictum, omnia meliori modo, &c. Tunc sententia si non potest sustineri ex delegata, sustinetur ex ordinaria auct. secundum Innocent. & communiter Doctores in dicto capit. cum ex officii. In casu autem nostro Auditor citauit ad dicen. contra personam, & contra commissionem sibi factam. quo casu non potuit D. Ioannem vicarium Sibinicen. trahere vltra tres dietas.

Nec habet obstare doctrina Bal. in l. quotiés. in fi. C. vbi senat. vel claris. quia procedit in causis ordinariis, in quibus superior non apposuerat manus.

Hieronymus Gigas V. I. D.

CONSILIVM LXXXIII.



Vervnt mihi proposita infra scripta dubia per Clariss. & Illustrem Dominum Franciscũ Vargas Oratorem, & commissarium Cęs. super articulo rei iudicatæ, contra Magnificum Dominum Barnabam Adurnum.

Primum, quia Adurnus non videtur elegisse litigare in causa per procuratorem, ex quo de anno. 1551. die mensis Iulii in Ciuitate Venetiarum constituit procuratorem Dominum Io. Iacobum de Castelletto, ad recusandum Reuer. Cardinalem Tridentinum, & ipsius Magnificos Subdelegatos. Et quia citatus ad causam fuit cõtumax, & contra eum fuit processum per contradictas, vnde tanquam fictus contumax videtur potuisse appellare a sententia infra decem dies a die notitiæ.

Secundum dubium, quia articulus rei iudicatæ videtur dubius. Sed in dubio pronunciandum venit appellationem non esse decretam.

Tertium, quia Magnfiica, ac Illustr. D. Isabella non acquieuit illi sententię in partibus contra se facientibus, sed ab illis appellauit ad Cęs. Maiestatem, & propterea reus Adurnus victus

videtur

videtur posse vti beneficio dictæ appellationis, licèt ipse, nec eius procurator appellauerit.

Quartum, quia sentētia illa videtur nulla ob recusationem propositam contra Reuerendiss. Cardinalem, & eius subdelegatos.

Quibus non obstantibus, arbitror sententiā illam Tridentinam transiuisse in rem iudicatā, iuribus, & rationibus deductis in priori confirmatione.

Superest respondere ad primū, pro cuius solutione sciendum est, quòd Adurnus de anno. 1541. die 24. Nouembris, existens Tridenti cōstituit in suum procuratorem generalem, & specialem ad causam huiusmodi duorum Castrorū contra Actricē, in amplissima, & releuanti forma, Dominum Geruasium de Albertis Doctorem præsentem, & acceptantem. quod mandatum non apparet reuocatum. Idem Magnificus Adurnus de anno 1547. die 25. Nouembris cōstituit generalem, & specialem suum procuratorem in præsenti causa, Dominum Frāciscum de Canobbio, cum facultate substituendi, qui de dicto anno, die decimo mensis Decembris substituit eundem Dominum Geruasium præsentem, & acceptantem. Quæ duo mandata, cum substitutione, sunt producta in iudicio coram iudice, ad quem. cum quo Domino Geruasio formatus fuit totus processus Tridenti. & fuit citatus personaliter ad sententiam. & præsens, & intelligens, quia infra decendium non appellauit, & ob id Adurno præiudicauit.

Non obstat, quòd Geruasius refutauerit mandatum substitutionis, die vltima Iulii, vt in processu fol. 67.

Quia post onus assumptum non potuit se exonerare sine causa apparenti, de qua nō constat. l. filius. §. fi. cum l. sequen. ff. de procu. clem. prima eod. titu. Et causa per eum allegata non est bona, quia concernebat personam Cardinalis, quem nolebat recusare, cū esset subditus. Nam aderat Iacobus de Castelletto specialis procurator ad recusandum, qui nō erat subditus, qui recusationes proposuit.

Et super ista causa fuit longa controuersia coram subdelegatis, qui die septima Augusti del 51. decreuerunt Dominum Geruasium virtute sui mandati teneri ad procedendum in causa, vt in processu fol. 85. quod decretum transiuit in rem iudicatam, & præiudicat Domino scienti, si non appellauit. Fely. post Bal. in cap. super litteris. colum. 20. de rescript. Petrus de Anch. consil. 41.

Nō obstat oppositio, quòd Magnificus Adurnus reuocauerit Geruasium die. 21. mensis Augusti eiusdem anni, vt constat instrumento registrato in processu, fol. 111. quia cessat, cum facta fuerit lite prius contestata, sub die 19. eiusdē mensis, vt in processu, fol. 95. ter. nisi fuisset facta causa cognita, & expressa, vt habetur in cap. secundo. de procu. lib. 6. & in l. post litem, cum seq. ff. eod. tit. sed nulla cā est expressa, ergo, &c.

Non obstat, quòd etiam lite contestata procurator volens, prout sæpius voluit Geruasius potuit reuocari, vt probatur in dicto capitu. secundo per sensum contrarium, iuncta glos. in verbo nolente.

Quia respondetur, ꝙ ex quo reuocatio fuit facta sine causa, non valuit sine consensu expresso Magnificæ Actricis, seu ipsius ꝓcuratoris. l. quæ omnia. §. primo. vbi casus. ff. de procurat. quem ibi no. in primo not. Paul. & Albe. & Bald. col. fin. qui adducunt rationes, per quem tex. ita tenet Petr. de Anchara. in d. capit. secundo. in tertio not. per rationem quasi contractus ex lite cō testata inter procuratorem Geruasium, & Actricem. Et sequitur ibi Philip. colum. 3. super glos. Nolente. & glos. magna. vbi Gemi. & Philip. in capitu. si quidem, eod. tit. & lib. Item quia ex decreto subdelegatorum, de quo prædixi, erat ius quæsitum Illust. Dominæ Isabellæ, quòd Geruasius teneretur ad causam pro Adurno, & iure quæsito reuocatio non præiudicat. glo. in verb. cogi in clem. prima. de procura. capi. quamuis. c. si propter. in fi. de rescrip. lib. 6.

Rursus probo illud, quia reuocatio Adurni præsupponit mandatum, sicut priuatio præsupponit habitum. l. decem. ff. de verb. oblig. capit. ad dissoluendum. de despon. impub. & ita in terminis arguit Socin. senior. in consil. 17. prosequendo, col. 3. nu. 10. lib. 3. Et ista sufficiant ad probandum mandatum Geruasii.

Sed pro potiori cautela obstat eidem Domino Adurno mandatum primum factum in Dominum Geruasium del 1541. cui nō obstat tex. in l. si quis cum procuratorio. §. Iulianus. ff. de ꝓcurato. & in capitu. penul. §. fi. eo. tit. & not. per gl. secundam. in capitu. si duo. eodem titu. lib. 6. vbi probatur, quòd per secundum mandatū diuersis temporibus factum in eandem personā, in quam erat factum primum, vel diuersam, primum mandatum censeatur reuocatum, nisi sustineatur per solitam protestationem, de non reuocando primum. vt not. Doct. in iuribus præallegatis in d. c. si quem.

Quia respondetur, quòd iura illa limitantur, non procedere, quando secundum mandatum tendit ad idem per omnia, cum primo mandato, vt in casu nostro. Ea propter nō censetur ab illo recessum, sed vtrunque manet saluū, ita notanter limitat Angel. in d. §. Iulianus, colum. prima. vbi dicit, quòd secundum mandatum tendit potius ad confirmandum primum. maximè ex quo Geruasius, qui erat procurator in primo, fuit etiam factus procurator per eundem Dominum Adurnum per viam substitutionis, quàm ad infirmandū, vt latè per iura, & rationes probat ibi Ang. vbi viden. quem refert, & sequitur, & fortius probat Pau. de Cast. ibi. colum. secunda. in versicu. vltimo nota. Secus, si in secundo mandato sit mutata forma primi, quia tunc per secundum videtur primum reuocatum, & ita etiam limitat, & decidit per iura, & rationes, Alb. post

post Andr. in dicto §. Iulianus, colum. prima. super glos. prima. vbi videndũ, quæ limitatio procedit, siue in secundo mãdato principale. sit cõstituta alia persona Franciscus de Cannobio, siue eadem persona Geruasii, de qua in substitutione virtute secundi mandati, quæ erat in primo constituta, vt tenet ibi glos. prima, per omnes approbata. & Bald. ibi in fi. allegat aliam rationem. Magna est enim vis istius substitutionis, quia censetur ab Adurno Domino constitutus, vt est Dec. Rot. in no. 146. per bona iura, & rationes.

Nec repugnat clausula facultatis substituendi, addita secundo mandato, vt videatur per secundum, primum reuocatum, propter nouam formam, vt dicitur per præfatos Doct. quia imo per illam clausulam, cuius virtute fuit substitutus Geruasius, secundum fuit reductum ad æqualitatem, & tendit ad idem cum prima, vt dicunt Ange. & Paul. vnde stat firma limitatio, cũ sit iudicium, quòd Adurnus per secundum noluit reuocare Geruasium. arg. dict. cap. si quem, cum ibi not. & per Rom. consil. 76. in secundo dubio, & per Soci. in dicto consil. 17. columna. secunda, & tertia. lib. tertio. Et per Bell. decisio. Rot. 454.

Nec obstat alia oppositio, quòd Domi. Adurnus habuerit alium procuratorem Iacobum de Castelletto, quia respondetur, quòd erat specialis ad recusandum, vt patet ex tenore illius. Sed per dationem procuratoris specialis posteriorẽ. non receditur a primo mandato generali, vt dicunt Bald. Ange. & alii in dicto §. Iulianus, & Doct. in dicto capitu. penul. & in dicto capitu. si duo post glos. secundam, & per Philip. in capit. si quem. §. secus. versic. limita tamen eo. titu. & lib. post Rot. in noui. decis. 298. item si quis.

Circa secundum, pro quo dubio videtur decisio Paul. de Cast. in l. 1. colum. prima. ff. si quis cau. qui voluit, quòd in dubio pronunciari debet, quòd appellatio non sit deserta. Nam vtriq; parti cõsulitur, & ius appãelltis nõ læditur, quę decisio communiter approbatur, vt latè per Deci. consil. 28. colum. secunda. & consil. 49. colũ. secunda. lib. 1. & per Cassa. Dec. Rot. quarta. in fi. de appel.

Qua non obstante contrarium in quæstione nostra, puto verius. pro qua sunt iura clara, & apertæ Decisiones omnium Doct. in l. 1. §. fi. ff. quando appel. sit. & in capitu. biduum. §. si aduersus. secunda quæst. 6. & in l. prima. §. si procurator. ff. si quis iusdi. & in capitu. primo, vt lite non contesta. cum simil. vt dixi in priori informatione. quibus cauetur expressè, quòd procurator factus Dominus litis, citatus ad sententiã personaliter, & qui fuit præsens sententiæ, & intellexit illam proferri contra Dominum, prout in casu nostro de Geruasio procuratore, si non appellat infra decem dies a prolatione, pręiudicat Domino postea appellanti infra. 10. dies a notitia.

Nec obstat doctrina Paul. & sequacium, quia expressè loquitur in casu dubio, quando iura, & rationes sunt pro vtraque parte dubia, & nõ faciles ad resoluendum. & ita soluit Deci. in dicto consil. 28. col. pen.

Circa tertium pro Magnifico Barnaba videtur decis. Bart. in l. fina. in fi. C. quando prouo. non est nece. qui voluit, quòd appellatio victi ab vno articulo sententiæ deuoluat totam causam iudici, ad quem, & prosit alteri parti nõ appellanti, etiam respectu aliorum articulorum separatorum. Et Abb. in capitu. si duobus, circa fi. de appel.

Quibus non obstantibus, contrarium est verius, duabus rationibus.

Prima, quia appellatio Magnificæ Actricis extincta fuit, ob non receptionem Apostolorum, & ob non prosecutionem in primo. cap. secundo fatali, quæ etiam non apparet prorogata, vt legi. & nota. in l. a iudicibus. C. de appella. & in capitu. ex tenore eod. tit. Nam iura, quæ loquũtur in materia huiusmodi in l. ampliorem. §. sancimus. C. de appella. & in dicta l. fin. & Doct. in capitu. si duobus, & glos. & Doct. in capit. significauerunt: loquuntur, quando pars appellans introduxit negocium coram iudice ad quem. nam quando est decreta appellatio, ex causis prędictis, non potest pars appellans seu appellata amplius prosequi eandem causam coram iudice ad quem, vt est casus in clem. si appellationẽ. de appel. & ibi glos. prima, & secunda, vbi est casus pro ista ratione.

Secũda rõne, quia procurator Magnificæ Actricis in die latæ sententię præsens acceptatis partibus fauorabilibus non cõsensit contrariis, quorum respectu tantum viua voce ad Sacr. M. Cęs. appellauit, & apostolos petit, qu æ forma appellandi etiã si appellatio viueret, & posset prosequi, & finiri, deuoluit ad superiorem duntaxat articulos appellatos, separatos, & excludit Magnificum Adurnum a beneficio illius appellationis. ita in terminis tenet Abb. in capit. significauerunt. colum. tertia. versi. in hoc tamen distinguerem. vbi limitat, & restringit. dicta l. fi. C. quando prouo. & expressè dicit, quòd altera pars non appellans ab articulis facientibus contra se succumbit, & patietur executionẽ in vim rei iudicatæ, & sequitur Philip. in dicto capitu. si duobus, colum. tertia. in versic. secundo quæritur. Nam limitata appellatio per dictionem, tantum, vel duntaxat, vel solum, ad certos articulos, non prodest, nisi appellanti. & ita tenet Dominus Anto. in dicto capitu. si duobus. col. tertia. in sua distin. & ibi latius. D. Præpo. col. tertia. versic. aut pars. & in versicu. aut sententia continet diuersa capitula. Allegat Abb. in capi. Raynaldus, in quinto, & sexto not. de testa. & idem firmat Abb. in capitu. cum Ioannes. col. fina. de fid. instrum. versic. Ego limitarem. vbi loquitur de appellatione vnius partis limitata respectu certorum capitulorum tantum. & ibi

dat

dat practicam appellandi per vtranque partem. aliàs non appellans, succumbit rei iudicatæ. & ibi Imo.in 8.ver.sed fortè istud dictũ dicens appellationẽ restrictã non esse cõem,cũ similib. vt per Felyn.in d.c.significauerunt.col.2. in 3.fal. vbi Parisſ.nu.21.22.& Deci. in d.c. si duob. col. fi.idem tenet vltra alios Alberi. de Rosa. de quo nullam facit mentionem in d.l.fin.circa finem. C.quando prouo.

Ex quibus satis dilucidè constat, appellationem pro parte Magnificæ Actricis non esse communem,& consequenter Marcum Adurnũ non posse beneficio illius vti, nec iuuari.

Non obstante doctrina Bart. & Abb. allegata supra in contrarium, quia ipsi loquuntur in appellatione simpliciter interposita per vnam partem,ab aliquo articulo separato,quæ secundum eos deuoluit totum negociũ iudici ad quẽ,sup quo variæ sunt opiniones relatæ per Philip. & p Præpo.& per Deci.in d.c. si duobus col. 2. & 3. & per Parisſ.in d.c.significauerunt,super quo vlterius non prosequor,ex quo appellatio pro par Mag. Actricis fuit restricta,vt dixi, & fuit limitatio per omnes approbata,ad d.l.fi. & in ista versat quæstio nostra, quæ non habet contradicẽtẽ.

Circa quartum dubiũ concernens prætẽsam nullitatem ex capite recusationis, circa personã Illustriss. Cardi.satis fuit respõsum in priori informatione,quæ nõ repeto, restat respondere iuramento recusantis,cui respondetur, ꝙ causa suspitionis de iure venit probanda testibus, vel instrumentis,& non iuramento recusantis, vt legitur,& notatur in c.si contra vnum.&in c.iudex. de of.deleg.lib.6.in c.legitima.de appel. itẽ quęstio ista de iuramẽto est superflua,quia Illustriss. Cardinalis ante recusationẽ subdelegauerat vices suas in totum,quo casu cessat omnis recusatio, vt est casus in d.c.iudex. in prin.

Et quamuis in certo casu admittatur iuramentum, quando quis allegat in commissione,seu rescripto se non posse consequi iustitiam in partibus, prout offert se iurare, admittatur iuramentũ, vt tenet Rot. in nouis decisſ. 23. & 42. Hoc seruatur auctoritate Papę in signatura,quia admittit iuramentum,& absque auctoritate Papę Dominus regẽs nõ approbaret illud iuramẽtum in sua signatura, vt docent Moderni Practici Flor.apostillãtes illã decisſ.Rot.42.fol.3.col.4.

Nec ista quæstio de iuramento põt applicari per aduersariũ, cõtra Magnificos Subdelegatos, quia procurator Magnifici Adurni Iacobus de Castelletto non iurauit recusationes cõtra Subdelegatos, vt patet ex processu.

Quæ recusatio contra illos tanquam manifestè friuola fuit per eos reiecta, ꝙ potuit fieri de iure, per Gemi.& Philip. in d.c. iudex. & in dicto c.legitima.col.3.

Item quia asserta appellatio non admissa recusatione non fuit interposita, maximè formiter in scriptis,& cum expressione causarũ,iuxta tex. & ibi not. in c.vt debitum.de appel.& in c.1.eo. titu.lib.6. quæ etiam fuit deserta ob non receptionem Apostolorum,& non prosecutionem in fra tempora,vt in d.clem.quamuis. & in dicto capitu.ex tenore.

Præterea posita legitima appellatione, ꝑ parte Adurni, in materia recusationum, sententia lata per Magnificos subdelegatos, etiam post recusationem, & appellationẽ non possit dici nulla, nisi probata veritate causarum recusationũ. per c.non solum.§. illa verò. de appella.lib.6.vt tenet,& probat Rom.in consil.220.col.2.& 3.& Imo.in l.quidam consulebat. ff. de re. iudi. col. 7. & in dicto c.cum speciali.col.fi.& ibi Deci. & Cor.Peru.consil. 247. quoniam. col.pen. lib. 1. vbi dicit, non inuenire iure cautum, quòd processus in casu isto sit nullus, nisi prius iudice recusato fuisset inhibitũ,seu probata veritate causæ, per tex.in d.§.illa vero.& ita tenet Alex. cõs. 104.circa primum.col.1.lib.5.& Cor.in d.cons. & Alex.& Deci. respondent obiectis. Quia procedunt iustificata prius appellatione ex causa legitima,coram iudice ad quem. Tunc enim constabit de suspensione iurisdictionis iudicis recusati,& ita tenet Abb. in c. super quæstionum. §.fi.in vltimo not.de of.deleg. cum similibus, & ibi latè deduxi in lectura Patauina, & in consil. *66*.num.2,& 3. lib.1. quæ omnia deficiunt pro parte Magnifici Adurni.

Quinimo tenendum est intrepidè, ꝙ sententia non nulla, lata post recusationem, nisi prius deuentum fuerit ad electionem Arbitrorum,in quos translata esset iurisdictio cognoscendi. de causis recusationis. Ita tenet Ange. in l. Apertissima. C. de iudi. Hostien. in capitu.legitima.de appel.in sexto. refert Geminianus in dicto cap. Iudex ab Apostolica. de offic.delega. eod. libro. quos sequitur Alexan. consil. *67*. viso themate, lib.*6*.vnde cessante nullitate processus,& sententiæ Magnificorum subdelegatorũ, stat firma res iudicata.

Sed etiam præsupposita nullitate sententię, respondeo, & istud imponit huic obiecto silentium. tamen si Clarissimo Iudici, ad quem constat ex actis, illam fuisse iustam, prout constat ex facto inuestiturarum, & ex iure, dispositione, & præsumptione rei iudicatæ, quæ habetur pro veritate.l.res iudi cata. ff. de re iudic. debet illam confirmare, cognitione nullitatis, vt notat Bar. in l.cum verebatur. in fi. ff.de re iudi. & in l.Iudex eod. tit. & Petr. de Ancha. in clem. prima. de re iudi. post Innó. in capitu. cum contingat. de offic. delega. & sequitur, & clarè Dominus Anto. capitu. dilecto.col.5.de appel.qui refert, & sequitur Bar.per hæc verba, ꝙ nedum Iudex, ad quem,coram quo petitur sententia declarari nulla, possit eam cõfirmare, sed ẽt si ille pro quo est lata sententia, vellet eam fateri nullam, & eam peteret reformari ex eisdem actis, quòd potest hoc facere,ita D.Ant.dicit, Ad idem Soci.iunior consil.79.Reuer.Pater.num.5. in 1.volum. & hoc debetis vos Clarissime, & Illustriss.D.Iu-

dex iustissime, ad quem spectat lites dirimere.l. properandum. C. de iudi. & etiam vt circuitus euitentur, pari ratione debet res iudicata, de qua agitur ad pręsens, exequi, & quando Magnicus Adurnus causam foueat iniustam, qui omnino succumbet. & ita notanter in terminis consuluit Alexā. consil. 74. in causa appellatio. col. fin. ver. tertio respondeo, lib. 6. & in consil. 181. col. fin. eo. lib. secundum quem aliàs iudicatum fuit in Rot. Rom. Cur. in quadam causa matrimoniali Nob. de Luschis de Vicentia, anno Domini. 1447. die prima Iulii. vbi dabatur. de nullitate sententiæ promulgatę in hac ciuitate Venetiarū, post recusationem iudicis, & appellationem, quia ex actis sententia illa visa fuit iusta, omissa cognitione nullitatis, sententia fuit confirmata. Laus Deo.

IN MATERIA IVDICIARIA

Pro Reuerendis Dominis Plebano & capitulo Ecclesiæ Sancti Fantini.

SVMMARIVM.

1 *Sententia debet esse conformis petitioni.*
2 *Rescriptum seu gratia, quæ fundatur in aliqua qualitate, quæ verè nō subsit vitio subreptionis subest.*
3 *Oratorium ex opposito Parrochialis Ecclesiæ erigi non debet.*
4 *Ecclesia in præiudicium alterius ecclesiæ non est ædificanda.*
5 *Rescriptum Principis semper intelligi debet, vt per eum alteri fiat iniuria.*
6 *Rescripta verba potius improprientur, quàm per eum alteri fiat iniuria.*
7 *Papa si concedit, quòd fiat aliqua Ecclesia, intelligitur si fiat sine iniuria alterius ecclesiæ.*
8 *Damnum pati dicitur, qui commodum amittit.*
9 *Possessorium recuperandæ ei etiam competit, cui subtrahuntur annuæ præstationes.*
10 *Rusticus, qui per annos 35. præstitit Domino certa seruitia, si ea deneget, contra eum agi potest remedio recuperandæ.*
11 *Spoliatus annua protestatione non cogitur colorare possessionem suam titulo.*
12 *Causa necessaria, vel saltem vtilis requiritur in alienatione rei immobilis ecclesiæ.*
13 *Propter temporis diuturnitatem, omnia solenniter acta præsumuntur.*
14 *Prælatus, qui diu stetit in possessione prælaturæ, præsumitur a superiore legitimè institutus.*
15 *Obligatio mulieris post longum tempus præsumitur solenniter acta.*
16 *Tenens rem diu vti feudalem, vel emphyteoticariā præsumitur solenniter inuestitus.*
17 *Tempus solennitatem præcessisse præsumi facit.*
18 *Dicta testium, quæ reperiuntur descripta manu notarij antiqui, cuius prothocollum non reperitur, præsumuntur iurata.*
19 *Solennitas intrinseca, & extrinseca præsumitur ex temporis diuturnitate*
20 *Solennitas in alienatione rei ecclesiæ facta iam multis annis interuenisse præsumitur.*
21 *Emptor rei ecclesiæ, si illam diu possedit, præsumitur interuenisse solennitatem, licèt in eius instrumento, de solennitate nil dicatur.*

CONSILIVM LXXXIIII.



PETITIO Reuer. D. Plebani, & Capituli ecclesiæ collegiatæ S. Fantini Venetiarum duo continet, circa quæ instandum puto, cum super
1 eis sententiandū sit. nam conformis petitioni sententia fieri dēt. l. vt fundus. ff. cōi. diuidun. l. fi. ff. de fideic. liber. not. per Doct. in §. curare. insti. de actio. Primū est, ꝙ declarari debeat rescriptum aduersariis cōcessum, fuisse, ac esse surrepticium, & sic nullum. secundum, ꝙ Plebanus & Capitulum d. ecclesiæ restitui debeant ad perceptionem oblationum annuæ pensionis, rōne liuelli, loci dictis confratribus aduersariis liuellati, ac oīum, & singularū præstationum, quas annuatim facere solebāt eisdem Plebano, & capitulo d. cōfratres. Circa primum fuit latissimè, & eleganter dictum per Clarissimum Doctorem D. Thomā Zanechinū consultorem. Cuius dictis vnum addo, videlicet, ꝙ cum rescriptum dictorū cōfratrum fundetur super falsa causa, hoc est super demolitione ecclesiæ S. Fantini, quę verè nunquàm fuit demolita,
2 subreptitiū dicitur, & sic nullum. † facit doctrina Pet. de Ancha. in cons. 241. incipit, ex tenore priuilegii, post principiū. vbi dixit, ꝙ rescriptū seu gratia vbicunq; fundatur super qualitate, q̄ verè non subsit, subiacet vitio surreptionis. quā doctrinā pro mirabili refert, & sequitur Fely. in c. postulasti. col. 6. in versi. vlterius per eundem. de rescrip. Et hoc sufficiat circa istum articulū, quia plenissimè discussus fuit per excellentissimum D. Consultorem.

3 Sed posito, ꝙ dictum rescriptum non esset subrepticiū, adhuc dicitur, ꝙ illius vigore nō potuit erigi dictum oratoriū prope, & ex opposito ecclesiæ S. Fantini, & sic ad illius ęmulationē. l. opus. ff. de oper. publi. Et in damnum maximū. d. ecclesię, propter concursum Christi fidelium ad dictā ecclesiam, & oblationes. quæ omnia minuerentur, si dictis confratribus liceret habere dictum oratoriū inibi faciendo celebrari missas. Et sic dictum oratorium vsurparet iura d. ecclesiæ, quod fieri non debet. l. ex facto. ff. de vulga. & pup. Nec refert, ꝙ dictū oratorium non sit in Parochia Ecclesiæ S. Fantini, quia satis est, ꝙ sit ex opposito. quo stante detraheretur honori d. ecclesiæ, quia nō sic frequētabitur, & vtili, quia deficiēt oblationes deficiēte frequentatione. facit
4 tex. in c. 1. de oper. nou. nunci. vbi dicitur, ꝙ nulla Ecclesia in præiudicium alterius est ædificanda. Et si diceretur, ꝙ prædicti fratres vigore indulti

dulti eis concessi a sacra pęnitentiaria, potuerũt dictũ oratorium erigere, & facere inibi celebrari missas, ac alia diuina officia, respondetur, ꝙ dictum indultum habet clausulam sine præiudicio parrochialis Ecclesiæ, & alterius cuiuscũq; constito igitur de præiudicio Ecclesiæ S. Fantini, vt constat, dicendum est, ꝙ rescriptum & indultum eis non suffragatur, quia esto, ꝙ nõ adesset d. clausula, sine pręiudicio, &c. † tamen semper rescriptum Principis intelligitur, vt per eũ nemini iniuria inferatur. not. Bal. per illum tex. in d. l. ex facto, in princ. idem Bal. in l. nec auus. C. de emanci. liber. facit, quod notanter voluit Compost. quem alii sequũtur in c. causam, quæ. de rescri. † vbi dixit, ꝙ verba rescripti potius improprientur, quàm ex eis tertio præiudiciũ inferatur. sequitur Do. in c. si postquam. col. vlti. de præben. in 6. Alexan. in consil. 26. incipit, viso tit. lib. 2. & consil. 35. col. 3. in 4. vol. quod maximè procedit in casu nostro. c. 2. de eccle. ædifi. vbi concessio facta de ędificando oratorio, certis confratribus, intuitu pietatis, ad iniuriam alterius ecclesiæ redũdare nõ dêt. ad idem doctrina Bart. in l. secunda. §. si quis a Principe. ff. ne quid in loc. publi. † vbi dicit, ꝙ si Papa concedit, quòd fiat sine alterius ecclesiæ iniuria. d. c. 1. de nuncia. nou. oper. Et similiter, si Princeps concedat licentiam faciendi nouum opus in publico, talis concessio intelligere, dummodo fiat sine dãno alterius. dicta l. secunda. §. si quis a Principe. † damnum autem pati dicitur, qui commodum amittit, prout in casu nostro dicta Ecclesia sancti Fantini d. l. 2. §. merito. ff. ne quid in loc. publico. Et quia circa prædicta latissimè etiam dictum fuit per Dominum Consultorem, non vlterius me extendam.

5

6

7

8

Circa secundam partem petitionis præfatorum, Reueren. Dominorũ Plebani, & capituli ecclesiæ prædictę videndum est primo. † an potuerint intentare remedium possessoriũ reintegrandæ. Et concludo, ꝙ sic, quia quando subtrahuntur annuę præstationes, quæ solitæ erant pręstari singulis annis, competit possessorium recuperandæ. Ita concludit Inno. in c. peruenit. de censib. & Abb. in c. querelam. de elect. in 3. nota. idẽ voluit Ange. in l. si certis annis. col. fi. in ver. ego aũt dico. C. de pact. vbi dicit, hanc esse cõem opinionẽ Canonistarum. idem voluit Specu. in tit. de resti. spo. in §. nunc dicimus. ver. sed pone rusticus. † vbi dixit, ꝙ si rusticus pręter debitã pensionẽ, quędam seruitia domino pręstitit per triginta annos, & modo reperto instrumento suo, ex cuius forma ad talia seruitia non tenebatur domino; si illa domino deneget, agi poterit cõtra eũ possesso. recuperãdæ, & cogetur illa seruitia pręstare. Et Spec. sequitur Areti. in d. l. si cer. 15. annis col. penul. ver. sed contrarium, quod maximè procedit, quando allegatur pręscriptio circa solutionem census, vel Emphiteoticarię solutionis, vt in casu nostro, secundum Do. Antonium, in d. c. peruenit. col. vlti. de censib. allegat

9

10

11 tex. in c. quia cognouimus 10. q. 3. † Et in tantũ prædicta conclusio est vera, ꝙ licèt aliàs agens in beneficialibus super spolio debeat colorare possessionem suam, titulo, vt habetur per Rot. decisio. 257. in nouis. & Imo. in capitu. in litteris. in ver. alii dixerunt. de resti. spol. Oldr. in cons. primo. Et Bellem. decis. 49. & decis. 16. tamen in istis annuis pręstationibus, non est necessarium docere de aliquo iure suo. text. est in dicto capitulo querelam. vbi Abb. in 3. notab. & propterea in casu nostro, quo agitur possessorio restituendæ, non est opus docere de tit. siue illius validitate. Et sic frustratorium est quęrere, an locus liuellatus per capitulum ecclesię S. Fantini dictis confratribus scolę sancti Hieronymi, fuerit liuellatus cum debitis solennitatibus. Et nihilominus pro maiore robore iurium dictæ ecclesię, & etiam capituli, dico liuellationẽ. d. loci valuisse, quia facta ex causa vtili d. ecclesię. quo casu licita est alienatio rei ecclesiæ immobilis. ꝑ gl. in summa. 17. not. in c. vt super. §. primo. de reb. eccle. non alie. no. in auct. hoc ius porrectũ. C. de sacro. eccle. habetur per Soci. in consi. suo 15. per totum not. per Doct. in ca. primo. de reb. eccle. non alienan. in 6. quòd autem causa fuerit vtilis d. ecclesię, patet ex instrumento liuellationis. Nam prędicto loco d. confratres tenẽtur singulo anno soluere libras sex. d. eccle. Itẽ pro reparatione dictę ecclesię pręfati confratres exposuerunt duc. 60. auri. Item ex dicta concessione, dicta ecclesia S. Fantini, quę nullos redditus habet, nisi oblationes, augmentauit suos redditus, propter oblationes, quę in dicta ecclesia fiebant a dictis confratribus. Et propter maiorem multitudinem Christi fidelium cõfluentium dicta de causa ad ipsam ecclesiã. Item quia fuit in ea propter talẽ concessionẽ augmentatus cultus diuinus, ꝑp multas missas, quas annuatim faciebant celebrari in d. ecclesia dicti confratres. Ergo iure permittente facta fuit talis alienatio, ꝗa in alienatione rei Ecclesię immobilis, requiritur causa necessaria, vel saltẽ vtilis ęcclesię. habetur in c. non nulli. de reb. eccl. nõ alie. & in c. cũ apostolica. de his, quę fiunt a pręla. & in ca. tua. eo. tit. & in c. 1. & 2. de reb. eccle. non alie. in 6. tex. est in d. clem. 1. de reb. eccle. non alie.

Et, quia non solũ causa necessaria, vel vtilis, vt teneat alienatio rei ecclesię, sed ẽt solẽnitas iuris requiritur, vt no. & habetur in plurib. proximè allegatis, dico similiter dictã concessionẽ in emphiteosim, seu liuellũ, quæ ẽt alienatio est, iuxta tex. in d. c. nulli. de reb. eccl. fuisse, ac esse factũ seruatis seruãdis, & cũ debitis solẽnitatibus a iure requisitis. patet, quia fuit adhibitus cõsensus Episcopi loci ordinarii, vt colligitur ex instrumento. Et licèt aliæ solenniter non appareant.

13 † Nihilominus ex quo sumus in facto multum antiquo, cum iam transacti sint anni centum, & vltra propter temporis diuturnitatem, omnia solenniter acta præsumuntur. text. est, quem ad hoc ibi Barto. & Docto. singularem reputant, in

l.si filius.C.de pet.hæredi. ad idem text.in l.qui
alienam,in princ.ver. sed si non adiecerit. ff. de
14 acqui.hæred.ex †quo tex.not.ibi Bal. ꝙ si præla-
tus fuit diu in possessionem prelaturæ, præsumi
tur ab Episcopo legitimè institutus, quãuis de
15 titulo probare non possit. † subdens etiam, ꝙ si
statuto cauetur, ꝙ mulier non possit se obligare
sine consensu propinquorum, tamen post lon-
gum tempus a die obligationis præsumitur so-
lennitatem, & consensum propinquorum inter
16 cessisse.& Bal.sequuntur ibidem Mod.†Et per il
lum tex.dicunt etiam Bal. & Ange. ibi ꝙ,si quis
diu tenuit rem,velut feudalem, vel emphiteoti-
cam,præsumitur concessionem solẽniter in per
petuum præcessisse. Ex qua doctrina deciditur
casus noster. ad idem facit, quod voluit Bart.in
l.cum de in rem verso.ff.de vsuc.& traditur etiã
per Do.Anto.post gl. in c. peruenit.de empt. &
vendi.faciũt etiam not.per Doct.in c. peruenit.
17 de censi.† Tempus enim solennitatem præcessis
se præsumi facit.faciunt not.in l.si mulier. C.ad
Velleia. & in l.vir vxori.ff. de dona.inter vir. &
vxo. & quod habetur per Innocen. in c. Alberi-
cus. de testi.& per Bal.in l.emancipatione. C.de
fid.instru.& per Innoc.& Io.Andreæ in c. illud.
de præsumpt.vbi dicunt de prælato,qui diu fuit
in possessione prælaturæ, ꝙ præsumatur, quòd
legitima præcesserit inst. confert etiam, quod
voluit Imo. in capit.secundo, de his, quæ fiunt
a prælat. vbi dicit, quòd ex diuturnitate tempo-
ris præsumitur consensus interuenisse.quæ ma-
ximè procedunt in facto antiquo, prout in casu
nostro,per ea, q̃ not.Cy.in l.emancipatione. C.
de fid.instr. & Innoc.in capitu. innotuit.de eo,
qui fur.ord. rece. Ad idẽ quod notat Bar. in l.ad
monendi,in 9.colum. in ver. quæro quid si repe
riuntur.ff. de iureiuran. vbi voluit, ꝙ si dicta te-
stium reperiuntur descripta manu vnius nota-
rius defuncti antiqui, cuius acta non reperiun-
tur, si non apparent iurata, præsumitur tamen
19 iuramentum intercessisse. † Quinimo non solũ
propter temporis diuturnitatem præsumitur so
lennitas intrinseca, sed etiam extrinseca tempo
re celebrati contractus interuenisse probatur,in
c.peruenit.El secõdo.iuncta gl.de empt. & vẽd.
& hoc ẽt firmant ibi D.Ant.de Imo. faciũt not.
per Doct.in l.sciendũ. ff. de ver.oblig. Et plura,
quæ circa hunc articulũ adducit Soci.in consil.
20 suo 15.col.penulti.in 1.vol. † vbi consulendo te
nuit,ꝙ solennitas in alienatione rei Ecclesiæ fa-
cta iam multis annis,præsumatur interuenisse.
Idem etiam consulendo tenuit D.Alex.in cons.
79.incipit, circa primũ, de quo quæritur in pri-
mo volu. ad idem facit, quod consuluit Petr.de
Ancha.in consil. 136.incipit, ex consiliis excel-
lentium virorũ, vbi consuluit, quòd transactio
facta a quibusdam monialibus, iam annis 30.
præsumeretur facta cum debitis solennitatibus,
licèt id non appareret. Et quòd d.transactio eo.
prætextu,quòd non esset solenniter facta, annul
lari non posset, stante lapsu temporis 30. anno-
rum, & vltra. confirmatur prædicta conclusio,
pe ea,quæ volunt Do. Antonius, & Imo.in c. ea
21 noscitur,de his,quæ fi.a prælat.† vbi dixerunt,ꝙ
si emptor rei Ecclesiæ possedit diu rem alienatã,
licèt in instrumento suo non dicatur de solenni
tate adhibita, tamen præsumitur idem in simi-
li notat D.Antonius in capitu.cura. in secunda
col.de iurepatro. Et licèt Cardina. in dicto cap.
Albericus. de testi. quẽ videtur sequi ibi Abb.
tenere videatur, quòd solẽnitas extrinseca non
præsumatur etiam ex cursu longi temporis, Ni-
hilominus communis opinio est in contrarium
per supradicta. Ita Felyn.in dicto capitu. Alberi
cus. in fi. Possent plura adduci in hac materia.
Sed quia res agitur corã doctissimo viro, ea pre-
termittenda duxi, &c.

Et ita vt supra iuris esse arbitror, Ego Hierony-
mus de Gigantibus inter iuris V. Doctores
minimus, saluo semper, &c.

IN MATERIA IVDICIARIA CIRca processus nullitatem.

In causa capituli Reuerẽ.Plebani S. Fantini.

SVMMARIVM.

1 *Gesta per falsum procuratorem,an ratificari possint post conclusionem in causa.*
2 *Et quid de gestis per aliquem nomine alterius, non tamen allegando mandatum.*
3 *Sententia lata in fauorem pupilli cum tutore,qui nõ satisdedit,valet.*
4 *Communis opinio Doctorũ in iudicando,est tenẽda.*
5 *Laudum sequutum ad fauorem eius,pro quo alios sine mandato compromissum fuerit,ratificari põt.*
6 *Exceptio falsi procuratoris post conclusum in causa an possit opponi.*
7 *Opponens exceptionem falsi procuratoris, post litem contestatam, illam probare tenetur.*
8 *Probatio prædicta non admittitur post conclusionem in causa.*
9 *Errorem reuocare non licèt,post cõclusum in causa.*
10 *Ratificari an possint gesta per falsum procuratorem, postquam fuit oppositum.*
11 *Agens nomine suo,& fratris ad pecuniam ei debitã, obtinens,si frater non ratificet iudicium ex parte agentis sustinetur.*

CONSILIVM LXXXV.

Christi,eiusque gloriosæ matris Virginis
Mariæ nominibus inuocatis.



IN causa Reueren. D. Plebani, &
capituli S.Fantini vener. in qua
quæritur, an processus agitatus ꝑ
dictũ D. Plebanum suo, & d. ca-
pituli nominibus redargui possit
de nullitate, ex quo Plebanus a
capitulo nullum habeat mandatum, sed post-
modum

modum secuta est conclusio in causa, post quam conclusionem dictum capitulum ratificauit omnia gesta per Reueré. D. Plebanum. Circa quod breuiter dico, dictum processum debet declarari nullũ, stante ratificatione prædicta per reg. iu. dicenté, ratihabitionem retrotrahi, & mandato non est dubium comparari. facit text. in l. licèt. ff. de iudi. vbi iudicium cum falso procuratore agitatum per D. ratificari potest. quæ iura cum indistinctè loquantur, nec nos distinguere debe-
1 mus. vulgata. l. de precio. ff. de publi. † Et licèt Rota in quadam sua decisione in antiquis. nu. 194. in titu. de procura. videatur tenere, quòd post cõclusum in causa, Dominus ratificare nõ possit ad sui commodum gesta per falsum processum, sed bene contra se, nihilominus contra-
2 rium est de iure verius. † Nam magis cõis opin. Doctorum est, ꝙ non solum post conclusionem in causa, sed etiam post latam sñiam fieri possit in commodũ ratificantis ratihabitio gestorum, maximè, quando agens nomine alterius, prout fuit in casu nostro, non allegat mandatum se habere, sed simpliciter agit alieno nomine. Ita voluit Bar. in l. si mater. in §. hoc iure. ff. de except. rei iud. vbi est gl. solennis, quæ hãc opinioné tenuit, & illam sequitur Bal. in d. l. licèt. ff. de iud. vbi Angelus in versic. sed dubitatur. dicit dictã opinionem esse verissimam, & procedere, quando iudicium fuisset agitatum parte altera cõparente, vt fuit in casu nostro. Secus quando esset agitatum ad instantiam falsi procuratoris cõtra absentem, tanquam contumacé, ratione de qua per eum. hanc opinioné cõem tenet Pau. de Ca. in d. l. si mater. in §. hoc iure. in versic. in glos. ibi, & Bart. in l. tutor. C. in quib. cau. in integr. resti. non est necesse: vbi dicit, hanc opinionem tenuisse etiam Iac. de Arena. & Pet. de Bellaper-
3 tica, † & quia glos. ibidem, vt volunt Vltramontani, qui contrariam opinionem sequuntur, videtur in contrarium, dum dicit, quòd si sententia lata fuisset in fauorem pupilli, cũ tutore, qui non satisdederat iure speciali valeret.

Ergo innuit in contrarium esse ius cõe. Ad illam breuiter respondeo secũdum Bar. ibi, quod quando negocium pendebat a solo consensu domini, & non fuit a principio adhibitus consensus ratihabitione sequuta, consensus retrotrahitur. l. fi. C. ad macedo. mandatum autem procuratorium pendet a sola Domini voluntate, merito confirmatur ratihabitione. officium autem tutoris non pendebat a sola pupilli voluntate, sed requirebatur satisdatio tutoris, qua non pręstita, non erat legitimus administrator. Ideo ibi speciale est fauore pupilli, quòd sententia pro eo lata, ab eo ratificari posset. & sic loquitur illa glos. quod speciale sit in tutore. Secus autem in procuratore hanc opinionem communem firmat Imo. in l. sæpe. colum. 26. ff. de re iudic. & in capitu. cum in iure, colum. secunda. in versicu. Aduerte tamen. de offi. delegati. & Bal. in l. licèt. colum. fi. in versic. sed vlterius quæro. C. de procurat. & in l. Iulianus. colum. fina. in versi. quinto quæro. ff. qui satisdare cogan. Sequitur Iason in dicta l. licèt. colum. 3. C. de procu. in versic. in vltima parte. vbi dicit, hanc esse communem opinionem. quam etiam Bar. in dicta l. Iulianus. in quinta quæst. & Imo. in l. 2. in §. voluntate. ff. soluto matrimonio.

4 † Cum igitur ista sit communis opinio Doctor. merito ab ea non est recedendum, maximè in iudicando, vt voluit Bart. in l. 2. C. de pen. iud. qui malè iud. Præsertim, q̃a ista opinio fauet validitati actus, ꝓ qua in dubio fit interpretatio. l. quotiens. ff. de reb. dub. notatur in c. inter dilectos, de fid. instrum. & quod ista opinio sit sequenda in iudicando, maximè tenet Dominus Flor. in dicta l. si tutor referens, qui fuit aduocatus vnà cum Domino Angelo. & qui hanc partem obtinuerunt. & Felyn. in capit. cum causam. el primo. colum. fina. in principio de iud. dicens, ꝙ ab ista opinione tanquàm communiori aliquo modo in iudicãdo, & consulẽdo, non est recedẽdũ
5 † pro qua optimè facit, quod voluit Petrus de Ancharano in consil. 123. incipit, vnus ex procuratoribus, vbi consuluit, quòd laudum sequutum in fauorem eius, pro quo alius se compromiserat, sine mandato ab eo ratificari potest, & tamé maior ratio dubitandi adest in laudo, quàm in sententia, vt per eum, & hoc maximè in casu nostro dicendum est, in quo discurrendo totum processum, de cuius nullitate agitur, nunquàm reperitur quòd Reuer. D. plebanus S. Fantini, qui suo, & capituli dictæ ecclesiæ nominibus cõparebat, a dicto venera. capitulo se mandatum habere, dixerit, quod etiam coadiuuat prædicta iuxta tradita per Bald. in dicta l. Iulianus. colum. vlti. ff. qui satisda. cogan. ac ẽt Plebanus solus potuit huiusmodi causã agere nomine suo proprio, de cuius principali interesse ratione d. suæ Ecclesiæ agitur, adeo ꝙ quo ad ipsum Reueren. D. Plebanum processus nulla indigebat ratificatione. & sic aduersarii in nullo dici possunt lęsi, seu grauati ex huiusmodi processu. Ideo frustra petunt processum declarari nullum, ratio-
6 nibus pręd ictis, † ac etiam quia exceptio falsi procuratoris post conclusionem in causa opponi non potest, ad impediendam prolationem sententiæ, & si proposita fuerit, admitti non debet, vt voluit notanter Bald. in l. quamuis indubitati. colum. vltima in fine. C. de adulte. quem refert, & sequitur Alexan. & Butri. in dicta l. licèt. in prima colum. versiculo item nota, quòd
7 exceptio. C. de procurato. † quod maximè procedit in casu nostro, secundum magis communem opinionem Doctorum, & veriorem, opponens exceptionem falsi procuratoris. post litem contestatam, tenetur illam probare. Cum igitur ex quasi possessione, in qua positus fuit procurator, officii procuratoris onus in opponenté trãsferatur, vt latè tradit, alios adducens Alexan. in dicta l. licèt. in ver. in glo. in versiculo, inueniat.
8 † quæ prolatio non admittitur post conclusioné

9 in causa.c.cum dilectus.de fid.instr.† Et si dicatur, quòd per errorem dicta exceptio non fuit opposita ante conclusionem in causa, responde tur, quòd erroris reuocatio impeditur facta con clusione in causa, vt notanter voluit Barto. in l. error. in tertia colum. in versic. Aduerte licèt. C. de iu.& fac.igno.

10 †Et si dicatur, quòd ex quo fuit opposita dicta exceptio in casu nostro ante ratificationem, ratificatio fieri non potuit, vt videtur tenere Iason in dicta l. licèt. colum.3. in versicu. primo nisi,C.de procura. Respondetur, quòd ista opinio Iasonis nullo iure probatur. nam licèt textus dictæ legis licèt.dicat, quòd iudiciũ esse non potest cum falso procuratore, intelligitur, vt ibi per glos.& Docto.verum nisi sequuta fuerit ratificatio Domini, & contra Dominum Iasonem de directo loquitur Alex. in dicta l. licèt.in ver. subdit tamen Paulus de Castro.

Præterea posito etiam,ꝙ capitulũ dictæ ecclesiæ non ratificasset gesta per Plebanum nomine suo,adhuc dico processum esse validum,quia,vt apparet ex petitione producta in processu corã bo.me.Episcopo Cremonen. Plebanus egit nomine suo & capituli dictæ ecclesię,addita clausula,& omni meliori modo &cæt. quo casu cũ ius insolidum competeret tam ipsi plebano, quàm capitulo agendi, vt de se patet, iudicium, nõ sequuta etiam alia ratificatione subsistit ex persona plebani. Ita in similibus terminis consuluit Soci. in consil. 16. incipit,Anno Domini 1461. in versi.præmiũ probatur,& in ver.secũdo Ego.

11 in 4.col.vol.4.† Ad idem facit doctrina Bald.in l.ordo.In fi.in ver.quæro.de duobus. C. de execu.rei iudi. vbi dixit, quòd si egi nomine meo, & fratris,ad quantitatem nobis debitam a Titio & obtinuit si frater non ratificat,iudicium subsistit ex parte mea. Nam potest quis suo, & alterius nomine in vno, & eodem libello agere, vt notant Bal.& Saly.in l.te in galiam.C.si.cer.pe.

Hieronymus Gigas.

IN MATERIA IVDICIARIA NVLlitatem processus concernentem.

In causa de Bladino.

SVMMARIVM.

1 *Causa, quæ semel est in curia, inde non exibit, nisi papa eam ad ordinarium remittat.*

2 *Legatus se intromittere non potest, de causa, in qua Papa manum apposuit.*

3 *Delegatio causæ facta alicui sub nomine dignitatis, quando ad successorem in illa dignitate transeat.*

4 *Delegatio facta vicario Episcopi simpliciter sub nomine dignitatis, eo mortuo, vel remoto non transit in successorem.*

5 *Delegatio facta Auditori, vt puta legati, in successorem non transit.*

6 *Delegatio seu commißio facta legato, in legatum successorem non transibit.*

7 *Prorogatio iurisdictionis locum non habet in hijs, quæ Papæ sunt reseruata.*

8 *Delegatio si fiat ordinario a non habente auctoritatem delegandi, processus coram eo formatus erit nullus.*

9 *Prorogatio iurisdictionis locum non habet, quando additur noua qualitas iurisdictionis.*

10 *Nullitas processus ex defectu iurisdictionis, est insanabilis.*

CONSILIVM LXXXVI.



Reverende pater Iudex iustissime, ac integerrime, licèt non opus sit Mineruam instruere, nihilominus paucã quædã pro satisfactione clientis mei, circa processus nullitatem subiiciam. Nã circa restitutionem multa hincinde per Excellentissimos patronos vtriusque partis, satis abunde dicta fuerunt. Præterea, stante nullitate processus in præsenti causa agitati, frustra meritum causæ disputamus, cum ad diffinitiuam perueniri non possit.c.1.vt lit.non contest.

Nullitas autem notoria, & euidens est, quia causa huiusmodi delegata fuit a Serenifs. D. N. Reuerendiss.Legato vti constat in processu. qui illam Reueren. tunc eius Auditori subdelegauit in totum, vt in processu. mortuo dicto Auditore iurisdictio cognoscendi de causa huiusmodi non remansit penes vos tanquã ordinarium, sed ad Pontificẽ est reuersa. Ita Bal. notanter in l.si vt proponis.la prima.in prin.C. quomodo, & quando iud.quem alii sequuntur, maximè Iason in l.more,col.fi.in vers.nota perpetuo.ff. de iurisd.om.iudi. quinimo plus dicit ibi Bald. videlicet,

1 †quòd causa, quæ semel est in curia Romana, nunquam exibit inde, nisi Papa illam ad ordinarium remittat. facit tex.in c.pastoralis. §. primo.ff.de ord.faciunt not.per Calde. in cons.

2 7.in tit.de præb. †quinimmo ex quo apposuit manum in hac causa, etiam Reuerendiss. Legatus de ea non posset se impedire. capi.studuisti. de offic.delega.c.vt nostrum. de appel. Ergo sequitur, quòd nulliter pars aduersa processit in huiusmodi causa coram V.R.D. sine noua commissione Summi Pontificis.

3 † Nec obstat, si dicatur, ꝙ stante subdelegatione facta Auditori, potuit D.V. quæ successit in officio illi mortuo de d.causa cognoscere, ꝑ text. in c.quoniã Abb.de of. deleg. quia respondetur, ꝙ licèt commissio facta alicui sub noĩe dignitatis, simpliciter in successorem dignitatis trãseat, vt in d.c.quoniam Abb.illud est verũ,& procedit, quãdo dignitas est talis, quæ per se subsistat, nõ ex adminiculo alterius. Ita Bar.notanter in l. Et quia. ff. de iurisd.om. iudi. secus quando dignitas subsistit ex persona alterius, per text. in l. qđ principi, iuncta.l.auguste.de leg.2.ff. Et ideo di-

4 cit ibi † Bart. quòd delegatio facta Vicario Episcopi sub nomine dignitatis simpliciter, eo mortuo

tuo vel remoto, in successorem non transit. & ista fuit opinio Petr.ibi.quam tenēt etiam Bart. in dicta l. quod Principi. ff. de legat. secundo. & ibi Bald. & idem Bald. in dicta l. hac consultissima.in prima columna. in versiculo.Item dicitur hic. C. qui testamen. fac.pos.& in capitulo primo. in vltima colum. versicu. sed pone de his. de inuestitu. in marit. fact. in vsibus feudorū. hanc eandem opinionem sequuntur Raphael Fulgos. & Cyn.in l.si quis Imperatorem. C. qui testamen.face. pos. quos refert, & sequitur Iason dicta l. more. columna penultima. in versicu.nota ex glo. ff.de iurisdictione omnium iudicum. & ista est communis opinio legistarum, vt inquit Imo. in dicto capitulo quoniam Abbas. in secunda colum. in versiculo. sed glo. tenuit, quidquid dicat glos. in clemen. secunda. de rescript. quæ contrarium videtur voluisse. & Cardin. ibi. & in dicto capitulo, quoniam Abbas. & hanc communem opinionem legistarum tenuit etiam Abb. in dicto capitu. quoniam Abbas. columna penulti. circa medium. & Dominus Simon de Bursa in dicta clementina secunda. qui legit in studio Paduano, & fuit demum Cardinalis, vt referunt Doctores in dicta clemen. secunda, & Cardina.in dicto capit. quoniam Abbas. & istam communem opinionem sequuntur etiam, & tenent Domi.in capi. statutum. in principio. In tertia columna. In versicu. in eadem glos. in fine. de rescript. in 6. & ibi Francus in secunda columna in fine. vbi etiam dicit, istam esse communem, Felyn.in dicto capitulo, quoniam Abbas, columna antepenultima. in versicu.vtrum ista decretalis. Et ibi Decius columna septima. in versicu. tertio Abbas. vbi, & ipse hanc esse communem opinionem, a qua non est recedendum, quia, vt videmus, non solum est communis legistarum, sed etiam Canonistarum.

5 †Si ergo commissio facta Vicario non transit in successorem, a fortiori commissio facta Auditori, cum Vicarius Episcopi maiorem habeat dignitatem. quod patet, quia ei committi possunt causæ ab eo, quòd aliam dignitatem, seu personatum habeat. vt est gl. in c. statutum. In principio in verbo obtinentibus. de rescript.in sexto. & ibi per Domi. & alios. & tamen auditori, qui non sit in aliqua dignitate Ecclesiastica, vel personatum non habenti, causa committi non potest. vt est clarum.

6 †Confirmantur prædicta, quia si fiat delegatio in legatum, sub simplici nomine legati, vt puta, quòd Pontifex dixerit, committimus Legato nostro in Dominio Venetorum. Ista commissio ad legatum successorem non transibit. Ita Abb.in dicto capitulo, quoniam Abb.colum.penultima. in versiculo, dubitatur.& ibi Anto. de Butrio. columna penultima. In versic. per hoc dico. & Dom. in dicto capitulo, statutum.in fi. de rescript. in sexto. sequitur etiam Fely. in dicto capitulo, quoniam Abbas.columna penultima. in versicu. vlterius quæritur. Si igitur commissio facta Legato non transit in successorem, quantominus transibit commissio facta eius Auditori, qui longe minorem dignitatem habet, & minus firmam iurisdictionem.

7 †Nec obstat, si dicatur, quòd ex quo partes processerunt coram Vestra Reueren. D. videtur eius iurisdictio prorogata, quare respondetur, quòd in his, quæ sunt reseruata Pontifici, locum non habet aliqua prorogatio. Ita Felyn.in capitu.P. & G. In antepenultima colum.in versiculo. Si vero Papa. de officio delega. Allegat Innocen. in capitu. inter dilectos. de excessibus

8 prælatorum. †Quinimmo si fiat delegatio ordinario a non habente auctoritatem delegandi, & coram eo partes procedant tanquam coram delegato, processus erit inualidus, nec sustineri poterit, etiam ex capite prorogationis. Ita Felyn. in dicto capitulo P. & G. columna penulti. in principio allegat alios, de quibus per eum ibi. a fortiori prorogatio locum non habebit in casu nostro. In quo nulla adest delegatio in personam nostrā, stante maximè protestatione nullitatis facta per procuratorem Reueren. Domini Hieronymi Messii, vt patet in ꝓcessu fol. 28.

9 †Præterea prorogatio fieri non potest, quando additur noua qualitas iurisdictioni, vt ī casu nostro. Nam iurisdictio Vestræ Reuer. Do. est ordinaria, & corā ea processum extitit, tanquam coram delegato. Ita notanter dixit Marianus Socinus in capitulo significasti. de foro competen.

10 columna vigesima. in versicu. nono quæro. †Ex quibus satis puto apparere de nullitate processus formati in hac causa, quæ cum proueniat ex defectu iurisdictionis, insanabilis est. Nec excluderet, etiam quod Pontifex mandaret procedi, non obstante nullitate, per text. & glos. in clemen. prima. de sequestra. posses. & fruct. Cætera suppleat Excellentissima Domi. vestra. Cuius integerrimo iudicio res subiicitur.

Laus Deo.

Ego Hierony. Gigas V.I.D. minimus.

IN MATERIA IVDICIARIA DIDICITA testificata concernenda, & testium reprobatione.

In causa de Franciscis.

SVMMARIVM.

1 *Testes publicatis attestationibus regulariter reprobari non possunt.*
2 *Ad probandum non admittitur, quod probatum non releuat.*
3 *Testis vnus si sit infamis, & alius multa fidedignus, ambo facerent legitimam probationem.*
4 *Testis, quod fidei detrahitur, suppletur per alios fidedignos.*
5 *Illatio non fit ex diuersis.*

6 *Testis emendatus non est omni exceptione maior.*
7 *Testis emendatus in ciuilibus admittitur, secus in criminalibus.*
8 *Probatio semplena, cum fama licèt in ciuilibus admittatur, secus est in criminalibus.*
Capitulum quod est de capitulis antiquis, admitti non debet.

CONSILIVM LXXXVII.



Icet Reuerende Pater Iudex iustisſime, ac integerrime, satis clarè pateat capitula pro parte Ioannę de Pellacanis aduersariæ coram vobis producta admitti non debere: Nihilominus volui pro satisfactione clientuli mei, hæc pauca subiungere. Ex quibus clarius patebit illa fore, ac esse reiicienda.

1 †Et primo dicitur, quòd primum capitulum admitti non dēt, nō obstāte regula tex. in c. præsentium. de testibus, vbi habetur, ꝙ testes publicatis attestationibus reprobari non possunt.

2 †Secundo obstat, quia frustra ad probandum admittitur, quod probatum non releuat. l. ad probationem. C. de probat. capitu. cum contingat. de offic. delega. Posito enim non tamen abcesso, quòd Dominus Frācifcus Ritius esset inimicus fratris Alberti, nō propterea sequitur, ꝙ non probet eum eius dictum comprobetur ex attestationibus aliorum testium, videlicet Ser Hieronymi, Ser Angeli, & Ser Matthæi, quibus nil oppositum fuit per idem deponentium partem aduersam.
3 † quo casu succedit doctrina Bal. in l. si quis ex argentariis in §. cogentur. in prin. ff. de eden. vbi inquit, quòd si vnus testis est infamis, alius multum fidedignus, quòd isti duo testes faciant plenam probationem, quia quod vni deest, per alterum suppletur.
4 † & aliàs dixit Angelus in consil. suo primo, quòd quantum fidei alicuius testis detrahitur, eatenus eius fides veluti testis idonei per alios approbatur, & confirmatur. & est communis conclusio Doctorum, quòd dictum testis inhabilis sustentatur propter dictum habilis. quam sequitur Saly. in l. in bonæ fidei. In versiculo. & per hoc facit. C. de reb. cred. Felynus in capitu. Nobis. in princ. de simo. in capit. testimonium. in secunda col. versicu. secundo nota. de testi. & in capitu. tertio loco. in fi. de proba. cum ergo sicuti clarè patet ex dictis aliorum testium comprobetur dictū ipsius Domini Francisci, frustra allegatur inimicitia inter ipsum, & fratrem Albertum.

Secundum capitulum, eisdem rationibus improbatur, quibus primū. Ideo admitti non dēt.

Tertium capitulum admittendum non est, tāquam impertinens, & negatiuum. Nam esto, ꝙ frater Albertus sit magister in sacra Theologia, & quòd sit confessor, prædicator, & cæt. non propterea sequitur, quòd vera non sint excepta,
5 † & probata contra ipsum. ex diuersis enim non infertur. l. papinianus exuli. cum vulgaribus. ff. de minor. Quo autem ad partem, in qua dicitur, quòd non est solitus, &c. ex quo dictum capitulum est negatiuum, reiici debet.

6 †Præterea esto, quòd frater Albertus ad præsens esset emendatus, non ideo esset idoneus testis in hac causa, vbi tractatur de dissoluendo secundo matrimonio. quo casu requiruntur testes omni exceptione maiores. capitu. primo, & ibi per Antonium de Butrio. de consan. & affi. Alexan. in consil. 286. incipit, quoniam abundè. in versicu. Pręterea etiam in secundo volumine. & in consilio 146. in vltima colum. versi. pręterea testes. in quinto volumi.
7 † Emendatus enim non est omni exceptione maior. patet, quia licèt in ciuilibus admittatur, non tamen admittitur in criminalibus. Ita Felyn. alios adducens in capitu. testimonium. penultima col. in versic. In gl. in verbo. emendatus. de testi.

8 † Comprobantur prædicta. Nam licèt in ciuilibus sufficiat semiplena probatio cum fama, tamen secus est in causis criminalibus. gl. in c. veniens. el primo. in ver. cum altero eorum. de testi. quam communiter Doctores sequuntur, & & singularē dicit. Io. de Imo. in l. interesse. in fi. ff. de acquir. possess. & idem est in causa matrimoniali, maximè vbi agitur de alio matrimonio infringendo, vti latè probat Alex. in similibus terminis, in dicto consil. 286. 1. col. in fi.

9 †Quartum capitulum ex eisdem rationibus admitti non debet, nec minus quintum, tum quia est de capitulis antiquis aliàs productis. quo casu admitti non debet, iuxta notata in ca. fraternitatis. de testi. Tum quia fama esto, quòd probaretur, in casu nostro, nil operatur, quia cum primum assertum matrimonium non sit, nisi semiplenè probatum, vt ex processu cōstat, fama esse probata non prodesset per supradicta, maximè, quia tractatur de alio matrimonio infringendo. Felyn. in capitu. primo. in secunda colum. versic. licèt regulariter fama, vt lite non contest. & in rubrica. de sponsal. in vltima colum. versicu. nono, decimo.

Ex quibus clarè patet prædicta capitula tanquam impertinentia improbabilia, & probata non releuantia, reiicienda fore, ac esse.

Et ita iuris esse arbitror Ego Hieronymus Gigas V.I. Doctor minimus.

IN MATERIA IVDICIARIA ET iudicis competentiam respiciendam.

CONSILIVM LXXXVIII.



Icet non esset opus aliquibus allegationibus in præsenti causa, tum quia causa agitur coram sapientissimo, & doctissimo Præsule, ac integerrimo iudice: tum et quia res de se est adeo clara, ꝙ nulla demonstratione indigeat: nihilominus pro satisfactione clientis mei, paucis agam. Sapiens

piens.n. iudex ex paucis multa intelligit. vt inquit glo.in auct. de consan. & vter. fratri.§. primo.in vers.opinari.

Non est dubium, ꝙ ex quo causa ista fuit commissa in ciuitate Taruisina Reuer.Dom.Andreę Salomono canonico Taruisino, coram quo fuit pars citata, Reuerendissimus Legatus se de ea impedire nullo pacto potuit. text. est clarus & notus in c.studiusti.de offi.leg.& in c. vt nostrũ. de appell. commissio igitur per Dominum Legatum factæ nulla est.

Sed modo quæritur, vtrum dictæ commissionis vigore V.R.D. possit se in causa iudicem cõpetentem pronũtiare, attento, quòd D.Aloysius aduersarius renuntiauit.d.Apostolicæ commissioni. & in euentum, quòd vtraque pars consentiret, & adhuc dico, quòd non, quia quotiens facta est delegatio a iudice incõpetenti, prout fuit in casu nostro, si iudex delegatus partibus tacitè vel expresè consentientibus in causa procedat: Nihilominus processus erit nullus. & est ratio, quia iurisdictio delegati ab incompetẽti prorogari non potest. vt voluit notabiliter Bal. in l.1. C. qui pro sua iuris. in vers. quinto nota. & ibi Angel. in vers. in glo.2.& dicunt doct. maximè Salyc.& Angel.in d.l.1.in prima col. quòd talis delegatio facta a iudice incompetenti est ipso iure nulla. & subdit ibidem Saly. quòd etiam si talis delegatus pronũtiaret se iudicẽ cõpetentẽ, nil agit, quia reputatur vti priuatus, hanc sñiam firmat etiã Bal.in l.eum qui.in vers.extra quæro. ff.de iurisdict.omn.iudi.vbi dixit, quòd quando delegatio impeditur fieri ratione causæ non delegabilis, vel ratione incompetentiæ delegãtis, delegatio facta etiam partium consensu non valet. allegat glo.in verbo nullo.in l.1.C.de peda. iud.quæ expresè hoc tenuit. & tex.in d.l.priuatorum.& etiam determinat, quòd processus factus coram tali etiam de voluntate partium nõ tenet.

Immo plus dicunt doctor. post Bal. in d. l. 1. quòd si fiat delegatio ab incompetenti habente alias ordinariam iurisdictionem, processus per talem vti delegatum factus, etiam partibus consentientibus, non tenet.& ita voluit etiam Fel. in cap.1. & col.2.in fine. & col.2.in prin.de off. delegat.

Et ex his paucis concludendum arbitror, ꝙ vigore. d. assertæ commissionis Reuerendissimi Domini Legati, qui illam facere non poterat, Dominatio V.R. non potest etiam partium consensu accedente, se iudicem competentem pronuntiare.

PRO MAGNIFICO DO. IOANNE Franc.Mauroceno, in materia iudiciaria nullitatem sententiæ concernente.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas, quando cum appellatione deducitur principaliter deserta appellatione non est ipsa deserta.*

2 *Nullitas principaliter deducta dicitur, quando d. ea in libello est facta expressa mentio.*

3 *Nullitas ex defectu iurisdictionis, etiam quòd nullitati sit renunciatum, intentari potest.*

4 *Nullitas ex defectu iurisdictionis, etiam post conclusum in causa allegari potest.*

CONSILIVM LXXXIX.



IN causa vertẽte inter nobiles Do. Io.Fran.Maurocenum, & Dom. Antonium Gradenicum nobiles Venetos requisitus, dicti Domini Antonii vt respondeã motiuis, quæ videntur obstare quominus victoria reportari possit pro parte præfati Magnifici Do. Ioan.Fran.Mauroceni, dicitur vt infra.

Et primo non obstat, quòd considerari videtur ex aduerso iudicium esse agitatum circa iniustitiam sententiæ & desertionem appellationis. quo circa videtur quòd Reuerẽdissimus D. Episcopus malè pro dicto tempore condemnauerit præfatum D.Antonium in expen. Quia respondetur, quòd huiusmodi iudicium cæptum fuit per dictum Antonium aduersarium. quo circa ei imputandum est huiusmodi damnum, iuxta text.in c.damnum.de regul.iur.lib.6.& eo maxime condemnari debuit in expen. quia a tẽpore, quo principales Domini Io. Francisci re adhuc integra reuocarunt consensum, nolentes permutationem fieri, nõ debuit præfatus aduersarius ad vlteriora procedere, cum quicquid tũc agebatur sine consensu illorum massariorum nulliter agebatur.

1 †Nec obst.breuiter, quod dicitur ex aduerso, quòd ex quo in casu isto nullitas cum appellatione deducta fuit principaliter, ideo deserta appellatione deseritur nullitas, quia respondetur, quòd contrarium verius est de iure videlicet, ꝙ nullitas expresè deducta in appellatione non intelligitur deserta, deserta appellatiõe.ita Bart. in l.si expressim.in 6.col.in vers. quæro quando ista duo iudicia.de appell.& hanc partem sequũtur Butr. Imol. Panormi. Ioannes Andr. Bald. & alii in locis allegatis per Franchum.in c.dilecto.in prima col.vltimæ cartę.in vers.58.Quæritur de appell.& hanc opinionem veriorem de iure esse dicit, idem Franchus in 2.col. dictæ vltimæ cartæ. Tu aduerte tenẽs opinionem, quã

2 tenuit Bald.in d.l. si expressim, † videlicet, quòd tũc nullitas principaliter deducta, intelligatur, quando de ea fit expressa mentio, vt puta dico sententiam nullam, & si qua est appello, vt factũ fuit in casu nostro & hanc partem vti communem firmat Alex.consil.2.col.antepenult.& vltima.in tertio vol.idem tenuit Præpos.in d.c.dilecto.col.17.in vers.succedit quæstio. & Soc.cõsil.10.insignis doctor.col.fi.in 4.vol.secus quando simpliciter fuit appellatum. nam tunc nullitas

tas

tas venit incidenter cum appellatione. l.quædã mulier.ff.famil.ercis.l. Cornelia ita.ff.de iur.patron.& per doct.in cap. dilecto. de appel. & per Bart.& alios in c.dilecto. de appel.& ideo appellatione deserta, censetur deserta nullitas. & ita procedit decis.Rotę num.361.in nouis, incipit fuit dubitatum, prout attestatur Franch. in d.c. dilecto.in vltima carta.col.2.in fine. in vers. tu intellige, & supra dictam opinionem veriorem, & magis communem esse attestatur Dec.in d.c. dilecto.in fi.& Alex.in consi.2.col.fin. in 3.vol.

Præterea cum clarè constet, quòd sententia lata ab illis iudicibus delegatis in causa permutationis fuerit nulla, ex defectu iurisdictionis. quia ex quo re integra pęnituit massarios facere dictam permutationem,non potuerũt dicti delegati ad aliquam sententiam deuenire,deficiẽte eorum iurisdictione, quæ in mero consensu partium fundata erat, ideo frustra consideratur desertio appellationis in casu nostro,ad inducẽdam desertionem nullitatis,

3 † quia immo si expresè per pactum renunciatum esset nullitati, posset intentari tamen nullitas proueniens ex capite non iurisdictionis. ita voluit glo. ord.in cle.1.de sequestr. poss. & fruct. & plenè discutit Franch.in d.c.dilecto col. 37. in vers. quarto limita.quinimmo,si statutum diceret,quòd nullo modo de nullitate dici possit, nullitas ꝓueniẽs ex defectu iurisdictionis intentari poterit,vt latè tradit Decius in consil.8.col.vlt. incipit, viso puncto.in primo vol.

Nec habet obstare, quòd ex aduerso dicitur, quòd data nullitate dictæ sententiæ latæ per Dominos Plebanos, ex quo tamen Dominus Ioan. Franchus & homines Lauregiæ malitiosè litigarunt super iniustitia dictæ sententiæ,cõdemnari debuerunt in expensis. c.exceptionem. de except.vbi Bal.in 1.col.nam respondetur, negando,quòd hoc malitiosè fuerit factum in casu nostro.Immo dicitur,quòd Do.Anto. aduersarius fuit in malitia & dolo, qui voluit dictos plebanos sententiam ferre super permutatione illa, tempore quo nullam habebant iurisdictionem. & demum causam huiusmodi iniustam vsque in hanc diem voluit defendere. & sic a tempore,quo massarii reuocarunt cõsensum, præfatus Do. Antonius aduersarius iniustam causam fouit.propterea cõdemnari debuit in expen. Nec in casu nostro rem prohibitã fecit Magnificus Dominus Io. Franc. Mauroceno, si a principio non institit circa nullitatem, quia id malitiosè non est actum ab ipso, qui iustam causam fouebat,

4 † & ei licuit etiam post conclusum in causa allegare nullitatem, etiam si a principio in actis de ipsa nullitate nil dictum fuisset. cum ex ipsis actis de ea constet,vt per Franch.in d.c.dilecto. col.15.in ver.Quibus adde.allegat tex.in c.cum olim Abbas.& ibi Bal.de off.delegat.

Ex præmissis breuiter concludo Magnificum D.Ioannem Franc. ius fouere. Laus Deo.

Hieronymus Gigas V.I.D.

PRO REVERENDO D. ANGELO Zanne,in materia iudiciaria factum procuratoris concernente.

SVMMARIVM.

1 *Religiosus non potest esse procurator priuatæ personæ sine licentia sui superioris.*

2 *Exceptio falsi procuratoris, est peremptoria.*

3 *Religiosus qui procurator constitui non potuit, per litis contestationem non fit Dominus litis.*

4 *Miles vti procurator, si ei non opponatur per litis contestationem, fit Dominus litis.*

5 *Excommunicatus & mulier, si ei non opponatur, procuratores esse possunt.*

6 *Exceptio falsi procuratoris non solum ante sententiam, sed etiam post opponi potest.*

7 *Nullitas resultans ex capite falsi procuratoris allegari potest in allegationibus iuris, licèt ante non fuerit opposita.*

8 *Confessio procuratoris non habentis speciale mandatum, domino non præiudicat.*

9 *In mandato generali non venit, quòd quis confiteri posit.*

10 *Procurator articulos per eum datos per errorem reuocare potest, etiam non docto de errore. & nu.11.*

12 *Confessio facta per procuratorem in generali ratificatione facta per Dominũ, non censetur ratificata.*

13 *Mandatum generale non comprehendit ea, quæ speciali nota digna sunt.*

CONSILIVM XC.



LICET non sit opus Mineruam instruere, nihilominus pro satisfactione R.D. Angeli Zanne clientis mei, pauca quædam subiiciã. ex quib. facilè apparebit ipsum Reueren. Dominum Angelum ius fouere in præsenti causa.

1 †Primo dicitur processum agitatum coram Reuer. Dom. Vic. Patriarchali iudice delegato inter Reuer.Patrem Dom.Vbertum de Gambara electum Tordonen.& præfatũ R. D. Angelũ, de & super Parrochiali Ecclesia Sancti Blasij de Milzano Brixien.Dioe.subiicere vitio nullitatis ex eo, quòd fuit agitatus per fratrẽ Christophorum de Romano,ord.humiliatorum,procuratorem præfati Reuerendi D. electi Tordonen.qui sine licentia sui superioris, non potuit esse procurator.clem. religiosus. de procura.& habetur latè per Inn.& alios in c. cum I. & A. de re iudi.

2 & ista† exceptio est peremptoria,vt notanter voluit glo.in d.clem.religiosus.in verbo suscipere. & ibidem Cardi.in q.9. Nec obstat si dicatur, ꝙ frater Christophorus substituit Excell.D.Io.Baptistam Ferretum loco sui, procuratorem, cum quo processum fuit. quia sicuti non valuit constitutio dicti procuratoris, ita non valuit substitutio.tex. est clarus & apertus in d.clem.religiosus. in fine. Accessorium enim sequitur naturã sui

ſui principalis.c.acceſſorium.de regul. iur.in 6. quinimmo ex quo frater Chriſtophorus habebat mandatũ inualidũ, perinde eſt, ac ſi nullum habuiſſet mandatum. per text. in l. quotiens.ff. qui ſatiſd.cogan.l.2.ff.de auct.tutor.

Et ſi dicatur, quòd ex quo contra fratrẽ Chriſtophorum non fuit oppoſitum de eius inhabilitate, tempore conteſtatæ litis, non poteſt amplius opponi, etiam in ſecunda inſt. per text.in
3 l.ita demum.C.de procura.† reſpondetur,quòd ille text. loquitur in milite, cui ſi nõ opponatur per litis conteſtationem,fit Dominus litis.ſecus eſt in religioſo, qui per litis cõteſtationem non fit Dominus litis, & per conſequens habilis ad agen.ita ſenſit gl.in d.cle. religioſo,qui per litis conteſtationem non fit Dominus litis,& per cõſequens habilis ad agen. ita ſenſit gloſ. in d.cle. religioſus.in verbo, ſuſcipere. & ibi Imol.col.3.
4 ver.†non obſtat etiam,quod dr̃ de milite,& quæ ſit ratio differentiæ inter militem & monachũ. Imol.in d.clem.col.3.in verſ. ſecundo opponit, dicit,quòd ratio eſt, ne frangatur votum obediẽtię in monacho. ſecus eſt in milite. Patet ergo, quòd text.in d.l.ita demum, non obſtat.

Nec minus obſtat conſilium Feder. de Senis num.293.incipit, ante conſtitutionem.quia in caſu illo religioſus fuit conſtitutus a teſtatore executor teſtamenti ante prohibitionẽ. ſecus in caſu noſtro,in quo frater Chriſtophorus eſt conſtitutus procurator poſt prohibitionem legis.

Secundo reſpõdetur,quòd loquitur in executore teſtamenti.& ſic in caſu diuerſo,ex diuerſis autem nõ infertur vulgata. l. Papinianus exuli. de minor.

5 †Nec obſtat,quòd excõmunicatus & mulier, ſi non opponatur, poſſint eſſe procuratores, vt dicit Feder.in d.ſuo conſil.in fine, quia excommunicatus mulier & miles ſunt de his perſonis,quę ſunt inhabiles propter exceptionis obiectum duntaxat. ſecus ſi eis non opponatur.d.l. ita demum. ſed religioſus eſt inhabilis ob defectum auctoritatis ſuperioris. ita Imol. in d. cle. col.4. in verſ. gloſſa finaliter. & ſic concludo, ꝙ licet non fuerit oppoſitum fratri Chriſtophoro,in prima inſt.ſpecificè,ex quo tamen pluries in proceſſu fuit de nullitate proteſtatum, vt ex eo apparet, poteſt nunc dici de nullitate proceſ-
6 ſus prædicti ex dicto capite. † quia talis exceptio poteſt quandocunque opponi.l.licet. C.de procurat.vbi Alex.& alii.facit tex.in c.in noſtra.in fine,de procur. vbi dicit tex. quòd exceptio falſi procuratoris non ſolum ante ſententiam, ſed etiam poſt opponi poteſt, quæ probata prout eſt in caſu noſtro iudicium retro nullum reddit. &
7 iſta nullitas, †ex quo reſultat ex iuris diſpoſitione, poteſt in allegationibus iuris deduci, licèt nõ fuerit deducta in proceſſu, vt voluit Franch. in cap.dilecto.col.15. verſic.quibus tu adde.de appellat.

Secundo dicitur dictum iudicem etiam malè pronuntiaſſe, denegando terminum probatorium R.Do.Angelo,poſtquã eius capitula admiſit, quia ex quo actori terminum probatoriũ dedit,illud reo denegare non potuit. quia actor & reus ad imparia iudicari non debent.l.fin. C. de fruct.& litis expen. Nec potuit auferre defenſionem d.R. Domino Angelo ei de iure naturæ debitam.l.vt vim.ff.de iuſt.& iur.

8 †Et ſi dicatur, quòd iuſtè denegauit iudex d. terminum, ex quo frater Chriſtophorus procurator aduerſarii confeſſus fuit capitula dicti Domini Angeli,dicitur,quòd talis voluntaria confeſſio fieri non potuit,cum nõ haberet ad id ſpeciale mandatum, nec Domino præiudicat,vt latè tradunt Doct. in c.1.vt lit.non conteſt. & per Bart. in l. certum.§.ſed an ipſos. verſic.reaſſume ergo. ff.de confeſſ. & habetur etiam per Bellam.
9 deciſ.695.†vbi dicit,quòd in generali mandato non venit, quòd quis poſſit facere voluntariam confeſſionem. idem voluit Rot. deciſ. 351.in antiquis.
10 †Præterea talis confeſſio potuiſſet etiam per Dominum reuocari, vt in d.locis per doct.quinimmo ipſe frater Chriſtophorus illam reuoca
11 re potuiſſet.† facit, deciſio Rot.num.260.in nouis, quæ decidit, quòd procurator articulos per eum datos per errorem etiam de errore non docto,reuocare poteſt.& tanto magis non valuit d. confeſsio, quanto d. frater Chriſtophorus non potuit eſſe procurator per ſupradicta, & ſic fuit facta à non procuratore.

Eſt etiam aduertendum,quòd d.confeſſio nõ fuit etiam ratificata per D. electum Tordonen. quia licet generaliter omnia geſta per fratrem Chriſtophorum ratificauerit, non propterea cenſetur ratificaſſe dictam confeſſionem: quia
12 clarum eſt, † quòd procurator vigore generalis mandati ad cauſas,non poteſt voluntarie confiteri,vt latè traditur per doct.in d.c.1. & per Bellam,in d.ſua deciſ.ergo pariter in generali conceſsione ſeu ratificatione,non cenſetur ratificata confeſsio, de qua non eſt facta ſpecifica men-
13 tio. † quia quæ ſpeciali nota digna ſunt,non veniunt in generali mandato.l.1.ff.de off. eius cui man. eſt iuriſd.facit tex. in c. licet, de pręben.in 6.& c.quamuis.in princ.& in §.1.eo.tit.

Et ex prædictis concludo partes R.D.Iudicis eſſe in pronunciando in fauorem præfati R. D. Angeli.Zane.

Et ita vt ſupra concludo iuris eſſe ego Hieronymus de Gigantibus Vtr.Iur. Doct.&c.

CONSILIVM XCI.



Ententia diffinitiua Tridentina lata die 4. Maij an. 1554. per Magnificos ſubdelegatos Cæſareos, ad fauorem Illuſtr.D.Iſabellæ contra Illuſtrem Dominũ Barnabam Adurnũ reum, venit ante

te omnia per vos Clarissimum Iureconsultum & Illustrem consiliarium & commissarium oratoremque Cæsareũ exequenda. Transiuit enim in rem iudicatam, ex quo ab ea infra 10. dies a die prolationis sententiæ non fuit appellatum per doctorem Geruasium, procuratorem Dom. Adurni, præsentem sententiæ personaliter & peremptoriè ad illam citatum. ex quo elegit per procuratorem se tueri, vt probatur per casum.l. 1.§.fi.ff.quando appel.sit.quæ est registrata in c. biduum.§.si aduersus 2.q.5. per quæ iura ita tenet Inno.Ioan.Andr.& communiter alii.in c.1. vt lite non contest.cum simi.vt per Fely. ibi col. 5.& 6.in vers.aduerte tamẽ. vbi attestatur,quòd omnes ita tenent. idem Fely. in c.quod ad consultationem.col.pen.conclu.11.de re iud.& Bel lam.decis.Rot.299.& Rot.in antiquis.313.& sequitur Guiliel.Cassan. decis.5.in tit.de appel.& Bart.in d.§.fin. ponit rationem,quia procurator factus Dominus litis, qui vidit & sciuit meritũ causæ & subterfugia ac cauillationes Domini, & fuit præsens sententię,& qui infra 10.dies nõ appellauit, bene consuluit rei dominicæ nõ appellando,ne vlterioribus & grauioribus expensis eum implicaret.& sic secundum Bartolum satisfacit mandato Domini.

Quod factum procuratoris cessante conclusione & euidenti calumnia eiusdem non appellantis, quæ cessant hic,nocet Domino, vt excludatur ab appellatiõe infra 10. dies a die notitiæ dictæ sentẽtiæ,per iura præallegata, quæ in principio admittunt Dominum per se litigantem & absentem a iudicio, tempore sententię ad appellandum infra decendium a die notitiæ. secus si elegit per procuratorem se tueri citatum personaliter, & præsentem sententiæ, quia tunc procurator & Dominus admittuntur ad appellandum infra 10. dies, a die sententiæ. sed post 10. dies neuter admittitur a die notitię,vt probatur in dictis iuribus.in fin.aliàs nulla esset differentia inter præsentem sententię,& absentem.Cui absenti danda est notitia de sententia, & illius tenore, in forma probante.c.concertationi. vbi glo.in verbo scienti. de appel. lib.6.ea propter, qui volunt habere tempus appellandi infra decendium a die notitiæ citati ad sententiam,non comparent,& ita concordant omnes scribentes in locis præallegatis.

Aliam rationẽ exclusiuam appellationis Domini a die notitiæ adducit Inno. in d.c.1. circa medium,super verbo,sciẽs,quando allegat text. in d.§.si aduersus.quem refert & sequitur Barto. in l.fi.col.pe.in fi.vers.Quæro,vtrum.ff.de resti. in integ.quia quando procurator præsens sentẽtiæ non appellauit infra 10. dies, a prolatione sententiæ, ius appellandi petijt sui natura non dolo, cõtumacia vel facto damnato collusionis, vel calumniæ ipsius, quæ non nocent Domino, sed quia non viuit plus ius apppellandi non in pœnam non appellantis. ista sunt verba Bar.post Innoc. quorum auctoritas est maxima; quæ ratio firmat communem opinionem & decisionẽ dictorum iurium, & excludunt appellationem Domini infra decendium a die notitiæ.

Et quòd ista res iudicata veniat ante omnia exequenda,est casus clarus,secundum verum & communem intellectum,in c.suscitata. de resti. in inte.& loquitur de re iudicata ob lapsum 10. dierum,a probatione, vt ibi tenent Hosti.col.2. circa medium.& Abb.col.7.in fin. & Do.Anto. col.3.in prin. Hæc petita restitutio in integrum si ex aduerso peteretur,suspendit executionem, præstita cum cautione per partem victricem, de restituendo bona in euentum succumbentiæ, in iudicio restitutionis,vt apertè dicitur in d.c. quæ conclusio est vera, & communis, quando contra condemnatum vigent, & ostenduntur ex processu subterfugia,& cauillationes,quę sũt notoriæ,vt constat in toto processu hucusq; formato. & latè declarant scribentes in d. c. suscitata,maxime D.Ant.& Abb.super glo.in verbo æquitate. col. pen.qui dicunt, & probant,quòd decis.illius.c.non continet specialitatem in illa causa,sed facit ius commune in omni casu simili,quãdo executio,quæ petitur, est retractabilis. Et ad hoc est clara,& lata decis. Rot. in no.446. quæ allegat d.c. suscitata. in vers.ne verò per ex cogitatam malitiam.& Ioan. Stafi.in libello practicæ Rom.Curt.fol.166. vers.quando est lata,& Guil. Cassan.decis.1.de resti.in inte. qui ad hoc adducit practicam Rom. Cur. pro quo est ratio. c.nullus.in fin.de præsum.vbi arguit contra reũ subterfugientem iudicium dilationibus,qui videtur de omnibus confessus. iura.n. pro bono publico quærunt finem litibus imponere.l. properandum. C.de iudi.c.finem. de dol.& contu.

Cessantibus verò calũnia & subterfugiis,executio suspensa staret, donec videretur de restitutione danda vel deneganda, prout iuris fuerit. Rot.in no. 379. cum qua concordat l.vnica. C. si in integr. resti. fue. postu. quæ decisio videtur contraria illi 446.quę habet pro se text. in d.ca. suscitata. de qua repugnantia perpendit Abba. ibi.col.pen.circa fin.quando taxat Do. Anto. & malè,quia vtraque bene dicit in casu suo.

Nec executio huiusmodi impugnari potest per rescripta Cæsarea ad partis victæ appellationem si non fuit infra 10. dies a lata sententia appellatum, vt probatur in auctẽn. quæ appellatio in fin. vbi glos.fi.C.de præ. impe.offe.ita dicunt Hosti. Dom. Anto. & Abb. Petrus de Anchar.Cardi.& Imol.in d.c.suscitata.col.pen.

Confirmo,quia idem dicendum, quando rei iudicatæ obiicitur nullitas ad impediẽdam executionẽ,vt in primis exequatur.& postea cognoscitur de nullitate pręstita cautione,vt dixi, & tenet glo.in clem.1.de re iudi.in verbo, donec.quę arguit de obiect. nullitatis, ad petitam restitutionem,cum qua pertranseunt docto.

Nec obstat petitæ executioni instantia facta per Excel. D. Procuratorem aduersæ partis, qui petit sibi terminum dari ad probandum impedimenta

dimenta in primo fatali, vt habeat secundum, quia in vanum laborat, nisi prius doceat de appellatione infra decendium a die latæ sentētiæ. nā a die illius appellationis incipit currere primum fatale, vt legi. & not. in d. c. quo ad consultationem de re iudi. & in c. ex ratione. de appel. & in c. concertationi. eod. tit. lib. 6.

Nec suffragatur reis victis primum, & secundum rescriptum Cæsareum, cum in illis nō fiat expressa mentio de re iudicata huiusmodi. Sunt enim surreptitia, cum Cęsa. Maie. non intendat lites sopitas per sua rescripta suscitare. l. fina. C. senten. rescin. non pos. l. causa vel lites. C. de trā sact. vbi sunt iura clara.

Quinimmo non sufficit mentio rei iudicatæ, nisi etiam adiiciatur, quòd ea non obstante con stito sibi de legitimo impedimento, facta restitu tione, iudex audiat partes, & iustitiam faciat, vt latè deducit Fely. post alios, & Alex. consulentē, in c. super litteris. col. 10. in 7. reg. de rescri.

Transiuit etiam sententiam in rem iudicatā, contra magnificum Dom. Thomam Piccum, cu ius procurator in die sententiæ appellauit. quæ appellatio per lapsum primi fatalis & quasi secundi deserta fuit. iux. no. in d. c. ex ratione, pro quo nullus comparet ad docendum de legitimo impedimento.

Nec obstat exceptio prætensæ nullitatis sententiæ, ex eo, qui Reuerendissimus Triden. pro pro suspecto fuerit recusatus, quia cessat, ex quo ipse subdelegauit in totum vices suas, antequā recusaretur, quòd sibi a iure permittitur. ca. iudex. vbi casus. de offi. dele. lib. 6. Nam subdelegatio fuit in suos consiliarios die 5. Iunij 1551. vt processu fol. 25. sed recusatio, die 6. mensis Iulii eiusdem anni, vt in eodem processu, fol. 44. quæ ratio penitus elidit obiectum, præterea ex abun danti dico, quòd Cardinalis de iure non potest pro suspecto recusari, maxime quando a supremo Principe causa delegatur, vt tenet Imo. in c. nouit. in vlt. nota. de appel. cum simi. vt per Phi lip. in c. postremo. col. 5. q. 7. eod. tit. & sequitur Fely. in c. cum inter. col. 5. de exce. versic. vtrum Papa.

Nec prodest aduersario allegata recusatio cōtra subdelegatos, de qua in processu, fol. 47. quia respondetur multipliciter. Et primo recusationem illam vti notoriè calumniosam magnifici subdelegati reiecerunt, procedendo ad vlteriora in meritis causæ, quia iure sibi permittitur. ita Gemi. & Philip. in c. legitima. & in d. cap. iudex. col. 3. de off. delegat. lib. 6. post Lapp. allega. prima. a qua non admissione non apparet appel latum. Secundo respondeo, quòd processus formatus coram recusato, & sententia ab eo lata valet, nisi interponatur appellatio formiter a recusatione non admissa. ita tenet Inno. Ioan. And. & alii communiter in d. c. cū speciali. de appell. super qua licèt sint plures opiniones, vt per doctor. in ca. quoniam contra, super glos. in verbo recusationes. de proba. & per Alex. post Bart. in l. quia poterat. ff. ad Trebel. & per Ioan. de Imo. in l. quidam consulebant. ff. de re iudi. & per Abba. & Moder. in c. super quæstionum. §. fi. de offi. delega. quos refert Philip. in d. ca. cum speciali, col. 8. & sequent. ipse tandem post lōgam disputationem iuribus & rationibus firmat, quòd nō sit nullus, nisi præcedat appellatio, & appellat hanc opinionem glos. in d. c. quoniam Inno. & Ioan. Andr. esse communem, a qua in consulendo, & iudicando non est recedendum, secundū omnes Doctor. in c. 1. fo. vltimo. de constitu. sed in quæst. nostra non fuit appellatum a non admissione recusationis contra subdelegatos. ergo sequitur, quod dixi.

Nec obstat quædam appellatio, quæ videtur interposita ab vlteriori processu, & non admissa recusatione, vt habetur in processu fol. 47. quia respondeo, quòd illa appellatio respicit recusationem Reuerēdissimi Cardinalis & ipsius processum, quia iam subdelegauerat in totum, vt di xi, non autē concernit subdelegatos, & processum eorum. immo etiam si respiceret subdelegatos, & processum eorum, illa appellatio fuit nulla, ex quo viua voce, & non in scriptis, nec cum causarum expressione apparet interposita contra tex. & ibi not. in c. vt debitus, de appel. & in c. 1. eod. tit. lib. 6.

Concludo itaque nullam appellationē fuisse interpositam super recusatione subdelegatorū, a non admissa recusatione, vt patet in exceptionibus, ad libellum, fol. 45. datę sunt etiam alię responsiones, per procuratorem Illustr. Dom. Isabellæ, ad hoc obiectum, vt constat in processu, fol. 50. & 51.

Non obstat obiectum de refectione expensarum petitarum per Illustr. Adurnum ex capite, quòd fuerit tractus ad ciuitatem Actricis cōtra iura, quia respondetur, quòd ista exceptio fuit fi nita per tres sententias conformes, quæ reserua runt expēsas in fine litis, super merito. & prima fuit lata Venetiis per subdelegatum Cæsareum. secunda Florentiæ, per Dom. de Rota illius reipublicæ, ex commissione Cæsarea. Tertia Tridē ti, per commissarios Cæsareos. quæ tres conformes huic articulo finem imposuerunt, & magni fico Adurno obstat exceptio litis finitæ. ca. primo. de lit. contest. lib. 6. cum simi.

Cessat etiam alia protensa nullitas de lapsu instantiæ allegata in exceptionibus fol. 45. quia fuit sublata per expressam pronunciam magnifi ci Doctoris Dom. Io. Iacobi de Leonardis, tunc apud Illustrissimum Dominium pro Excellentissimo Duce Vrbini Oratoris, & subdelegati Cæsarei, qui pronunciauit instantiam non fore desertam. a qua non fuit appellatum.

Sileat etiam alia exceptio prætensæ nullitatis, ex defectu citations magnifici Do. Barnabæ Adurni, qui in primo citatorio fuit citatus ad domū, & nō personaliter, in Castro Castelletti, quod de iure fieri posse non videtur. de qua exceptione apparet in processu fol. 46. cui obiecto

responde-

respondetur per tex.cum sua glo. magna.in verbo ad domum.in prin.in c.causam. de do.& cō. tu.super qua Abb. & cæteri latè insistunt. & cōmunis videtur conclusio post illam glos. quòd valeat prima citatio ad domum, cum dimissione copiæ, facta prius diligentia de habendo personam, vt etiam habetur per Barto.& alios in l. item ait.§.hoc autem.ff.ex qui.cau.maio. & in l. 4.§.præter.ff.de dam.infec.cum simi.sed in casu nostro fuit facta diligentia de habendo personā, qua non inuenta, fuit citatus ad domum, cum dimissione copiæ, vt constat ex relatione nuncii.ergo &c.

Præterea dato, non tamen concesso, quòd illa citatio passa fuisset defectū formalem ab initio, non seruata forma tradita per clem.5. in concilio Viennen. registrato in cle. causam. de elect. in §. quòd si forsan. quæ hodie Rom. cu. vtitur, tunc respōdeo, quòd præfatus magnificus Adurnus habuit notitiam de huiusmodi citatione sibi facta ad domum, vt ipsemet fatetur in quodā instrumento celebrato Venetiis, sub die.8. mensis Iulii, anni 1551. registrato in processu.fo.53. in quo ipse ratificat omnia & singula hactenus suo nomine gesta, in præsenti causa, per quoscūque, & vbique, etiam coram Illustrissimo Cardinali Tridentino, siue eiusdem commissariis sub delegatis.& non valens interesse causæ, & ipsius expeditioni, constituit nouū procuratorē D.Io. Iacobum q.Bartholomæi de Castelletto, cum facultate substituendi. Quo fit, vt etiam si citatio a principio fuisset nulla, ex quocunque defectu, tamen omnia facta & gesta nulliter cōualescūt, si notitia inualidæ citationis aliter vndecunque peruenerit ad ipsum reum.ita probatur in d.clemen.causam.in vers.intimatio verò, cum versi. sequenti. in fin. & ibi latè not.scribentes, & ponit Bellam.in deci.Rot.577.& Roma.consi.410. col.1.& Alex.in consil.23. inspecto.col.2.lib.4. cum simi.vt per Fely.in c.cum dilecta.col.15.de rescri.

Præterea est aduertendum diligenter ad processum, in quo apparet eundem magnificum Adurnum semper fuisse citatum pro abundanti cautela in albo Prætorio, per affixionem mandatorum ad actus necessarios seruata forma primæ citationis anteiudicialis, & eidem data notitia omnium factorum & gestorum, seruata forma contradictarum, iux.decretum clemen.5. in clem.1.de iudi.& fuit etiam idem Adurnus citatus personaliter & doctor Geruasius suus procurator, non obstante quòd cesserit mādato & fuerit per Dominum post litem contestatam reuocatus minus legitimè iuxta tex.& ibi not.c.2.de procura.lib.6.cum simi. Nam subdelegati Cęsarei continuo ex decreto ipsorum habuerunt ipsum pro procuratore minus legitimè reuocato. Sed ad omne dubium tollendum, & pro abundanti mandarunt semper eundem Dominum Adurnum citari ad Album, vt dixi.

PRO ILLVSTRI DOM. ISABELLA Triultia contra Adurnos, in materia iudiciaria.

CONSILIVM XCII.



QVod decretum prolatum per Illustrem Dom. Franciscum Vargas Cæsareum Oratorem & Delegatum in causa vertente inter Illustrem Dom. Isabellam Borromeā Triultiam actricem, & Illustr. q. Do. Barnabam Adurnum reum conuentum & possessorem sub die 23. Martij 1556. exequi debeat. & secundum illud ad vlteriora in causa ipsa sit procedendum, faciunt infrascripta.

Primo, quia dictum decretum non reijcit cognitionem nullitatum allegatarum per dictum. q.Do. Barnabam Adurnum, sed illarum cognitionem reseruat in calculo ferendæ diffinitiuæ sententiæ.

Secundo comprobatur iustitia dicti decreti, in quo dicitur, quòd vtraque pars alleget & deducat de iuribus suis super meritis causæ, ex eo quia si ex actis iudici constare potest de iustitia partis, quo ad merita causæ, potest iudex sententiam iudicis a quo, etiam si esset nulla, confirmare.Bart.in l.si expresim.col.pen.ff. de appel. & in l.si vt proponis. C.q.& quādo iudex. Alex. consi.673.col.fi.& consi.181.in 6.vol.Dec.consil.449. in 3.vol.num.17. & num.18. & nu.19. Bart.in l.1.col.fi. vers.quæro quid si datur libellus super nullitate. C. quando prouoc. non est neces.

Tertio facit, quia a dicto decreto appellatum fuit per dictum.q.Do. Barnabam, vsque sub die 24. Martij 1556. vt patet in processu B.fol.91. & 92. Attamen, cum non prosequutus fuerit dictā appellationem, illa remansit deserta, & prędictū decretum in rem trāsiuit iudicatam. si quidem deserta appellatione, sententia firma manet.auten.ei qui.& ibi Bart. in 2.nota. C.de temp.appella. quod maxime procedit in casu nostro, cū lapsum sit primum, secundum, & tertium fatale, vt per Doct.in præallegata authen.ei qui.& est, ac si non appellasset.l.final.§. pater. eodem titu. C.de temp.appella.

Quarto facit, quia in Cęsarea commissione demandata D. Vargas Oratori Cæsareo primo loco de anno 1554.5. Decēbris, apposita sunt ista verba.& ita, quòd per cognitionem vnius ex dictis causis, seu articulis, cognitio alterius causæ, seu articuli non retardetur, vt in processu B.fol. 12.vbi A.ex dictis enim verbis cōstat, quòd imperator, cui expositum fuerat pro parte Illustr. Do.Isabellæ, causam vsque tunc durasse per 24. annos, volebat, illam citius, quam fieri posset, expediri, iux.text.in c.1.de appel.in 6. & in l.apertissimi.C.de iudi.& in procemio 6.in princ. ibi lites quotidie inuenire conatur.

Quinto facit, quia prædictum decretum Illu. Dom.

Do. Vargas approbatum fuit per consilium Cæsareę Maiestatę, in ciuitatę Bruxellis, de dicto an. 1556. causa cognita, quia coram dicto sacro consilio ambæ partes produxerunt iura sua, scripturas & libellos supplices, & omnia communicata fuere ipsis partibus, & visa per dictum consilium, vt in processu B. fol. 118. & ter. vt in rescripto Cæsareo, per quod mandatur exequi decretum dicti Cæsarei consilij, de quo in processu B. fol. supradicto 118.

Sexto facit, quia in primo Cæsareo rescripto impetrato per q. Illustr. Dom. Barnabam Adurnum a Moderno Serenissimo Imperatore directo, & per eum præsentato Illustr. Dom. Francisco liber Barono a Turre consiliario & Cæsareo Oratori, adsunt ista verba, videlicet. Et ea etiam faciat, de quibus in dicta commissione & delegatione, & quæ incumbebant ipsi D. Vargas, vt in processu. C. fol. 13. ter. & in eodem rescripto fit mentio de prædicto decreto, vt in eodem processu fol. 11. ter. vbi A. sed D. Vargas incumbebat exequi eius decretum. Ergo idem facere debet idem Modernus Cæsareus Orator, qui mandati fines excedere nõ potest. Alioquin nulliter procederet. c. cum dilecta. & ibi Doct. de rescri. Quinimmo modernus Orator est surrogatus loco dicti D. Vargas. Ideo est eiusdem iuris & conditionis, cuius erat ipse Vargas. l. si eum. §. qui iniuriarũ. ff. si quis cautio. l. 1. §. hęc actio. ff. si quis testa. liber esse iussus fuer.

Septimo facit, quia in rescripto prædicto est inserta supplicatio Illustr. Dom. Isabellæ, in qua fit expressa mentio de dicto decreto D. Vargas, & de illius confirmatione & approbatione per imperiale consilium, vt constat in processu C. fol. 19. ter. & fol. 20. ter. Et vtrunque decretum fuit exhibitum Serenissimo Moderno Imperatori. Item fuit illi narratum, quòd propter molem negociorum Do. Vargas causam ipsam a se abdicauit, & ad Cæsarem remisit, vt constat in dicto processu C. fo. 21. & ter. ex quo patet, quòd idem Imperator præfatum rescriptum Adurno concessit, causa cognita, & aĩo bene deliberato.

Octauo facit, quia Serenissimus Modernus imperator, causam ipsam, quam per antea commiserat Illustriss. D. Duci Parmæ, illam ad se aduocauit, & ad instantiam dicti Adurni commisit Illustr. Do. Oratori, nunc in ciuitate Venetiarum existenti, ex certa scientia animoque deliberato, vt patet in processu C. fol. 23. ter. & fol. 24. Quando autem princeps facit aliquid ex certa scientia, non oportet vlterius disputare. l. disputare. C. de crimi. sacrile. & in dicto Cæsareo rescripto adsunt ista verba, iuxta modum & formam in commissionibus suprascripti Serenissimi Do. & Fratris nostri Caroli V. in hac causa subinde ordine emanatis præscriptam, vt in dicto processu C. fol. 24. vbi B. & sic mandat procedi prout in rescriptis demortui Imperatoris si quidem relatum est in referente. l. asse toto. ff. de hæredi. instituen. authen. si quis in aliquo. C. de eden. quinimmo quando relatio fit ad aliquod, refertur cum omnibus suis qualitatibus. l. a filio §. testator. ff. de alimen. & cibari. legatis. Cepolla consi. 6. num. 7. in consiliis ciuilibus. Accedat, quia illa dictio, iuxta, continuationem denotat. l. si fistulam. ff. de seruitu. vrba. prædiorum. & habetur per Alberic. in tract. de præpositio. num. 28. & æquipollet dictioni secundum Abb. in c. Abbate. num. 20. extra. de verbo. signif.

Item notanda sunt verba posita in eodem rescripto per dictum q. Illustr. D. Barnabam Adurnũ præsentato, quæ talia sunt. Breuem, summariam & expeditam iustitiam administrãdo simpliciter, & de plano, sine strepitu & figura iudicii, vt in pcessu C. fol. 24. ter. per quę verba apertè constat, quòd mens Cæsaris fuit & est, quòd præsens causa citius quàm fieri possit, expediatur. iuxta tex. in d. l. apertissimi. ibi, cordi est nobis lites præcidere. C. de iudic. quod vtique fiet procedendo iuxta decretum Illustr. Dom. Vargas, approbatum per Sacrum Imperiale Consilium. Et si secus fieret, vtique causa immortalis redderetur, prout cupiunt Illustr. Dom. Aduersarii Adurni, qui cum possideant & sint rei conuenti, nil aliud cupiunt, quàm causam ipsam, quæ iam fere. 30. annis durauit, in longitudine dierum, & ad calendas Græcas protrahere.

Et ex istis optimè consideratis tolluntur omnia deducta per partem aduersam.

Vt supra dico, consulo &c. ego Hieronymus Gigas Vtr. Iur. Doct. &c.

IN MATERIA IVDICIARIA PROcessus ordinem respiciendum.

CONSILIVM XCIII.



VIA cõtingit dubitari, an processus in causa de Bladino substineri possit, ex vi ordinariæ iurisdictionis, Breuiter dico, quòd nõ, quia esto, quòd legatus processit tanquã ordinarius, & sic etiam eius Reuerendus d. Auditor, tamẽ processus est nullus, quia de huiusmodi causa primo cępit cognoscere ipse Reuerendissimus. demum illam commisit cognoscendam eius Auditori, qui Auditor cępit de illa cognoscere, & dum cognosceret legatus, vt in processu apparet, causam ipsam ad se aduocauit, & in ea processit. qua aduocatione stante, non potuit auditor aliquo modo se intromittere, cognoscendo de dicta causa, per not. per Gemi. in ca. 2. fi. col. de off. Vic. in 6. vbi voluit, quòd si Episcopus causam inceptam per suum Vic. per se inciperet tractare, Vicarius de ea non posset se amplius impedire. quia quantum ad eam causam censetur reuocatus. faciunt not. per eundem Domi. in c. si a Sede. in fin. de præben. in 6. & latè prosequuntur doctores, in

cap.vt nostrum,de appel.vbi per Dec. in princ. qui multos alios adducit, & ista reuocatio seu aduocatio causæ est tantæ importantiæ,q etiam de partium consensu non valet processus agitatus coram inferiore, a quo causa fuit aduocata. ita expressè voluit Franchus in d.c.vt nostrum. in 5.col.& adducit rationem, quia si valeret processus de consensu partium, partes viderentur illudere superiori,quod nō decet c. bone.de postul. prælator.

Nec possumus dicere, etiā,q talis processus valeat in vim ordinariæ iurisdictionis,quia ordinaria iurisdictione legatus in hac causa vti non intendebat, sed delegata, vt patet in processu,neq; partes coram eo litem huiusmodi agitarunt,tanquā coram ordinario, sed vti delegato,& sic coram auditore suo,tanquam coram subdelegato. merito processus est nullus.

Nec etiam partium consensu validari potuit per not. per Felyn. in d.c.P. & G. col. penult. in princ. vbi voluit, quòd si partes litigant coram ordinario tanquā coram delegato, & delegatio est nulla,processus est nullus. Nec potest virtute prorogationis substentari. a fortiori erit in casu nostro, si non præsupponamus,nullam adesse subdelegationem.

Nec obstat allegata decisio Bellam. num. 39. quia ibi Auditor surrogatus fuit a Pontifice, vt fit in Rota, quando vnus Auditor datus est impeditus.quo casu Pontifex, qui facit surrogationem huiusmodi, poterat dictam causam iterum committere. sed in casu nostro Dominatio V. R.fuit assumpta in Auditorem a Reuerendissimo domino Legato, qui eo tempore non poterat amplius se impedire de ista causa, ex quo eā in totum subdelegauerat,vt in processu.text. est in c.quamuis. de off. delegat. in 6. Præterea illa decisio loquitur in Auditore subrogato. sed V. R.D.est nouus Auditor, non Auditor surrogatus,in quem non transit subdelegatio huiusmodi causæ,vt latè dixi in aliis allegationibus.

D.V.R. Seruitor Hieronymus Gigas Doctor raptim.

PRO DOMINO OLIVERIO VACCA, in materia iudiciaria, & ordinem iudiciarium concernente.

SVMMARIVM.

1 *Procurator ad causam constitutus censetur reuocatus per cōparitionē principalis, sine protestatione.*

2 *Sententia lata contra principalem, qui causam agebat per procuratorem, citato ipso principale, nulla est.*

3 *Sententia non in contumaciam principalis, sed in cōtumaciam procuratoris, ferenda est.*

4 *Causæ continentia diuidi non debet.*

5 *Causa maior minorem ad se trahit.*

6 *Iudicia duo quando vnum ab altero dependet, prius de principali cognoscendum est.*

7 *Iudicium de dependenti, ad hoc, vt nullum sit, excipi debet de dependentia maioris.*

CONSILIVM XCIIII.



IN causa spectabilis mercatoris Domini Oliuerij Vaccha, cum Do.Eugenio Condulmerio, super appellatione per dictum Dominum Oliuerium interposita a pronuncia competentiæ Reuerēdi Domini Victoris,Vicarii Torcell.quod bene fuerit pro parte d. Domini Oliuerii appellatū, & de nullitate dictum,faciunt plura,ex processu agitato coram d.Vic.colligibilia.

1 †Et primo,quòd eius processus, & pronuntia subiaceant vitio nullitatis. facit,quia clarum est in iure,quòd quotiens principalis, qui cōstituit procuratorem ad causam, comparuit coram iudice causæ,in actu,in quo eius præsentia nō erat necessaria, nulla præmissa protestatione, quòd propterea procuratorem suum non intendebat reuocare, procurator censetur reuocatus, iuxta text.in c.penult.§.fi.de procurat. in 6. & ibi per doctores.& tradit Fely.in c. ex parte decani,col. penult.vers.& nota,quòd si Dominus.de rescri. de cōparitione præfati Domini Eugenii, corā d. Vica. sine aliqua protestatione, apparet in d. processu, ergo iudicium agitatum cum Do. Baldassare ꝓcuratore d. Domini Eugenij, vt supra reuocatum fuit & est nullum c.ex insinuatione. c.in nostra & c. mandato, a contrario sensu, de procurat.c.ex parte decani.de rescri. & habetur per glos.ordinariam in d. c.mandato,quæ conclusio procedit, maxime in casu nostro, in quo tam præfatus D. Vicarius, quàm ipse Dominus Baldassar procurator de tali reuocatione notitiā habuerunt. cum de ea constaret ex processu, iuribus supra allegatis. & latè traditur per Felyn. post alios. in d. ca. ex parte decani. & habetur in d.c.mēdato. processus igitur agitatus cum d. Domino Baldassare procuratore reuocatus corā d.Vicario,fuit & est nullus.

2 †Secundo,pronuncia competentiæ d.Vicarii fuit,& est nulla,quia ad illam audiendam fuit citatus Do. Oliuerius principalis, qui causam ipsam elegerat tractandam per eius procuratorē, iuxta consilium iuriscōsulti,in l.1.§.fi.ff.de procurat.& in contumaciam d.Dom. Oliuerii principalis tantum d. pronuncia competentiæ facta fuit,quod apparet ex d.processu. ergo nulla. ita voluit Bart.in l.furioso.ff.de re iudi. vbi Imol.& Roma.idem in terminis voluit Bal. in l.procuratoribus.C.de procurat. & Petr. de Anch.in c.1. de procura.in 6.idem voluit Bal.in l. imitari.ad finem.ff.de procur. & in l.1. C.de senten. & idē Bal.in l.statutis prope finem. C.de sent.ex peri.

3 recitan. † sententia enim non in contumaciam principalis, qui nunquam in causa comparuit, est

est ferenda, sed in contumaciam procuratoris. alias est ipso iure nulla, iuxta text. in l. 1. C. de senten. & interlo. omnium iudi. hanc conclusionem ponũt doct. & firmant in c. in nomine Domini de testib. & ibi Fely. Abb. col. 8. in vers. quęro de notabili. fuit igitur nulla pronuncia d. Domini Vicarii. ergo bene fuit appellatũ pro parte dicti Domini Oliuerii, & de nullitate dictum.

Tertio facit, quia tempore impetratæ commissionis, per dictum Do. Eugenium per quam causam nullitatis, & iniustitiæ acceptionis pignorum, & sequestrationis bonorum ipsius, obtinuit committi d. Vicario Torcell. pendebat querela interposita coram Reuerendiss. Dom. Legato per dictum Dom. Oliuerium de, & super quadam truffa seu libaria, vt dicitur per dictum d. Eugenium, eidem Oliuerio facta. Cuius occasione fuerunt a d. Domino Eugenio accepta pignora, & eius bona sequestrata, de qua querela nulla fuit facta mentio in d. commissione. Nam Reuerendissimus D. Legatus, si sciuisset dependentiã querelæ, talem causam vti conne-
4 xam † querelæ non commisisset. quia iure cautũ est, quòd causæ continentia non diuidatur c. 1. de cau. poss. & propriet. l. nulli. C. de iudi. c. 1. de sequestr. poss. & fruct. cum ergo iustitia vel iniustitia d. sequestrationis bonorũ, & acceptionis pignorum, dependeat a materia contenta in d. querela, non potuit ista causa separatim a causa querelæ cognoscenda committi argumento tex. in l. per minorem. de iudi. vbi per minorẽ cau-
5 sam a maiori depe†ndentem fieri non debet præiudicium maiori, cum causa maior minorem ad se trahat, vt dicit text. ibi facit ad prædicta, quia
6 † quotiens duo iudicia dependent vnum ab altero, prius cognoscitur de principali. demum de depẽdenti ab illo. l. fundi, & l. fundum. ff. de except. & pendente iud. super principali, iudiciũ super q. a principali dependente conquiescere debet. facit decisio Dominorum de Rot. decis. 10. in tit. de resti. spol. in antiquis. in recollectis Bisgneti vbi compilator. voluit, quòd si vertitur lis inter duos super præbenda, ad quem eorum pertineat, possessor præbendæ non possit agere possessorio cõtra actorem possidentem aliquas res spectantes ad ipsam præbendam. quia ista quæstio possessoria dependet a prima super petitorio. & tanto magis ista procedunt in casu nostro, quia coram d. Vicario Torcel. fuit data ista exceptio contra commissionem sibi factam, vt patet ex processu. merito non debuit procede-
7 re ad pronunciam competentiæ. † facit doctrina Bart. in d. l. fundum. in fin. de exceptio: vbi voluit, quòd ad hoc, vt iudiciũ de minori quæstione depẽdens a maiori, sit nullum, excipiatur de pendentia maioris, aliter non. Patet igitur ex præmissis, quòd præfatus Reuerẽdiss. Vicarius Torcel. cui legitimè constitit de pendentia litis super d. querela, non potuit se iudicem in causa competentem pronuntiare. Sed debuit dictam causam cognoscendam remittere Reuerendiss. Dom. Legato coram qua pendebat, vti pendet de præsenti, iudicium super dicta querela.

Hieronymus Gigas.

IN CAVSA VEGLENSI CIRCA lapsum Monialis fatalis.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio deserta censetur ob lapsum primi fatalis appellante, causam non prosequente.*

2 *Nec sufficit causam inchoare infra primum fatale, nisi expediatur.*

3 *Etiam si conclusum esset in causa.*

4 *Appellanti non nisi ex causa necessaria & euidenti conceditur, secundum fatale.*

5 *Causa concedendi secundum fatale, debet contra euidens, quòd euitari non possit.*

6 *Impedimentum quod remoueri potest, non excusat appellantem.*

7 *Impedimentum subesse non sufficit, nisi quis de eo protestetur.*

8 *Protestationes plures requiruntur de impedimento appellantis.*

9 *Iudex lapso fatali, cognoscere non potest de causa appellationis.*

CONSILIVM XCV.



IN causa vertente inter Moniales de Vegla ex vna, & Dominicum, & Paulam iugales partibus, ex altera, dicitur breuiter, exceptionẽ rei iudicatę impedire processum
1 ad vlteriora. † Quę quidẽ res iudicata causatur ex eo, quòd aduersarii intra primum fatale, non sunt prosequuti appellationẽ, & non obtinuerunt causam expediri. quo casu appellatione deserta cẽsetur. cle. sicut. de appel. c. cum sit Romana. de appel. & propterea sentẽtia dicitur in rem transiuisse iudicatã not. Imol. in clem. si appellationem primo not. de appella.
2 † Quinimmo non sufficit infra primum fatale, causam inchoare, nisi expediatur per sententiã, vt per Ro. decisio 295. in antiquis. debet. n. quis prosequi & finire, infra primum fatale. l. fin. §. il-
3 lud. de tempor. appel. † quinimmo & si infra primum fatale obtinuisset agens, in causa cõcludi, non tamen iuuatur, quominus lapso fatali sententia non dicatur in rem transiuisse iudicatam, si per eum stetit, quominus causa expediretur, vt concludit Rot. decis. 425. in antiquis. & decis. 295. supra allegata. & Bal. in auct. item si appellatione. C. de tempor. appel. quo fatali lapso, nõ amplius auditur appellans. no. per Imo. in d. clem. sicut in vlt. not.
4 † Nec obstat, quòd dicitur ex aduerso, quòd dicti aduersarii habent secundum fatale, quòd currit ipso iure. cap. ex ratione de appellatio. ex quo fuerunt impediti in primo fatali. quia adhoc respondetur, quòd non, nisi ex causa necessaria

cessaria & euidenti secundum fatale capitu. cum sit Romana. de appellat.& probari debet, quòd per ipsum appellantem non steterit,vt dicitur in l.fi.in §.illud. C.de tempor. appel. & in
5 §.1.in auctẽn.de his,qui ingr. de appel. † & causa debet esse ita necessaria, quòd euitari nõ possit d.§.1.de his, qui ingred. ad appel. & latè tradunt doct. vbi Deci. in prima col. in 3.notabili in d.c.cum sit Romana. Patet autem in casu nostro,nullum assuisse impedimentum, nisi,quòd aduersarii erant excommunicati, in qua excommunicatione diu steterunt. quod quidẽ impedimentum non releuat, quia per eos stetit,quominus remoueretur, cum patrotum habuerint Reuerendissimum Legatum semper,a quo potue-
6 runt absolui,vt post fecerunt. † & impedimentũ quod remoueri potest, non excusat appellantẽ, cum non sit causa necessaria. allegant moderni in d.c.cum sit Romana.in princ.tex.in c. fin.de elect.& in l.quibus diebus.in prin. ff. de cõd. &
7 demonstr.vbi Bal. † Quinimmo non sufficit impedimẽtum subesse, nisi quis protestetur de eo. c.plerunque, de rescrip.c.si iustus metus.de appel.l.de pupillo.§.si quis prętori.ff.de oper.nou. nunc.ita Petr.de Anch.in d.clem.sicut.col.2.in vers.in cõtrarium, sed nullibi in processu apparet protestatum, quod tamen fuit necessarium,
8 vt per Saly.in d. l. fin.§.illud. in 2.col. † & licet vna tantum protestatio sufficere videatur apud acta, per not. per Bart. in l. mora. in princ.ff.de vsur. tamen doct. cõmuniter concludunt,quòd pluries protestetur ad hoc, vt appareat,quòd appellans fecit instãtiã, vt prosequeretur causam, & ita Saly.vbi supra, & late tradit D.Alexan. in consi.114.inc.visa scripturarũ. col.2.in 1.vol.5.

Et quòd non sufficiat vna protestatio,sed plures requirantur, tenet Alexan. etiam in l. de pupillo.§.si quis ipsi prætori. col.2. in vers. confirmo.& est de mente Angel.in consi.140. incipit, quidam Matthæus in prin. & dicit Imol.in c.cupientes.§.si per viginti.se obtinuisse in causa appellationis,in qua appellans copiam iudicis habere non potuit. & permisit labi tempus sine protestatione.cum quo transit Domi. ibi sequitur Alex.in d.consil.114.col.2. post primum. & in d.§. si quis ipsi prætori. col.3. ver. & per hoc.
9 † Quinimmo plus dico, ꝙ lapso fatali iudex non potest cognoscere de causa appellationis. nam lapso fatali proinde est, ac si appellatũ non fuisset.auct.ei qui.C.de tempor.appel.& d.l.fin. §.fin.eo.tit.l.si contra.C.de appel. & ita decidit Saly. in d.auct. ei qui. col. 3.& late tradit Alex. in consil.114. visa scriptura.in 5.vol. versic.pro quorum. & idem Alex.in cõs.104. incipit,circa primum dubium in 1.in 5.vol.

Ad id quod dicitur, quòd secundũ fatale currit ipso iure, respondeo, illud verum esse iudice arbitrante iustum affuisse impedimẽtum. Ange. in d.auct.ei qui.col.1.in vers.& attende.

Hieronymus Gigas.

PRO DOMINO FRANCISCO DE Franciscis: cum aliis duobus consi. in materia quartæ funeralium debitæ Plebano. & aliud in materia beneficiaria ad referendum.

SVMMARIVM.

1 *Sapienti non est opus multiloquio.*
2 *Ex facto ius oritur.*
3 *Captura debitoris suspecti de fuga valida est, licet in ea non sint seruata seruanda.*
4 *Captura debitoris suspecti de fuga, præsumitur legitime facta.*
5 *Captura debitoris suspecti de fuga, postquam facta est, iustificari potest.*
6 *Ordinis peruersio in captura debitoris de fuga suspecti, non vitiat.*
7 *Ordo est ordinem non seruare, in extraordinarijs.*
8 *Missio in possessionem facta minus rectè, ex post iustificari non potest.*
9 *Mandatum speciale requiritur ad petendum aliquẽ ex carceribus relaxari.*
10 *Clericus debitor de fuga suspectus carcerari potest.*
11 *Captura debitoris suspecti de fuga, non docto, quòd ille deteriorauerit suam conditionem, nulla est.*
12 *Debitor etiam in diem vel sub condictione de fuga suspectus carcerari potest.*
13 *Grauamen a quo quis appellauit non iustificatur, nisi ex deductis coram iudice, qui grauasse dicitur.*
14 *Iudex in executione pacti, quòd quis personaliter capi possit, concedere potest suam familiam.*
15 *Obligare se ad carcerẽ nemo potest, vt detineatur in priuato carcere.*

CONSILIVM XCVI.



Everendissime Domine Iudex æquissime & integerrime, scriptum est apud glos.in auctẽn.de consang. & vterinis fratr. in §. 1. in verbo, opinari, Quod sapien-
1 ti nõ est opus multiloquio,†quia ex paucis sapiens multa intelligit. ideo in causa istius capturę breuis ero,& cõclusiuè loquar.Ad instantiam Domini Francisci de Franciscis, captus fuit auctoritate Reuerendissimi Domini Legati Apostolici, Dominus Franciscus de Nigris clericus vxoratus,sequuta illius retentione. Quidam Dominicus Bertoldus comparuit coram d.Reuerendissimo Domino Legato, petens dictam capturam annullari, & nullam declarari, quia facta fuerat (vt dicebatur) non seruatis seruandis. Tandem in contradictorio iudicio statutus fuit terminus agentibus pro Domino Francisco de Franciscis, ad cuius instantiam fuerat Dominus Franciscus de Nigris detentus ad iustificandum dictam capturam. ab hoc actu, pro parte dicti de Nigris appellatum fuit.
2 Hæc est facti quæstio, ex qua ius resultat.†l. si ex plagis.§. in cliuo Capitolino. ff.ad leg.Aquil. videndum mõ est de duob.primo, an captura fuerit ritè

ritè facta. Secundo, an posito, quòd non fuissent in ea seruata seruanda, dicta captura potuisset ex post facto iustificari, & sic assignari dictus terminus ad illã iustifican. circa primũ breuiter cõcludo, ꝙ licet ex facie processus agitati in curia præfati Reuerendiss. D. Legati nõ appareat præ-
3 cessisse ea, quæ cõsueuerunt pręmitti, † nihilominus ipsa captura valida est per multas rationes adductas per Paul. de Cast. in consi. suo 19. inci. supradictæ exceptiones in 1. 2. & 3. col. in prima parte. vbi expresè decidit istũ casum, & in terminis multa adducẽs variaque referẽs, esset potius laboriosum, quã subtile. Idem tenuit And. Sicul. in consi. 71. incipit, sapiẽter scribitur. col. pe. in prin. in vers. item quia legitimè. vbi dicit, ꝙ captura debitoris suspecti de fuga pręsumitur
1 legitimè facta. † Quia lex p̄sumit, ꝙ quicquid iudex arbitretur iusto iudicio arbitratur. allegat tex. in l. 2. C. de off. ciui. iudic. & multas alias rationes, de quibus per eum ibi.

Circa secundum breuiter cõcludo, ꝙ captu-
5 ra postquã fuit facta, iustificari potuit, † & sic potuit terminus assignari D. Frãcisco de Frãciscis, ad iustificãdam d. capturam. facit doct. Ang. in l. nemo carcerem. C. de exact. tribut. li. 10. vbi dixit, ꝙ quãuis sufficiat iuramentum creditoris iurãtis debitorem esse de fug suspectum, quantũ ad obtinẽdum commissionem capturæ: tamen post capturã, oportet creditorem iustificare capturam. Hoc idem tenuit Alex. in cõsi. 19. incipit, viso processu capturæ. col. 1. vers. & Ange. in 3. vol. alleg. Io. de Imo. in l. 2. ff. sol. mat. & Rom. in l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satis. cog. hoc idem tenuit Ias. in l. si ab arbitro. col. 3. in vers. nunc apparet. ff. qui satis. cog. eo ꝙ captura, postquã facta fuit, iustificari possit. etiam expresè voluit Pau. de Castr. in consil. 19. supra allegato, in 2. col. in vers. sed captura quæ fit, vbi dixit, ꝙ captura quę fit ex instrumento debiti, fit ad hunc finem, vt postquã facta est, iustificetur. & idem in consil. suo 472. incipit, in causa capturæ. in prima parte. col. fi. in fin. vbi concludit, ꝙ captura, etiam ꝙ non esset ritè facta, si tamen apparet de debito, sustineri debet rationibus, de quibus per eum. idem tenet D. Vincentius Herculanus de Perusio præceptor meus in l. naturaliter. in §. nihil cõmune. col. 11. ff. de acquir. poss. & Petr. de Anch. in cõsi. 192. incipit, in auxilium veritatis. col. 2. in vers. præterea debet dici. & in fine dictæ col. in vers. præterea peruersio. vbi dicit, ꝙ peruersio ordinis (etiam si seruari debuisset) in captura de-
6 bitoris suspecti debitoris de fuga, nõ vitiat, † q̃a non est ordo substantialis. Hoc idẽ tenuit Paul. de Cast. in l. si cum nulla. ff. de re iudic. & Bal. in consil. 178. in 2. vol. vbi dixit, ꝙ sufficit, ꝙ iudici taliter qualiter fiat fides de suspicione fugæ, & ꝙ post capturam debitum inficietur.

Nec obstat, ꝙ Roma. contrarium tenere videatur in consi. suo 240. col. 2. quem sequitur Deci. in consi. 75. in 1. col. in fine, incipit, & pro tenui facultate. in 1. vol. & pro fundamento suæ opinionis allegat Rom. tex. in l. prolatum. C. de senten. vbi tex. quòd peruersio ordinis vitiat sentẽtiam. Breuiter respondetur, quòd ille text. non probat intẽtionem Romani, qui procedit in ordinariis. secus est in extraordinariis, in quibus
7 est ordo ordinem non seruare. † cap. qualiter & quando. el secondo de accusat. prout in casu, q̃n debitor est suspectus de fuga. nam tunc periculum est in mora. ideo a regulis iuris receditur. l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de oper. nou. nũc. quod maxime procedit, quia ordo traditus per Doctores, circa ea, quæ fieri debent, vt quis possit capi tanquã debitor suspectus de fuga, nõ est substantialis, vt dicit Petr. de Anch. in d. suo cõsil. 192. col. 2. in fi. Nec similiter obstat dictũ cõsilium Anch. num. 292. incipit, videretur prima facie, vbi consuluit, quòd missio in possessionem facta minus ritè non potest ex post iustificari.
8 † quia respõdetur, quòd longa est differentia inter casum & casum. nam captura, quæ fit vigore instrumenti debiti, fit hac cõditione, vt postquã facta fuit, iustificetur. secus est in missione in possesionem, quæ fit, vt perpetuo duret, & debet iustificari ante, cum nulla ratio vrgeat, quominus legitimè fieri non possit. & ita in specie dixit Paul. de Castr. in d. suo consi. col. 1. in fine, dum dicebat, quòd sicuti iniustè spoliatus rei suæ possessione ante omnia restitui debet, etiam si per iudicem esset spoliatus. cap. conquerente. de restit. spol. ita priuatur propria libertate, respondet, quòd per restitutionem ad pristinam possesionem rei suæ non propterea fit quominus iure medio ille iterũ eijci non possit de possessione rei, quæ firma manet, & aufugere nõ potest. sed in casu nostro, si captura non posset ex post iustificari, sed captus esset pristinæ libertati restituendus, vtique fugam accipere posset. & sic creditor remaneret delusus, quod fieri non debet: Ideo patet dictam illationem de spolio rei ad captum & carceratum, non esse bonam, cum sint longe diuersa. l. Papianus exuli. ff. de mino. concludo ergo rectè fuisse assignatum terminũ, ad iustificandam dictam capturam.

Præterea ad petendum quem relaxari debere ex carceribus, requiritur speciale mandatum, vt
9 † concludit Bart. in consi. suo, incipiente, in causa stagii. per tex. in l. non solum. & l. sequenti. ff. de procurat. & Barto. sequitur Aret. in c. pri. col. 6. in princip. de iudi. & latè tradit Soci. in cons. 120. incipit, cum in præsenti consultatione. col. 3. in vers. secundo, quia in causa capturæ. in primo vol. & tamẽ Ioannes Dominicus Bertoldus assertus procurator dicti Domini Francisci de Nigris, qui coram Auditore Reuerendiss. Dom. Legati comparebat petendo præfatum Dominum Franciscum relaxari, ad hoc speciale mandatum non habebat, vt patet ex processu, merito audiri non debuit.

Nec iustificatur prætensa appellatio dicti Domini Francisci de Nigris, ex causis in ea expressis. & primo, dum dicebatur, quòd clericus pro

debito ciuili carcerari non poterat, respōdetur, ꝙ ex quo iste erat de fuga suspectus capi potuit per eā, quæ tradunt Abb. & Doct. in c.cum non ab homine. de iudi. vbi volunt, quod clericus debitor, de fuga suspectus, possit capi etiā a iudice laico, vt refert & sequitur Ias. in l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. Secundo respondetur Do. Franc. esse clericum cōiugatum, vt est notorium, & propterea in ciuilibus subiectum esse iudicib. laicis. c. 1. de cler. cōiu. in 6. vbi doct. Quinimmo ex quo cōtraxit cum vidua, est bigamus interpretatiuè, & nullo priuilegio clericali gaudet. ca. vnico. de big. in 6. & sic ex ista causa non iustificatur dicta appellatio. Et minus etiam facit, dum dicebatur, quòd ante capturā debuit probari d. aduersariū deteriorasse suam cōditionē a die fideiussionis sibi factæ, per d. D. Franciscum de Francis-
11 cis, † per text. in l. si quis ab arbitro. vbi Angel. & Doct. post eū voluit, ꝙ captura facta nō docto prius de deterioratione cōditionis debitoris sit nulla. Quia respōdetur, quod illud procedit, vbi a principio quis bene nouit cōditionem illius, cum quo contrahit, secus vbi illius conditionē ignorauit, vt in casu nostro, in quo in rei veritate Do. Franciscus de Franciscis, bonis verbis d. aduersarii inductus & deceptus, pro ipso fide iussit, & sic potuit ipsum capi facere absque alia probatione mutationis status. ita voluit Bar. in l. quæsitum. ff. de pign. & Bald. in l. fi. C. de sponsal. tradit Ias. in d. l. si ab arbitro. col. 2. in ver. secundo limita. Præterea dici potest per supra dicta, ꝙ hoc etiam ex post probari poterat, ideo & ex hac ratione nō iustificatur etiā d. appellatio.

Ad aliud, ꝙ capi non potuit d. D. Franciscus de Nigris, quia habet actionem ad annuū legatum sibi in testamento paterno relictum. Respōdetur, ꝙ hoc non constat legitimè in processu. nam quamuis fuerit producta quædam poliza, in qua asseritur contineri d. legatum, eidem nō est standum, ex quo non fuit productum d. testamentum auctenticum. c. 1. de fid. instr. auten. si quis in aliquo. C. de eden. & si quod factum fuit legatum d. aduersario, per q. eius patrem, illud est cōditionatum, & non exigibile de præsenti.

Nec etiā infringi pōt d. captura, ex eo, prout dicitur D. Frāciscus de Franciscis fideiussor, nō dum soluit fideiussionem, sed maximè molestetē a Dominis Gubernatorib. introituum Illustrissimi Dominii. Quia licet verum sit, ipsum nondum soluisse, tamen d. captura valida est. Quia debitor etiam in diem, vel sub cōditione suspe-
12 ctus de fuga, capi potest, & carcerari. † glo. est singularis in l. quęsitum. in vers. interest. iuncto textu. ff. de pign. quam pro singulari allegat Bal. in l. 1. in fi. C. de cōd. ex lege. & ponit Iason latè in d. l. si ab arbitro. col. 3. in princ. ff. qui satis. cog. cętera, quæ allegantur, & deducuntur in processu, ex quo non fuerunt deducta, & allegata corā d. R. D. Auditore Reuerendiss. D. Legati, nō seruiunt, cum iure cautum sit, grauamen iustificari non posse, nisi ex his, quæ coram iudice a quo
13 deducta, & allegata fuerunt. † cle. appellanti. de appellat. ideo ex supradictis concludo, d. D. Auditorem bene pronunciasse, assignando terminum ad iustificādam d. capturam, & malè fuisse a d. pronuncia appellatum, pro parte dicti Do. Francisci de Nigris.

Confirmatur prædicta captura ex alio etiam capite, videlicet, quia dictus D. Franciscus obligauit se realiter & personaliter ad libitū ipsius fideiussoris, vt patet publico instrumento, & sic illius vigore potuit carcerari, etiam quod haberet bona stabilia. ita cōcludit Abb. in consi. suo 42. incipit, in quæstione D. Placidi. col. 1. vers. sed his non obstantibus. & Pau. de Castr. in consil. 472. inc. in causa, captura in fi. ad idem facit doct. Bal. in l. consentaneum. C. quom. & quan. iud. quē refert & sequitur Paris de Put. in tract. suo sindicatus, in rub. de Barratarie, in §. captura, in ver. tamen debitum debet. vbi dixit, quòd iudex in executionem pacti, ꝙ quis personaliter
14 capi possit, concedere potest suam † familiam.

Et licèt Bar. & alii in l. si alia. §. eleganter. ff. solut. mat. & Doct. in l. titio centum. §. 2. ff. de cōd. & demon. teneant, ꝙ quis non possit se obligare ad carceres, & est communis opinio, attamē Bal. & Ang. in d. §. eleganter, intelligunt id procedere, quādo quis obligaret se, vt detineatur in pri-
15 uato carcere. secus in publico, † & idem voluit Imol. in c. 2. de pignor. Laus Deo.

Hieronymus Gigas.

SVMMARIVM.

1 *Effectus Card. non amittit domiciliū suæ originis.*
2 *Effectus monachus retinet iura cognationis, & remanet ciuis ciuitatis, a qua originem traxit.*
3 *Ius domicilij & cognationis habetur iure naturali.*
4 *Domicilium transferens alibi remanet sub iurisdictione naturalis domicilij.*
5 *Cardinalis effectus, est pars corporis Papæ.*
6 *Famulus tenetur confiteri sua peccata parrochiano, sub cuius parrochia se pro famulo posuit.*
7 *Transferens in totum domicilium alibi desinit esse parrochianus loci, in quo prius domiciliū habuit.*
8 *Cardinales non iurant Papæ fidelitatē, epi verò sic.*
9 *Cardinalatus, est de iure diuino.*
10 *Cardinales habent alas ligatas, vt curiā non exeant sine licentia Papæ.*
11 *Cardinales tenentur obedire Papæ, quando Papa non est hæreticus.*
12 *Cardinalis creatus in totum domicilium Romam transferre.*
13 *Cardinalis propriam specialem parrochiam habere non dicitur.*
14 *Papa si moriatur Romæ vel alibi, aliqua quarta non debetur parrochiæ.*
15 *Mercenarius sua mercede dignus est.*
16 *Dispositio generalis in casu prohibitiuo, non comprehendit Cardinales.*
17 *Iura prohibentia donationem inter virum & vxorem, locum non habent in Augusta.*

Papa

18 *Papa quando vult in sua dispositione Cardinales comprehendi, de illis facit specialem mentionem.*
19 *Parrochianus quis desinit esse loci propria originis, per promotionem ad Cardinalatus.*
20 *Cardinalis decedentis extra curiam, corpus deferri debet ad sepelliendum Romam.*
21 *Promotus ad Cardinalatum & monachus retinent domicilium originis, quo ad eis utilia.*
22 *Si quis moriatur in loco, ad quem cōfugerat propter pestem, non debetur aliqua quarta Rectori illius parrochia, in qua defunctus est.*
23 *Ecclesia parrochialis illius loci, ad quem quis confugisset tempore guerra, & ibi mortuus est, quartam non habebit.*
24 *Ecclesia parrochialis, in qua quis stetit per annum, & ibi mortuus sepultus est in loco haremitarum, non habebit quartam.*

CONSILIVM XCVII.



N nomine indiuiduæ Trinitatis, ex casu mihi proposito eliciūtur duo dubia. Primum, an ex funeralib. Reuerēdis. D. Marci Cardinalis Cornelij, proximis elapsis mensibus Venetijs vita functi, debeatur quarta canonica Plebano S. Mauritij Venetiarum, in cuius parrochia mortuus est, in Domo Clarissimi Equitis Do. Georgij Cornelio, ipsius Reuerendiss. Cardinalis patris. Secundum dubiū est, an in euentū in quem ista quarta debeatur d. Plebano, ipse Plebanus habere debeat quartam istorum funeralium, quę nūc fiūt, cum iam appropinquet annus, ꝙ præfatus Reuerendissimus Cardinalis vita functus est.

Circa primum dubiū videtur prima facie dicendum, ꝙ quarta de funere d. R. Reuerendiss. Cardinalis debeatur Ecclesiæ S. Mauritii, in cuius parrochia natus est, & nunc decessit. per tex.
1 in c. 1. de sepult. † quia parrochianus fuit & erat d. Ecclesiæ. Nam licèt Cardinalis fuerit effectus, non propterea amisit domiciliū huius nobilissimæ ciuitatis, in qua est ortus. tex. est in l. senatores. ff. de senator. facit, quod in simili dr̄ de mo-
2 nacho, † qui licèt per monachatū efficiatur filius illius monasterii, in quo monachalē habitū assumpsit. l. Deo nobis. C. de episc. & cler. nihilominus nō perdit iura cognationis. Quinimo remanet ciuis ciuitatis, a qua originē traxit d. l. Deo nobis. quod etiā voluit Bar. in l. 1. ff. ad municip. & Pet. de Anchar. in c. fi. de parroch. col. pen. in
3 ver. † tertio quæro. & ratio est, quia ius domicilii & cognationis habetur iure naturali, quod ciuili ratione mutari non potest. l. originem, & l. assump. ff. ad munic. l. iura sanguinis. ff. de re. iu.
4 † Comprobantur prædicta per doct. Abba. in c. fi. in pen. col. in vers. in gl. 1. de parroch. vbi dixit, quòd subiectus rōne originis, licet trāsferat domicilium alibi, tamen remanet ēt sub iurisdictione naturalis domicilii, non solū, quo ad temporalia, verū etiā, quo ad spiritualia. allegat bonū tex. in c. 3. de temp. ord. lib. 6. vbi Episcopus pōt promouere ad ordines sibi subiectos, rōne originis. licet ergo d. Reuerendiss. per promotionē ad Cardinalatus fuerit effectus pars corporis Papæ, vt in c. felicis. de pęn. in 6. & sic transtulerit suum domicilium Romā, non propterea amisit domiciliū, quod habebat in hac nobilissima omnium ciuitatum, per supradicta.

Præterea posito, ꝙ præfatus Reuerendiss. Cardinalis non habuisset vnquā domicilium Venetiis, ex quo hic mortuus est, & in d. parrochia, recipiendo in sua infirmitate Ecclesiastica sacramēta a Plebano d. Ecclesię S. Mauritii, vr̄, quod
6 quarta funeralium debeatur eidē. Nā videmus, ꝙ si quis ponat se ꝓ famulo in aliena parrochia, ibi domicilium sortitur, & tenetur confiteri sacerdoti illius parrochiæ, vbi degit, vt not. Innoc. in c. omnis vtriusq; sexus, super verbo, sacerdote. & habetur Feder. de Senis. in consi. 253. inc. viso supradicto themate. vbi dicit, ꝙ etiā si quis ponat se pro mercenario famulo, vel pro nutrice in aliena parrochia, illi sacerdoti cōfiteri dēt, & ꝑsonalia soluere, etiā, quod ibi steterit minus anno. & hoc ēt voluit Cald. in cons. 3. in titu. de sepult. ergo d. Reuerēdiss. Card. cū steterit plures dies in d. parrochia S. Mauritii, & a d. Plebano in sua infirmitate receperit sacramēta ecclesiastica, & ibi mortuus fuerit, vr̄ etiā, ꝙ ista rōne quarta eidē Plebano debeatur, per supra dicta.

Circa secūdum, vtrum debeatur quarta canonica parrochialis pręd℩cto Plebano, de istis funeralibus, quæ nunc fiunt cum solēni Pōpa in Ecclesia S. Marci, vr̄ dicendum, ꝙ sic. quia corpus istius Reuerendiss. Cardinalis acceptū fuit de d. parrochia, & asportatum, cum minimo apparatu, & depositum in monasterio S. Georgij Maioris huius Almæ ciuitatis Venetiarum, comitante Cadauere ipsius Cardinalis d. D. Plebano, cū aliis sacerdotib. Ecclesię prædictæ, habuerit duppleria sex nihilominus. ex quo tunc non fuerūt celebrata funeralia d. Cardinali conuenientia, sed reseruata vsque in hanc diem, præfatus D. Plebanus quartam habere dēt, & hoc in terminis videtur decidi, per not. per Cald. in consi. 4. in titu. de sepult. vbi dicit, quod si quis propter aeris intemperiem sepelitur in die mortis cum minimo apparatu: deinde lapsis pluribus dieb. fiat vna capsa cum magno apparatu, & cū equis, & vexillis, ac aliis ornamentis, tanquā si esset ibi corpus, & canitur missa, quarta dictorum funeralium debetur Ecclesiæ parrochiali.

Istis tamen non obstantibus contrariū de iure puto verius, videlicet, ꝙ d. D. Plebano S. Mauritii nulla debeatur quarta canonica de funeralibus d. bo. me. Reuerēdisimi Cardinalis. & posito non tamē concesso, quòd aliqua deberetur quarta canonica, non tamen de istis funeralibus quæ nunc fient in Ecclesia Sancti Marci, quartam aliquam habere debebit. & quo ad primum, quòd dictus Plebanus nullam quartam habere debeat de funeralibus istius Reuerēdiss.
7 Cardinalis, facit, quia qn̄ quis in aliquo loco

domiciliũ habet, & istud ex aliqua causa in aliũ locum in totum transfert, desinit esse parrochianus loco, in quo primo domiciliũ habuit. tex. est in c. fin. de parrochia. quod etiã procedit in eo, qui prius domicilium habebat, ratione originis. ita probatur per no. per Lappum in tractatu de quarta canonica. col. pen. circa mediũ: ibi, si autẽ in vita se offert, & per Petrũ de Vbald. in simili tractatu suo de quarta canonica Episcopo. & parro. in vers. venio ad quartum capitulum principale, videlicet in vers. tertio quæritur, in fine. vbi determinant, ꝙ monachus parrochianus alienus Ecclesiæ, qui se in vita in totum transferat in monasterium, & religionem profitetur, non dicitur amplius parrochianus illius Ecclesiæ, cuius ante erat, immo penitus desinit esse parrochianus illius Ecclesiæ & si moriatur, nulla dictę Ecclesiæ quarta debetur. In casu autẽ nostro, Reuerendis. D. Marcus Cornelius, postq̃ assumptus fuit ad Cardinalatum, suum domicilium in totum transtulit Romam, quia effectus fuit pars corporis Papæ d. cap. Felicis. de pœn. in 6. & ibi Archi. & Io. And. & not. in c. 1. de off. leg. in 6. & per Io. Mona. in c. 1. de scisma. eo. lib. & Io. de Lign. in c. 2. de cler. non resid. & propte
8 rea † dixit singulariter Host. in c. antiqua. de priuileg. ꝙ licet iurent Episcopi Romano Pontifici fidelitatem tanquã inuisscerati, & pars corporis ipsius Papę, cuius etiam dicuntur fratres, vt not. Abb. in c. nouit. in 2. no. de his, quæ fiunt a prę l. quinimmo clarũ est, quod Cardinalatus est de iure diuino, vt probatur ex text. quẽ ad hoc notabilem dicit Abb. ibi in c. per venerabilẽ. col. 4. nu. 19. qui fil. sint legit. & Cardinales Apostolorum locum tenent. ita firmat etiã And. Sicul. in in tracta. suo de præstan. Card. in 1. qõ. col. 11.
10 vers. ex istis elicitur conclusio. † & Papæ assistere debẽt, & esse coadiutores officij sacerdotalis, vt in c. fundamenta. §. docet. de elect. in 6. & c. per venerabilem. §. rationibus. qui fi. sint legit. quinimmo haberet alas ligatas, vt curiam nõ exeãt sine Papæ licentia, vt not. Host. in c. Ecclesia vestra. el 2. de elect. & obedire tenentur Papę, quãdo Papa non est hæreticus, vt not. Felyn. in ca. si quãdo. col. 6. in vers. & ꝙ Cardinales de rescrip.
12 ex quibus patet, ꝙ quando quis creatur Cardinalis in totum transfert suum domicilium, vbi est curia Romana, nec amplius retinet domicilium suæ patriæ. patet, quia in patria conueniri non potest aliquo modo, vt est clarum. & ibi domicilium habere dicitur, vbi Papa residet, cum continue illi in consiliis assistat. de elect. ca. fundamenta. §. decet. lib. 6. & ita firmat Petrus de Vbald. in d. suo tracta. de quarta paroch. in ver. nunc veniamus ad Do. Cardinales. cum ergo in totum per promotionem ad Cardinalatus quis desinat esse parrochianus Ecclesiæ, sub qua natus est, ꝓ supra dicta, ergo frustra quærimus vtrũ debeatur quarta ex istis funeralibus D. Plebano S. Mauritii. Quinimmo Cardinalis propriã specialem parrochiam habere non dicitur, quia totus mundus est vna parrochia Papæ, iuxta illud Euangelij: fiet vnum ouile, & vnus pastor. ita dicit Sicul. in d. suo tract. de præstant. Cardi. in 1. parte q. 2. in 4. col. in vers. decimosexto facit. cũ autem Cardinalis sit pars corporis Papæ, & ibi domicilium sortiatur, vbi est Papa, pariter & ipsi totus mũdus erit vna parrochia, quia eadẽ rõ est de toto, quo ad totum, quod de parte, quo ad partẽ. l. quæ de tota. ff. de rei vend. c. pastoralis. §. item cum totum. ff. de off. deleg. & ista rõne com
14 probatur etiam prędicta opinio alio modo, quia clarũ est, ꝙ si Papa moriatur in Vrbe Romę, vel extra, non debetur aliqua quarta parrochiæ, in qua moritur, quia Papa nõ habet aliquam determinatam propriam parrochiam, sed totus mundus ei est vna parrochia, vt supra dictũ est. ergo idẽ erit in Cardinali. arg. d. l. quę de tota. cũ sim.

Facit etiam pro ista opinione, quia quarta canonica ex funeralib. debetur parrochiali Ecclesiæ ex eo, quod parrochianus ab eadẽ percipit, dum viuit, sacramenta Ecclesiæ, & ibi diuina audit, & quia Ecclesia, quæ fuit socia passionũ, dẽt etiam esse socia consolationũ: cũ mercenarius
15 dignus † sit sua mercede, iux. tex. in cap. 1. de sepult. & not. Abba. in c. de his in 1. col. in vers. in glo. 2. de sepult. vbi dixit, ꝙ canonica portio parrochialis dat̃ Ecclesiæ parrochiali principaliter propter onera, quæ subit circa suum parrochianum. facit tex. in cle. dudum. §. verum de sepult. & ista ratione inductam esse istã parrochialem portionem attestatur etiã Dominus Petrus de Vbal. in d. suo trac. de quarta parrochiali in ver. venio ad secundũ capitulũ principale ex qua cã. Cum ergo esset ista rõ in casu nr̃o, merito cessare dẽt iuris dispositio c. cũ cessante de appel. ꝙ aũt d. rõ cesset in casu nr̃o patet, quia iã sunt an. 20. ꝙ præfatus Do. Marcus Cornelio promotus fuit ad Cardinalatũ, & sic exẽptus a d. parrochia, & ab eadẽ nõ recepit aliquid debitum parroch. vñ frustra quarta petit̃ a d. Plebano d. c. fi. đ parroc.
16 † Cõprobatur ẽt ista opinio, ꝙ nulla debeatur quarta D. Plebano, quia dispositio gñalis loquitur in casu prohibitiuo, vt ille text. in ca. 1. de sepult. cum simil. non comprehendit Cardinales & eos qui sunt membra, & pars corporis Papæ. ita elegãter voluit Sicul. in tract. suo de præstan. Card. q. 12. in 2. col. in ver. quinto faciũt. vbi ad hoc allegat tex. notabilem in l. pen. C. de donat. inter vir. & vxor. qui probat, quòd licet iura in
17 communi prohibeant † donationem inter virũ, & vxorem, locum tamen nõ habere in Augusta, & ratio est quia Augusta est pars corporis Imperatoris. sic in casu nostro Cardinales sunt pars corporis Papæ, vt in d. c. felicis.
18 † Pręterea qñ Papa in sua cõstitutiõe vult Cardinales cõprehẽdere, facit de illis specificã mentionẽ iux. tex. in c. de scisma. li. 6. sed in casu nr̃o nõ reperit̃ iur̃ cautũ, ꝙ Card. decedẽti debeat̃ aliqua portio parro. ĩ qua morit̃, ẽt ꝙ sit originalis.
19 † Et ꝙ sit vera prædicta cõclusio, ꝙ per ꝓmotionem ad Cardinalatus, qui desinit esse parrochianus

nus Ecclesiæ originis patet manifestissime etiã alio fundamento, quia si parrochianus aliquis moriatur, qui nõ habeat sepulcrum suorum maiorum vel sepulturam sibi non elegerit sepeliri debeat in sua parrochia tex. in c. in nostra. de sepult. not. in c. 1. eo. tit. per Inn. & Host. & est tex. in c. is qui de sepult. in 6. Modo posito, quòd iste Reuerendissimus defunctus nõ habuisset sepulcrũ suorum maiorum neque elegisset sibi sepulturam, nõ propterea esset eius Cadauer sepelliẽdũ in parrochia, †quia quotiẽs Cardinalis discedat a curia vel pp pestẽ, vel pp infirmitatẽ tũ suã vel suorum, & moritur, corpus suũ deferri dẽt se peliendum ad vrbem Romã, ita decidit expresse d. Petrus de Vbald. in d. suo tract. de quarta parrochiali in vers. nunc veniamus ad D. Cardinales, & allegat in arg. text. in d. c. is qui de sepult. in 6. vbi is qui moritur in villa ad quã iuerat venationis cã, nõ sepelitur in Ecclesia illius villæ, sed eius corpus defertur sepelliendũ ad ciuitatẽ in Ecclesia sua parrochiali. ergo patet manifeste, quod ius parrochiale Cardinales nõ cõprehendit. Nam rõ quare quarta debetur parrochiano qñ parrochianus alibi sepelit̃, est, quia fit iniuria parrochiali Ecclesiæ, sed in casu nr̃o nulla fieri dr̃ iniuria d. parrochiano cũ corpus Reuerendiss. istius Cardinalis non erat in d. parrochia sepeliendũ, & ita obseruatur Romæ, vt audio, & vbiq; locorũ, ꝙ nulla debeat̃ quarta parrochiano ex funeralib. Reuerendiss. Cardinaliũ.

20 (in margin at "dũ in parrochia")

Et per prædicta resoluitur etiam dubium, videlicet, vtrum ex istis funeralibus, quæ nunc fieri debent in Ecclesia Sancti Marci, d. Plebanus S. Mauritii quartã habere debeat. nam certum est, quòd non, rationibus supradictis.

Nec ob. adducta supra in contrariũ, & primo illud, qđ dicebatur per promotionem ad Cardinalatum quis non amittit domicilium originis per tex. in l. senatorũ. ff. de senat. veluti videmus ẽt in monacho, qui per monachatum remanet ciuis ciuitatis suæ originis. d. l. Deo nobis. C. de episc. & cler. quia respõdetur, ꝙ retinent ius domicilii originis, quia illu d eis competit iure naturali, & propterea facta ciuili mutatione naturale ius non tollitur. l. originem. & l. assumptio. ff. ad municip. facit text. in §. minus. instit. de hæredi. quæ ab intest. defer. sed ius parrochiale est introductum de iure canonico c. 1. de sepult. c. relatum c. de his. c. cum liberum c. certificari, & c. in nostra eo. titu. & est tex. in d. c. cum quis de sepult. in 6. & ita firmat d. Petrus de Vbald. in d. suo tract. canonicæ episcopalis.

21 †Præterea promotus ad Cardinalatum, & monachos retinent domicilium originis quo ad ea quæ ipsis vtilia & proficua sunt, non autem quo ad ea quæ sibi sunt onerosa, vt esset quòd renunciẽt parrochiani, & astricti ad solutionem quartę. glo. est not. in d. c. secundum in verbo habitatores. de parroch. quam ibi sequitur Anto. in 1. col. in vers. oppono, ꝙ nõ mutet. & allegat bonũ tex. adhoc in l. municeps la 2. ff. ad municip. nec obstat allegata doctrina Abb. in d. c. fi. col. pen. de parroch. vbi dicitur, ꝙ illi qui transferunt domicilium originis ad alium locũ, remanent sub iecti domicilio originis, tam quo ad tẽporalia, quã quo ad spiritualia. quia forte procedere possit in his qui sine mutatione status personæ suæ domicilium mutant. secus in monacho & Cardinali qui domicilium originis quo ad ius parrochiale non retinent. vt supra dictum fuit. nec mortuo monacho aliqua portio funeralium debetur parrochię sub qua natus est, & etiam stetit per multos annos, vt per Lapum in d. tracta. suo de quarta parrochiali in penult. col. non igitur est bona consequentia Cardinalis retinet ius domicilii, ergo ius parrochiale.

Non obstat etiam aliud ꝙ dicebatur, ꝙ posito ꝙ iste Reuerendiss. Cardinalis non fuisset parrochianus dicti Plebani, ex quo stetit per multos dies in parrochia illius, & ab eo recepit sacramẽta ecclesiastica, & ibi mortuus est, quarta funeralium propterea debeatur, sicuti videmus de parrochiano alicuius Ecclesiæ, qui se collocat pro mercenario in aliena parrochia. nam tenetur ibi vbi degit confiteri per allegatam doctrinam Innoc. in d. ca. omnis vtriusque sexus. in verbo, sacerdoti, quia nõ propterea sequitur ergo quarta funeralium debetur per not. per Gasp. Cald. in consi. suo 3. in titu. de sepult. vbi dixit elegan
22 ter, † ꝙ si capitaneus vnius Castri propter pestẽ, vbi existentẽ transferat se ad alium Castrum, & ibi mortuus & sepultus sit, nõ propterea aliqua portio parrochialis debetur Ecclesię loci, in qua mortuus est. allegat bona iura, de quibus per eũ faciunt etiam not. per Abb. & alios in d. cap. in nostra. vbi Abb. in 5. col. de sepult. vbi voluit, ꝙ
23 si aliquis † venisset tempore guerræ ad ciuitatẽ animo redeũdi finita guerra, & ibi moriatur, Ecclesia vbi decessit nullam habebit quartam funeralium, & ita refert tenuisse Antonium de Butr. in Florentinis, qui tempore guerræ iuerãt ad habitandum Bononiæ, quia licet ibi mortui fuerint, Ecclesia Bononien. nõ tamẽ habebit quartam, sed Ecclesia Florentina. quæ omnia procedunt quando quis permanet in loco animo redeundi ad locum propriũ, vt est in casu nostro. nam iste Reuerendiss. Cardinalis Venetus venerat, vt videret Clariss. eius Patrem grauiter ægrotantẽ. vbi ipso patre superstite relicto, defunctus est. ad prædicta facit optimè text. in d. c. is qui de
24 sepul. in 6. Nec omitto etiam pulchrã decisionẽ Lappi in d. suo tract. de quarta canonica col. pe. in fi. vbi voluit, ꝙ si stipendiarius stetit in aliqua parrochia per annũ, & sepultus sit in loco Heremitarũ, rector parrochiæ non habebit quartã ex funeralib. & subdit ipse rationẽ esse, quia quarta parrochialis debet̃ rõne domicilij auditionis oĩum diuinorũ. & perceptionis oĩum sacrorum ecclesiasticorũ. alleg. d. c. 1. de sepul. & alia iura.

Nec minus ob. ea quę dicebantur circa secundum dubium allegando consil. Calder. 4. in tit. de sepult. vbi videtur expresè consulere, quòd

etiam ex funeralibus quæ fiunt postquam cadauer est traditum sepulturæ, quarta debeatur parrochiano, quia respondetur, & primo, quòd ibi sumus in casu in quo debetur quarta parrochialis, sed in casu nostro nulla quarta debetur parrochiano ex funeralibus Cardinalis defuncti, vt supra latè conclusum fuit.

Secundò, respondetur, quòd etiam, quòd de iure solui deberet quarta in casu nostro, quòd tamen est alienũ a veritate, nihilominus de istis funeralibus, quæ nunc fiunt nulla quarta debetur d.Plebano, cum iã annus appropinquet, quòd mortuus est præfatus Reuerendissimus Cardinalis, & quando eius Cadauer fuit traditum sepulturæ, dictus Plebanus Sancti Mauritij habuit portionem sibi tangentem tunc, & vt audio ab istis nobilibus de Corneliis offeruntur etiam ei ex eorum mera liberalitate ducati quinque pro tali funere, merito de istis funeralibus quæ nunc fient nil habet percipere. Nec obst.d. consilium, quia ibi propter aeris intemperiem, & sic ob pestis impedimentum non potuerũt celebrari funerabilia quæ solita erant celebrari in sepeliendo defunctis. ideo non mirum si postea celebrentur si quarta debetur parrochiano. sed nos in casu diuerso, quia ista funeralia quæ nunc fiunt, non sunt solita celebrari quãdo corpus Cardinalis mortui sepelitur, sed ex post per multos dies, & sic nõ ratione alicuius impedimenti cessatum est in casu nostro ab istis funeralibus, quando Cadauer dicti Cardinalis fuit sepultum, sed quia fieri tunc debebant, & ita observat etiam consuetudo huius almæ ciuitatis, quòd de his funeralibus quę fuerũt post tumulatum corpus nil debeatur parrochiano, & obseruatur etiam vbique, quę consuetudo multum attendi debet in ista materia Cap.certificari.de sepult. Quinimmo & consuetudine induci potest, quòd nulla quarta canonica debeatur parrochiano. ita firmat Do. Petrus de Vbald.in d.suo tracta.in §. venio ad quintum capitulum principale in versic. demum quæritur, & idem tenet Lappus in tract.suprallegato col.antepe. in ver. demum quæritur an valeat consuetudo. ex quibus omnibus patet manifestissime, quòd præfacto Reuerendo Domino Plebano Sancti Mauritii nulla debetur quarta ex istis funeralibus istius Reuerẽdissimi Cardinalis, siue loquamur de iure siue de consuetudine, quod maximè procedit in istis funeralibus, quæ nunc fient.

Laus Deo. Hieronymus Gigas V.I.D.

IN MATERIA BENEFICIALI AD referendum commissa.

SVMMARIVM.

1 *Possessio canonicatus, & præbendæ acquiritur per installationem residendo, & deseruiendo.*
2 *Clericus qui propter delictum est priuatus ipso iure beneficio a possessione sua amoueri non debet.*
3 *Possessor siue colorem habeat possidendi aut, nõ a sua possessione amoueri non debet sine cã cognitione.*
4 *Prior in possessione beneficij potior esse debet in assecutione litterarum Ducalium.*
5 *Possidere vnum & idem beneficium duo insolidum non possunt.*
6 *Canonici omnes vocandi sunt in collatione præbẽdæ.*
7 *Reseruatio alicui facta de beneficio impedit collationem alteri fieri.*
8 *Canonicatum Ecclesiæ cathedralis quis assequi non potest habens gratiam ad plura beneficia.*
9 *Gratia impetrantis ad cellationem Episcopi & capituli nõ cõprehendit beneficiũ Ecclesiæ cathedralis.*
10 *Ea quæ sunt speciali nota digna, non veniunt in generali sermone.*
11 *Factum contra decretum rescripti est nullum, si habens rescriptum eo vti velit.*
12 *Iudex secularis vbi agitur de mero facto, se intromittere potest in beneficialibus.*
13 *Vincentij opinio in cap.fin.de iudic. reprobatur.*
14 *Causa possessoria beneficialis spiritualis est censenda. & num.15.*
16 *Litis contestatio quemadmodum non requiritur in causa petitorij beneficialis, ita non requiritur in causa possessoria.*
17 *Iudex secularis quare in parlamento delphinali cognoscat de causa possessoria beneficiali.*
18 *Actore non probante reus absoluitur.*
19 *Iudex secularis in cognitione validitatis, vel inualiditatis tituli beneficialis est incompetens.*

CONSILIVM XCVIII.



IN causa canonicatus, & præben. Ecclesiæ Taruisinæ ad referẽdũ commissa V.R.P. quęritur cui nã Illustriss.Do. dare debeat litteras possessorias stantibus pluribus competitoribus.

Circa quod arbitror de iure dicendum, tales litteras esse concedendas R.D. Ioanni Cẽtano, cui de dictis canonicatu, & præben. vacantib. per obitũ R.D.Hieronymi Centani eius patrui, prouisum fuit per Reuerẽdiss.D.Legatum Apostolicũ sub die 26. Martij proximè præteriti. cuius prouisionis vigore sub die dicta assequutus fuit possessionem dictorum canonicatus, & præben. vt patet publico instrumento, & successiue de anno præsenti die 28. eiusdem mens. Martii d.R.D.Ioannes Centanus de mandato R. capituli Taruisini, in executione d. possessionis descriptus fuit in libro punctaturum & in tabula cum aliis canonicis. de quo similiter apparet ex productis coram V. R. P. & vlterius d. Ecclesiæ per plures dies deseruiuit, & portionẽ distributionũ cotidianarum recepit. ex quibus omnib. concluditur eius possessio tunc, quia per installationẽ acquiritur possessio. Abb.in c.2.in fi.de cõsue.Pau.de Leazar.in c.ex lr̃is ver.primo quęro. de rest.spo.tum quia vsus est actib. canonicalib. residendo & deseruiendo, ex quib. ẽt acquiritur
1 possessio, † vt habetur per Paul.in d.cap.ex litteris.

ris.in præallegato ver. Non poteſt ergo amoueri a ſua poſſeſſione, niſi legitimè, & coram ſuo Iudice citetur. cap.ex litteris, de reſti.ſpol.capi.licèt Epiſcopus.de præben. in 6. vbi not. omnes Doctores. maximè Franc. in ſecũdo not.ꝙ poſſidens vigore tituli etiã iuris præſumptione inualidi non ſpoliatur,niſi citetur. facit, quod voluit Bal.in l.ſi deſerta.C.ſi propter publi.pen.vbi dixit, quòd in præiudicium etiam de facto poſſidentis, nihil agi poteſt eo non citato. allegat Innocen.in cap. inter quatuor. de maior. & obed. idem voluit Bart.in l.fi.in ver. item extra glo.C. de edict.diu.Adr.tol.ad idem, ꝙ voluit Bal. in l. ſi maritus.C.de don.inter vir.& vxo. Vbi dixit, quòd ſi clericus delictũ, commiſitpropter quod ipſo facto venit beneficio priuandus:tamen poſſeſſione priuari non poterit, niſi cauſa cognita.
2 Ad idem gloſ.in dicto capitu.licèt Epiſcopus.in verbo non vocato.tradit Felyn. in dicto ca.2.de ſimo. Idem voluit Oldr. conſil.ſuo 227. incipit, de toto themate.vbi dixit,quod poſſeſſor,ſiue colorem habeat poſſidendi, ſiue a non ſua poſſeſſione amoueri non debet ſine cauſa cognitione.
3 † Quinimo ſi quis poſſideat contra decretum irritans,ꝙ inficit titulum, & poſſeſſionem, vt tradit Dominicus in c. ſi hi contra quos. vt li. pen. in 6.& hic per Rot.deciſ. 16.in nou.non poterit priuari ſua poſſeſſione, niſi reuocetur Rot.deci. 56.in nou.conſtat aũt Illuſt.D. eſſe Iudicem incompetentem, quo ad priuandum dictum Do. Ioannem Centanum ſpirituali ſua poſſeſſione iuxta not. in capitu.decernimus, & in capit. & ſi clerici, de iudi. Merito partes Reueren. D. V. ſunt in referendo Illuſtris.D.quòd littera poſſeſſoria dari debeat pręfato Reuerendo D.Ioanni. Alioquin ſi referet dandam alicui alteri ex competitoribus,conſuleret Illuſtriſs.D. ꝙ ſpoliũ perpetraret,quod vtique non eſt de mẽte iuris, nec Illuſtriſsimi Dominii, quod nunquã ius alteri quæſitum in beneficialibus tollit,cumPrincipis decretum ſemper intelligi poteſt ſaluo iure tertii.l.1.§. ſi quis a Principe. ff. ne quid in loc. publi. cap.quamuis. de reſcrip. in 6.

Comprobantur prædicta,quia cum nullus dictorum cõpetitoriũ ſit priori d.D.Io. in poſſeſſione dictorũ canonicatus, &pbẽ.imo ipſe ſit prior omnibus in dubio præferendus eſt, in aſſecutione dictarum litterarum. †iux.tex. in c.qui prior
4 in tempore de regu.iur.in 6.l.quotiens.C.de rei vendi.cum vulgarib.

Nec obſtat ſi dicatur,ꝙ Reueren.D.Io.de Miliis alter ex cõpetitoribus fuit, & ipſe ẽt miſſus auctoritate Reuer. Capituli Taruiſini in poſſeſſionem dictoru m canonicatus,& præbẽ. ſub die 27.Martii,& ſucceſsiuè, quòd deſcriptus fuerit in rotulo tanquàm canonicus, quia ſtãte priori poſſeſſione ipſius Reuerendi D.Ioannis Centani, ipſe non potuit aliquam poſſeſsionem aſſequi duo & eundem canonicatum poſſidere nõ
5 poſſunt inſolidum.† l.3.§.ex contrario.ff. de acquir.poſ.cap.inter dilectos.de fid.inſtr.& ſi cap. ſtante priori poſſesſione ipſius D. Ioannis continuata poſſeſſio aliorum eis opitulari non debet, & cęt.

Pręterea alia ratione aſſerta poſſeſſio, & collatio de dicta præben.licèt D.Ioannis de Miliis facta fuit nulla, quia D. Franciſcus de Vonico, & Dominus Ioã. nouellus Canonici dictæ Eccleſiæ Taruiſinę,qui erant in ciuitate non fuerunt vocati, qui tamen de neceſſitate vocandi erant,
6 † & expreſsè voluit Cald.in conſil.3. in fi.in tit. de conſti. & tradunt Doct.vbi Decius poſt alios in capitu.cum omnes. col.6. ver. tertia concluſio de conſtit. quinimo in actu collationis præbendæ, prout fuit in caſu noſtro etiam canonici abſentes erant vocandi.c. cum in eccleſiis. de pręben.in ſexto.

Nec minus obſtat ſi dicatur,ꝙ Dominus Alexander Filomena notarius capituli Taruiſini fidem facit qualiter ipſe Do.Ioan. de Miliis prior fuit poſitus in poſſeſſione dictorũ canonicatus, & præben. quia ex deductis contrarium cõſtat, videlicet, quòd primus omnium Reueren. Do. Ioan.Centanus dictam poſſeſsionem fuit aſſecutus,videlicet ſub die die 26.Martii. præterea nil probat,quia vnicus teſtis.l.iuriſiurandi.C. de teſtib. nec iuratus d.l.iuriſiurandi, & ca.tuis quęſtionibus de teſt. item receptus parte non citata, nec auctoritate Iudicis.c. 2. de teſt.

Nec minus obſtat dum dicitur,quòd collatio dictorum canonicatus,& præbẽdæ facta per Legatum Centano, non valeat ſtante quadam reſeruatione eiuſdem Legati facta D. Victori Triuiſano, de beneficio in diœce. Taruiſina, quia ad hoc reſpondetur pluribus modis.

Et primo dicitur, quòd licèt in dicta reſeruatione dicatur,quòd reſeruat vnum beneficium, etiam ſi canonicatus,& pręben. fuerint ad collationem,prouiſionem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem,Reueren.Epiſcopi,& capituli Taruiſini. non propterea compręhendit canonicatus, & præben. eccleſiæ cathedralis Taruiſii in dicta
7 reſeruatione † per tex.in capitu.quamuis.el primo. de præben. in 6.per quem text.voluit Ioan. Mona. in capitu.1.de fil.presbyt.in 6. quòd diſpenſatio Epiſcopi iux. formam illius cap. facta illegitimo ad præben. eccleſiarum cathedraliũ non ſe extendat. cuius opinionem approbant Domini de Rot.deciſ.136.incipit, voluerũt.Domini.in nou.in deciſ.45. incipit, nota, ꝙ ſecundum alios, & deciſ.408. incipit not. voluerunt Domini in antiquis. ad idem Fely.in c.poſtulaſti.in 6.col.in ver.circa gl.de reſcript. & Decius in rubrica. de reſcrip. col.3.Et hinc eſt,quòd dixit Cald.in conſil.31.in rubr.de pręben.quòd ſi quis obtinuit gratiam,quòd ſibi prouideatur de duobus, vel tribus beneficiis,per illam non poterit aſſequi canonicatum eccleſię cathedralis,ſi
8 de ea non eſt facta mentio in dicta gratia, † ſed bene illius vigore poterit habere canonicatum eccleſiæ inferioris.facit, quod voluit Oldr.in cõſil.85.incipit, tamẽ tale eſt.vbi dixit,ꝙ in gratia impe-

impetrantis ad collationem Episcopi,& capituli, prout in casu nostro non includentur benefi
9 cia ecclesiæ cathedralis. † hoc est propter excellentiam cathedralis ecclesiæ, quę requirit de ea specificam mentionem dicto cap. quamuis. per quem tex. dixit notanter Abb. in cap. at si clerici. de iud. col. quòd ea, quę sunt speciali nota di-
10 gna non veniūt in generali sermone. † licèt ex ꝓprio significatu verborum comprehendantur.

Secundo dicitur, quòd dicta reseruatio comprehenderet canonicatum, & præben. ecclesiæ Taruisinæ, non obstat cū Legatus potuerit postmodum illos conferre præfato Reueren. & do. Ioan. Centano siquidem, ita demū obstaret dicta reseruatio, si dominus Victor illa vteretur. Sed ex quo non apparet illum vti velle sua gratia valet, collatio Legati. arg. eorum, quæ voluit post alios Pet. de Anchara. in ca. statutum in fi. de præb. in 6. vbi dixit, quòd factum extra decretum rescripti est nullum. Ita demum si habēs re-
11 scriptum velit illo vti. † factum autem contra decretum constitutionis statim est nullū ipso iure.

Circa illud dum dicebatur, quòd ex quo apparebat Reueren. do. Io. Centanum prius cæteris positum fuisse in possessionem dictorum canonicatus, & præben. in qua actualiter fuit, & est de præsenti, & propterea non debere spoliari sine causæ cognitione. c. licèt Episcopus de ꝓben. in 6. cum uulg. & maximè a Iudice sæculari penitus incompetenti cap. decernimus, & ca. at si clerici. de iudi. dicebatur ex aduerso, ꝙ imo in causa possessoria etiam beneficiali Iudex laycus poterat se intromittere allegando Abb. in c. litras de iura. cal. & in cap. fi. de iud. & decis. Guid. Papæ. Circa quòd breuiter dicitur, quòd prædicta non procedunt in casu nostro, sed bene procedunt vbicunque ageretur de mero facto, nec aliquid iuris esset discutiendum, vt puta si clericus ageret contra laycum possessorio retinendæ nomine suæ ecclesiæ, vt laycus cesset a turbatione. nam tunc licèt respectu ecclesiæ agatur aliquid iuris discutiendum nō venit, sed quid me-
12 ri facti, † videlicet an laycus cognoscere posset, & ita signanter loquitur Abb. in dicto c. litteras. col. 3. ver. merè temporalis est exemplificando, vt dixi, quando clericus contra laycum ageret. & licèt Vincent. in c. fi. de iudi. dicat, quòd vbi ageretur de simplici spoliatione iuris patronatus agi posset coram layco, tamen eius opinionē reprobat ibi Ioan. And. dicens, quòd Vincen-
13 tius errauit, quia in illo tex. agebatur de electione rectoris castri non ecclesiæ, & propterea Iudex sæcularis poterit adiri, & ita dicit etiā Abb. in dicto capitu. litteras, & in dicto cap. fin. in 3. col. in prima additione de iudi. quinimo Abb. in dicto capitu. fi. ex glos. ibi ad tex. relata notat, quòd sicut causa petitoria super beneficio non potest tractari coram sæculari: Ita nec possessoria, si quasi & tempora causa possessoria beneficia-
14 lis sit cēsenda spiritualis. † facit ad hoc quod voluit Barb. in d. capit. litteras, vbi dixit, quòd ex quo causa possessoria est dependens a proprietate spirituali in beneficiis, spiritualis est cēsenda, allegat text. in clemen. dispendiosam. in verbo
15 dependentibus. de iud. comprobat, † hoc, quia circa iudicialia eodem modo proceditur in causa possessoria beneficiali, sicuti in causa petitoria. Nam quemadmodum in petitorio beneficia-
16 li non requiritur litis contestatio. † clem. dispēdiosam. de iudi. iuncta clemen. sepe de verbo. obliga. Ita in causa possessorii beneficialis procedit sine litis contestatione, vt tradit Marian. Socin. in capit. quoniam frequenter. col. 13. in versic. secundo limitatur, vt lit. non contesta. & in eo. ca. col. 23. in ver. octauo, & col. 25. in ver. non obstat. Idem voluit Pet. de Anchara. in clemen. dispendiosam, in prima col. in versi. circa hoc quæro etiam, & Rot. decis. 155. incipit not. quòd vbi agitur in antiquis, qua ratione igitur in casu nostro iudex sæcularis cuius vices sustinet Reuerendissima Dominatio vestra. possit cognoscere de causa possessionis dictorum canonicatus, & præb. de quibus agitur maximè in spoliando dictum Reuerendum D. Ioan. Centanū non video, & maximè, quia lis est inter duos clericos, qui etiam, quòd & expresse consentirent, a iudice sæculari iudicari non possent. ca. si diligenti. de foro compet.

Nec obstat deci. Guid. Papę. nu. 1. & nu. 152. incipit, in materia possessorii, & q. 85. incipit, curia parlamenti, quibus decisionibus concludit, quòd curia parlamenti Delphinalis, & sic iudex sæcularis cognoscit, de possessorio causæ beneficialis, tam retinendæ, quam reintegrandæ pos-
17 sessionib. † etiam inter duos clericos. nam illud procedit non ex dispositione iuris communis, sed vigore priuati iuris dictæ curiæ. Nec non vigore cuiusdam concessionis specialiter factę Carolo Regi Francorum per Martinum Papam secundū cuius tenorem inserit Guid. Papa in dicta decisio. prima. Sed de iure communi possessor non est priuandus sua possessione, nisi legitimè constet, de non iure suo, & de bono iure aduersarii corā iudice competente. quia imo quātumcunque de notorio non iure possidentis cōstaret, si actor non probat de iure suo, reus, & pos-
18 sessor absoluitur, vt tradūt Domini de Rot. decisio. 15. incipit, in causa beneficiali in nouis. facit text. in l. fina. C. de rei vendi. & sic oportet constare de bono iure suo in petitorio. merito iudex secularis si non poterit intromittere, & licèt Excellentiss. D. Aduocatus Reuer. D. Io. de Miliis multū laborauerit, vt ostenderet inualiditatē d. D. Io. Centani frustra laborauit. Cū iudex sæcularis in cognitione prædicta ex sacrorū Ca-
19 nonū dispositione nō se intromittat, † vt latè ꝑ Dec. cōs. 220. in 2. vol. & ita seruat Illust. Dominiū vti verè Christianissimū, qđ literas suas possessorias dare semper intendit, cui de iure dādæ sunt. & fuit facta relatio pro d. Reueren. D. Ioā. Centano.

Laus Deo.

Hieronymus Gigas.

CONSILIA IN MATERIA VLTIMARVM VOLVNTATVM, IN QVA DE SVBSTITVTIONIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Casus conuenientes menti testatoris pro expressis habentur in substitutione vulgari.*

2 *Fideicommissum iniunctum decedentibus filijs, debetur etiam illis non natis.*

3 *Substitutionis primus gradus, licet deficiat substitutione effecta caduca, post aditam hæreditatem, nihilominus restituenda venit secūdo substituto.*

4 *Substitutio facta sub conditione, si institutus efficietur clericus, locum habet, etiam si non efficiatur, eo tamen decedente sine filijs.*

5 *Substitutio testatoris facta de filiabus testatoris, casu, quo eius filius decedat cum filiabus, locum habet etiam eo mortuo sine filijs, & filiabus.*

6 *Testator instituit ventrem vxoris suæ, & si posthumus moriatur in pupillari ætate, vel aliter quandocunque, Titium substituit, si posthumus non nascatur substitutus admittitur.*

7 *Substitutio facta in vnum casum, extenditur ad omnes casus similes.*

8 *Interpretatio largissima est fienda in substitutione.*

9 *Prouisio testatoris facta in vnum casum, porrigitur ad omnes alios, de quibus si testator cogitasset, idē statuisset.*

10 *Iuri accrescendi est locus in coniunctis verbis, tamen substitutus coniunctum excludit.*

11 *Substitutio vulgaris expressa, matrem exlcudit.*

12 *Substitutio vulgaris facta in tota hæreditate, vel in omnibus bonis substitutus, nunquàm admittitur, nisi tota vacasset hæreditas.*

13 *Conditio voluntaria, quando est in substitutione adiecta, tunc extensio non fit de casu ad casum, etiā identitate rationis.*

14 *In conditionibus volūtarijs, non solum mentem, sed & verba oportet verificari.*

15 *Substitutio facta casu, quo posthumus nasceretur, & sine filijs decederet, locum non habet, quādo non nasceretur.*

16 *Substitutio facta de vxore filijs nascituris, locum non habet illis non natis.*

17 *Substitutio facta per verba, tunc, & eo casu excludit omnes alios casus. idem nu. 18.*

19 *Dictio, tunc, vbicunque adest in substitutione, substitutio facta in vnum casum, ad alium non extenditur.*

20 *Substitutio si casus euenit, non consideratus a testatore, locum non habet.*

21 *Substitutio pupillaris, in qua est apposita taxatiuè, vulgarem non compræhendit.*

22 *Extensio non fit ad aliū casum in substitutione, quādo tractatur de excludenda persona magis dilecta a testatore. idem nume. 23.*

24 *Substitutio vulgaris expressa in vnum casum, non extenditur ad excludendam testatoris vxorem.*

25 *Substitutio inutilis aliam vtilem facere non potest.*

26 *Subrogatum est eiusdem naturæ, cuius est is, in cuius locum subrogatur.*

27 *Rescriptum Principis intelligitur semper sine praiudicio iuris alteri quæsiti.*

28 *Substitutus coniunctum non excludit, idem constat de contraria voluntate testatoris.*

29 *Portio deficientis in caduco, vel quasi accrescit cum onere restituendi secundo substituto. secus in pro non scripto.*

30 *Iuri accrescendi in pro non scripto, locus est cum onere, quando onus iniunctum est omnibus hæredibus institutis.*

CONSILIVM XCIX.



CHRISTI, eiusq; Gloriosæ matris Mariæ Virginis, ac Beati Hieronymi nominibus inuocatis. Viso, & diligenter considerato tenore suprascripti testamenti, videtur prima facie dicendū, Antonium q. Bonadei testatoris consobrinum, substitutum in tertia parte hæreditatis prędictæ posthumis nascituris descendētibus sine filiis: Nec non monasterium Sancti Francisci de Pisauro substitutum Claudio nepoti testatoris decedenti sine filiis duabus tertiis partibus dictę hæreditatis prędictæ relictæ admittendos esse ad portionem hæreditatis prædictæ relictæ posthumis nascituris, cum nullus posthumus natus fuerit exclusa Domina Gigantina testatoris vxore cohærede pro altera dimidia. Et hoc ex pluribus rationibus.
1 † Primo per ea quæ habentur per Bar. & Doct. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthum. vbi dicunt, quod substitutio vulgaris concepta in vnum casum cōpræhendit omnes casus, qui possunt ad matrem testatoris adaptari. casus. n. conueniētes menti testatoris pro expresis habentur. l. cum proponas. C. de hære.
2 institue n. † & fideicommissum iniunctum decedentibus filis, debetur etiam illis non natis, vt tenuit Socin. consil. 52. in secundo volum. Et monasterium prædictum videtur debere succedere in portione relictaClaudio sine filiis defuncto, ex quo primus gradus substitutionis defecit, per doctrinam Bart. Bal. Imo. Pau. Ange. & Modernorum in l. quandiu. la 3. ff. de acquiren. hæred.

3 hæred.† vbi concludunt, quòd licèt primus gradus substitutionis deficiat, quia substitutio efficiatur caduca, vel quasi. puta primus substitutus præmoriatur, viuente hærede, post aditam hæreditatem, quod nihilominus venit restituenda secundo substituto, nã remansit hæreditas apud primum cum suo onere restitutionis. allegant text. in l. vnica. §. pro secundo, & in §. sin autem. C. de cadu. tol. & secundum istam communem conclusionem consuluit Socin. cuius cons. habetur inter consilia Corn. nu. 298. in tertio vol. quod approbauit solẽnis Doctor Dominus Ioã. Baptista Caccialupus, & subscripsit idem Corneus. idem consuluit Decius in consil. 427. incipienti, licèt in casu, in tertio volum. vnde inferendo ad casum nostrum, licèt defecerit prima substitutio facta de persona dicti Claudii filiis nascituris ex dicta Domina Gigantina, quia nemo natus apparuit: Nihilominus videtur esse locus substitutionis factæ Claudio de monasterio prædicto secundo loco substituto.

4 Secundo, pro ista parte faciunt ea, quæ voluit Alexan. in consil. 98. incipiente, visa parte testamenti, in quarto volum. vbi dixit, quòd substitutio facta sub conditione, si institutus efficiatur presbyter, locum habet etiam si non efficiatur presbyter, sed moriatur sine filiis, propter præsumptam voluntatem testatoris, quæ in fideicõmissis attenditur ex coniecturis, & ad hoc plura allegat.

Tertio ad idem facit, quod decidit Curtius iunior in consil. suo 83. in secundo volum. vbi cõsuluit, quòd quoddam hospitale vocatum ad successionem casu, quo Theodora mortuo Iacobo sine filiis fuisset hæres, & decessisset ante copulã matrimonii, multo fortius admittatur ex mente testatoris coniecturata, quando Theodora mortua fuit viuo Iacobo, licèt nupta, & postea Iacobus sine filiis decesserit per iura per eũ allegata.

5 Quarto confirmãtur prædicta, per ea quæ voluit Iason in consil. 203. in secundo volum. vbi consuluit, quòd substitutio fideicommissaria facta de filiabus testatoris, in casu, quo contigerit Maphæum testatoris filium decedere cum filiabus, locum etiam habeat multo magis, si contingat Maphæum mori sine vllis filiis, & filiabus.

6 Quinto facit, quod voluit Bald. in dicta l. fin. colum. vlti. C. de instit. & substit. vbi dixit, quòd testator instituit ventrem vxoris suæ, & sic posthumum nasciturum, & si posthumus moriatur in pupillari ætate, vel aliter quandocunque, substituit Titium, quòd si talis posthumus non nascatur, tamen substitutus admittatur. per text in l. ab exhæredati. §. fina. iuncta gl. vbi idem tenet Imo. ff. de lega. 1.

Sexto videtur facere tex. in dicta l. fi. C. de instit. & substitutio. facta in casu, quo posthumus non nascatur, locum habet, etiam si nascatur, & in pupillari ætate decedat, matre non existente in medio.

7 Septimo † facit, quia substitutio facta in vnũ casum, extenditur ad omnes alios casus similes, & procedentes ex eadem causa & ratione dispositionis testatoris, vt inquit Iason in dicto suo consil. 203. incipiente, circa primam dubitationem, allegat Bar. & alios in l. 1. in prin. in quarta colum. ff. de vulga. & pupilla. & duplicem rationem assignat. Primam, † quia in substitutionibus largissima fieri debet interpretatio. alleg. glos. & Doct. in dicta l. Gallus. in §. & quid si tãtum in eo, quia tractatur de vltimis volũtatibus, in quibus largissima fit interpretatio. capi. cum dilecti. de dona. l. in testamentis. ff. de regu. iur.

8 (margin, beside "tionem assignat. Primam")

9 Secundam † rationem allegat, quia prouisio testatoris facta in vnum casum, porrigitur ad omnem alium casum, in quo si testator de eo cogitasset, vel si de eo fuisset interrogatus, idem prouidisset. allegat tex. notab. in l. Titius. §. Lucius. & ibi Barto. & Docto. ff. de lib. & posthum. cum multis aliis.

10 Octauo pro ista opinione, quòd prædicti substituti admittantur exclusa præfata Domina Gigãtina in portione dictæ hæreditatis relicta posthumis ex ea nascituris, facit, quia licèt dicta D. Gigantina sit verbis coniuncta, & in coniunctis verbis sit locus iuri accrescendi. l. si duobus. §. Titio. ff. de lega. primo, & latè per Barto. & Docto. in l. re coniuncti. colum. 7. versic. secundo quæro, nunquid inter coniunctos. ff. de leg. 3. Tamẽ vbi adest substitutus, vt in casu isto, substitutus coniunctum excludit, tex. est in dicta l. secunda. §. si duo. de bonor. posses. secundum tabul. auct. hoc amplius. C. de fideicom. l. vnica. §. in primo, & §. pro secundo. C. de cad. tol. l. fi. in prin. & ibi glos. fi. ff. de vulg. & pupil. & latè per Bart. & Doct. in dicta l. re coniuncti. ff. de leg. 1.

Istis tamen non obstantibus, contrariam partem de iure veriorem teneo, videlicet Dominã Gigantinam prædictam admittendam per ius accrescendi ad dimidiam dictæ hæreditatis, in qua posthumi ex ea nascituri erant hæredes instituti, exclusis Antonio, & monasterio prædictis.

Et primo considerandum esse arbitror, hanc substitutionem, qua testator omnibus posthumis nascituris, absque filiis decedentibus substituit, & instituit vniuersales hæredes Claudium, & alios, esse vulgarem, quia licèt Bart. in dicta l. centurio. vlti. char. versi. quanto principaliter, dicat, quòd si testator post mortem hæredis instituit, & substituit, talis substitutio censetur cõpendiosa, comprehendens vulgarem, si hæres non adeat, & pupillarem, si adeat, & in pupillari ætate decedat, & fideicommissaria, si hæres adita hæreditate moriatur. tamen, quia in casu nostro testator verbo substituit, adiecit verbũ merè directum, hæredes vniuersales, teneo substitutionem prædictam esse merè directam, & vulgarem, si hæreditas non adeatur. Et pupillarem si adita esset, & heres suus in pupillari ætate decesserit, prout limitat elegãter dictam doctrinã

Bart.

Bart. in dicta l.centurio. Alexander ibidem. & idem Alex.in l.verbis ciuilibus.ff.de vulg. & pu
11 pil. vbi allegat Ang.& Imo. per † quam substitutionem vulgarem expressam mater excluditur, vt habetur in dicta l.fin.C.de instit. & substitut. sub condi. fact.

Considerandum est igitur, an in casu nostro prædicta substitutio facta, quòd deficientibus omnibus posthumis sine filiis, tunc & eo casu Claudius in duobus tertiis, & dictus Antonius in vno tertio succedant, & sint hæredes, ex quo euenit casus, quod nulli posthumi nati sunt, locum habeat, & dicendum arbitror de iure locum nõ esse dictæ substitutioni, sed quòd dimidia dictæ hæreditatis relicta posthumis nascituris per ius accrescendi ad dictam D. Gigãtinam pertineat cohæredem institutam institutam in dimidia dictæ hæreditatis.

Primo per text.in l.quidam testamento.ff. de vulga.& pupil. vbi iurisconsultus voluit illo casu cohæredem ex iure accrescendi non substitutum admitti, quia testator plures, quàm duodecim vncias inter substitutos distribuisset, ex quo apparebat testatorem voluisse, ita demũ admitti substitutum, cum tota hæreditas vacasset. & dicit ibidem Aretinus idem esse, quando 12. tantum vncias testator in substitutos distribuisset, cum sit eadem ratio. in casu autem nostro testator totam eius hæreditatem inter substitutos distribuit. ergo apertè constat, eius mentem fuisse, quòd ita demum dicti substituti admittantur, cum tota eius vacasset hæreditas.

12 †Confirmatur dicta conclusio ex his, quæ tradunt Ang. Imo. Paul. Alexander, & Iason in dicta l.quidam testamento, vbi dicunt, quòd si testator pluribus vulgariter substituit in tota hæreditate, vel in omnibus suis bonis, locum habet dicta lex, quidam testamento. ibi oẽs Doct. concludũt, quòd si substitutio vulgaris est facta in omnibus bonis, vel in tota hæreditate, quòd tunc substitutus nunquàm admittitur, nisi tota vacasset hæreditas. idem tenuit etiam Ang. cõs. suo 80.in fi.

13 † Secundo moueor, quia quãdo in substitutione est adiecta conditio voluntaria, tunc non fit extensio de casu ad casum, etiam ex idẽtitate rationis. & est ratio, quia tunc conditio impleri debet in forma specifica. magistralis est doctrina Bart.in l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de lib. & posthu. quam ibidem sequuntur Docto.& est communis opinio, vt tradit Socin. consil. 218. fi.col.in secundo vol.& in consil.52. prima col.
14 in fi.vbi dixit,† quòd in istis conditionibus voluntariis, non solum mentem, sed & verba oportet verificari, Idem voluit Decius, consil.89.col. secunda, & tertia, in primo volum. Idem Socin. consil. 259. secunda colum. in secundo volum. & consil.77. in tertia colum.& quarta, in 3. vol. & in consil. 104.quarta colum.ver.sed prædictis non obstantibus, in tertio volum. vbi eleganter dixit, quòd non sufficit cum prudenti consilio imaginari hanc fuisse mentem testatoris, nisi testator ita dispositionem fecerit. & idem Soc.per doctrinam prædictam, in consil.218. penulti.& vlti.col.in secundo volum. tradit hanc magistralem doctrinam, quòd si substitutio vulgaris fiat in aliquo casu, qui sit de necessariis ad ipsã substitutionem vulgarem, puta si filius viuo testatore moriatur. quo casu procedunt, quę habentur in l.si mater.§.fi.ff.de vulg.& pupil.idem si facta sit substitutio, si posthumus institutus nõ nascatur, quo casu loquitur tex.in dicta l.fi. C. de instit.& substi. & ibi notata, quia sunt casus de necessariis ad vulgarem substitutionem, quia videtur testatorem, tunc tantum effectum cogitasse. & ita procedit tex. in dicto §. & quid si tantum. & doctrina Bar.in l.prima. ff. de vulga. & pupil. si vero fieret substitutio vulgaris, in aliquo casu, qui non esset de necessariis ad vulgarem substitionem, puta si posthumus institutus decesserit sine filiis, vt in casu nostro, tunc, quia conditio est omnino voluntaria, cũ nihil intersit ad substitutionem vulgarem habeat, vel non habeat filios, cum vtroque casu potest esse, & non esse hęres. & tali casu dispositio facta in vno casu ad alium, non extenditur.& ad hoc plura allegat ibidem Socin.eandem doctrinam tradit idem Socin.in dicta l.prima.& in dicto consil.77. in tertio volum.& Deci.in consil.89.secunda colum. & sequenti. in primo volum. & hanc doctrinã ante eos tradidit etiam Alexander in consil. primo colum.6.versi.& posito, quòd in casu. in pri
15 mo volu. ergo † substitutio in casu nostro facta, casu quo posthumus nasceretur, & sine filiis decederet, locum non habet, quando minimè nasceretur, quia nõ natus mori non potest. Ita Pet. de Anch.in consi.356.incipiente ex serie. Soci. consil.259. secunda colum.in fi.Alexan. consil. primo.col.5.primo vol.& ita tenuit etiam Ang. in consil.93.incipiente, visis & inspectis omnibus, in fine. vbi concludit, quòd substitutus vocatus, casu quo posthuma nasceretur, non nata
16 posthuma non admittitur.†ad idem facit, quod voluit Petr.de Anchara.in consi.357. vbi dixit. quòd substitutio facta de vxore filiis nascituris, illis non natis locum non habet. refert, & sequitur Decius dicto consil.227.in prima colum. in secundo volum.& ex his patet substitutionem posthumis factam in isto casu euanuisse.

17 †Tertio facit, quia in casu nostro prædicta substitutio facta in posthumis nascituris decedentibus sine filiis de persona Claudii, & Antonii, est facta per verba taxatiua tunc & eo casu, de quorũ natura est excludere omnes alios casus.l. his solis.C.de reuocan. donat.Bal.in l.prima.C. de contratab. Socin.in dicto consil. 259. in 3. col. ver.confirmatur pręmissa. & ibidem Franciscus de Pepis in sua subscriptione ad dictum consi.
18 col. fi. & in † terminis nostris, quòd substitutio vulgaris facta per illa verba tunc, & eo casu, non extendatur ad aliũ casum. tradidit elegãter Pet. de Ancha. in dicto consil.356. colum. secunda. vers.

versic.tertio. hoc probat ad idem Decius consi. 332. visis consiliis.num. 10. in secundo volum. quem etiam refert, & sequitur Decius in dicto consil. 89.& in consil. 63. 1.colum. & Ro.cons. 131. incipiente,prima dubitatio.in princ.

19 Quarto facit, quia vbicunque in substitutione adest dictio, tunc,substitutio facta in vno casu non extenditur ad alium.l.vxori vsumfructū. ff.de vsufruc. leg.& ibi Bart.& tradit Iason.in dicto.§. & quid si tantum in tertia colum. versi. ex
20 istis. † facit, quia si euenit casus non consideratus a testatore locum non habet substitutio, ita decidit Alexander in dicto consil. primo.5. col. & Soci.consil. 104.præallegato in tertia colum.
21 & licèt in pupillari regulariter contineatur vulgaris: Tamen quando adest taxatiua vulgaris non compræhenditur.l. iam hoc iure ibi in vnū casum tantum.ff.de vulg.& pupil.ita Alex.in d. l.1.in ver.Item inquantum Bar.

22 Quinto facit, quia præfatus testator valde dilexit pręfatam D.Gigantinam eius vxorem, quā pro dimidia hæredem instituit, ergo substitutio facta in casu, quo posthumus nasciturus decederet sine filiis,non extendetur ad aliū casum, quādo posthumus non est natus ad excludēdū præfatam Dominam Gigantinam a testatore magis dilectam.ita voluit Alexā. in dicta l.prima. in 5. colum.versicu. quinto limita.ff.de vulg. & pup.
23 † vbi dicit, quòd quando tractatur de excludendo personam magis dilectam,tūc in substitutione non fit extensio de vno casu ad alium, prout probatur in dicta l.fi. C.de instit. & substit. vbi substitutio facta posthumo non nato non habet locum eo nato,licèt in pupillari ætate decesserit quando mater erat simul cum ventre æqualiter instituta idē habetur in subscriptione facta ad dictum consil.Socin.259. in prima col.idem voluit Fulgosius consil.49.col.2.ver. quinimo sub-
24 stitutio vulgaris in vnū casum expressa ad aliū non extenditur ad excludendam testatoris vxorem a iure accrescendi, qui est casus quæstionis nostræ.ex prædictis igitur habemus,quòd in casu isto substitutio facta posthumis nascituris decedentibus sine filiis de persona dicti Antonii,& Claudii posthumis non natis euanuit, facit etiam tex.in l.si duobus.§.fi.ff.de leg.1. si igitur substitutio facta de persona Claudii remansit inutilis a fortiori,& substitutio facta Claudio decedenti sine filiis de monasterio prædicto inu-
25 tilis erit. † Quia inutilis substitutio aliam vtilē facere non potest.arg.l.nullus solius.C.de decu. lib.10.erit ergo conclusio, quòd prædictum monasterium nullum ius in dicta hæreditate prætēdere possit vigore dictæ substitutionis, facit. q̃a absonū esset dicere,ꝙ substitutus substituti plus capere posset, quā primus substitutus potuerit, vt in simili inquit Oldr.consi. 177.incipiente,te testator in suo vltimo testamento.col.1.versic.3. absonum allegat text.in l. publius.§.Titia. ff. de condi.& demon.& illam decisio. Oldr. sequitur Ioan.And.in addi.Specu.in tit. de testi.§.in addit. magna,in versic.occurrit hic nouissimus casus.& sic ex prædictis constat Antonium prædictum ex dicta subrogatione facta de eo loco dicti monasterii non plus iuris acquisiuisse,quàm
26 haberet dictum monasterium.Si quidem subrogatum est eiusdem naturæ, cuius est is in cuius locum subrogatur.l.si eum.§. qui iniuriarum.ff. ff.si quis caut.Bar.in l.prima.C.de præposi. agē. in reb.lib. 12. Bal.in l.parabolani.C. de episco. & cleri.

Et minus obstare debent literæ apostolicæ expeditæ in forma breuis super dicta subrogatione pręfatæ Dominæ Gigantinæ, quia rescriptū Principis semper intelligitur sine pręiudicio iuris alteri quæsiti.l.1. §. merito.ff. ne quid in loco publ.fiat.l.nec auus. C.de emancip. liber.capit. quamuis.de rescript. in 6. quinimmo statuit regula cancellariæ Pauli Moderni Pontificis, sicuti & aliorum, ne per quamcunque signaturam ius alteri, quomodolibet quæsitum tollatur, vt vt litteræ regula Cancell. moderni Pontificis. nu. 17.

Nec obstant allegata in contrarium,& primo notata per Bar. & alios in dicta l.Gallus.§. & q̃d si tantum .ff.de lib.& posthum.quia non procedunt vbicunque substitutio est concepta sub cōditione voluntaria, vt in casu nostro per supradicta. Item non procedunt vbicunque est adiecta dicta dictio taxatiua, tunc & eo casu, vt similiter supradictum fuit.

Secundo non obstant, quæ voluit Alexan. in dicto suo consil. 98.in quarto volum.de illa substitutione facta casu, quo talis efficiatur præsbyter, & ea quę dixit Curtius iunior in dicto suo consil. 83.in secundo volum.& similiter decisio Iasonis in dicto consil. 203. in secundo volum. & doctrina Bal.in d.l.fi. C.de instit.& substitut. sub condit.facta,quia loquuntur, & procedunt in substitutione fideicommissaria.

Tertio non obstat tex.in d.l.fi.C.de instit. & substit. quia imo ille text. facit pro casu nostro, vt supradictum fuit, quia ibi substitutio facta vētri æqualiter instituto cum matre concepta in vnum casum non extenditur ad alium ad exclusionem matris.

28 Quarto ad illud, ꝙ dicebatur, qđ substitutus coniunctū excludit per tex.in dicta l.2.§. si duo. de bono. possess. in tabul. & secundum d. auct. hoc amplius. C.de fideicom. cum aliis supra alleg. respondetur,quòd non procedit in casu nostro, in quo constat de contraria voluntate testatoris,vt dictum fuit supra per tex. in dicta l. quidam testamento.ff.de vulga.& pupil.& ibi Doc. in dicta l.re coniuncti, vbi Bart.col.9.ver. tertio quæro vtrum coniunctus.ff.de leg.3.

Quinimo etiam si in casu nostro essemus in fideicommissaria substitutione, adhuc puto dictā conclusionem supra formatam esse veram, quia primus gradus sustitutionis de Claudio ventri nascituro factæ,& filiis ex eodem,qui nunquam apparuerunt, ex quo in esse non fuerunt,est habitus

bitus pro non scripto, quo casu defecto etiã primo gradu substitutionis, etiam fideicommissariæ portio deficiet ob non natiuitatem posthumi cohæredis accrescit præfatę Dominæ Gigannæ cohæredi, & verbis coniunctæ, absque aliquo onere restitutionis fiendæ secundo substituto, vt probatur in dicta l. vnica. §. in primo. C. de cad. tol. & est ratio, quia tale onus nunquã habuit fundamentum, neque radicem. cũ posthumus, a quo pendebat primus gradus substitutionis, nunquam in lucem venerit, ideo cum non habuerit originem dici non potest habuisse onus annexum restitutionis, nec primo, nec secundo substituto. ita Bald. in dicta l. vnica. §. in primo, & in §. pro secundo. colum. 2. versicu.
29 † quæro quare, vbi post Cynum adducit rationem diuersitatis, quare in caduco, vel quasi portio deficientis accrescat, cum onere restituendi secundo substituto, vt in dicto §. pro secundo. secus in pro non scripto, vt in casu nostro, & ita Salycetus ibidem secunda colum. versic. quæro, cum glos. Ita etiam Corneus in dicto consi. 298. in subscriptione incipiente eleganter est præsens consultatio in princ. vbi dicit, quòd decisio Barto. in dicta l. quamdiu, procedit in fideicommissaria substitutione caduca, vel quasi, quæ semel originem habuit, & fundamentũ subsistẽs, quæ decisio cessat in pro non scripto, vt est casus noster. refert, & sequitur Decius in dicto consil. 427. col. penulti. in fi.

Præterea in casu nostro frustra dubitaretur de onere restituendi fideicommissum in persona dictæ Dominæ Gigantinæ, quando essemus in fideicommissaria substitutione, quia pręfata Domina Gigantina bene fuit honorata cum vẽtre in institutione, pro æquali portione, sed solus venter nasciturus ex ea fuit oneratus fideicommisso. vnde cũ ipsa non fuit in onere coniũcta frustra in pro non scripto, quæritur vtrũ portio cum onere accrescat. Ita Bald. in d. l. vnica. §. in primo. colum. 2. versic. ex quo notandum resoluit contrarium de l. in ciuitatibus. §. Lucius. ff. de leg. 1. post Pet. & Cyn.
30 † Et licèt in pro nõ scripto videatur esse locus iuri accrescendi cum onere, vt in dicta l. in ciuitatibus. §. Lucius, & in l. si duobus. §. primo. ff. de lega. 1. & in dicta l. vnica. §. his autem definitis. C. de cadu. tol. tamen istud est verum, quando est nominatim iniunctum omnibus hæredibus institutis, & ita procedit tex. in dicto §. Lucius, & in dicta l. si duobus. §. primo, vel quando iniũgitur onus nominatim vni gradui, sub quo plures compræhenduntur, tunc etiam portio deficiens accrescit alteri cum onere. l. quæ cõdictio. in princ. ff. de condit. & demon. Quandoque cũ non est onus iniunctum nominatim ab aliquo hærede, & similiter tunc accrescit cum onere d. l. vnica. §. his autem, quandoq; cum vni tãtum est onus iniunctũ, & tunc portio cohæredis deficiens, quæ est pro non scripta ob natiuitatem posthumi accrescit cohęredi sine onere. l. celsus. §. fin. ff. de leg. 2. & hic esset casus quæstionis nostræ, si essemus in fideicommissaria, & ita tenent communiter Doctores post Bart. in dicta l. Celsus. §. fi. & in dicta l. si duobus. §. primo. & ex his concludo breuiter pro dictis Antonio, & monasterio sancti Francisci de Pisauro vigore prædictæ substitutionis nullum competere ius in dicta hæreditate, quæ tota pertinet ex supradictis ad præfatam D. Gigantinam. Laus Deo.

Hieronymus Gigas.

IN MATERIA MAIORITATIS & præeminentiæ.

SVMMARIVM.

1 *Dignitas ecclesiastica, ex quibus cognoscatur.*
2 *Dignitas ecclesiastica, vt cognoscatur, attenditur communis reputatio loci.*
3 *Primiceriatus de iure communi est nomen dignitatis. idem nu. 4.*
5 *Dignitatem habens in ecclesia cathedrali maior est eo, qui illam habet collegiatam, nu. 17.*
6 *Dignitas maior arguitur ex priori denominatione.*
7 *Dignitatem maiorẽ habere dicitur, qui melioribus, & dignioribus præest.*
8 *Dignior dicitur, qui iurisdictionẽ habet super alios.*
9 *Primicerius ecclesiæ castellanæ tertium locum habet post Patriarcham.*
10 *Digniores prius scribi debent.*
11 *Plebani non habentes collegium in eorum ecclesiis nõ sunt in dignitate ecclesiastica.*
12 *Experientia est rerum magistra.*
13 *Plebani ciuitatis Venetiarum sine capitulo non possunt procuratorem constituere. nec agere pro bonis ecclesiæ.*
14 *Argumentum corruit data instantia.*
15 *Archipresbyter ecclesiæ Castellanæ omnes Plebanos ciuitatis Venetiarum præcedit.*
16 *Dignitas prima post se secundam præsupponit.*
18 *Subscriptio prior non arguit maiorem dignitatem.*

CONSILIVM C.


OMINE labia mea aperies, & os meum annũciabit veritatem in causa maioritatis, & præeminentiæ, quæ inter Reuerendum Dominum Hieronymum Cursium Primicerium Castellanũ ex vna, & Reuerendos Dominos plebanos ciuitatis Venetiarum ex altera. omissis ambagibus, iuxta illud Vergilianum, summa sequar fastigia rerum. Præmitto igitur pro clariori intelligentia dicendorum, quòd dignitas ecclesiastica cognoscitur multis modis, & primo is dicitur dignitatem in ecclesia obtinere, qui rerum administrationem habet cum iurisdictione. Secundo is dicitur habere dignitatem in ecclesia, quia licèt non habere

beat administrationem. & iurisdictionem, habet tamen nomen dignitatis, & prælationis, videlicet prærogatiuam in ecclesia sua, tam in choro, quàm in capitulo. Tertio is dicitur in ecclesiastica dignitate constitutus, quando ex cõsuetudine illius ecclesiæ reputatur in ecclesiastica dignitate constitutus. Ita declarat Archi. in ca. primo. in secunda colum. de consuet. quem sequitur ibidem Ioan. And. in prima colum. & sequitur Imo. in cap. de multa. & ibi Docto. communiter. de preben. & Archidiaconum refert, & sequitur consulendo Aret. in cons. suo 23. incipit, in præsenti consultatione. col. 1. in princ.

Secundo præmitto, quòd primoceriatus in ecclesia Patriarchali Castellana habetur, tenetur, reputatur pro ecclesiastica dignitate, vt exstitit plenè probatũ per plures testes in processu, quo casu idem est, ac si dignitas esset de iure communi, per supradicta. facit quod voluit Cardi. in d. cap. de multa. in §. hoc idem in fine. vbi dixit, ꝙ

2 ad cognoscendum dignitatem ecclesiasticam, † attenditur communis reputatio loci alleg. text. in c. cum olim. de cõsue. idem voluit post alios ibidem Dominus Antonius in 5. colum. ver. 1. quando. & fuit originalis theorica Host. in summa de preben. in §. 2.

3 †Tertio præmitto, quòd primoceriatus de iure communi, est nomen dignitatis, vt probatur ꝑ tex. in cap. cum accessissent. de constit. & tenet Imo. in dicto capitu. de multa. colum. antepen. versi. intelligo, vbi formaliter dicit, ꝙ is dicitur habere dignitatem, quando habet nomen dignitatis, & præeminentiam inter alios sui ordinis, in choro, & in capi. vt sunt Archidiaconus, Præ

4 positus, & Primocerius.† Et quòd primoceriatus de iure cõmuni sit dignitas, voluit Guiliel. de Monte Laud. in clemen. prima. de præben. vbi concludit, quòd dignitas est quædã præeminentia in ecclesia, quo ad forum contentiosum gradum tenens, quæ quandoque dicitur personatus, quia per illam persona honoratur. Quandoque officium, quia illam habens officiatur. alleg. tex. in dicto capitu. cum accessissent, vbi primiceriatus appellatur dignitas personatus, & officium. ita refert Imo. in dicto capitu. de multa. colum. penul. in ver. & per hoc. Idem voluit Barb. per illum tex. in dicto capitu. cum accessissent. colum, quinta. in ver. nota ibi, de constitu. & idem Barba. in consil. suo 39. in primo vol. & voluit idem Aret. in consil. 23.

His sic præmissis aggredior præsentem difficultatem, in qua quæritur, vtrũ dictus Reueren. D. Primicerius præcedere debeat omnes & singulos Plebanos ciuitatis, & diocęsis Venetiarũ. & intrepide teneo, quòd dictus D. Primicerius præcedere de iure debeat ex pluribus. Et primicerius, vt patet ex deductis in processu, maximè ex bulla Eugenii, & ex pluribus constitutionibus patriarchalibus, tertiã dignitatem in ecclesia Castellana habere dignoscitur. † Et certũ

5 est, quòd is, qui habet dignitatem in ecclesia cathedrali maior dicitur eo, qui habet dignitatẽ in collegiata. Probatur in cap. fi. de offic. delega. in 6. vbi primo nominantur dignitates in cathe

6 dralibus. Secundo dignitates in collegiatis. †ex qua priori denominatione maior dignitas arguitur. l. prima. vt digni. ord. serue. lib. 12. C. gl. in capit. quorundam. in verb. prædicatorem. de elect. in 6. gl. in c. bene quidem. in verb. Mediolanensem. 96. distin. notat Domi. in c. fi. in prima col. de offic. deleg. in 6.

7 † Secundo facit, quia is dicitur maiorem habere dignitatẽ, qui melioribus & dignioribus præest in sua ecclesia. facit gl. in authen. constitutio, quæ de digni. in verbo generaliter. per quam ita Bal. in consil. suo. 387. in primo vol. Sed primicerius præest melioribus, & dignioribus, quia præest canonicis, quibus causæ committi possunt. c. statutum. de rescript. in 6. plebani autem præsunt presbyteris, & sic inferioribus, merito sequitur, ꝙ maior sit dignitas primicerii, quàm plebani, cum plebanus inferioribus præsit.

8 †Tertio probatur prædicta conclusio. Nam is dicitur dignior, qui iurisdictionem habet super alios. capit. 1. de maio. & obed. Sed primicerius habet iurisdictionem in clericos. d. Castellanæ ecclesiæ, quia pœnam imponere potest, prout in constitutio. Reuerendiss. bon. me. Domini Maphæi Girardi Patriarchę Venetiarum. Necnon & de iure cõmuni dicitur habere aliqualem iurisdictionem, vt tradit Areti. in dicto consil. 23. plebani verò nullam penitus habent iurisdictionem in clericos suæ ecclesiæ, vt est notorium, ergo inferiores sunt ipso primicerio.

9 †Facit quarto, quia, vt patet ex tenore constitutionis dicti q. Reuerendissimi Domi. Maphæi Ghirardo primicerius Ecclesiæ Castellanæ tertium locum & tertiam dignitatem post Patriarcham obtinet in ecclesia, & diocęsi castellana.

10 †Quinto probantur prædicta, prior enim denominatio, vt dictum fuit, arguit priorẽ dignitatem, per glos. in dicto capitu. quorundam. & in capitu. bene quidem. & habetur in ca. Nicolao. de appel. & in c. decernimus. de iudi. digniores enim prius scribi debent. l. ff. de albo scribẽ. per quem tex. dixit Bald. in l. cum quidam in tertia oppo. C. de verbo. signi. quòd prior nominatus maior cæteris esse præsumitur, & habetur, per Ange. & Imo. in l. quòd soluendo. la seconda ff. de hæred. instit. Et hoc maximè procedit, quando prior denominatio fit a Pontifice, uel sinodo, vt voluit Archi. in dicto capitu. bene quidem per text. ibi in versic. Sancta Sinodus. Sed Papa in capitu. ex litteris, de offic. delega. prius nominat primicerium, quàm plebanum. & idẽ facit in capitu. constitutus. el primo. de appel. facit etiam text. in sui suprascriptione in ca. cum instantia. de censi. Ergo ostendit primicerium maiorem habere dignitatem, quam plebanum. Ad idem faciunt plura in processu producta, maximè matricula congregationis Sancti Pauli, & matricula cõgregationis Sancti Fantini, in quibus

bus prius est descriptus primicerius, q̃ cęteri plebani. Nec obstat, si diceretur, ꝙ tex. in c. ex litteris, loquitur de primicerio Gradẽsi, quia ex quo sedes Reuerendissimi Patriarchæ Gradensis, de anno 1451. fuit translata in ecclesiã Castellanã, primicerius Castellanus successit loco illius, q̃a & ipse pariter est primicerius in eccle. Patriarc.

Sexto, ꝙ primicerius sit in maiori dignitate, & ꝙ plebanos præcedere dẽat, facit ẽt alia cõstitutio prædicti D. Maphæi Girardo, de qua in ꝓcessu fol. 3. ꝑ quã statuit, ꝙ canonici ecclesiæ Castellanæ plebanos p̃cedere deberent. quod ẽt voluit Eugenius Papa in sua bulla, de qua in ꝓcessu. fol. 1. Ergo pro notorio & constanti ponit, ꝙ primicerius dictos plebanos præcederet.

11 Facit septimo, quia nõ est dubiũ, ꝙ plebani nõ habentes in eorũ ecclesiis collegiũ, nõ sunt in aliqua ecclesiastica dignitate constituti, vt habetur ꝑ Feder. de senis in consil. suo 80. incipit, factũ tale est. & tradit Pet. de Anch. in c. j. de consu. in j. col. Modo clarũ est, ꝙ plebanus S. Blasii, S. Mauritii S. Leonardi S. Viti, S. Matthæi de riuoalto, Sancti Iacobi S. Bassi, & alii plures huius ciuitatis nullum habent in collegium in eorũ ecclesiis, & sic non sunt in aliqua dignitate constituti, & tamen præcedunt plebanos collegium habentes, si prius sint creati plebani, vt est notoriũ, & probatũ extitit in processu. Nec est dubium aliquod, ꝙ istos primicerius præcędet, quia maior eis, cũ sit in dignitate constitutus. Si ergo præcedere debet istos non habentes collegiũ, quando prius sunt creati plebani, ergo & collegium habentes pręcedere dẽt. per regulam, si vinco vincentẽ te, a fortiori vinco te. de qua in l. de accessionib. ff. de diuers. & temp. præscri. per Cyn. in auct. licèt, C. de natu. liber. per Bar. in d. l. de accessionibus. & in l. Claudius. ff. qui potio. in pignoribus habe.

Nõ obstant adducta in contrariũ, per D. Aduocatũ partis aduersæ, & primo dum dicebatur, primoceriatũ non esse dignitatẽ de iure cõi, allegando decis. Rotæ. nu. 137. in nouis, quæ dicit, ꝙ de iure cõi nulla noĩa officii ecclesiastici sonãt in dignitatẽ, nisi Archidiaconatus, & Archipręsbyteratus. & Alexã. in consil. 219. in 2. col. in 2. vol. vbi verè dicitur, ꝙ primiceriatus non sit dignitas de iure cõi. & consuluit, ꝙ cõmissio cãæ facta primicerio S. Petronii Bononiæ esset nulla. Nã ad hoc respondetur, ꝙ imọ in cõtrariũ est veritas, quia de iure cõi primiceriatus est dignitas, vt latè dixi supra, in 3. præsupposito. & cõtrariũ eius, qđ cõsuluit Alex. in eodẽ meo casu consuluit Barba. in consil. suo. 39. in 1. vol. Præterea Alexã. loquitur in primicerio ecclesiæ S. Petronii, & sic collegiatæ ecclesiæ. qui vigore cuiusdã bullę Eugenii, vt ipse dicit, non hẽbat dignitatẽ, sed officiũ. nos aũt loquimur de primicerio ecclesiæ Patriarchalis Venetiarum. & sic sumus in casu diuerso. Ergo de casu ad casũ non est bona illatio vulgata. l. Papinianus exuli. ff. de minor.

Non obstat secundo, dũ dicebatur, ꝙ habens administrationẽ non habenti præfertur. per nõ per Bar. & Bal. in l. omnes, vt dignit. ord. serue. li. 12. C. quia non est verũ, dicere, ꝙ plebani ciuitatis Venetiarũ habent administrationẽ bonorũ

12 ecclesiarũ suarum. † Quia, vt experientia docet, quę rerũ est magist. c. q̃ sit. de elec. in 6. plebanus & presbyter ecclesiæ capitulariter cõgregati cõstituunt massariũ, qui administret bona, & vnicuique ipsorum reddat suam portionem.

Tertio, dũ dicebatur, ꝙ plebani solũ agere poterãt ꝓ eorũ ecclesia, & ꝓcuratorẽ constituere ꝓ bonis ecclesiæ. & ꝑ no. in c. edoceri. de rescr. Breuiter dicitur, ꝙ notata in d. c. locũ habent in prælatis, qui omnimodã habent administrationem bonorũ, & introitum ecclesiæ, vt sunt Abbates

13 & alii. † Sed clarũ est, ꝙ plebani soli nõ possunt sine capitulo eorũ ecclesiæ procuratorem constituere, nec ipsi agere pro bonis ecclesiæ, quinimmo in faciendis electionibus titulatorũ suæ ecclesię capitulũ ꝓpria auctoritate conuocare nõ possunt, nisi obtenta prius licentia a Reuerendissimo D. Patriarcha, vt patet re ipsa.

Dicebatur quarto, ꝙ prima dignitas in collegiatis, & sic plebanatus, est reseruata dispositioni Pontificis, sicuti prima dignitas in Cathedralibus. c. fi. de offic. leg. in 6. primiceriatus aũt cum sit tertia dignitas in cathedrali post Patriarchalem, non est reseruatus, & sic videtur, ꝙ plebanatus sit maior dignitas, & sic plebanus primoce-

14 riũ præcedere dẽat. † Ad hoc respondetur, ꝙ data instantia argumentũ corruit. gl. in c. sicut vrgeri prima q. 1. gl. in l. si creditori. ff. de oper. no. nuncia. Modo Archipresbyteratus est secunda dignitas in ecclesia Castellana, & sic non reser-

15 uata, † & tamen notorium est, ꝙ Archipresbyter ecclesiæ Castellanæ oẽs & singulos plebanos ciuitatis Venetiarum præcedit, & sic patet dictũ argumentum non stringere.

Adducebatur quinto loco gl. in clem. vt hi, q̃, de æta. & quali. quæ videtur velle, ꝙ appellatione dignitatis ĩ collegiata, nõ venit prima dignitas, & sic per consequens plebanatus, & tamen appellatione dignitatis in cathedralibus veniet primiceriatus, & sic videtur plebanatũ esse maioris dignitates. Breuiter respondetur, ꝙ illa gl. ꝓcedit, quando in ecclesia collegiata sunt plures

16 dignitates. † Prima. n. dignitas pręsupponit post se secundam, secundum Bal. in si quis. §. talẽ. ver. modo pone. C. de secun. nup. Sed in casu nostro in ecclesiis collegiatis ciuitatis Venetiarũ, nullus dignitatem obtinere dicitur, nisi plebanus, merito, illa gl. in casu nostro nõ procederet.

17 † Respondetur & secundo modo, ꝙ dato, ꝙ illa gl. procederet in casu nostro, non sequitur cõsequẽtia, ꝙ plebanatus sit maior dignitas, q̃ primoceriatus ecclesiæ Castellanæ, cum dignitates in cathedralibus sint maiores quam dignitates, in collegiatis, per tex. in c. fi. de offic. deleg. in 6. & dixi supra in primo fundamento.

Tertio respondetur, ꝙ similiter non valet cõsequentia dicere, plebanatus non venit appella-

tione dignitatis in collegiata. Ergo maior est dignitas, quam primiceriatus, qui venit appellatione dignitatis, in cathedrali. Patet, quia clarum est ꝙ Archidiaconatus, & Archipresbyteratus veniunt appellatione dignitatis in cathedrali, & tamen & Archidiaconatus & Archipresbyter ecclesiæ Castellanæ maior est quolibet plebano, & illos præcedit. quod est notoriũ in hac nobilissima, & inclita ciuitate Venetiarum.

18 Sexto nõ obstat, dũ dicebatur, ꝙ stante eo, ꝙ prior denominatio denotet maiorem dignitatem, iuxta gl. in c. quorundam. de elec. in 6. & in c. bene quidem. 96. distin. supra allegatus plebanatus, sit maior dignitas, ex quo in quadam trãsactione in processu producta per partem aduersam prius se subscripserunt duo plebani. Tertio & vltimo loco, se subscripsit Primicerius ecclesiæ Castellanæ. Nam prior subscriptio non arguit priorem dignitatẽ, sed solum probat, ꝙ illa subscriptio primo fuit facta. ita in terminis dixit Bal. in quibus in prima consti. C. facit doctr. Bar. in l. 2. §. prius. in fi. verbis. ff. de vulga. & pupil. substi. Et dato, ꝙ in aliquib. scripturis prius reperiretur nominatus plebanus aliquis, quàm
19 primicerius, non esset maioris dignitatis, quia argumentum a priori denominatione procedit in casu dubio. nam tunc bene arguit priorem dignitatem. Secus quando constat de maiori dignitate. Tunc enim ordo litteræ non attenditur, l. nec enim. ff. de solut. vbi Imo. notat Bart. in l. 2. § si prius. circa fin. ff. de vulga. & pupil. substit. In casu autem nostro, ex aliiis supra adductis constat primicerium esse maioris dignitatis, quàm plebanum, merito dictum argumentum non procedit circa hunc passum. Decius in dicto c. Nicolao, col. 2. de appel. & quòd primicerius ecclesiæ Castellanæ sit maior plebanis, probatur etiam ex eo, quod tam Victor Catena, quàm Daniel Adæ, olim primicerii dictæ ecclesiæ præcedebãt plebanos ciuitatis Venetiarũ, vt probãt plures testes in processu examinati.

Et ex istis breuiter concludo, Reueren. D. Primicerium prædictum maiorem habere dignitatem, quàm plebani ciuitatis Venetiarum. & propterea tanquam maior eisdem præferendum esse, in quibuscunque actibus tam publicis, quam priuatis, & ita esse partes Reuerendissimæ D. V. in sententiando.

Hieronymus Gigas.

CONSILIVM CI.



QVOD primicerius ecclesię Castellanæ sit in dignitate ecclesiastica constitutus, clarè constat. nã præcedit canonicos dictæ ecclesiæ, & capitulum conuocare potest, de cõsuetudine inueterata illius ecclesiæ, & ab illis canonicis honoratur vti maior, & tertium post Patriarchalem obtinet stallum in choro. Ex quibus arguitur, quòd sit dignitas per not. per Archid. in cap. primo. de consuet. in 6. colum. secunda. in versic. dic, quòd dignitas cognoscitur, quando quis habet nomen dignitatis, & prælationes, sicuti prærogatiuam in ecclesia sua, tam in choro, quam in capitulo, licet iurisdictionem, & administrationem rerum non habeat. Exemplificat in Archidiacono Parmensi, qui nullam habet iurisdictionem, & tamen dignitatem habere dicitur, & ad id allegat text. in capitulo cum accessissent. de constitu. vbi primiceriatus dignitas appellatur. Et hoc videtur sentire Archidiac. ibi, quòd primiceriatus sit dignitas, dum dicit, quòd Archidiaconatus, Decanatus, & Primiceriatus pro nomine officii, & personatus promiscue ostenduntur. Et tamen patet, quòd Archidiaconatus est dignitas, vt habetur per Doct. in dicto capitu. primo. de consuetu. & patet per tex. in capitu. primo. de offic. Archid. & Decanatus similiter est nomen dignitatis, vt per Rot. decis. 442. in nouis. Et Cardina. in consil. 62. incipit, in ecclesia Bellunensi. & est text. de vtroque in c. ad aures. de rescript. Patet, quia cum causæ nõ possint cõmitti, nisi constitutis in dignitate ecclesiastica. capitu. statutum. de rescript. in 6. Decano, & Archidiacono ecclesiæ cathedralis cõmitti possunt, vt per Docto. in d. c. statutum. Et ideo tota die videmus causas huiusmodi personis cõmitti, & ꝙ Archidiaconatus sit dignitas, est text. in clem. fi. vbi notat Cardi. in primo nota. de præben. Doct. in c. de multa. de præben. Pau. in cle. prima. de elec. & in clemen. ne in agro. de stat. mona. Abb. in c. nouit. de iudi. & in c. ad aures. in primo notab. de rescript. Et similiter Primicerio cathedralis ecclesiæ tamquam habenti dignitatem de iure communi causæ committi possunt, vt tradit Barba. in consil. 39. incipit, clemẽtissimi Dei. in fi. in primo volum. vbi expressè dicit, quòd primiceriatus de iure cõmuni est dignitas. allegat not. in capit. cum accessissent. de constitu. & per Doct. in c. primo. de consu. in 6. & in c. de multa. de præben.

Et si diceretur, ꝙ primiceriatus est officiũ, seu personatus, non dignitas, prout videtur text. in dicto ca. cum accessissent. vbi primiceriatus appellatur primo personatus, demum dignitas, & tertio loco officium, respõdetur, quòd etiam Archidiaconatus officium quãdoque nominatur. & ita Decanatus. nam dicta nomina confundũtur, vt per Archi. in d. c. 1. de consu. in 6.

Et ꝙ sit dignitas dictus primiceriatus, patet et ex bullis Eugenii IIII. & Alexãdri VI. qui vocat Archipresbyteratum, Archidiaconatum, & Primiceriatum Castellanæ ecclesiæ dignitates.

Faciunt ad prædicta, ꝙ vltra Arch. & Gemi. in d. c. 1. de consu. dicunt Doct. maximè Imo. in c. de multa. col. antepen. de præb. vbi Imo. in versi. intelligo, concludit, ꝙ is dicitur habere dignitatem, quãdo hẽt nomen dignitatis, & præeminentiam inter alios sui ordinis, in choro, & in capitulo, vt sunt Archidiaconus, Præpositus, Primicerius

cerius,& custos. Et ꝙ primiceriatus sit dignitas, tenet Guil.de monte Laud.in clem. 1.de præbē. vbi concludit, ꝙ dignitas est quædā præeminentia in ecclesia,quo ad forum contentiosum gradum tenens, quæ quandoq; dicitur personatus, quia per illam persona honoratur.quandoq; officiū,quia illā habens,officiat,allegat.c. cū accessissent.de cōsti.qui loquitur de primiceriatu, & ipsū refert Imo.in d.c.de multa.col.pen.in ver. & per hoc hēs, vbi latissimè cōcludit, ꝙ non est necessaria iurisdictio ad effectū dignitatis. Sed sufficit habere nomen dignitatis,& preeminentiā in choro,& capitulo.Ita concludit Imo.in d. c.de multa.col.fin.circa finem.

Facit ēt,ꝙ voluit Cardi.in d. c. de multa in §. hoc idē in fi.vbi dixit, ꝙ ad cognoscendū dignitatē attenditur cōis reputatio loci.c. cū olim.de consue.Sed si constare nō posset,per loci consuetudinē,si vocetur aliquo nomine, ꝙ de iure sonet in dignitatē Archidiaconatus, vel quid simile censebitur dignitas, nisi contrariū probetur. Et ita voluit idem Imo. & ceteri, inter quos D. Ant.in 5.col.versic.1. quando. & fuit originalis theorica Host.in summa.de præb.in. 2.quem referunt D.Ant.& alii.Verum est,ꝙ Host. requirit ēt preeminentiam in choro, & in capitulo.

Hieronymus Gigas.

Consilium in causa de Phichæ de Ausero.

SVMMARIVM.

1 *Filius,cui a matre relicta sunt bona sub conditione, si erat presbyter, si decessit clericus, antequam fieret sacerdos, de dictis bonis disponere poterit.*

2 *Ingressus religionē si decedat infra probationis annum,eius bona monasterio remanent.*

Animi destinatio, de quo patet per actum inchoatum, licèt non consumatum, habetur pro opere.

3 *In pollicitationibus cœpisse sufficit.*

4 *Ingressus religionem infra annum probationis,religiosus dicitur.*

5 *Condictio potestatiua pro impleta habetur, quando non stet per eum,qui adimplere debebat: quominus impleret.*

6 *Legatum factum mulieri,si monachabitur, debetur mulieri,quæ ingressa fuit religionem, licèt decesserit ante professionem.*

Secus si post monachatum, reuersa est ad seculum.

CONSILIVM CII.

IN præsenti casu viso testamēto Phichæ de Ausero, & consideratis, quæ in facto narrantur,arbitror de iure dicendum,† Iacobum filiū d.Phichæ,qui decessit clericus rectè potuisse disponere de bonis sibi a matre relictis,sub cōditione, *sel sarà prete.* quia ēt ꝙ decesserit, antequam sacerdos fieret,satisfactū est cōditioni, arg. notatorū per Pet.Cy. & alios,in auct.ingressi.C. de sacrosan. eccle. & vbi D.Rosellus de Arretio in ver.sed quero quid si aliquis.vbi volunt,ꝙ si quis, † ingressus fuerit religionem,& ante professionem, infra annū ꝓbationis decedat, eius bona remaneant monasterio.& Pet.de Anch.in præsentia.de ꝓb.sequitur Ant.de But.in d.c.in præsentia.vbi Barb. in 33.col. facit,quia animi destinatio,de quo patet per actū inchoatū,licèt non cōsumatū, habetur pro opere cōsumato,& ꝑfecto,licèt casu fortuito vel alio impedimento ad effectū non ꝑueniat. l. cū quidā.Et l.si non fuerit.§.quid ergo ff.de aur. & argen.leg.† Et maximè,quia in pollicitationibus sufficit cepisse.l.1.§.cepisse.ff.de pollici.facit quod voluit Card.in clem. 1.de elect.† vbi dixit, ꝙ ingrediens monasterium infra annum probationis,dicitur esse religiosus.facit tex.in l. cū veteres.in verbo,homo fieri.C.de fideicō.liber.iūcta.l.qui in vtero.ff.de stat.homi. vbi appellatione hominis venit posthumus, qui homo nō est, sed fieri homo speratur.Ita dicamus in casu nostro.Iacobus effectus est clericus, &perseuerauit vsque ad mortem, veniebat presbyteri appellatione,quia presbyter fieri sperabat.

5 Præterea conditio potestatiua habetur ꝓ impleta,quando non stetit per eū, qui implere debebat,quominus impleatur. sed impeditur casu fortuito,vel alio impedimento.gl. est in l.fi. pro patre,§.versum.in verbo duret.ff.de in rem verso,quā refert,& sequitur Ange.in consil.suo 34. incipit,Constantinus Arculani,in ver.pro hoc.

6 quia † facit,quia relictū factū alicui, si monachabitur,debetur mulieri, quæ ingressa est religionē,licèt decesserit ante religionis professionem, vt no.Doc.in l.si quis hæredē.C.de insti.& substit.secus est,quando monachatur, & postmodū egreditur religionem,& reuertitur ad sæculum. Nam tunc legatū nō debetur,vt per Bart. & Bal. Pau.de Cast.& alios ibi. Hierony.Gigas.

In causa testamenti Augustini Galerani.

CONSILIVM CIII.



AVgustinus de Galerano de an. 1529. testamentum condidit,scripsitq, propria manu, & notario clausum tradidit, coram testibus, qui se subscripserunt, & cæt. iuxta formam consuetudinis ciuitatis Venetiarum,& formam traditā per text. in l.hac cōsultissima.C.de testam. demum post aliquot menses adiuit notarium, cui testamentum consignauerat,& illud sibi restitui petiit.notarius voluit, quòd Augustinus testator coram duobus testibus scriberet in quodā libro ipsius notarii, qualiter dictum testamentum receperat retro. quod factum fuit. Et facta dicta nota, orta est postmodum differentia inter Augustinum & notarium super mercede, quam sibi notarius solui petebat. Vnde Augustinus nolens notario quicquam soluere, abiit iratus & reliquit dictum testamentum notario. demum pau

cis post mensibus obiit, nullo alio condito testamento. Quæritur an tale testamentum sit validum, vel reuocatur iure accrescat.

Primo dubitatur, an illa nota receptionis testamenti facta per Augustinum concurrente eius petitione, causet reuocationem testamenti.

Secundo an, ex quo Augustinus non obstante dicta nota, reliquit illud in manibus notarii, & post plures menses sit mortuus, ex hoc testamentum non censeatur reuocatum.

Tertio quæritur, præsupposito etiam, ꝙ testamentum fuerit reuocatum, an notarius teneatur illud, publicare hæredi scripto in eo.

Quarto, an ex eo, quòd Lucia dicitur hæres instituta, quę fuit testatoris concubina, excluso fratre testatoris, vitietur testamentum.

Quinto an, ex eo, quia schola Sancti Ioannis Baptistæ, fuit substituta, & sic testator disposuit de suis bonis ad pias causas, valeat tale testamẽtum, dato, quòd aliàs non valeret.

Ad primum videtur dicendũ testamtẽum sit reuocatum, quia testator id sibi restitui voluit. l. fi. ff. de his, quæ in test. delẽtur. vbi dicitur, ꝙ quãdo testator tabulas suas ex publico abstulit, & deleuit, videtur voluisse intestatus decedere: tamẽ quia in rei veritate, in casu isto testator noluit retrò testamentum, sed illud reliquit in manibus notarii, ideo dicemus validum esse. d. l. fi. a contrario sensu.

Ad secundum dicitur, ꝙ ex quo Augustinus testator verè, & realiter non rehabuit a notario dictum testamentum, & per ipsum stetit, quominus rehaberet, quinimo reliquit illud vsque ad eius obitũ in manibus notarii, non dicitur facta reuocatio. tex. n. in l. fi. ff. de his, quæ in testa. delen. locum habet, quando testator verè rehabuit testamentũ, & illud deleuit. facto. n. ostenditur voluntas. l. repræhendenda. C. de insti. & substi. gl. in l. de quibus. ff. de legib. gl. in l. dolum. C. de except. facit illud poetæ, & facta loquuntur. cum igitur dictus testator per multos menses post notam receptionis, vsque ad eius obitum tale testamentum reliquerit in manibus notarii, ex isto facto præsumitur illud noluisse reuocare, præsertim cũ nullũ deinde aliud testamentum fecerit.

Ad tertium dicitur, quòd notarius tenetur testamentum publicare, etiam si esset reuocatum per secundum testamentum. facit text. in l. 2. §. si plura, & ibi glos. in verbo, si plura. ff. quemad. testa. aper. & ibi not. Bar. & dicit ibi Bald. quòd notarius cogitur conficere quodlibet instrumẽtum, de quo est rogatus, licèt partes discesserint ab illo, vel pęnituerint.

Ad quartum dicitur, quòd frater testatoris dicere potest testamẽtum inofficiosum, ex quo turpis persona est instituta. l. fratres. C. de inoffic. testam. tamen testamentum valet.

Ad quintum dicas, ꝙ testamentum minus solenne substentatur ad pias causas factum. Bal. in l. si in iure. C. de testa. Alex. latè consil. 103. incipiente, viso ac diligenter. col. 2. versic. confirmatur etiam. nu. 8. in 4. vol.

Die 12. Nouẽb. 1532. in Excellẽtissimo Cõs. de Quadraginta criminali, captum fuit, ꝙ præceptum factum D. Zachariæ de Priolis notario per d. aduoc. communis, quòd releuaret prædictum testamentum in publicam formam, non teneret.

IN MATERIA VOLVNTATIS FIdeicommiss. speciem concernen.

Consilium pro Mag. Dominis de Portulacis nobilibus Brixien.

CONSILIVM CIIII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & Iustitiæ.



PRO resolutione dubiorum exhibitorum Magnificis Dominis de Portulacis nobilibus Brixiensib. in quibus dubitatur, an filii Domini Laurentii banniti de omnibus terris, & locis Illustrissimi Dominii Veneti, cum confiscatione bonorum, sint exclusi a bonis, & hæreditate q. Domini Ioannis senioris de Portulacis subiectis fideicommisso, propter bannum dicti eorum Patris, Prima facie videtur dicendum, ꝙ non, quia banniti nostri tẽporis, nõ æquiparãtur deportatis, vt tenuit Bar. in tracta. bannitorum. & in q. incipiente, Lucanę ciuitatis, & in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Treb. & ibi Iaco. de Aren. & idem Barto. in l. prima. de hæred. instit. & Alex. in l. ex facto. ff. ad Treb. vbi dixit hanc esse communem opinionem.

Prædictis tamen non obstantibus, contrariũ verius esse sentio, quia cum vigore sui banni dictus Laurentius potuisset impunè offendi, & ẽt ex dispositionẽ statutorum Brixiæ, nec non eius bona erant confiscata, æquiparabatur deportatis, iuxta gl. in §. relegati. insti. quib. mod. ius pat. pot. sol. quæ dixit, bannitum nostri temporis ęquiparari deportatis, quando eius bona sunt cõfiscata, de iure, vel consuetudine, ad idem gl. in c. Domino Guerra. in tit. hic finitur lex. Verum dictus Laurentius nõ solum poterat impunè offendi, sed eius occisores præmio erant donati, vigore condemnationis eiusdem. Et hanc opinionem sensit Pau. de Cas. in l. ex facto. ff. ad Treb. & habetur per Corne. in consil. 55. nu. 13. 14. & 15. in 2. vol. vbi dicit, ꝙ ista est cõmunis opinio, & tenenda. Et idem voluit Rui. Dominus meus, in consil. 49. Si probatum est. nu. 4. in 4. vol. vbi dixit, ꝙ bannitus cum confiscatione bonorũ, & qui potest impunè offendi, amittit nõ solum ea, quę sunt de iure statutorum, sed ea, quę sunt de iure cõmuni. allegat Rayn. & Paul. de Cas. in l. j. C. de hęred. instit. & Imo. in d. l. ex facto. §. ex facto, & Alexan. consil. 23. & consil. 26. in primo volum. & in consil. 75. eodem volumine. & consil. 258. Animaduersis. columna secunda. num. 12. in secundo vol. vbi allegat multos Doctores tenentes

tenentes hanc opinionem. Hanc etiam opinionem tenuit Alciatus in l.in cõtratabulas.§.quidam filium.ff.de bono.possess.contratabu. Cum enim dictus Laurentius esset bãnitus a toto Dominio Venetorum,& sic a tota patria,iuxta text. in l.amissione.§.primo.ff.de capit.diminu.eo casu bannum succedit loco deportationis, vt per Guido.Papæ.q.422.& 437. & tenet Craue. consil.120. Respondeo ad dubia.nume.13. in secũdo volum. Et quòd bannitus ex homicidio, ex quo ingeritur pęna mortis, æquiparatur deportato vel mortuo, & perdat non solum iura statutaria ciuitatis, sed etiam iura communia in illa ciuitate, ex qua est bannitus, tenuit etiam Curtius iunior in consil.182. Habita diligenti consideratione col.3.in 2.vol.

Secundo facit, quia in ciuitate Brixiæ extat statutum, quòd bannitus admitti non debeat ad petitionem sui iuris, quo stante, bannitus, qui admitti non debet ad petitionem sui iuris, priuatur etiam beneficio iuris communis,circa bona, quę sita sunt in territorio illius ciuitatis,a qua est bannitus,vt voluit Iason.consil.166. Videtur prima facie, colum. 3. nu. 2. in secundo volum.vbi attestatur, hanc esse magis communem opinionem, & ab eo non esse recedendum in iudicando, & idem Iason. consil. 167. Motiuis subtiliter.colum.prima.nu.2.eo. volum.vbi dixit, quòd talis casus non fuit compræhensus a Bart. Quinimo stante tali statuto processus in fauorem talis banniti factus non tenet,vt per Alexan.consil.37.viso & oportunè discusso.col.2. in secũdo volum.quem sequitur Iason. in dicto consil.166.colum.secunda.ad idem Bald.in l.1. ad finem.C.de hæred.instit.circa finem, & Imo. in l.1.§.sublata.ff. ad Trebel.

Tertio facit, quia per statutum Brixiæ.171.in criminalibus disponitur,quòd omne damnum, iniuria, & maleficium datum, & factum in persona, vel rebus banniti,de maleficio,ex quo pęna sanguinis ingeratur,perpetuo,remaneat impunitũ,& impunita,ex quo sequitur,ꝙ talis bannitus intelligatur positus extra protectionem dicti communis, vt in contingentia facti consuluit Iason in præallegato consil.166.allegat Bart. in l.vim.col.4.ff.de iusti.& iur. & Moder.in l.in suis. per illum tex.ff.de libe. & posthu.

Quarto facit, quia damnatus ad mortem efficitur seruus pęnæ.l. qui vltimo.ff.de pęnis,& seruus pęnæ est priuatus patria potestate. d.l. qui vltimo.ff. de pęnis. Seruus autem non potest habere patriam potestatem, quam habent soli ciues Romani.l. nam ciuiũ. ff. de his,qui sunt sui vel alie. iur. & serui non sunt ciues Romani,sed perdunt ea, quæ sunt ciuium Romanorum. l. quod attinet.ff.de regul.iur.& instit.de capi.diminut.§.maxima.

Quinto facit. nam quando seruus pęnæ non esset effectus dictus Laurentius, ex quo secundum magis communem Doctorum opinionem banniti nostri temporis æquiparantur deportatis, vt supra ostensum fuit, & deportati desinũt esse ciues Romani, & ea quæ sunt iuris ciuilis perdunt. §. media institu.de capit. diminu. & l. prima. C. de hæredita. instituen. Et idem perdunt patriam potestatem, quam habent in liberos, iuxta text. in §. cum autem is. Institut.quibus mod. ius patr. potest. sol. Quod maximè procedit, quando impunè offendi possunt, vt in casu nostro. Tunc enim censetur hostis ciuitatis, a qua est bannitus, iuxta text.in l.amissione. §.qui deficiunt. de capit. diminut. vt voluit Barto. in l. prima. C. de hæredita. instituen. vt per Corne. in præallegato consilio 55. vbi dicit, hanc esse communem opinionem, & maximè tenendam in decisiuis.

Sexto facit, quia banniti ab Imperatore perdunt omnia iura ciuilia, communia, & statutaria, vt per Imo. in dicta l. ex facto.§. ex facto. ff. ad Trebellian. &ibidem Ioannes Franciscus Ripa. colum. fina. versiculo, denique intellige.nume. 18. & nume. 20. idem voluit Matthesil. in tracta. de succes. ab intesta. in tertio articulo prin. in versiculo. Quintus modus, vbi dixit, quòd bannitus ab Imperatore viuente, cum sit effectus hostis Imperii, est priuatus omni beneficio iuris ciuilis, & sic æquiparatur deportato. Præfatus autem Laurentius bannitus fuit per Clarissimum Prætorem Brixiæ de omnibus terris, & locis Illustrissimi Dominii Venetorum, tam terrestribus, quam maritimis, & nauigiis armatis, & disarmatis, & cum confiscatione bonorum, ex auctoritate sibi demandata ab Illustrissimo Senatu. Ergo est, ac si fuisset bannitus ab Imperatore ex eius Dominio, quia ciuitas Venetiarum in suis ciuitatibus, & toto eius Dominio, vim Imperatoris obtinet, & omnia potest, quæ Imperator in suo Dominio, vt scribit Iason in l. cunctos populos, in repetitione. columna 19. C. de summa Trinit. & fide Catholi. Et idem Iason consilio 70. columna prima. in tertio volumine. Est enim ciuitas Venetiarum libera, cum sit in mari fundata, vt scribit Bald. in rubri. ff. de rer. diuisio. columna secunda. in versiculo,circa ædificia. Idem dixit Ioannes Franciscus Ripa.in l.prima. nume. 8. de acquiren. possessione, & in l. insula. nume. 22. ff. de verborum obligatione. vbi dixit, quòd Domini Veneti non tenentur recognoscere Imperatorem, & ad hoc plura alia deduxi in tracta. meo, de crimi. lęsæ maiesta.in rubri.quotuplex sit maiestas.

Et tenendo hanc opinionem, non obstat, ꝙ voluit Barto.in dicto §. ex facto. & in tracta.suo bannitorum. & in quæstione incipiente, Lucanæ ciuitatis, in quibus locis tenet, quòd banniti nostri temporis perdunt solum iura statutaria illius ciuitatis, a qua sunt banniti, non autẽ iura communia, quia opinio Barto. procedit in bonis, quę sunt extra territorium bannientis, vt per Ruin. Dominum meum in dicto consil. 49.in quarto volum. & per Alciatum in dicta l.

in contratabulas. §. quidam filium. nume. 8. & Iason in dicto consil. 166. & 167. in secundo volumine.

Secundo respondetur ad doctrinam Bart. & sequacium, quòd procedit in bannitis per Rectorem alicuius ciuitatis, qui non ęquiparantur deportatis, quia ciuitates non possunt aliquem deportare. facit text. in l. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de offic. pręsi. & idem dixit Bal. in l. amissione. colum. secunda. versic. item ipse bannitus. ff. de capit. dimi. vbi dixit, quòd præses Prouincię non potest deportare. allegat tex. in l. prima. §. deportatos. ff. de legat. tertio. de quibus loquitur Barto. in dicto tracta. suo bannitorum. Tales enim banniti deportatis nullatenus ęquiparantur, vt scribit etiam Lodoui. Bologni. in suis additio, super allegato tract. Matthesila. de succes. ab intesta. post uersicu. præallegatum, incipientem, quintus modus.

Sed in casu nostro dictus Laurentius fuit bānitus de omnibus terris, & locis Illustrissimi Dominii Venetorum a Clarissimo Prætore Brixiæ ex auctoritate illi attributa ab Illustrissimo Senatu, & sic a Principe vti illius delegato, cui Principi, & eius delegato competit iurisdictio deportandi, vt per Bald. in l. prima. C. de hæred. instituen.

Ex præmissis igitur liquido constat, quòd pręedictus Laurentius bannitus pro atrocissimo homicidio pensato commisso in personam eius patrui, erat deportato æquiparandus, & sic perdiderat omnia iura sibi competentia, tam vigore statutorum ciuitatis Brixiæ, quàm vigore iuris communis, & sic ius succedendi, tam ex testamē to, quàm ab intestato non fuit passiuè, quia tales successiones sunt de iure ciuili. l. obuenire. ff. de verb. significatione. l. prima. C. de hæred. instit. l. obsidens. ff. de testamen. Corn. in dicto consil. 55. nume. 19. & propterea eius filii cōcepti post huiusmodi bannum, quod bannum æquiparatur deportationi, non faciunt deficere conditionem fideicommissi per text. in d. l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Senatusconsul. Trebel. & ibidem per Bar. Alexan. & alios, & est ratio, quia huiusmodi filii nati post deportationem dicuntur suscepti ab alio homine, quam esset ante deportationem, vt dicitur in text. & ibi. Ideo merito excluduntur a fideicommisso, veluti ad illud non vocati.

Accedit, quòd filii dicti q. Laurentii, ex quo eorum pater amiserat iura ciuitatis Brixiæ, propter bannum, & sic effectus erat forensis, & post dictum, bannum, eos suscepit ex quadam muliere, quam, vt dicitur, in vxorem accepit in ciuitate Parmæ, sunt forenses, ideo nullatenus succedere possunt in bonis supradicti. q. Domini Ioānis senioris de Portulacis, stante statuto prædictæ ciuitatis Brixiæ, quod est in viridi obseruantia, quòd forenses repellantur a successionibus bonorum existentium in territorio prædictæ ciuitatis.

Et ex his satisfactum esse abitror resolutioni prædictorum dubiorum. Potuissent etiam plura alia adduci, quæ breuitati studendo omittenda duxi, quoniam præsens causa decidi debet per Magnificos & Excellentissimos Iurisconsultos.

IN MATERIA SVCCESSIONIS substitutum concernente.

CONSILIVM CV.

Christi nomine, eiusque gloriosæ matris Mariæ virginis, ac Beati Hieronymi nominibus inuocatis.



VISO & diligenter considerato tenore suprascripti testamēti, videtur prima facie dicendū Ant. Bonadei substitutui posthumis nascituris, in tertia parte, & monasterium Sancti Francisci substitutum in duobus tertiis hæreditates prædictas admittendas esse, exclusa præfata D. Gigantina testatoris vxore, hærede substituta pro dimidia portione relicta posthumis, qui nati nō sunt, pluribus fundamentis, & primo per ea, quæ habentur per Bart. & Doctores in l. Gallus. §. & quid si tantū. ff. de lib. & posth. vbi dicunt, ꝙ substitutio vulgaris concepta in vnum casum compræhendit omnes casus, qui possunt ad mentem testatoris adaptari. nam casus conuenientes menti, & intētioni testatoris pro expressis habentur. l. cū proponas. C. de hæred. instit. mens autem dicti testatoris facit, ꝙ Antonius prædictus, in 3. parte d. hæreditatis succederet posthumis nascituris decedentibus sine filiis, & Claudius in duab. aliis tertiis, cui Claudio d. monasteriū, eo sine filiis decedente, substituit. Ergo posthumis nō natis d. Ant. ꝓ tertia dēt, quia fideicōmissum iniūctum decedentib. filiis, dēt ēt illis non natis, vt tenuit Soci. consil. 52. in 2. vol. & monasterium videtur succedere in portione Claudii sine hæredibus defuncti. ex quo primus gradus substitutionis defecit. per doctrinā Bart. Bal. Imo. Pauli, Ang. & Mod. in l. quandiu, la 3. ff. de acquir. hæredi. vbi concludunt, ꝙ licèt primus substitionis deficiat, quia efficiatur caduca, vel quasi, puta ꝗa primus substitutus præmoriatur. viuente hærede post aditam hæreditatē, ꝙ nihilominus restituēda venit 2. substituto. nā remansit hæreditas apud primū cū suo onere restitutionis, allegant tex. in l. vnica. pro 2. & in §. sui auct. & in §. ne autem. C. de caduc. tollen. & secundū istam cōem conclusionem consuluit Soci. cuius consil. habetur inter consil. Corne. nu. 298. in tertio vol. quod approbauit excellens Doct. Dominus Ioānes Baptista Caccialupus, & subscripsit idem Corneus. idem consuluit Decius consil. 427. incipiente, licèt, in casu, in tertio volumine. Vnde inferendo ad casum nostrum, licèt defecerit

cerit prima substitutio facta de Claudio filiis nasciturus ex dicta Domina Gigantina, quia nemo natus apparuit: Nihilominus videtur, ꝙ portio illa, quæ debebatur filio nascituro, & defecit, debeat dicto monasterio Sancti Francisci secundo loco substituto.

Secundo pro ista opinione faciunt ea, quæ voluit Alexan. in consil. suo 98. visa parte testamẽti in quarto volum. vbi dixit, quòd substitutio facta sub cõditione, si institutus efficiatur presbyter, sed moriatur sine filiis, propter præsumptã voluntatem testatoris, quæ in fideicommissis attenditur ex coniecturis. & ad hoc plura allegat.

Tertio, ad idem facit, quod decidit Curtius iunior consil. suo 83. in secundo volum. vbi cõsuluit, quòd quoddam hospitale vocatũ ad successionem, casu quo Theodora, mortuo Iacobo sine filiis, fuisset hæres, & decessisset ante copulẽ matrimonii, multo fortius admittatur ex mẽte testatoris coniecturata, quando Theodora mortua fuit viuo Iacobo, licèt nupta, & postea Iacoba decesserit sine filiis. pro quo casu multa allegat.

Quarto confirmatur & prædicta conclusio ꝑ ea, quæ voluit Iason in consil. suo 203. in secundo volum. vbi consuluit, quòd substitutio fideicommissaria facta de filiabus testatoris, in casu quo contingeret, Maphæum testatoris filium decedere cum filiabus, locum etiam habeat, multo magis si contingat Maphæum mori sine vllis filiis, & filiabus.

Quinto, quòd præfata D. Gigantina non succedat in portione hæreditatis relicta posthumis ex ea nasciturus, facit, quia licèt sit verbis coniũcta & in coniunctis verbis locum habeat ius accrescendi. l. si duobus. §. Titio. ff. de leg. 1. & latè per Bar. & Doct. in l. re coniuncti. col. 7. versic. 2. quæro nunquid inter coniunctos. ff. de legat. 3. Tamen vbi adest substitutus, vt in casu nostro adest Ant. & d. monasteriũ substitutũ coniunctũ excludit. tex. in l. 2. §. si duo. de bono. pos. secundum tab. auten. hoc amplius. C. de fideicom. l. vnica. §. in 1. & §. 2. C. de cadu. tol. l. fi. in princ. & ibi gl. fina. ff. de vulg. & pupil. & latè per Bart. & Doct. in d. l. re coniuncti. ff. de lega. 3.

Sexto facit, quod voluit Bal. in l. fi. colum. vlt. C. de institu. & substitu. vbi decidit, quòd si testator instituit vẽtrem vxoris suæ, & sic posthumũ nasciturum, & si posthumus moriatur in pupillari ætate, vel aliter quandocunque instituit Titium, ꝙ si talis posthumus non nascatur, tamen substitutus admittatur per tex. in l. ab exhæredati. §. fi. iuncta gl. vbi idẽ tenet Imo. ff. de leg. 1.

Septimo facit tex. in l. fi. C. de substi. vbi substitutio facta in casu, quo posthumus non nascatur, & in pupillari ætate decesserit matre nõ existente in medio. Ergo similiter concepta econuerso si nasceretur includere dẽt casum, si non nascatur, cum ratio diuersitatis reddi non possit. l. illud. ff. ad leg. Aquil.

Octauo facit, quia substitutio facta in vnum casum extenditur ad omnes alios casus similes, & procedentes ex eadem causa, & ratione dispositionis testatur, vt inquit Iason in d. suo consil. 203. incipiente, primam dubitationem. allegat Bar. & alios in l. 1. in princ. in 4. col. ff. de vulg. & pup. & duplicem rationem assignat. prima, quia in substitutionibus largissima fieri dẽt interpretatio. allegat. glo. & Doct. in l. Gallus. Et quid si tantum. ff. de lib. & posthu. Eo quia tractatur de vltimis voluntatibus, in quibus largissima fit interpretatio. c. cum dilecti. de dona. l. in testamẽtis. ff. de regul. iur. Secundam rationem allegat, quia prouisio testatoris facta in vnũ casum porrigitur ad omnem alium casum, in quo si testator de eo cogitasset, verisimiliter idem prouidisset, vel si de eo fuisset interrogatus. allegat tex. notab. in l. Titius. §. Lucius, & ibi Bart. & Docto. ff. de lib. & posthu. cum multis aliis.

Istis tamen non obstantibus, prout verè non obstant, contrarium de iure esse arbitror, ꝙ imo præfata Domina Gigantina, tanquàm coniuncta, admitti debeat ad portionem prædictæ hæreditatis. in qua instituti fuerãt posthumi, quæ defecit ob eorum non natiuitatem. Et primo considerandum arbitror hanc substitutionem, qua testator omnibus posthumis nasciturus absque filiis decedentibus, substituit, & instituit vniuersales hæredes Claudium, & alios, esse vulgarem, quia licèt Barto. in l. Centurio, vlti. char. versi. quarto principaliter, dicat, quòd si testator post mortem hæredis instituit, & substituit, talis substitutio censetur compendiosa, comprehendens vulgarem, si hæres non adeat. Et pupillarem si adeat, & in pupillari ætate decedat. Et fideicomissaria, si hæres adita hæreditate moriatur. Tamen, quia in casu nostro testator verbo substituit, adiecit verbũ merè directum, hæredes vniuersales, tenet substitutionẽ prędictã esse merè directam, & vulgarẽ, si hæreditas non adeat. Et pupillarem, si adita esset, & hæres suus in pupillari ętate decesserit, prout limitat eleganter Alexan. dictam doctrinam Bar. in d. l. Centurio. & idem Alex. in l. verbis ciuilibus. ff. de vulga. & pupilla. substitut. vbi allegat Ange. & Imo. per quam substitutionem vulgarem expressam excluditur, vt habetur in l. fina. C. de institutio. & substit.

Considerandum est igitur, an in casu nostro prędicta substitutio facta, ꝙ deficientibus omnibus posthumis, sine filiis, tunc & eo casu Claudius in duob. tertiis, & d. Antonius: in vno tertio succedant, & sint hæredes. An vero, ex quo casus euenit, quòd ex dicta Domina Gigantina, nulli posthumi nati sunt, prędicta vulgaris substitutio locum habeat. Et dicendum arbitror, locum non esse dictæ substitutioni, sed, quòd dimidia dictę hæreditatis relicta posthumis nasciturus, per ius accrescendi, pertineat ad d. Dominam Gigantinam hæredẽ institutã in dimidia hæreditatis prædictæ. Et hoc primo

in terminis decidere videtur text. in l. quidam testamento.ff. de vulga.& pupilla. substit. vbi Iurisconsultus voluit in illo casu cohæredem, ex iure accrescendi non substitutum admitti, quia testor plures, quàm duodecim vncias inter substitutos distribuisset. Ex quo apparebat testatorem voluisse ita demum admitti substitutum, si tota hæreditas vacasset, & ibidem Aretinus dicit idem esse, quando duodecim tantum vncias testator in substitutos distribuisset. cum sit eadem ratio. In casu autem nostro testator totam eius hæreditatem inter substitutos distribuit. Ergo constat apertè eius mentem fuisse, quòd ita demum dicti substituti admitterētur, cum tota eius hæreditas vacasset. cōfirmatur dicta conclusio ex his, quæ tradūt Ange. Imo. Paul. Alex. & Iason in dicta l. quidam testamēto, vbi dicūt, quòd si testator pluribus vulgariter substituit, in tota hæreditate, vel in omnibus bonis locū habet. d. l. quidam testamento. licèt secus sit in fideicommissaria, & ibi omnes Doctores cōcludūt, quòd si substitutio vulgaris est facta in omnibus bonis, vel in tota hæreditate, ꝙ tunc substitutus, nunquàm admittitur, nisi tota vacasset hæreditas. idem tenuit Ange. consil. 80. in fi. ad idem Ioan. de Ana. in consil. suo 22. & ibidem Ludouicus Bologninus in sua additione.

Secundo moueor, quia, quando in substitutione est adiecta conditio voluntaria, tunc non fit extensio de casu ad casum, etiam ex identitate rationis. Ratio est, quia conditio impleri debet in forma specifica. magistralis est doctrina Bart. in l. Gallus. §. Et quid si tantum. ff. de libe. & posthum. quam ibidem sequuntur Doctores, & est communis opinio, vt tradit Socin. consil. 218. fi. colum. in secundo volum. & in cons. 52. prima colum. in fi. vbi dixit, quòd in istis conditionibus voluntariis, non solum mentem, sed & verba oportet verificari. idem voluit Decius consil. 89. colum. 2. & 3. in primo volum. idem Soci. consi. 259. secunda colum. in secundo vol. & in consil. 77. in tertia, & quarta colum. in tertio volum. & in consil. 104. quarta colum. versi. Sed prædictis non obstantibus. in tertio volum. vbi eleganter dixit, quòd non sufficit cum prudenti consilio imaginari hanc fuisse mentem testatoris, nisi testator ita dispositionem fecerit. Et idem Soci. per doctrinam prædictam, in consil. 218. penul. & vlti. col. in secundo volum. tradit hanc magistralem doctrinam, quòd si substitutio vulgaris fiat in aliquo casu, qui sit de necessariis ad ipsam substitutionem vulgarem. puta si filius viuo testatore moriatur, quo casu procedunt, quæ habentur in l. si mater. §. fi. ff. de vulg. & pupilla. idem si facta sit substitutio si posthumus substitutus nō nascatur, quo casu loquitur text. in dicta l. fi. C. de instit. & substit. & ibi notata, quia sunt casus importantiæ, & de necessariis ad vulgarem substitutionem, & in isto casu facilius fit extensio ad alium casum, qui sit de necessariis ad vulgarem substitutionem, quia videtur testatorem tunc tantum effectum cogitasse, & ita procedit text. in d. §. & quid si tantū, & doctrina Barto. in l. prima. ff. de unlga. & pupilla. si uerò fieret substitutio vulgaris in aliquo casu, qui non esset de necessariis ad vulgarem substitutionem, puta si posthumus institutus decesserit sine liberis, tunc quia conditio est omnino voluntaria, cum nil intersit ad substitutionem vulgarem habeat, vel nòn habeat filios, cū vtroque casu pōt esse hæres, & non esse hæres, & tali casu dispositio facta in vno casu ad alium non extenditur, & ad hoc plura allegat ibidem Socinus. eandem doctrinam tradit idem Soc. in d. l. prima, & in dicto consil. 77. in 3. vol. & Decius in consil. 89. secunda colum. & sequenti. hanc doctrinam ante eos tradit etiam Aureus Doctor Alexan. de Imo. in consil. 1. colum. 6. in versi. Et posito, quòd in casu lib. 1. substitutio igitur facta in casu nostro, casu quo posthumus nasceretur, locum non habet, quando minimè nasceretur, quia non natus mori non potest. Ita Petrus de Anchara. in consil. suo 356. incipiente, ex serie. Socin. consil. 259. secunda col. in fi. Alexan. consil. 1. col. quinta. in primo volum. Sed in casu nostro substitutio facta fuit sub cōditione voluntaria, si posthumi sine filiis decederent. Ergo ad alium casum diuersum, si nullus posthumus nasceretur trahi non debet, & sic locus nō est substitutioni factæ posthumis, cū nulli posthumi nati sint ex dicta Domina Gigātina, & ita tenuit etiam Ange. consil. 93. incipiente, visis, & inspectis omnibus. in fine. vbi cōcludit, quòd substitutus vocatus in casu, quo posthuma nasceretur, non nata posthuma non admittitur. ad idem facit, quod voluit Petr. de Ancha. in cons. 357. vbi dixit, ꝙ substitutio facta de vxore filiis nascituris, illis nō natis locū non habet. quos refert Decius in d. cons. 227. in 1. col. in 2. vol.

Tertio facit, quia in casu nostro substitutio facta posthumis nascituris decedentibus sine filiis, de persona Claudii, & Antonii, est facta per verba taxatiua, tunc & eo casu, de cuius natura est excludere omnes alios casus. l. his solis. C. de reuocan. dona. Bal. in l. 1. C. de contratab. Soci. in dicto consil. 259. in 3. col. versic. confirmantur præmissa, & ibidem Dominus Franciscus de Pepis in sua subscriptione ad dictum consi. col. fi. & in terminis nostris, quòd substitutio vulgaris facta per illa verba, Tunc & eo casu, non extendatur ad aliū casum tradidit eleganter Petr. de Anchara. in dicto consil. 356. colum. 2. versi. tertio hoc probat, quem etiam refert, & sequitur Decius in dicto consil. 89. nume. 3. & in cōsil. 63. prima col. & Romanus consil. 131. incipiente, prima dubitatio. in princip. & idem Roma. consil. 138.

Quarto facit etiam, quia vbicunque in substitutione adest dictio, tūc, substitutio facta in vno casu non extēditur ad alium. l. vxori vsumfructum. ff. de vsufru. leg. & ibi Bart. & tradit Iason in d. § & quid si tantum. in tertia colum. versic.

ex

ex istis facit, quia si euenit casus non consideratus a testatore, locum non habet substitutio, ita decidit Alex. in d. consi. 15. col. & Socinus in d. consi. 104. 3. col. & licet in pupillari regulariter contineatur vulgaris, tamen quando adest taxatiua, vulgaris nō continetur. l. iam hoc iure. ibi, in vnum casum tantum. ff. de vulgar. & pupil. ita Alex. in d. l. 1. in versic. item inquantum Bar.

Quinto facit, quia præfatus testator valde dilexit præfatam Dominam Gigantinam eius vxorem, quam pro dimidia hæredem instituit, ergo substitutio facta in casu, quo posthumus nasciturus decederet sine filiis, non extendetur ad aliū casum, quando posthumus nō est natus ad excludendum magis dilectum. ita Alex. in d. l. 1. col. 5. vesicu. quinto limita. ff. de vulga. & pupil. vbi dicit, quòd quando tractatur de excludēdo personam magis dilectam, tūc in substitutione non fit extensio de vno casu ad alium, prout probatur in d. l. fin. C. de insti. & substi. & habetur in subscriptione ad dictum consil. Socini 259. in prima col. idem voluit Fulgos. cons. 49. col. 2. versic. Quinimmo substitutio, vbi dixit, quòd substitutio vulgaris in vnum casum expressa ad alium, non extenditur ad excludēdam vxorem testatoris a iure accrescendi, qui est casus quæstionis nostræ.

Ex prædictis igitur habetur, quòd in casu nostro substitutio facta posthumis nascituris decedentib. sine filiis, de personis Antonii & Claudii euanuit, posthumis non natis. facit text. in l. si duobus. ff. de lega. 1. in §. fi. si igitur substitutio facta de persona Claudii remansit inutilis, non natis posthumis, a fortiori substitutio facta Claudio de dicto monasterio inutilis erit, quia inutilis substitutio aliam vtilem facere nō posset. arg. l. nullus solius. ff. de decur. lib. 10. erit ergo conclusio, quòd monasterium prædictum Sācti Francisci nullum ius in dicta hæreditate, vigore prædictæ substitutionis, prætendere possit. absonū enim esset dicere, quòd substitutus substituti plus capere posset, quam primus substitutus potuerit, vt inquit Oldr. consi. 177. incipiente, testator. in suo vltimo testamento. col. 1. versi. tertio absonum. allegat tex. in l. Publius. §. Titia. ff. de cond. & dem. & illam decisionem Oldradi sequitur Io. Andr. in addi. Specul. in tit. de teste. §. 1. in additione magna. in vers. occurrit hic nouissimus casus.

Constat igitur dictum Antonium ex rationibus supra deductis, non esse admittendum ad tertiam partem hæreditatis prędictæ, vigore substitutionis de eo factæ, neq; ad alias duas tertias partes, vigore surrogationis obtētæ a Sede Apostolica, loco dicti monasterii. cum surrogatum semper sapiat naturam surrogati. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. se quis caut. Bart. in l. 1. C. de præpos. agent. in reb. lib. 12. Bal. in l. Parabolani. C. de episc. & cler. & minus obstant præfatę D. Gigantinę litteræ Apostolicę in forma breuis expeditæ super dicta surrogatione, quia rescriptum Principis semper intelligitur sine prçiudicio tertii. l. 1. §. merito. ff. ne quid in loco publ. fi. l. nec auum. C. de emancip. liber. c. quamuis. de rescr. in 6. quinimmo statutum est per regulam cācellariæ ipsius Papæ Pauli moderni, qui dictam surrogationem concessit, ne per quancunque signaturam ius alteri quomodolibet quæsitum tollatur. vt habetur regula cancel. d. Pontificis XVII.

Nec obstant allegata in contrarium. & primo notata per Barto. & alios. in d. l. Gallus. §. quid si tantum. ff. de liber. & posthum. quòd vulgaris substitutio concepta in vnum casum, comprehēdit omnes casus, qui possunt ad mentem testatoris adaptari, quia respōdetur, prædictam doctrinam non procedere, vbi substitutio est cōcepta sub conditione voluntaria, vt supra dictū fuit. quia tali casu condictio impleri debet in forma specifica d. l. meuius. ff. de cōdiction. & demon. cum vulga. vbi faciunt quæ supra dixi. Respondetur, & alio modo, dictum contrarium nō procedere vbicunque in substitutione est adiecta illa clausula, tunc & eo casu, per ea, quæ supra deducta sunt.

Secundo non obstant ea, quę voluit Alex. in d. suo consil. 98. incipiente, visa parte testamenti in 4. volu. quòd substitutio facta in casu, quo talis efficiatur presbyter, habet locum etiam ipso non effecto presbytero, sed eo decedente sine filiis, quia Alexan. loquitur in substitutione fideicommissaria. & sic in casu diuerso. & ita etiā procedunt ea, quæ voluit Curt. iunior in consil. 83. in secundo vol. & similiter Decisio Iasonis in supra allegato cons. 203. in secūdo vol. & ea, quę voluit Bal. in d. l. fin. col. vlt. C. de insti. & substi. sub. cond. fact.

Tertio non obstat tex. in d. l. fi. C. insti. & substit. vbi habetur, quòd substitutio facta, si posthumus non nascatur, includit casum, si nascatur, & in pupillari ętate decesserit, quia d. lex loquit in tacita pupillari. Quinimmo facit pro casu nostro, quia ibi dicitur, quòd contra matrem substitutio facta in casu, quo pósthumus non nascatur, non includit casum si nascatur, & in pupillari ętate decedat. & sic probat, quòd supra dictū est, quòd substitutio facta in vno casu, non extenditur ad alium diuersum ad exclusionem matris.

Quarto non obstant adducta per Iasonem in d. suo consi. 203. incipiente, circa primam dubitationem. in secundo vol. vbi dixit, quòd substitutio facta in vno casu, extenditur ad omnes alios similiter procedentes ex eadem causa, per ea, quæ volunt Bart. & doct. in d. l. 1. ff. de vulga. & pupil. quia procedunt in substitutione fideicommissaria. vt in casu d. consilii. & aliæ etiam responsiones adhoc colliguntur ex supradictis, quas omitto breuitatis causa.

Quinto non obstant supra deducta, in quantum dicebatur, quòd licet præfata Domina Gigantina sit verbis coniuncta, tamen excludi debet per substitutum per text. in d. l. 2. §. si duo. de

bon.

bon.poss.secundũ tabu.& in auct.hoc amplius. C.de fideicom.& in l.vnica.§.in primo.& §.pro secundo.C.de caducis tollen. cum similib. quia prædicta non procedunt, quotiens apparet de cõtraria volũtate testatoris, vt supra dictum est, per tex.in d.l.quidam testamento.ff.de vulga.& pupil.& ibi doct.per quem tex.ita dicunt docto res in d.l.re coniuncti.vbi Bart.col.9.versic.tertio quæro, vtrum coniunctus ff. de leg.3.

Quinimmo etiã si essemus in casu nostro in fideicommissaria substitutione, adhuc puto dictam conclusionem, vt supra firmatam esse de iure veram, quia primus gradus substitutionis de Claudio ventri nasciturо factæ, & filiis ex eodẽ. qui filii nunquam apparuerunt, quia nõ fuerũt in esse, habitus fuit & est pro non scripto. quo casu defecto dicto primo gradu substitutionis etiam fideicommissariæ, portio deficiens ob nõ natiuitatem posthumi cohæredis accrescit præfatę D. Gigãtinæ cohęredi, & verbis coniunctæ absque aliquo onere restitutionis fiendę secundo substituto, vt probatur in d. l. vnica.§.in pri. C.de caduc.toll.& est ratio, quia tale onus nunquam habuit fundamentum, neque radicem, cũ posthumus, a quo pendebat primus gradus substitutionis, nunquam in lucem venerit.ideo, cũ non habuerit originem, dici non potest habuisse onus annexum restitutionis, nec primo, nec secundo substituto.ita Bald. in d.l.vnica.§. in 1. & in §.pro secundo.col.2.vers.quæro quare.vbi post Cyn.adducit rationem diuersitatis, quare in caduco, vel quasi portio deficientis accrescat cum onere restitutum, secundo substituto. vt in d.§.pro secundo.secus in pro non scripto, vt in casu nostro. & ita Salyc.ibidem in d.§. pro secũdo secunda col.versic.quæro cum glo. ita Corn. consi.298.in subscriptione incipiente, elegãter, est præsens consultatio.in princ. vbi dicit, quòd decisio Bart.in d.l.quædam, procedit in fideicõmissaria substitutione caduca, vel quasi, quæ semel originem habuit, & fundamentum subsistens. quæ decisio cessat in pro nõ scripto.refert & sequitur Decius consil.427.col.pen. in fine.

Præterea in casu nostro frustra dubitaretur de onere restituendi fideicommissum in persona d.Dominæ Gigantinæ. quando essemus etiã in fideicommissaria substitutione, quia ipsa bene fuit honorata cum vẽtre, in institutione, pro æquali portione. sed solus venter nasciturus ex ea fuit oneratus fideicommisso. vnde cum ipsa non fuerit in onere coniuncta, frustra in pro nõ scripto quæritur, vtrum portio cum onere accrescat. ita Bal. in d.l.vnica.§.in primo.col.2. versi. ex quo nota, dum resoluit contrarium de l. in ciuitatibus.§.Lucius.ff.de leg. 1.post Petr. & Cynum. Et licet in portione pro non scripta, sit locus iuri accrescendi, cum onere d.l.in ciuitatib. §. Lucius. & l. si duobus.§.1.ff.de leg.1. & in d.l. vnica.§.his autem diffinitis. C.de cad.toll.tamẽ istud est verum, quando onus est nominatim iniunctum omnibus hæredibus institutis. & ita procedit text.in d.§.Lucius. & in d.l.si duobus. §.primo.vel quando iniungitur onus nominatim vni gradui, sub quo plures comprehenduntur, tunc etiam portio deficiens accrescit alteri cum onere.l.quæ condictio.in prin. ff.de cond. & demonst. quandoque onus est iniunctum nõ nominatim ab aliquo hærede, & similiter tunc accrescit cum onere d.l. vnica.§.his autem.Quãdocuuque vero vni tantum est onus iniũctum, & tũc portio cohæredis deficientis, quæ est pro non scripta, ob non natiuitatem cohæredis, accrescit cohæredi sine onere.l. Celsus. §. fin.ff.de leg. 2. & hic est casus quæstionis nostræ, si essemus in fideicommissaria & ita tenẽt communiter doct.post Bart.in d.l.Celsus.§.fin..& in d.l.si duobus.§. 1.ex his breuiter concludo, prædictis Antonio q.Bonadei, & monasterio Sancti Francisci de Pisauro, vigore substitutionis, de qua in dicto testamento nullum cõpetere ius in hęreditate prædicti q.testatoris.sed, quòd tota dicta hæreditas sit ipsius Dominæ Gigantinæ vxoris dicti testatoris, saltim ea viuente &c. Laus Deo.

Et ita vt supra dico iuris esse & consulo, ego Hieronymus de Gigantibus Vtr.Iur.Doct. minimus, saluo semper saniori consilio &c.

IN MATERIA LEGITIMAE MATRIS superstitis in bonis filijs prædefuncti.

CONSILIVM CVII.



Asvs de quo agitur sic se habet. Alexãder de Siluestris natus ex Dom. Marco Antonio, & Dom. Virginea parentibus prius mortuo ipso Marco Antonio, & secũdo nupta iterum D. Virginea decessit relicta matre iam dicta, & D. Aurelio eius agnato in tertio gradu. Quæritur nunquid in aliqua parte bonorum dicti Alexandri succedat ipsa mater, vel saltem in legitima stante statuto in eo loco disponente in hæc verba, & sub hac rubrica.

Quòd mater non succedat filio ab intestato.

Statuimus, quòd mater non possit succedere ab intestato filio, vel filiæ extantibus fratribus, vel sororibus, vel attinentibus ex linea masculina defuncti siue defunctæ vsque ad tertium gradum inclusiue. Sed ipsa viuente honestè & vitã vidualem seruante, quòd ipsa habere debeat ab hæredibus filiorum victum & vestitum & habitaculum, si extabit, secundu m facultatem hæreditatis, & si vsque ad tertium gradum inclusiue non extabunt attinentes, quod mater succedere possit.

Quæstio hæc sæpe agitata inter iuris prudentes, vt diuersę opiniones dentur. Id tamen æquũ & iuridicum semper esse putaui, vt stante iam dicto statuto excludente matrem à successione filij,

filii, ipsi matri competat ius in bonis filii ad petendam legitimam.

1 Moueor in primis,† quia satis a lege dispositū legitimam deberi parentibus, quemadmodum a filiis & hoc iure naturæ, vt est tex. in §. 1. in auctẽn. de hæred. & fal. ibi tanquam hoc secundū ipsam naturam eis debeatur, quale est filiis, nepotibus, patribus, atque matribus. & ibi Iaco. de Belu. in 21. not. dicens, quòd liberis & parentibus legitima portio ex necessitate debetur. & dicit ibi Angel. quòd sicut legitima filiis de bonis parentum per naturam debetur, & e contra videlicet, ordine turbato. l. nam & si parentibus. ff. de inoff. testam. & sic quemadmodum debita est legitima filio in bonis matris, ita & matri in bonis filii. l. scripto. ff. vnd. lib.

2 Confirmo hoc,† quia legitima est debita portio, prout est tex. in l. scimus, in prin. C. de inoff. testa. & in l. Papinianus. §. quoniam autem quãta. ff. c. de inoffic. testam. & dicitur debitum bonorum subsidium. l. si totas. C. de inoff. dona. & dicitur esse debitum, vt in auctẽn. de trien. & semi. §. 1. & in auctẽn. nouissima. C. e. de inoff. test. Cum itaque portio legitimæ sit debitum, & matri ex necessitate sit præstanda, & de ea mater sit creditrix, merito talis portio non est compræhẽsa in dispositione illius statuti, dum prohibet successionem ab intestato, cum talis portio non obueniat matri virtute successionis, sed respectu crediti, quod habet in bonis eius filii.

3 Præterea† exclusa matre a successione, non dicitur esse exclusa a legitima, quia successor dicitur ille, qui iuris vniuersalis, vel quotæ ipsius successor est l. quædam. §. his autem. ff. de eden. sed ille qui habet ius in legitima, non dicitur succedere in iure vniuersali, quia nō ære alieno. l. Pa-

4 pinianus. §. quanta. ff. de inoff. testa. † & dicitur legitima quota bonorum non hęreditatis, vt no.

5 in l. cum a matre. C. de re. vend. † nam bona dicũtur deducto ære alieno. l. subsignatū. §. bona. & l. princeps. bona. ff. de verb. sig. not. Ias. & alii in d. auctẽn. nouissima. in secundo not. Ideo licet statutum excludat a successione, quæ est uis vniuersorum, non tamẽ excludit a legitima.

6 Facit pro hoc,† quod voluit Specul. in titu. de testa. §. 1. . vers. sed pone. dicens, quòd si lego Titio & successoribus, non venit filia, quę instituta in dote, ex forma statuti de ea debet esse contenta, prout etiam voluit Bald. in l. liberti. C. de oper. liber.

7 Facit etiam,† quia exclusus a successione non dicitur esse exclusus a legitima, quando talis exclusio est inducta sine culpa illius prohibiti succedere. l. si arrogator. ff. de adop. l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. & in auct. mulier. in fin. C. de sacros. eccl. & ita per hanc rationem Saly. in l. 11. col. fin. vers. quem successiue. C. de nox. concludit, quòd exclusus a successione ab intestato per existentiam agnatorum vsque ad certum gradū potuit petere legitimam.

8 Præterea† mater ex dispositione iuris communis dicitur habere ius successionis in bonis

9 filii, vt in l. 1. ac toto tit. C. ad tertul. † cum itaque statutum excludat matrem a successione, quo ad ipsam dicitur esse odiosum, cum tollat ius commune, ideo strictè est interpretandum. & in casu proprio argum. l. Sancimus. C. de test. & l. præ

10 cipimus. C. de appell. † Quæ n. à iure communi exorbitant, non debent trahi ad consequentias. c. quando iure. de reg. iur. in 6. c. cura expediat. de elect. eodem libro. maximè quia istud statutum est odiosum, odio irrationabili, excludẽdo matrem a successione, prout voluit Corn. in consil. 244. incip. non sequendo ordinem. col. 2. vo

11 lum. 9. † & statutū excludens fœminas propter agnatos est odiosum, quo ad ipsas. vt per plura concludit Dec. in consi. 13. incipit, & pro tenui, col. 2. ver. secundo dato. qui post multa dicit, istã esse communem opinionem.

12 Cum etiam in casu de quo agitur,† statutum excludens matrem propter agnatos sit odiosum & non extendẽdum vltra casum, de quo expressè loquitur prout voluit Corn. in consi. 189. incip. in proposita cõsultatione vol. 3. & inter alia per dictum Bal. in l. quicunque. C. de ser. fug. dicentis, quòd statutum disponẽs patruum excludere auum maternum, est odiosum odio irrationabili adeo, quòd masculinum non concipit feminin um.

13 Præterea† si statutum nō facit mentionem de legitima specialiter, non dicitur eam compræhẽdere, nec tollere aut diminuere. l. si quando. §. 1. ff. de inoff. testa. & ita determinat Saly. in l. Sancimus. C. de nupt. volens, quòd statutum excludens filias a successione propter masculos, vt dotentur, & ea dote sint contentæ, nec vltra quid petere possint, non dicitur propter hoc minuere legitimam, quia de ea specialem mentionem

14 non fecit,† cum etiam verba generalia apposita in facto liberatorio, legitimæ non præiudicat d. l. si quando §. 1.

Præterea ipsa mater non est exclusa a legitima neque ex verbis, neque ex mente statuti. ex verbis constat, quia exclusa est simpliciter a successione, non autem a legitima, cum prout dictū fuit, legitima & eius petitio, non est succesio. ex mente autem non potest dici exclusa cum statutum, minus quam possit tollat ius commune, vt

15 dictum fuit. † nūquam. n. credẽdum est aliquid esse ex mente, quod sit iuris communis dispositione, l. 2. C. de cond. inser. l. fin. C. de sen. pas. & per Bart. in l. 1. §. huius rei. ff. de off. eius. & in l. omnes populi. de ius. & iu. eo maxime, quia statutum de quo agitur nō in totum priuat ipsam matrem successione in bonis filii, sed tantummodo propter agnatos vsque ad tertium gradū. vnde non est pręsupponendum, quòd ex mente ipsius voluerit excludere matrem ab omni beneficio bonorum filii, sed tantummodo in casu & determinatione expressa, & sic a successione ab intestato solummodo, non autem a legitima.

Cum etiam nil aliud dici possit, nisi quòd hic casus

16 casus legitimè tanquā† omissus a statuto remaneat in dispositione iuris communis.l. si extraneus. ff.de cond. ob cau.l.commodissime. ff. de lib.& posthu.

17 Præterea † per statutum non potest legitima in totum tolli cum proueniat a iure naturæ d.§. pri.in aucten.de hæred.& fal.cum aliis,& natu-
18 ralia † per statuta tolli non possint.§. fin.instit. de leg.agna.su.prout etiam concludit Alex.post Abb.Bal.Ioan.Andr. & Ricar.Malum.in consi. 55.incipiente,viso titulo.col.fin.& cum illa opinione,qui dicit post cano.communiter,in capi. Raynutius.de testam. quòd illa opinio est vera, quòd non possit per statutum in totum legitima tolli, & istam opinionem dicit esse communem Deci.in consil.106.incip.& pro tenui.vol. 3.vers.quarto loquitur.cum itaque statutum nō possit in totum tollere legitimam,& expressim, multo minus poterit totum tollere, tacitè,& in consequentiam ob id quod prohibeat in eam
19 successionem ab intestato,†qua statutum in genere non inducit id quod in specie facere non potest.c.tua.& ibi Host.de Dec.Io.Andr.in c.vt animarum.de const.lib.6.& Bal.in l.fin.§.in cōputatione.C.de iur.delib.& in d.l.omnes populi,& Bar.in l.si quis sub cōditiōe.ff.de cōd. inst.

Ex quibus cōcludo id esse æquius, & iustius, quòd ista mater exclusa a successione ab intestato nō sit exclusa a legitima, sed eam petere pos-
20 sit,†& secundum istam opinionem,quòd exclusus a successione ab intestato non sit exclusus a legitima,consuluit Bald. in consil. 400. incipit, statuto ciuitatis Mantuæ vol.1. & in consil.391. incip.præmittendum vol.4.& in consil.426.incip. antiquum statutum vol.3. & Salyc.videtur sensisse hanc opinionem in d. auct. nouissima. Sed idem Saly.secundum istam opinionem cōsuluit inter consil.Bal.in consil.453.d.volu.1.& Alexan.in consil.7.incip.visis,& diligenter animaduersis.col.2.vol.2. & Ias. videtur eam sequi in d.aucten. nouissima, & secundum hanc sententiam consuluerunt Ioan. Bapt. de Caccia.& Barth.Soc.communicata opinione inter eos in consi.incip.Dominus labia nostra, inter consil. Maria.Soci.vol.1.& idem Maria. Soci. in consi. 30.incip.quāuis ex his d.vol.1. & Curt. senior, & per multa hanc sententiam comprobat,& cō sulendo sequitur,in consi.37.& 39. & particulariter in matre, & quòd exclusa per statutū a successione ab intestato,non sit exclusa a petitione legitimæ,latissime tradidit Barb. in consi.24.in cip.illud afferam.vol. 1.

21 Nec obstat illa ratio,† quòd legitima sit tertia pars illius portionis, quam quis habiturus fuisset ab intestato, & cum nulla sit successio,nulla etiam sit legitima,quia intelligenda est,quod habiturus est,ab intestato de iure communi. Cum per ius cōmune non per statutum legitima fuerit adinuenta. vnde cum mater de iure communi ab intestato successisset ipsi filio, ergo habere debet,& consequi legitimam inspecto iure communi non statuario.& ita huic rationi respōdet Mar.Soc.& in d.consil.30.col.11. vers.præterea in terminis,& Curt.in d.consil.37.col.6. versic. non obstat secunda ratio. Dicens,quòd ius commune,quòd induxit legitimam cogitauit de successione ab intestato, nec potuit habere respectū ad portionem debitam ex statuto, quod fuit sibi incognitum, nec statutum potuit hoc intelligere,cum non comprehendat casum legitimæ, vt iam dixi. Laus Deo.

Ita vt supra dico, & consulo ego Marcus Ant. Blancus Iur. Vtri. Doct. Patauinus ordinariam criminalium in Gymnasio patriæ meæ Florentissimo, & in fidem me subscripsi, & signaui sal uo iure cuiuslibet alterius melius sentientis. Laus Deo.

Est verum in præsenti casu,quod Ang. tenuit contrarium in consi.105.incip.statuto caue tur.in fine, quem refert, & sequitur Do. Philip. Deci. in consil. 299. incip.in causa.in secundo vol.1.2.vol.post Cuma.in consi.188. incip.spectabilis,& alios quamplures,quos non refero,te status amplius, hāc esse communem opinionē, nihilominus, quia pro ea nihil aliud allegatur, nisi ratio, quod cum legitima commensuretur successioni ab intestato, sit quod tertia pars eius,quod quis est habiturus ab intestato, vt supra.§.1. in auct. de triēn.& se.& not.in auct.nouissima.C.de inoff.testam.mater quæ prohibeatur succedere extrema statuti,prohibebitur etiā legitimam petere,eique satis per Dom.Consulētem sufficienterq; respōdeatur.& prius per Soc. & Curt. senio. in consil. per excellentiam suam relatis, audacter & absque dubio a communi recedo, concludentioribusque argumentis & rationibus,de quibus supra, nō minus eleganter, quā copiosè,quā doctè & subtiliter deductis isti adhęreo.iuxt.tex.in l. 1.in §.sed neq;.C.de vete. iu.enucl.& ī c.appellamus,& ibi Abb.Pa.de fer.

Et in idem quoque conuenio ego Marcus de Mantua Patauinus legum interpres minimus, & dico, vt supra conclusum est, ita iuris esse & de iure,& hoc ipsum insuper,eoque magis ac libentius secutus, quia mihi visum est ēt æquius. & sic matrem, legitima filii,siue in bonis eiusdē, nullo modo esse fraudandam. saluo tamen semper saniori consilio. & in præmissorū fidem me subscripsi requisitus, solitumque sigillum apponere non dubitaui. Laus Deo.opt.max.

CONSILIA IN MATERIA CRIMINALI

SVPER INDICIIS AD TORTVRAM.

SVMMARIVM.

1 *Ad torturam sine indicijs deueniendum non esse.*
2 *Inditia qualia esse debent ad hoc vt quis torqueri possit.*
3 *Plerique dum torquentur deficere solent.*
4 *Confeßione facta etiam coram iudice incompetenti indicium sufficiens ad torquendum resultare.*
5 *Confeßio clerici coram iudice laico facta non valet neque tenet, nec ex ea sumitur indicium ad torturam.*
6 *Confeßio facta coram iudice incompetenti spontanea esse debet ad hoc, vt indicium faciat ad torturam.*
7 *Confeßio facta coram iudice incompetenti etiam nō docto de errore reuocari potest.*
8 *Clericus ex indicijs quibuscunque torturæ subÿci nō potest, si de crimine diffamatus non sit.*
9 *Probatione bonæ conditionis, & famæ, quãquã quòd morigeratus sit, & laudabiliter vixerit, & viuat, indicia si qua contra eandem extarent purgari.*
10 *Indicium bona fama purgari.*
11 *Probatione bonæ famæ indicia minuuntur.*
12 *Fugiens de carceribus etiam si delictum aliquod nō commiserit, pro confesso habetur, & punitur ac si verè delictum commißisset.*
13 *Contrariorum eadem est disciplina.*

CONSILIVM CVII.

Christi, eiusque gloriosę matris Virginis Mariæ nominibus inuocatis in præsenti consultatione.



QVAERITVR vtrum Do. Io. de Lanziis clericus Vicētinus torqueri possit, & breuiter cōcludo, ꝙ nō, cū nulla sint indicia cōtra ipum, sine quibus ad torturam non de
1 uenitur. † l. 1. in princip. de quæstio. tradit Abb. in sua Practica criminali in rub. de quæstio. in princ. quinimmo ad hoc, vt quis torqueri possit, indicia debent esse verisimilia & probabilia, ex quibus meritò animus iudicis informetur, & moueatur ad inuestigandam verita
2 tem. † l. cum cognitionaliter, & l. milites. C. de quæstio. & l. fulcinius. C. de fals. quæ optimus iudex si stringant multum habet considerare, quia sæpe numero plerique dum torquentur defice-
3 re solent, † vt ff. de pęn. l. aut damna. §. secundo. & si dicatur, quòd ex quo Dom. Ioannes fuit tortus a iudicibus laicis, & coram ipsis videtur confessus fuisse se expendisse monetas falsas, tamen ex tali confessione licet facta coram incompetē-ti videtur resultare indicium sufficiens saltim
4 ad torturam, † iuxta not. per Doctores in ca. at si clerici. de iudi. vbi Aret. & Imo. & per Bald. in l. eos. C. de appel. & per Angel. in l. magistratib. ff. de iuris. omni. iudi. respondetur, quòd confessio dicti Domini Ioannis clerici facta coram
5 iudicibus laicis non valet, nec tenet. † c. at si clerici. de iud. nec ex ea sumitur indicium ad torturam, vt voluit Angel. in l. 1. col. vlt. C. de confes. Dominus Antonius, in ca. dilecti. de arbi. in prima col. & in c. fin. col. 6. de confess. idem voluit Bal. in c. cum super, de confess. & Angel. in l. 1. ff. de confess. & ita concludit Felyn. in d. c. at si clerici col. quinta in princ. in vers. tamen ego & Alexan. in l. magistratibus. col. 2. in vers. secū do limita. vbi etiam Iason in secunda col. versic. istud vltimum, & hæc conclusio maxime habet locum in casu nostro in quo Dominus Ioannes non sponte, sed metu tormentorum confessionem coram seculari emisit, & sic per metum qui cadere poterat in constantē virum iuxta. c. cum dilectus, quòd met. causa. l. continet. ff. eo. l. inter positas. C. de transact. de mente autem Doctorū in d. c. at si clerici confessio facta coram incompetenti debet esse spontanea, vt faciat inditium
6 ad torturam, † vt voluit inter alios Bal. ibidem in pri. col. in fi.

Prȩterea esto, quòd essemus in casu, in quo cōfessio facta coram incompetenti indicium faceret ad torturam, iuxta tradita per docto. in supra dictis locis, tamen ex quo Dominus Ioannes coram iudice competenti illam reuocauit ex ea torqueri non potest per doctri. Bal. in l. 1. prima col. fi. vers. extra quæro. C. de confess. vbi voluit, quòd si torquendus sit cautus, & reuocet cōfessionem a se factam coram incompetenti, quod facere potest etiam non docto de errore, torque-
7 ri non poterit, † & Bal. sequitur Felyn. in d. c. at si clerici. in princ. col. 5. in versic. secundo restringe, & Iason in l. magistratibus. col. 2. in vers. secū do singulariter limita.

Et posito etiam qđ cōfessio prædicti Domini Ioannis clerici facta coram iudicibus laicis faceret indicium contra ipsum, adhuc dicitur, quòd torqueri nō potest, quia clericus ex indiciis quibuscunque torturari non potest, etiam si essent mille, quando de crimine nō est diffamatus, do-
8 ctrina † fuit originalis Abb. antiqui in c. 1. de depos. quam reassumpsit Paul. de liazar. ibidem, & Ioan. Andr. & Antonius in c. quòd contemplatione, vbi Abb. de regul. iur. & illam sequitur Io. de Anna. in c. 1. col. fi. de cleric. percus. Barba. in consil. 47. & consil. 270. libr. 1. Felyn. in d. c. at si clerici. col. 5. in ver. tamen ego, & in c. de hoc in prima

prima col.in vers.secundo limita. de simo. Barbat.in c. si constiterit col.3. de accus. Alex. in l. milites.C.de accusat.Felyn. in c.veniens el primo,de testi.in vers.vltimo not.textum.vbi dicit esse dictum singulare: Felyn.in c.vniuersitati in vers.nunquid torquendus de sent. excommun. & idem in c.cum oporteat in fin.col.vers.vnum tamen de accusa.Marsilius præceptor meus in l. penul.in fine. ff. de quæstio. hanc etiam opinionem sequitur, & dicit communem esse Alex. in l.fin.in addi. ad Bart.ff.de quæstio. in verbo veniamus ad inditia, & quòd ex tali confessione clericus sine diffamatione torqueri non possit, tenet etiam Decius in d. c. at si clerici in princ. col.11. in vers. quarto limitatur,vbi dicit etiam hanc esse communem opin. sed non constat dictum Do.Ioan. esse diffamatum pro monetario, merito torqueri nō potest,quinimmo cum probatum sit dictum Dom. Ioannem esse bonæ conditionis & famæ, morigeratum, & vixisse & viueret laudabiliter, purgatum est inditiū si quod
9 contra ipsum erat,†vt per Angel.in l.milites.C. de quæstio.& Alexan.in l.fin.in addi.ad Bart.in vers.quæro vtrum.ff.de quæstio. vbi dicūt,quòd probatio bonę famæ facit purgare inditium.Ad
10 † idem Corne.consi.58. incipit,visa in littera.l. in secunda parte.Bart.in l.desertorum.§.sed & si ex improuiso.de re mil.vbi dicit,quòd probatio
11 bonæ famæ habet vim minuere inditia† Angel. in l.1.§.sed si ex improuiso de re mili.Franc.bru. in tract.de indi.& tor. in prima parte circa finē.

Confirmantur prædicta, quia sicuti fugiens de carceribus etiā quòd vere delictum non cōmiserit, habetur pro confesso & punitur ac si
12 vere delictum commiserit.†l.in eos,iuncta gl.ff. de custo.reo.ita versa vice Do. Ioan. in casu nostro,qui fractis carceribus ab aliis carceratis potuit fugere,sicuti ceteri fecerunt, ita persistentia sibi opitulari debet, & facere maximum inditiū innocentiæ ipsius,quia contrariorum eadem est
13 disciplina.†l.fin.§.si.ff.de leg.3.

Hieronymus Gigas.

IN CASV ILLORVM DE GALEOTtis de Gradiscutta, in materia criminali concernendum processum contra delinquētem per iudicem originis formatum.

SVMMARIVM.

1 *Reus delicti alibi commisßit per iudicem loci originis puniri potest.*
2 *Forum sortitur quis ratione originis propriæ,vel paternæ,non item auitæ.*
Quodque aui originem etiam sequatur si viuente auo natus sit.
Ratio ad idem refertur.
3 *Præuentio attendenda inter iudicem originis & cōmißi delicti.*
4 *Præuentionem etiam per sententiam induci.*
5 *Delictum commissum in territorio alicuius,quòd in ibi cognosci debeat.*
6 *Præuentioni locum esse per actum citationis,si quādo iurisdictio duobus iudicibus insolidum cōpetat.*
7 *Præuētio citationis verbali & personali vsque adeo efficax redditur vt cesset iurisdictio alterius iudicis per prius inquirentis.*
8 *Præuentio inducta per capturam personæ præfertur præuentioni per citationem verbalem factæ.*
9 *Sententia diffinitiua absolutoria, vel condemnatoria iudicis loci delicti, impedit quominus in loco mandati procedatur.*
10 *Inquiri sæpius de eodem delicto, & contra eundem non licet.*
Limitatio ad idem.
11 *Citatus ad vnum tribunal excusatur si non comparet coram alio tribunali ad quod similiter citatus sit.*
12 *Quodque processus factus vigore secundæ citationis ipso iure nullus existat.*
13 *Reus pro delicto alibi commisso potest conueniri in loco originis propriæ vel paternæ si inibi reperiatur, & non aliter.*
14 *Indicium citatione captum reputari.*
15 *Absolutio executionem secum trahit,non autem condemnatio.*
16 *Absolutoria sententia executionem secum trahit etiam si iniusta sit.*
17 *Iurisdictio iudicis domicilij fortior est quā iudicis originis.*
18 *Duo vincula magis stringunt,quàm vnum.*
19 *Feudatarius non subditus delinquens non potest cōueniri de delicto coram Principe in cuius iurisdictione feudum obtinet.*
Ratio ad idem aßignatur.
20 *Assertioni de facto proprio standum esse.*
21 *Processus & sententia contra legitime impeditum non valet,neque tenet.*
22 *Causæ continentia diuidi non debet.*
23 *Principali sublato corruit & accessorium.*
24 *Prohibitio vno, quòd intelligatur prohibitum & id, quod ex eo sequitur.*
25 *Argumentatio de contractibus ad delicta valet & tenet.*
26 *Rei vnius debendi absolutio,si quando alteri prodesse dicatur.*

CONSILIVM CVIII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iustitiæ.



INTERFECTVS fuit q.Do.Vincentius ex cōsortibus de Varmo Patriæ Fori Iulii in territorio Gradiscuttæ, qui locus est sub dominio Maiestat.Cęsareæ,de quo homicidio imputati fuere Baptista, Octauius & Daniel, fratres de Galeottis cognominati Belgradini, qui domicilium habent in dicto

dicto loco Gradiscuttæ, attamen originem traxere ex ciuitate Vtini, quia eorum pater in dicta ciuitate ortus est, & fortasse aliqui ipsorum fratrum, quæritur an contra eos pro tali imputatione potuerit procedi per iudicem eorum originis.

Prima facie videtur dicendum, quòd sic, quia non est dubium, quòd ratione originis quis pro delicto alibi cōmisso per iudicem loci originis
1 puniri possit, vt tenuit Barto. in l. si cui. §. cum sacrilegium versicu. quæro si vnus. ff. de accusatio. per text. in l. 1. C. vbi de cri. agi. oporte. ratione enim originis propriæ, vel paternæ quis forum
2 sortitur, † vt inquit Sicul. in titu. de compe. iudi. aditio. §. 1. versicu. 42. sortitur quis forum, allegat text. in l. assumptio. §. 1. ff. ad municipal. non autem quis sequitur originem aui, & aliorum maiorum suorum, aliàs esset quærere, vbi natus est Adam, scilicet agrū Damascenum, vt inquit gl. in d. §. 1. in verbo non Domicilium, ad idem glo. in l. filios. C. de municip. & origina. lib. 10. vbi Ioan. de Plate. num. 2. veruntamen est, quòd quis sequitur aui originem, quādo natus est auo
3 viuente, † & est ratio, quia natus auo viuente est in potestate aui, secus eo mortuo, ita tenuit Oldra. cuius opinionem refert, & sequitur Bartol. in d. §. 1. num. 1.

Secūdo facit, quia iudex originis videtur præuenisse iudicem loci commissi delicti in faciendo accipi visum, & repertum cadaueris dicti q. Domini Vincētii mortui in loco de Varmo suæ iurisdictionis, quæ præuentio videtur priuare iurisdictione iudicem loci commissi delicti, ne
3 † quis teneatur litigare, & comparere corā duobus iudicibus pro eadem causa. c. penul. de foro competen. c. vt debitus de appellatio. & per Specul. in titu. de rescript. præsenta. in §. ratione autem causę. in vers. item, quòd sublatum, & in ver item, quòd impetrans. & per Hippol. de Marsil. præceptorem meum in l. fin. sub nu. 203. & nu. 204. de iurisdi. omni. iudi. item iudex originis præuenit in condemnādo reos, & per talem sententiam videtur iurisdictio præuēta omnia præ
4 uenta etiam per sententiam inducere, † Marsi. in l. fin. num. 205. ff. de iurisd. omn. iud. ad idem Bart. in l. si pluribus, in princ. ff. de legat. 1.

Istis tamen non obstantibus, contrarium de iure dicendum arbitror in præsenti casu. nam nulli dubium est, quòd ex quo delictum cōmissum fuit in territorio Gradiscuttæ, ibi de eo co-
5 gnosci potuit, † text. est in d. l. 1. & in auten. qua in ꝓuincia. C. vbi de cri. agi oport. iudex enim Gradiscuttæ præuenit in citatione reorum. quo casu iudicium cęptum intelligitur coram eo. l. vbi cęptum, & ibi Bartol. col. 1. num. 3. ff. de iud. & quòd per actum citationis dicatur præuenta iurisdictio, quando duo iudices iurisdictionem
6 habent insolidum. † tenuit etiam Roman. consi. 412. col. 1. vers. vbi notandum, & versi. locus est præoccupationi. Quinimmo rei citati a prædicto iudice se præsentarunt in carceribus ad ostēdendum eorum innocentiam, & sic præuenta est iurisdictio non solum vigore citationis verbalis, sed etiam personalis. quo casu adeo efficax inducitur præuentio, quòd facit cessare iurisdictionem alterius iudicis inquirentis etiam per
7 prius secundum † Bald. in auten. sed nouo iure. in tertia col. C. de seruis fugit. Quinimmo dixit Bart. in l. 3. ff. de custo. reorum. & in l. 1. ff. de pœni. & in l. diuisim. ff. ad turpil. quòd præuentio facta per capturam personæ præfertur præuen-
8 tioni factæ per citationem verbalem, † & ad hoc plura allegat præallegatus Præceptor meus in d. l. final. num. 206. 207. & 208. ff. de iurisdi. omni. iudic.

Accedat, quòd quando sequuta est sententia diffinitiua absolutoria vel condemnatoria iudicis loci delicti, iudex etiam loci vbi fortasse esset factum mandatum de committendo homicidiū
9 alibi, procedere non potest. † Alberic. in l. 1. col. 2. vers. item communis iudex. C. vbi de cri. agi. oport.

Et si Rector alicuius ciuitatis inquisiuit contra aliquem delinquentem, quem nō repertum culpabilem absoluit, non poterit cōtra illum inquiri de eodem maleficio per alium iudicē, quia de eodem delicto non debet sæpius inquiri con
10 tra eundē. † l. licet. ff. nautę. caupo. stabula. & ita scribit Bonifa. de Vitalinis in suo tracta. crimin. in titu. de inquisitio num. 61. dicens hoc procedere nisi doceatur de collusione, vel præuaricatione facta. l. qui de crimine. C. de accusatio. ca. de his, vbi not. de accusatio. idē de præuaricatione dicit Bart. in l. Senatus. col. penul. versic. si de toto crimine. ff. de accusatio.

Quinimmo citatus ad vnum tribunal excusatur, si nō comparet corā alio tribunali, ad quod
11 similiter est citatus. † l. 2. §. final. ff. de custo. reo. & l. nō exigimus. §. si quis municipalis. ff. si quis cautio. & processus factus vigore secūdæ citationis est ipso iure nullus, vt dicit Bartol. in d. l. 2. quod procedit si iudex secundæ citationis notitiā habuit de prima. sin autem illam ignorauit, processus non erit nullus ipso iure, sed venit annullandus.

Ad allegata in contrarium, & primo dum dicebatur, quòd iudex loci originis punire posset committētem delictum extra eius territorium, secundum Bartol. in l. si cui. §. cum sacrilegium. vers. quæro si vnus. nu. 6. ff. de accusatio. per tex. in d. l. 1. C. vbi de cri. agi. oper. dicas, ꝙ hoc procedit quando iudex loci delicti nō præuenisset, nam si pręuenit, ibi iudicium fieri debet, & non alibi. l. cum quædam puella. §. fin. ff. de iurisdict. omni. iud. & l. si quis postea. ff. de iudi. sed in casu nostro iudex loci delicti præuenit, ergo cessauit iurisdictio iudicis loci originis. bene verum est, quòd si citatus coram iudice commissi delicti esset cōtumax, tunc iudex originis procedere posset. nam eo casu non opitulatur sibi pręuētio iurisdictionis primi iudicis, vt scribit Barto. in l. sepulchri violati. versi. circa primum. nu. 2. ff. de

ff.de sepul. viola.& ibidem vers.tertio est videndum. num.5 .& idem esset si a iudice delicti fuisset condem natus,& non paruisset cōdemnationi.tunc enim cūueniri potest coram iudice originis;vt vol.Bartol.in d.l.sepulchri.quem refert & sequitur Angel.in tract. malefi.in verbo,hæc est quædam inquisitio in vers. quæro Aretinus, & ibi Augusti. in additione.sciẽdum tamen est, quòd si citatio primo facta per iudicem loci cōmisi delicti esset illegitima, tunc per eam non inducit. præuentio iurisdictionis, vt voluit Roma.consi.412.pro habenda sustantia. col.vlt.allegat text.in c.pręposuisti.in vers.legitimè.de foro.compet.& ibi Ioan.Andr.& Dom.Anton. & Archid.2.q.6.c.non ita,& plura alia adducit ad hoc quæ videri possunt.

Secundo respondetur, quòd quis de delicto alibi commisso potest conueniri in loco originis propriæ,vel paternę quando ibi reperitur,&
13 non aliter, † vt voluit Iacob.de Areti. quem refert,& sequitur Bart.in l.assumptio.§.1.ff ad munici.in versic.quarto casu,& notant Docto.in c. accedens el secondo,vt lite non cōtestata.Salyc. in l.2.C.de iurisdi.omn.iud.Alexan.consi.166. videtur fortasse in 7.vol.& Alberic.in d.l.assumptio.§.filius.num.6.sub.l.Marcellus ad munici. & Bal.in rubrica.C.si à non competen.iudi.

Ad secundum,dum dicebatur,quòd Clarissimus Dominus Locumtenens Patriæ Fori Iulij iudex originis videatur præuenisse iudicem loci commissi delicti in faciendo accipi visum, & repertum Cadaueris dicti q.Dom.Vincētii,quę præuentio videtur priuare iudicem loci cōmissi delicti sua iurisdictione cognoscendi de dicto casu, dicitur, quòd iudicium cęptum esse dici
14 tur per citationem, † vt per Bartol. in l. vbi cęptum. col.1. de iud. ff. & latè per Felyn. & alios in c.gratum de off.deleg. quæ citatio prius emanauit a iudice loci commissi delicti, nec verum est,quòd per actum accipiendi visum,& repertū inducatur præuentio, quia hoc non reperitur iure cautum. Ad illud quòd præuentio inducatur per sentētiam respōdeo,quòd procedit quādo plures agunt ad idem ex eadem causa, & tractatur de præoccupatione respectu effectus eius de quo agitur. sed qñ tractatur de præoccupatione respectu exercitij iurisdictionis, tūc præoccupatio fit per citationē.l.si quis postea. & si vbi cęptum.ff.de iudi.ita scribit Bart. in l.si pluribus. ff.de legat.1.versi. dico ego sic, & dixit notanter Francil.Lucan.in tract.de fisco,& eius priuileg. in prima parte principali in vers.centesimustrigesimussecundus casus num.132. in 6.volu.tracta. secundum impressionem Venetam, quòd quantum ad effectum confiscandorum bonorū non consideratur præuentio per sententiam, sed per litis contestationis.

Accedit, quòd in casu isto supradicti fratres de Galeottis imputati de dicto homicidio citati a iudice eorum domicilii,& in cuius iurisdictione dicuntur commisisse delictum,comparuerūt, & se carceribus pręsentarunt,& factis eorum defensionibus fuerunt absoluti, quæ absolutio secum executionem trahit,non autem condemna
15 tio.†Bartol.in l.metum.§.sed quòd prætor.in secundo nota.ff.quod met. causa. Bal. in l.secūda. C.de compensatio. immo absolutoria etiam si esset iniusta,trahit secum executionem irrepara
16 biliter.†secundum Bal.in l.1. C.de compensat. hinc est, quòd absolutus de certo crimine amplius accusari non potest de eodem crimine.c. de his.extra de accusatio.Hoc tamen fallit,quādo probaretur de collusione, vel præuaricatione,vt per glos.in d.c.de his.& probatur collusio ex signis,de quibus per Bartol.in l.3. §.præuaricatorem.ff.ad Turpilia.de quo dixi in trac. meo pensionū 942.Præuaricationis crimen est quando quis est cum vna parte corpore, & cum alia animo.l.athletas.§.pūaricator.ff.de his qui notātur infamia.l.1.ff.de præuaricat. sic scribit Bart. in d. l. 1. de pręuaricatione autem cognoscatur per viam exceptionis, & per viā accusationis,vt pulchrè docet Bar.in l.2. in prin. ff.de pūaricat.

Quando autem primus accusator accusatur de præūaricatione, & conuincitur hoc non præiudicat reo nisi in illo iud. fuerit citatus. ita Bartol. in d. l. 2. in princip. allegat text.in l. denuntiasse. §. fin. ff. de adulter. ad eandem Bartol.in l.1.§ præuaricatione. ff.ad Turpil.vbi dixit, quòd etiam per viam inquisitionis procedit contra præuaricatorem,& dat modum quo modo probetur præuaricatio.

Et ex his aperte colligitur, quòd sententia cōdemnatoria lata per iudicem originis cōtra Baptistam, Octauianum, & Danielē fratres de Galeottis imputatos de dicto homicidio, est ipso iure nulla,cum aperte constat ex processu præfatū iudicem originis habuisse notitiam de præuentione iurisdictionis iudicis loci domicilii, & cōmisi delicti,per ea quæ scribit Bart.in d.l.2.§.final.ff.de custo.reo. & in d. l.non exigimus.in §. si quis municipalis.ff.si quis cautio.

Accedat,quòd in casu nostro rei prædicti sūt subditi Cæsareæ Maestatis ratione domicilii, quo casu clarū est, quòd coram dicto iudice domicilii comparere debent,licet essent etiam citati coram iudice originis. l. relegatorum iuncto. §.interdicere,& §.per contrarium. ff.de interdi. & relega. ex quo constat,quòd fortior est iurisdictio iudicis domicilii, quàm iudicis originis.
17 quod etiam ex alio comprobatur, quia in casu nostro duo cōcurrunt, videlicet, quòd sit iudex domicilii,& iudex loci commissi delicti. duo au
18 tem vincula magis stringunt,quam vnum, † vt in auten.itaque. C.communia. de successio. & in auten.de consangui.& vteri.frat.in §.1.& fi. & c.1.de treug.& pace.

Nec obstat si diceretur, quòd etiam ex parte iudicis originis adsunt duo vincula, vnum videlicet originis:alterum vero,quia prædicti imputati de dicto homicidio sunt feudatarii Illustrissimi Domini.nam ad hoc respōdetur, quòd feuda-

feudatarius non subditus delinquens nō potest de delicto conueniri coram principe in cuius iu
19 risdictione feudum obtinet,†quia censetur eius subditus solum quo ad ea, quæ concernunt feudum ipsum,non quo ad alia, vt probatur in cle. pastoralis,& ibi Doct. de re iudi. Præterea etiam quòd ex parte iudicis originis adessent duo vincula,hoc non est considerandum in casu nostro stante præuentione iudicis loci commissi delicti, & domicilii, vt supra dictum fuit. Nec minus si diceretur,quòd delinquētes ex quo recognoscūt quasdam terras in feudum a Domino originis, videatur etiā ex hoc esse eius subditi, quia dicit, quòd nunc feud. sunt subditi quo ad ea, quæ feudum concernunt,non autē quo ad delict.cle. pastoralis vbi not.de re iudic.

Quo vero ad condemnationem latam contra Antonium Galeottum fratrem supradictorum Baptistæ,Octauiani, & Danielis,nec non contra Ioannem Spatium eorūdem cognatum,dicitur illam fieri non potuisse ex eo,quia citati per iudicem originis tanquam imputati, vti conscii, & complices supradicti homicidij non valuere se pręsentare,stante Regia prohibitione & expresso decreto, quòd sub pœna indignationis Regiæ Maiestatis, & cōfiscationis bonorum omniū nō auderent cōparere coram iudice originis,de qua prohibitione attestatur Imperialis Maiestas in suis litteris scriptis ad Illustrissimū Dominium pro casu isto,cuius assertioni cum sit de facto pro
20 prio,standum est,†per tex.in clem.1. de probati. & ibi Anchara. & idem Petr. de Anch.in consil. 302.viso diligenter. & Marsil. Dominus meus in l.1.in §.si quis dicatur.num.13.ff.de quæstio.vbi dicitur, quòd assertioni Papæ absque alia probatione statur.processus autem, & sententia lata cō
21 tra citatum legitime impeditum non valet,†vt supra dictum fuit.

Secundo dicitur,†quòd si diceremus,quòd cō tra prædictos procedi potuisset, vtiq; diceremus continentiam dictæ causæ diuidi potuisse, quod absurdissimum esset dicere, quia esset contra iu
22 ra.† capit.primo,& secundo.de sequestra.pos.& fruct. & l. non nulli. C. de iudici. in quibus iuribus habetur continentiam causæ diuidi non debere.

Tertio facit, quia condemnatio lata cōtra prædictos facta fuit post absolutoriam latam per iudicem domicilii, & commissi delicti ad fauorem supradictorum Baptistæ, Octauiani, & Danielis fratrum dicti Antonii.quo casu non potuit fieri postmodum condemnatio per iudicem originis de eodem delicto,de quo erant absoluti. si igitur corruit dicta condemnatio facta per iudicem domicilii,vt supra probatum est,tanquā quid principale, a fortiori corruet condemnatio facta con tra dictos Antonium,& Ioannem Spatium,cum
23 sublato principali corruat accessorium.†l. si patronum in §. patronum. ff.si quid in frau. patro. & in l.fi.ff.de consti.pecu.

Item facit,quia,vt supra dictum est,per præuētione iudicis loci commissi delicti, & habitationis erat adempta iurisdictio originis procedendi in dicto casu, & sic prohibitus erat de eo cognoscere,ergo non potuit procedere contra dictum Antonium, & Io. Spatium.quia vno prohibito,intelligitur prohibitum totum id,quod
24 ex eo sequitur.†l.non dubium. C.de legib.c.nā concupiscentiam. de constitutio.

Facit etiam, quia bona est argumentatio de
25 contractibus ad delicta.† l.omnem.ff.de iudici. & scribit Alber.in l.si cui crimen.§. idem imperator. ff.de accusatio. nu. 3. sed absolutio vnius ex Reis debendi prodest alteri,quando tota pecunia fuerit soluenda,vel contractus fuerit inu
26 tilis,†vt scribit idem Alberi. in l. 1.num.4.ff.de duobus reis constituen.ergo idem dicēdum videtur in casu nostro, qui absolutio facta per iudicē loci domicilii de supradictis Baptista,Octauio, & Daniele fratribus prosit etiam Antonio Galeotto eorum fratri, & Io. Spatio eorum cognato supradictis.

Vt supra dico,consulo, & iuris esse arbitror
ego Hieronymus Gigas
V.I.D.

IN MATERIA DELICTI EX PROposito commissi, quod casum pensatum vulgo dicunt.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia Dei domus orationis est.*
2 *Damnum quod quis sua culpa sentit sibi, & non alteri imputandum.*
3 *Iniuria facta, & illata patruo nepoti facta intelligitur.*
4 *Prouocatus delictum committens ordinaria pœna puniri non debet.*
5 *Dolorem iustum temperare difficile.*
6 *Iniuria facta vni toto generi suo facta intelligitur.*
7 *Prouocatus verbis iniuriosis, si prouocantem gladio offenderit, eidem subueniendum.*
8 *Bonus quilibet præsumitur in dubio, nisi contrarium probetur.*
9 *Animus nocendi in dubio non præsumitur.*
10 *Loquentis animus ex verbis deprehenditur.*
11 *Testi deponenti per verbum credo quo casu standum sit.*
12 *Verba ambigua in non delictum interpretanda.*
13 *Testi deponenti per verbum credo, ad defensam stādum, & plene probet.*
14 *Homicidium dolose & ex animo perpetratū, si quis aliud homicidium fecisse dicatur.*
15 *Præsumptiones quæ reis fauent, & ad illorum innocentiam tendunt, attendi debent.*
16 *Probationum paritate concurrente pro reo semper iudicandum.*
17 *Testibus si qui pro reo minus digniores sint quā exa*

minatis contra reum pro non delicto deponentibus magis standum esse.

18 *Glo. singularis in c. clerici. 11. dist.*

CONSILIVM CIX.



QVod casus de quo agitur non sit, nec dici posśit pensatus ex infra scriptis clare, & aperte constabit. Primo, quia ipsa rixa causata est, ex eo, quia R.D. Arch. & R. Dom. Bernardinus de vechiis canonicus voluerunt impedire R.D. Io. Bapt. Garganū ne legeret, eidem vim, & violentiam inferendo, auferendo librum, & candelam. quod eis minime licuit, præsertim in Ecclesia Dei, quæ domus

1 orationis est, vt de prædictis deponūt presbyter Noe, Barth. Barilus, Bernardinus de vecchiis in suo constituto, Presbyter Sanctinus, Philippus, Io. de Pistoribus, Philisteus, igitur conqueratur Reueren. Dom. Archidiac. qui causam damno dedit. c. damnum. de regu. iur. in 6. nam damnū quod quis sua culpa sentit, sibi non est alteri im

2 putandum† præallegato. c. damnum facit tex. in l. qui occiderit §. penul. ff. ad leg. aquil. & in c. fi. de iniur. & damn. dat.

Quinimmo si non fuisset Dom. Bernardinus de vecchiis qui etiam vim intulit R.D. Io. Bapt. Gargano, vtique aliquod malum non fuisset sequutum, vt deponūt Philippus de vitalibus, Augustinus de Bossonibus, Vincentius de Pellaconibus, Philisteus, Ioan. Angelus Coleonus. Ergo manifeste constat casum non esse pensatum. nā quicquid fecerūt Febus, & Ant. fecerunt ad propulsandam vim, & iniuriam, quæ patruo fiebat,

3 quæ ipsis facta videbatur. † l. lex Cornelia. ff. de iureiur. & ibi Barth. & Docto. Immo, stante prouocatione per d. Archi. & Bernardinum facta, esto, ꝙ Febus, & Ant. venirent aliqua pœna puniendi, qđ vtique negatur, tamē ordinaria pęna puniri nō possent per ea, quæ voluit Paul. de Castro in consi. suo 192. incipiente, in causa carceratorum col. vlt. Gandi. in tract. malefi. sub rub. de pęnis reorum col. 24. in versic. pone etiam, ꝙ plures. Oldr. cons. 53. incipiente, consueuit Marsil. consi. 137. num. 6. in 2. vol. idem cons. 25. nume. 22. in 1. vol. in quibus locis dixerunt præallegati doct. ꝙ prouocatus delictum committens

4 ordinaria pœna puniri non debet. † Immo prouocatus solo insultu cum armis etiam non percussus si occidat insultātem, nō tenetur de homicidio. Marsil. Dominus meus in d. consi. 25. nu. 27. & consi. 41. num. 14. & consil. 68. num. 11. & consi. 73. num. 61. & licet iniuria principaliter, & violentia non fieret Febo, & Anto. fratribus, fiebat tamē D. Io. Bapt. eorum patruo, & sic etiā ipsis per text. in d. l. lex Cornelia supra allegata, & sic vidētes patruum opprimi, & ei iniuriā fieri

5 ri eis iustum dolorem tēperare difficile fuit. † facit tex. in l. si adulterium cum incestu in §. imperatores. ff. de adult. & in l. graccus. C. eod. Quinimmo iniuria facta vni, videtur facta toti generi

6 suo, † vt voluit Decius cons. 163. tertia col. Alex. in l. si finita in §. si de vectigal. ff. de damn. infect. merito non solum constat casum non fuisse pēsatum, verum venia digni sunt. nam videmus, ꝙ si quis verbis iniuriosis tantum sit prouocatus, & offendat prouocantem gladio subueniri de-

7 bet, † ita voluit August. de Arimino in addit. ad Angel. de malefi. in verbo verba contumeliosa. in vers. quid si aliquo dicto vel facto. sequitur Marsil. 95. 73. num. 60.

Adsunt etiam plures coniecturæ, & præsumptiones casum non esse pensatum. Primo considerāda est Febi, & Ant. qualitas, qui sunt personæ non assuetæ delictis committendis, immo ab omni prorsus delicto alienæ. ergo non est præsumendum, quòd pensate eis imputata perpetrauerint, quia in dubio quilibet bonus præ-

8 sumitur nisi cōtrarium probetur. † l. non omnis §. a barbaris. ff. de re milit. Animus. n. ex consuetudine præsumitur secundum Bal. in l. macedoniani. in vltimis verbis. C. ad macedo.

Secunda præsumptio est loci qualitas, qui si pēsate voluissent offendere d. R. D. Archidiaconum, vtique expectassent ipsum eūdo, vel redeūdo ab ipsa Ecclesia, & non iuissent ad offendendum ipsum in Ecclesia prædicta, in qua aderat numerus canonicorum & aliarum personarū. Igitur quicquid actū fuit ex prouocatione processit, vt est dictum. accedit, ꝙ nocendi animus

9 non præsumitur, † glos. in l. fluminum. §. fi. in gl. penult. ff. de damn. infect. & ibi Bart. in 1. opp.

Tertia præsumptio, quia R. Do. Io. Bapt. dixit die antecedenti velle venire ad matutinum, & nolle nisi ea, quæ iustitia suadebat, itaque nō venit causa, vt delictum aliquod perpetraretur, vt deponunt Vincētius de Pallaconibus, Paulus, Io. Ang. Coleonus, testes in processu examinati.

Quarta p̄sumptio, quia presbyter Antonius erat solitus ire ad illam Ecclesiā summo mane causa celebrandi missam, & dicen. matutinum, vt deponunt Philippus de Vitalibus, Barth. Barilus, Paulus de ossa, ergo non est præsumendum, ꝙ Antonius illuc accesserit animo delinquendi. facit tex. in c. in obscuris. de regul. iur. in 6. l. arrianus de act. & oblig.

Quinta pręsumptio est, quia presbyter Antonius quando superuenit iam rixa cępta erat inter Archi. & Bernardinum ex vna, & præfatum Do. Io. Baptistā ex altera partibus, & tamen non statim admenare cepit, sed dixit *lassate lezer mio Barba*, seu *lassate far l'officio suo a mio Barba*, vt deponūt Noe, Do. Barth. Barilus, Bernardinus de vecchiis in suo constituto, & etiam dicit idē Archi. in suo constituto. Ista. n. verba non denotāt animum pensatum delinquendi. immo totum contrarium. animus. n. loquentis per verba co-

10 gnoscitur. † l. labeo. §. idem tubero. ff. de suppel. legat. cor enim est imperator linguæ, vt dixit Bald. in cap. mandatum. de rescri. Immo ex his verbis manifeste constat, quòd si aduersarii vim non intulissent patruo, prohibentes eum

legere

legere suam lectionem, nil mali fuisset actum.

Sexto facit, quia Antonius vt patruus legeret extincta per Archi. candela iuit ad altare ad accipiendã aliam candelam, vt deponit Barth. Barilus canonicus.

Tertio facit, quia vt deponũt Sanctinus in sua prima depositiõe, presbyter Bernardinus dedit alapã D. Io.Bapt. & licet dicat id, per verbũ, credo, tamẽ in secũda eius depositione assignat concludentem rõnem suę credulitatis. quo casu testis deponens per verbũ credo, & assignans ra-
11 tionem concludentem, bene probat. †Bonifa. in suo tract. malefi. in tit. de probat. & quot sint genera probationum. nu. 24. idem deponunt de auditu plures testes in processu.

Octauo facit, quia, & ipse Febus in suo constituto dixit, ꝙ presbyter Antonius sibi dixit, ꝙ senserat patruum exire de domo, ideo volebat ire ad Ecclesiã, ne sibi fieret insultus, & exhortatus est ipsum Febum, vt & ipse etiam ad hoc accederet ad d. Ecclesiã. super quibus verbis, vt audio, aduersarii faciunt fundamẽtũ pẽsati. de quo miror, quia ista verba sonant potius defensionem patrui & repulsionẽ iniuriæ inferendæ ipsi patruo, quã aliter, vt de se patet. immo si talia verba ambiguum sensum haberẽt, bonus iudex de-
12 bet ea interpretari in non delictum, † per text. in l. merito. ff. pro soc. Bart. in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de oper. nou. nunc.

Et quòd Febus, & Antonius non iuerint ad Ecclesiam animo delinquendi, licet clarè ex supra dictis constet, tamen etiam iuris interpretatione colligitur. per text. in c. in obscuris. de reg. iur. in 6. & l. in ambiguis. de regu. iur. ff. per quæ iura. in simili ita dixit Hippol. de Marsil. præceptor meus in consi. suo 51. in 1. vol. num. 12.

Et vltra prædicta, ꝙ casus non sit pensatus, faciunt depositiones Pauli de ossa, & Philistei, qui testes ex off. examinati deponunt, ꝙ credunt casum non esse pensatum, & licet regulariter testis deponens per verbũ credo, non probet. l. testiũ. C. de test. gl. & Bar. in l. 2. §. idẽ labeo. ff. de aqua plu. arc. tñ secus est, qñ testis deponit ad defensam, quia licet deponat per verbũ, credo, plene
13 probat, †vt latè deducit Crotus pręceptor meus in tract. suo de testib. nu. 81. allegat Bart. qui hoc expresè tenuit in cõsi. suo incipiente, vanutius. & Alex. consi. 78. visa inquisitione. in fine, & cõsil. 109. visis, & opportune cõsideratis. in 1. vol.

Nec ob. ꝙ presbyter Noe dicat, ꝙ eius iudicio est pensatũ, & idem dicat per verbum credo Hieronymus de Lõgis, quia cum Noe assignet causas suę credulitatis non concludentes, & dictus Hieronymus nullã assignet cãm, vtiq; neuter ipsorum probat. Ange. in l. sciendũ. ff. de ver. obl. Alex. consi. 29. nu. 1. in 7. vol. Curt. iu. consi. 165. nu. 17. Crot. in tract. suo de testi. nu. 81. idem de auditu a d. Hieronymo deponit Baldisar, & ipse nil probat c. tã litteris. de testib. Crot. in d. tracta. nu. 366. Quinimmo si dicti testes simpliciter deponerẽt affirmatiue casum esse pẽsatum, nõ assignando concludentẽ rationem non probarent. quia tale pẽsamentum per sensum corporis nõ ꝑcipitur, sed iudicio intellectus. animus enim, propositum, & intentio non videtur nec audiũtur aut tangi possunt. ita in cõtingentia facti voluit Marsil. præalleg. consi. 51. nu. 10. allegat Inn. in c. cum causam. de testi. Bart. & Bal. in l. solam. C. de testi.

Nec ob. ꝙ Febus ensem haberet, quia illum gestabat ordinarie, cum esset cõmilito cõis, vt cõstat ex processu. & deponit Philippus de vitalib. & dato, ꝙ nõ fuisset, prout erat, cõmilito cõmunis, non propterea casus ex delatione ensis præsumitur pensatus, quia eo nõ est vsus, nisi causa data per aduersarios, vt supra ostensum fuit.

Nec est quid imputandũ R. D. Io. Bapt. Gargano, quia ipse timens ne aliquod scandalum orirẽt, nõ volebat associari ad Ecclesiã a dictis suis nepotibus, vt deponunt Vincentius de Pellaconib. & Io. Ant. de Rozonibus. ex quo manifeste colligitur, ꝙ ipse non dedit mãdatum d. suis nepotibus, vt aliquid mali facerẽt. præsertim, quia animus nocendi nõ præsumitur in dubio. facit glo. in c. si quis vero 11. q. 3. & est gl. notabilis in d. l. fluminum. §. fi. in glo. pen. de dam. infect. ff. quam notabilem dixit Marsil. in d. suo consi. 51. num. 49. in 1. vol.

Cõstat igitur ex supra deductis, casum de quo agitur, nullas penitus qualitates pensati habere, stãte maximè euidenti cã rixæ ab aduersariis ceptæ, qui rei illicitę operam dederũt, de facto impediendo R. Do. Io. Bapt. ne legeret. cõtra quos præfati nepotes ad propulsandum iniuriam patruo seni illatam, sic prouocati a dictis aduersariis *impetum fecerunt, aliàs non facturi*, cum non essent delictis assueti, ideo contra eos non potest insurgere aliqua præsumptio pensamenti per doctrinam Gandini in tracta. suo malefic. in rubr. de homic. col. vlt. vers. istud autem vbi dixit, quòd in dubio præsumitur quis dolosè, & ex animo homicidium fecisse, quando constat il-
14 lum alias hominem interfecisse: † nam tunc illi incumbit onus probandi, quòd dolo non fecit. secus in non solito homicidia committere.

Et dato non tamẽ concesso, quòd in casu isto essent aliquę pręsumptiones pensati, quod tamẽ non est stantibus tot præsumptionibus in contrariũ, attendendę sunt præsumptiones, quę reis
15 fauent, & innocentiam præsumunt, †vt per plura iura eleganter deducit Grammaticus consil. suo 31. nu. 12. allegan. Ro. cõsi. 58. visis ꝓpositis.

Quinimmo stãte probationũ paritate, semper
16 iudicandum est pro reo†Alex. consil. 136. in 2. vol. col. vlt. & si aliqui testes deponãt contra reũ, aliqui pro reo etiam, quòd testes contra reũ examinati sint digniores. statur tamen testibus de-
17 ponentibus de non delicto, & sic pro reo†gl. est
18 singularis † in c. clerici 11. dist. quam canonizãt doct. maximè Roma. consi. 51. num. 23. & Marsi. in d. consi. 51. num. 23. in 1. vol.

Hieronymus Gigas.

CONSILIA FAMILIARIA
IN MATERIA PENSIONVM ECCLESIASTICARVM
CLARISSIMI I. V. D. HIERONYMI GIGANTIS FOROSEMPRONIENSIS.

IOANNI BAPTISTAE AGNATIO Veneto viro literatissimo.

SVMMARIVM.

1 *Pensio est onerosa Ecclesiæ cui dicitur esse quadam seruitus.*
2 *Seruitus non augetur aucto fundo cui debetur.*
3 *Consensus rectoris beneficij requiritur regulariter in constituenda pensione super illus fructibus.*
4 *In onerosis non veniunt addita post.*
5 *Drcimarum concessio est odiosa & non comprehendit futuras decimas.*
6 *Promittens manutenere pontem non tenetur de augumento.*
7 *Limitata causa limitatum pari effectum.*
8 *Dispositionis tempus attenditur etiam in contractibus & vltimis voluntatibus.*
Extensio ad futura non fit quantuncunque verba sint generalia.
9 *Verba intelliguntur rebus sic stantibus.*
10 *Ad incogitata non refertur dispositio.*
11 *Qui promisit dare decem omnibus canonicis aucto numero canonicorum, a auctis decem dare debeat.*
12 *Legatum factum omnibus Ecclesiis, an debeatur Ecclesiis postea edificatis.*
13 *Vsufructus regulariter non augetur aucta re ex qua debetur.*
14 *Aucto fundo non augetur seruitus & vide num. 15. & num. 16.*

CONSILIVM CX.



VM ab ineunte etate alectus cumulo virtutum tuarum tibi dedi tus sẽper ex animo fuerim opus non erat, quòd tanto studio a me requireres, quod vtique solo nutu consequi posse non ignorare debuisses. Cupis igitur edoceri, an si Pontifex reseruauit alicui medietatem omnium fructuum loco annuæ pensionis alicuius beneficii, quod vtique fieri potest: Quia pensio non solũ in quãtitate, sed etiam in quota fructuum constitui cõsueuit à Pontifice, vt latè scripsi in tract. pensio. quæst. 8. Et fructus ipsius beneficii post talem concessionem augeantur, an huiusmodi augumentum pro medietate cedat lucro, habentis reseruationem prædictam, vel totum obueniat Rectori ipsius beneficii.

1 Dicẽdum arbitror, †quod cum pensio sit onerosa Ecclesiæ, super cuius fructibus imponitur; quia est quædam seruitus, vt scribit Gomes. in regula Cancellariç, de non iudican. iuxta formã supplic. in compendi. vtriusque signaturæ, fol. vlt. Et dixi in tracta. pensio. q. 7. in princ. Augumentum non spectare ad ipsum pensionarium:
2 †Nam aucto fundo non augetur seruitus illi debita. l. non modus. C. de seruit. Et ideo austus aquæ pecori debitus non debetur, vltra nnmerum pecudum existentium temporale promissionis dicti austus, text. est in l. 1. §. Trebatius. ff. de aqua quoti. & esti. & rationem adducit Bald. in d. l. non modus. quia ista cõstitutio seruitutis limitationẽ inducit eo, quia certis fundis est cõstituta, facit tex. ĩ l. 1. ff. de itine. actuq; priuat. & est tex. in l. ergo. §. Neratius. ff. de seru. rust. prẹd.
3 Comprobatur prædicta conclusio, †quia cum per regulas Cancellariæ, in reseruatione huiusmodi pensionis, interuenire debeat consensus rectoris beneficii, super cuius fructibus imponitur ipsa pensio, seu fit reseruatio partis illorum non est præsumendum eum voluisse, in plus grauari quã expressum fuerit. l. Rutilia Polla. ff. de contrahen. emptio. l. qui bona, cum ibi notatis. ff. de dam. infec. l. qui vina, in fine. ff. de pericul.
4 & commod. rei vendi. Ad idem facit, † quia cũ pensio sit onerosa beneficio, vt supra dixi in onerosis augumentum, quod ex post creuit non venit. l. Iulianus, in fi. cum l. sequenti. ff. de legatis. 3. vbi fundo legato cum instrumentis nõ veniũt in legato ea instrumenta, quæ a tempore legati
5 citra addita fuere: †ad idẽ tex. in c. tua de decim. vbi decimarum concessio alicui facta, tanquam odiosa futuras decimas non comprehendit.
6 Accedit ad prædicta, quod scribunt Bal. Saly. in d. l. non modus. C. de seruit. vbi post alios dicunt, quod is qui sua impensa pontẽ alicuius fluminis manutenere ꝓmisit. Si flumẽ latius euagetur ex corrossione aquæ, ꝙ non teneatur: Facit
7 † quia limitata causa limitatum producit effectum. l. ne in agris. ff. de aquir. rer. domi. Et prædicta maximè procedunt quando in resignatione beneficii, cuius fructuum pars est alteri reseruata esset expressa (vt fieri necesse est) quantitas fructuum illius in valore. Si verò non fuisset facta dicta expressio adhuc dico idẽ esse, quia† quç
8 sit quãtitas debita pensionario, seu reseruatario dictæ dimidiæ fructuũ inspicitur tẽpus dispositionis, etiã si simus in cõtractibus & vltimis volũtatib. l. si ita, & l. medico in prin. ff. de aur. & ar en. leg. & l. in lege. ff. de cõtrahen. emp. vbi non fit extensio ad futura, quãtũcũq; verba cõtractus sint generalia, vt etiã notatur in locis prædictis: Facit

9 †Facit quia verba intelliguntur rebus sic stantibus prout se habent.l.quod seruus. ff. de condi. ob cau.c.cum inter, de renunciatio.c.quemad-
10 modum,de iureiuran.† Accedat quod ad incogitata non refertur dispositio.l.cum Aquiliana. ff.de transactio.

11 †Corroborantur prædicta per ea quæ scribũt Cynus,Petrus,Alberi.Bal. & Saly.in d.l.nõ modus.C. de seruitu.& Angel. in d.l.si seruitus, in princ.ff.de seruitut.vrbano prædior.circa finẽ, &Imol.in cle.litteras.col.11. de rescript.in quibus locis dicunt,ꝙ si rusticus promisit quolibet anno,cuilibet Canonico S.Laurentii dare decẽ pro anniuersario, qui canonici tẽpore promissionis non erant nisi decem,& postea aucti sunt vsque ad viginti,ꝙ non teneatur rûsticus omnibus decem præstare, sed tantum teneatur iuxta numerum canonicorum existentium tempore
12 promissionis:†Et dixit Bald.in l.qui filiabus,in princ. per illum tex.ff.de legatis.i.quod in legato facto omnibus Ecclesiis alicuius diœcesis nõ includuntur Ecclesiæ postmodum ędificatæ.

13 Ad idem facit, †quia aucta re in qua debetur vsufructus,tunc regulariter vsufructus vel onus non augetur, aut debitum. Ad quod facit in sui generalitate tex.in d.l.nõ modus, iuncto text.in l.is qui duo.ff.de serui.rust.præd.facit ẽt text.in l.Stilicidium, & l.cuius.ff.de seruit.vrban. prædior.ex quibus iuribus habetur,ꝙ nil agi potest, ꝙ grauior setuitus reddatur, quam esset tẽpore
14 impositionis:† pro quo etiam facit optimè text. in l.2.§.fi.ff.de aqu.plu.arcen.& in l.1.§.itẽ quæritur.ff.de aqua quot. & esti.per quæ iura cõstat, ꝙ nec aquę vsus fundo debitus,nec alia seruitus augeri potest aucto fundo,facit tex.in l.is cui.ff.
15 quemadmo.serui.amit.†Et ꝙ non augeatur vsufructus,licet augeatur res, super qua est constitutus,constat in d.l.item si fundi.§.huic.ff.de vsuf. vbi tex.dicit hoc verum esse in augumento patẽte,prout est insula secus in augumento latente, prout est Alluuio, quia ex augumento Alluuionis augetur vsufructus.

Quo ad pręsentem difficultatem distinguendum,puto,quod aut augumentum factum est cũ impẽsa Rectoris beneficii, & eo casu cedere nõ potest,lucro eius,cui facta est reseruatio de dimidia vel tertia parte fructuum alicuius beneficii Ecclesiastici per ea quæ scribit Alber.in d.l.Rutilia Polla.ff.de contrahen.emp.vbi dixit,ꝙ,si in fundo,in quo alicui debetur aquæ austus fuerit, per Dominum fundi, cũ eius impensa facta noua aqua,ꝙ ex ista noua aqua austus aquæ non debeatur,per tex.in d.l.1.§.itẽ quæritur.ff.de aqua quoti. & esti. Faciunt adducta per Alber. Brun. in tract.suo de augmen.q.10.principali,in vers.
16 vndecima sit conclusio,versi.istud autem. † Aut augumentum fuit latens,vtputa factum per alluuionem, ex qua fundus ecclesiæ est auctus sine aliqua impensa. Et tunc tale augumentũ, cederet etiam ad commodum habentis reseruationẽ dimidiæ fructuum loco annuæ pensionis,vt probatur in d.l.item si fundi.§.huic.de vsufruct. Aut augumentum naturaliter insurgit exempli gratia, ex qua irrigantur fundi Ecclesiæ, quæ naturaliter insurrexit,& sine hominis facto aut impensa creuit,ex qua fundi Ecclesiæ, super cuius fructibus constituta est pensio vberius irrigãtur & sic maiorem quantitatem fructuum,quam antea afferũtur, & tali casu huiusmodi fructuum, augumentum etiam ad prædicti pensionarii cõmodum cederet, vt probatur ex d.l. hoc iure.§. aqua.ff.de aqua quoti.& esti.vbi habetur, ꝙ si habeam aqueductum ex riuulo currente per fundum tuum,& contingat in ipso riuulo scaturire nouam aquam,ꝙ dicta aqua de nouo scaturiẽs, cedit etiam ad cõmodum meum,qui habeo seruitutem prædictam, vt maiorem aquam pro irrigandis prædiis meis, quibus dicta seruitus debetur recipere valeam.

Ex istis decisa remanet,ni fallor,vir vndequaque doctissime quęstio mihi abs te proposita.Reliquum est,vt me pro vt iam pluribus annis fecisti ex corde ames. Vale & valitudinem cura.

Hieronymus Gigas.

IOANNI AVGVSTINO LANAE nobili Brixiensis,Iuris vtriusque Doctori & Equiti.

SVMMARIVM.

1 *Clericus regulariter vltra quam facere possit non tenetur.*
2 *Beneficio cessionis bonorum quis etiam cum iuramẽto renunciare non potest.*
3 *Debitor pensionis decurse quando non datur commissio sine retardatione non admittitur ad beneficiũ. c.Odoardus.*
4 *Iuramentum impleri debet in forma specifica.*
5 *Debitori pensionis indistincte non competit beneficium.c.Odoardus.*
6 *Malitijs hominũ obuiãdũ est nec illis via aperiẽda.*
7 *Ditari cum alterius iactura nemo debet.*
8 *Beneficium.c.Odoardus non datur condemnato per tres sententias conformes.*
9 *Clericus nil habens in Bonis admittitur ad cedendũ fructus suorum beneficiorum suis creditoribus.*
10 *Secus de fructibus obligatis solutioni pensionis.*
11 *Debitor pẽsionis reseruatæ sine cõsensu motu proprio per Papam admittitur ad beneficium c. Odoardus.*
12 *Opinio Caroli Molinei deuia a stilo curiæ Romanæ.*
13 *Stilus Curiæ ius facit.*
14 *Pœna apposita non soluenti ratione alicuius rei incurrit non soluendo.*

CONSILIVM CXI.



CVm a me scire cupias, quid sentiã circa illud,an debitori pensionis cõpetat beneficiũ. c. Odoardus, de solutio. vt tibi pro antiqua inter nos amicitia in Bononiensi Gymnasio,vsque de an.1513.cõtracta morẽ gerã, q̃ mea sit sñia,circa hoc aperiã

+ Bues. st. cy 6. n° 07.

Videtur prima facia dicendum remedium. d.c. Odoardus, competere clerico debitori pensionis: †quia clericus non tenetur regulariter, vltra quàm facere possit. l. miles. vbi glos. Bart. & alii, ff. de re iudi. & Abb. in d.c. Odoardus.

1

2 †Ad idem facit, quia quis non potest renũciare cessioni bonorum, Rota in Antiq. decis. 177. Nota ꝙ secundum aliquos, & hoc procedit etiã si renuncia beneficii cessionis bonorum esset facta cum iuraméto, vt in præallegata decis. ad idẽ Rota decis. 567. Vtrũ possit in antiq. vbi ad partes arguit. Secus tamen esset dicendum, vbi vigeret cõsuetudo, ꝙ talis renunciatio teneret, vt voluit Capella Tholosana dec. 61. & ibid. in addi.

3 †Attamen Lodouic. Gomes. in regula cancellariæ, de non iudican. iuxta for. suppli. q. vlt. scribit, ꝙ in casibus, in quibus non datur commissio causæ pensionis, sine retardatione solutionis illius, debitor pensionis non admitteretur ad beneficium. d.c. & ita, attestatur esse de stilo curiæ. Subiungit tamen aduertendum esse, quia ipse arbitratur huiusmodi stilum procedere, quãdo debitor pensionis illius reseruationi personaliter consensisset, nam tali casu, ex quo in eius cõsensu inest iuramentum, & obligatur in forma Cameræ honestum non esset, postquam beneficium habet, ad cuius regressum ob non solutionem pẽsionis se obligauit, ꝙ iuuaretur exceptione c. prædicti, vel alia simil. cum deberet potius dimittere beneficium quod accepit. non enim conueniens esset, ꝙ beneficium retineret & pensionem nõ solueret, aliter daretur ei materia pe-

4 ierandi. †Et cum iuramentum a se præstitum sit personale, per ipsum iuramentum impleri debet, in forma specifica. c. debitores, & ca. ad nostram, de iureiuran. Ita scribit prędictus Gomes. loco supra allegato, in compendio vtriusque signatu. nu. 88. & in regula de annali. poss. q̃uęst.

5 5?. †Ego autem indistinctè teneo, ꝙ quãdo is cõtra quem agitur ad solutionem decursæ pensionis illius reseruationi cõsensit personaliter, vel per suum procuratorem habentem ad hoc speciale mandatum: Et ipsi pensionario esset reseruatus, regressus ad beneficium ob nõ solutionẽ pensionis, ꝙ debitori illius non competat beneficium prædicti. ca. Odoardus. Et erit ratio, quia ex quo ob non solutionem pẽsionis, quis incurrit pœnam amissionis beneficii, cum tunc sit locus regressui ad illud ipsi pensionario reseruati, vtiq; esset aperta via ipsi debitori pẽsionis fraudandi pensionarium suo regressu, si admitteretur ad beneficium. d.c. Odoardus, quod vtique

6 non est dicendum. † cum malitiis hominum nõ sit aperienda via. l. conuenire. ff. de pact. dotali. c. quemadmodum. §. illud, de iur. iuran. clem. 1. de testa. quinimmo illis est obuiandum, vt habetur in extrauag. Ioãnis 22. q̃ incipit maliciis, de auto. & vsu. pal. l. in fundo. ff. de rei vẽdi. c. sedes, de rescript. Impediret. n. debitor pensionis tali modo. ne regressui locus foret, & per consequẽs ne litteræ Apostolicæ reseruationis pẽsionis exequi possent, quod absurdissimũ esset, & maximè hoc procederet, quando debitor pensionis consequutus fuisset beneficiũ, ex resignatione, seu

7 cessione iurium ipsius pensionarii: † nam si admitteretur ad beneficium d.c. Odoardus, vtique ditaretur cum pensionarii iactura, contra tex. in c. locupletari, de reg. iur. in 6. l. naturaliter, in fi. cũ l. sequẽti. ff. de cõd. indebi. l. vlt. C. de vsuc. ꝓ empto. c. bone rei. 12. q. 2. c. si quis vero. 11. q. 4.

8 † Accedit, ꝙ beneficium. c. prędicti non datur condemnato per tres sententias conformes, vt voluit Rota in quadam causa, de anno 1519. per nota. per Bal. in l. 1. C. qui bon. ceder. pos. Areti. & Ias. in §. fin. Instit. de actio. quos refert Gomes.

9 loco præallegato. num. 88. † Facit quia licet Clericus nil habens in bonis, admittatur ad cedendum fructus beneficiorum suorum suis creditoribus deducto eo, ꝙ ei sufficiat pro victu, & administratione diuinorum, vt per Calde. consi. 3. in

10 titu. de solut. †attamen cedere suis creditoribus non posset fructus beneficii, super quibus deberet soluere ipsam pensionem: quia illi sunt obligati pro solutione ipsius pensionis, vt scripsi in tracta. pensio. q. 39. nu. 4. Adde Rimin. cons. 91. visis litteris. col. vlt. nu. 34. 1. vol.

11 † Præterea conclusio fortè non procederet, quando pensio fuisset imposita per Papa sine cõsensu rectoris beneficii grauati illius onere & motu proprio, quod fieri potest, vt scribit Rom. consi. 369. Circa primum, & dixi in præallegato tract. pensio. q. 10. nu. 3. tali etenim casu non videtur iniuria fieri pensionario, qui pensionem extraordinarie, & contra regulas Cancellariæ, ac non ex causa onerosa consequutus fuit.

12 †Scias tamen ꝙ moderni Parisienses super regul. Cancell. de publican. resigna. q. 13. tenuerũt indistincte debitori pẽsionis denegari non posse beneficium d.c. Odoardus, dicentes, ꝙ clausula regressus apposita in litteris reseruationis pẽsionis, ob non solutionem illius est nulla & abusiua, quod tamen nulla. l. nulliusque auctoritate

13 comprobant. †Immo cõtrariatur stilo curiæ obseruatissimo, quod ꝓ l. seruatur, & ius facit, Specul. in tit. de testib. §. publicatis, versi. deinde, & idem in tit. de rescript. præsent. in §. ratione forme, in prin. Rota decis. 710. in antiq. incipit Nota ꝙ stilus, facit tex. in c. ex lr̃is, vbi notat Abb. & ibidem Deci. col. 3. in vers. 7. nota de cõstitutio. dicta tamen per præfatos modernos Parisienses secũdum stilum illarum partiũ forte procedũt.

Et tenendo hanc opinionẽ, quod debitori pẽsionis nõ cõpetat beneficium d.c. Odoardus, ad allegata in contraiũ patet responsum. Et primo non obstat, quod clericus non teneatur vltra q̃ facere possit, iuxta nota. per gl. Bar. & alios in d. l. miles. ff. de re iud. quia hoc regulariter ꝓcedit:

14 † secus qñ ob non solutionem est apposita pęna ammissionis rei, cuius contemplatione aliquis teneť soluere: quia tunc nõ soluẽdo in pœnã, incidit exemplũ in c. potuit, de locat. in emphyteota, qui per biennium cessauit in solutione Canonis.

nis. nam eo casu priuatur re emphyteotica, vt etiam habetur in l.2. C. de iure emphyteo.

Nec obstat, ꝙ cessioni bonorum renunciari non posit, vt supra dictum fuit etiam cum iuramento, nam ratio talis decisionis est, quia per talem renunciationem astringit se renuncians ad pœnam carceris, per nota. in l.fi. C. qui bonis cede poss. ex quo sequitur inhumanitas & crudelitas sine commodo creditoris, quia forte debitor in carceribus detrusus inhumaniter vexaretur, & fame forsan periret ob eius inopiã. Argumento tex. in l. reo criminis, ff. de solu. & plures alias rationes adducit Rota in prꝶallegata decis. 167. vtrum possit renunciari in antiq. quæ rationes non militant in casu nostro: in quo Clericus nõ soluens pensionem debito tempore incurrit pꝶnam excommunicationis, in qua si steterit vltra sex mẽses beneficio priuatur, & est locus regressui ipsi pensionario ad illud, & pœna non solutionis non est detrusio in carcerem. Hæc sunt Augustine vir doctissime, quꝶ sentio in materia ꝓposita, q̃ qualia sint tuo acutissimo ac integerrimo iudicio suppono. Vale & amantẽ redama.

Hieronymus Gigas.

FRANCISCO LAVREDANO ABbati Vangaditiæ & Prothonotario Apostolico.

SVMMARIVM.

1 *Regula Cancellariæ de annali possessore introducta est in odium impetrantis.*
2 *Consentienti & volenti non fit iniuria.*
3 *Impugnatio rationis Gomesii circa prædictam regulam de annali.*
4 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*
5 *Pensio aßimilatur contractibus profanis.*
6 *Beneficia æquiparantur vltimis voluntatibus.*
7 *Pensio sola voluntate pensionarij cessari potest.*
8 *Regressus habet causam iuris de præterito.*
9 *Habens regressum ad beneficium ob non solutionem pensionis ius dicitur habere ad ipsum beneficium.*
10 *Beneficium transit ad successorem cum suo onere.*
11 *Litteræ reseruatiõis pẽsionis sunt lex ipsius pẽsionis.*
12 *Cessantibus verbis & rõne regulæ cessat ipsa regula.*

CONSILIVM CXII.



INTERROGASTI me nudius tertius, an regula Cancellariæ de annali possessore, non molestando locum sibi vendicet in clerico beneficio priuato ob nõ solutionẽ pensionis. Promisi tibi rem enucleare, vt igitur desiderio tuo (vt teneor) obsequium præstem quid circa hoc sentiam accipe: Lodouic. Gomes. Rotæ auditor, in cõmento Regulæ prædictæ. q.54. Hanc excitat quæstionem, & refert Rotam de anno 1529. mense Octobris, coram R. Staphileo, tunc Rotæ auditore termi-

1 nasse talem possessorem non iuuari, † ex d. Regula licet in odium impetrantis fuerit introducta, attamen ex quo is qui reseruationi pensionis cõsensit, videtur a principio se obligasse, & consensisse priuationi beneficii ob non solutionem pẽsionis per dictam regulam iuuari non debet: nã
2 † volenti & consentienti non fit iniuria. c. scienti, de reg. iur. in 6.
3 † Cõclusionem prædictam veram esse sentio, sed non placet rõ assignata per Gomes. de cõsensu prꝶstito ab eo qui pensioni cõsensit, quia non est rõ generalis cum non militet in eo ad quem transiuit ipsum beneficiũ per antea onere pẽsionis grauatũ, nec militet in eo cui per Papã motu proprio, & ex certa scientia assignata fuit pensio super fructibus alicuius beneficii sine consensu Rectoris illius, quod vtiq; fieri potest, vt scribit Roma. consi. 369. circa primũ propositæ cõsultationis, & dixi q.10. in tract. pensionũ. nu.3. vera aũt rõ dictæ cõclusionis erit, quia dicta regula loquitur de impetrãte beneficiũ possessum per annum ab alio: nam in casu quæstionis nostrꝶ nulla facta fuit impetratio bñficii, sed ex cõuẽtione partium a principio accedente Pontificis auctoritate, inducta fuit pœna priuationis bñficii ob
4 non solutionẽ pensionis. † Contractus. n. ex partium conuentione legem accipiũt. c. contractus, de reg. iur. in 6. l.1. §. si cõuenerit. ff. de posit. l. cõ-
5 tractus, ff. de reg. iur. 17. q.2. c. Eleuterius. † Assimilatur nãque pẽsio contractib. profanis, vt per Roma. consi. 339. col.4. quem sequitur idem Go-
6 mes. in regula de infir. resignan. n.4. † bñficia vero vltimis comparantur volũtatib. quꝶ piæ sunt,
7 vt est gl. fi. in c.1. de conces. præben. in 6. † Hinc est quod pensio sola voluntate pensionarii ẽt sine auctoritate superioris cassari potest, vt voluit Proposi. in c. Agato. 64. dist. de quo scripsi in tracta. pẽsio. quæst. 58. nu.5. & q.99. nu.8. Accedat, ꝙ qui obtinet annalem beneficii possessorẽ, illo priuari ob non solutionem pensionis, ipsum beneficium de nouo impetrasse non dr̃, sed ius in eius persona radicatum ad illud tẽpore reseruationis pensionis exequitur, ex quo ei reseruatus fuit regressus ad dictũ beneficium ob non solutionem pensionis.
8 † Nam regressus habet causam iuris de præterito non simpliciter de futuro, vt scribit Cassador. decis. vnica. num.1. in tit. de pact. vbi dicit, ꝙ regressus ex quo habet causam iuris de præterito non continetur sub concordatis, nec sub indulto Cardinalium, subdens ibid. num.3. ꝙ regressus præsupponit ius pristinum dependens a præterito sicuti priuatio habitum l. decem. ff. de verb. obli. §. potius. Institu. de capit. diminut.
9 † Cum igitur habens regressum ad beneficiũ ob non solutionem pẽsionis dicatur habere ius ad ipsum beneficium, vt per Aeneam de Falco in tracta. de reseruat. benefi. in 4. quæst. principali effectu. 47. num.10. ideo actum non facit contra dictam regulam Cancellariæ, sed suo vtens iure nemini iniuriã facit. c. nemini, de reg. iur. in 6.

10 † Beneficium enim transiuit in debentem soluere pensionem cum suo onere, & qualitatibus de quibus in litteris reseruationis ipsius pensio
11 nis. Quæ litteræ sunt lex specialis ipsius pensionis, sicuti inuestitura est lex pheudi. cap. 1. & ibi Bal. de duob. fratri. a capit. inuest. & idem Bal. in prælud. feud. in 4. diuis. in vers. porro, & idē Bal. in l. si quis. C. de lati. liber. tollen. Præterea si pō derentur oīa verba. d. regulæ manifeste patebit illius dispositionem adaptari non posse ad casū nostrum, cùm enim verba sonent de impetrante in priuatione locum sibi non vendicabunt. c.
12 dudum, de elect. c. qui plures. 20. q. 1. † cessantibus ergo verbis & ratione regulæ prædictæ in casu nostro cessare debet eius dispositio cap. suggestum de decim. facit tex. in c. cum cessante, de appella. Ex istis arbitror satisfecisse requisitioni tuæ Antistes colendissimę. Reliquū est, vt si quid aliud, tua gratia possum iubeas & factum putes, meq; amplitudini tuæ plurimum commendo.

Hieronymus Gigas.

NICOLAO MORAVIO PLEBANO Sancti Pantaleonis Venetiarum decretorum Doctori Vicario Sancti Marci Venetiarum.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum de toto ad partem vallidum est.*
2 *Pensio non venit proprie appellatione beneficij Ecclesiastici.*
3 *Pensio in titulum non habetur.*
4 *Pēsio est qd mere tēporale nil habēs spiritualitatis. Pensio in laicum cadere potest.*
5 *Regressus non reseruatur filio ad beneficium, quod fuit patris ob non solutionem pensionis.*
6 *Verbum eo ipso inducit priuationem ipso iure.*
7 *Declaratoria requiritur in pœnis ipso iure incursis. Citatio partis requiritur ī huiusmodi declaratoria.*
8 *Argumenta de toto ad partem non procedit, quando non militat eadem ratio.*
9 *Pensio & beneficium sunt diuersa.*

CONSILIVM CXIII.



DIXISTI mihi nudius tertius te valde dubitare, an decretum Clemētis VII. quo cauetur, quòd beneficia quæ patris fuere, nūquā filius illius assequi posset: locum sibi vēdicet in pēsione cōstituenda vel constituta ipsi filio super fructibus Ecclesiastici beneficii, quod ipsius patris fuit. Exēpli gratia, Pater nō valens beneficium quod obtinet renūtiare filio obstāte decreto prædicto. illud resignauit in manibus Papæ ad fauorē alterius reseruata tamen pensione eius filio ducatorum quadraginta, super illius fructibus. Cupis igitur a me scire an id fieri possit?

Prima facie dicendum videtur, ꝙ non, quia pensio est certa portio, quæ ex beneficio extrahitur, a quo pēdet sicuti vsufructus a proprietate, vt scripsi in tract. de pensi. q. 1. Si igitur filius cōsequi prohibetur beneficiū, quod fuit patris in totum consequi posse: ergo nec pensionē super illius fructibus consequi poterit, quæ est pars ip
1 sius beneficii. † Cum de toto ad partem vallidū sit argumētū. l. quæ de tota. ff. de rei vend. l. si seruus eius, in fi. ff. de acquir. hære. l. 3. ff. pro dereli. Maria. Soci. iunior in consi. 36. nu. 10. in 1. vol.

Et licet prædicta videantur obstare, nihilominus contrarium de iure sentio, videlicet, quòd filio reseruari possit annua pensio super fructib. Ecclesiastici beneficii, quod patris fuit prædicto decreto Clementi VII. non obstante ex eo, ꝙ prędictum decretum cuius tenorem ad litteram inserui in tracta. meo de pensio. quęst. 86. loquitur per verba clara & aperta de beneficiis, quæ patet in titulum vel commēdā, aut administrationē, seu vt aliis ꝑpetuo vnita quādoq; obtinuit: sub
2 quibus verbis pēsio non comprehenditur, † cum proprie nō veniat appellatione beneficii Ecclesiastici, vt habetur in c. quamuis, de præben. in 6. vbi not. Domini. & latè scripsi in præalleg. tracta. pensio. q. 28.

3 † Præterea pensio in titulum non habetur, vt scribit Arch. in d. c. quamuis, el 1. in versi. prouideri, col. 2. & ibi Ioan. Andr. col. vlt. vers. in glos. Papa noster, vbi etiam Franchus in 2. notab. Ad idem tex. in ca. ad audientiam. el 2. de rescri. vbi
4 Abb. in 1. notab. † Est enim pensio quid mere tēporale nil habens spiritualitatis: Ideo cadere potest etiam in merum laicum, vt per Archid. in d. ca. quamuis, vbi Franchus in 2. notab. & scribit Petrus Rebu. solēnis Doctor, in concordata Frāciæ, in tract. de pacifi. possessor. num. 132. & dixi ad saturitatem in d. tracta. de pensio. q. 21. Item pensio non vacat sicuti faciunt beneficia Ecclesiastica, ideo morte pensonarii non impetratur sed extinguitur, sicuti vsufructus morte vsufructuarii, vt scripsi in præalleg. tract. quæst. 1. nu. 5.

5 † Vnum tamen scias, quòd quādo reseruatur pensio filio super fructibus beneficii, quod fuit patris non conceditur ei regressus ad dictum beneficium ob non solutionem pensionis, quia illud consequi nō potest aliquo modo ex quo patris fuit: sed apponitur in litteris clausula, quod si non soluerit pensionem ipsam infra tēpus in litteris contētum eo ipso sit beneficio priuatus,
6 & ita seruāt stilus curiæ. † Quod verbum, eo ipso, inducit priuationem ipso iure, vt scribit Felyn. in ca. Rodulphus, sub num. 53. de rescri. vbi dixit, quòd verbum, eo ipso, importat absque alia sententia, allegat Zenzeli. in clement. prima, per
7 illum text. de electio. † Requiritur tamen in pœnis ipso iure incursis, declaratoria sententia per text. in c. cum secundum. de hæreti. in 6. de quo per Felyn. in d. c. Rodulphus, in versic. declaratoria. num. 63. ad quam declaratoriam est etiam pars citanda gl. nota. in clemen. præsenti in verbo, constiterit, de censib. vbi Abb. post alios, & gl. in cle. 2. in eodem verbo, de pœnis, & per Fel.

in d.

in dicto cap. Rodulphus, in ver. citatur etiã pars.
8 † Nec obstant allegata in contrarium de argumento, de toto ad partem, quia illa locum non habent, quando in parte nõ subest eadẽ rõ, quæ est in toto, vt scribit Maria. Soci. iunior in consilio 167. præsens consultatio. num. 22. in secundo volumi. & idem consil. 74. nume. 24. in tertio volumine. facit text. in l. si aliam. ff. de solut. & ibi Bar. & per eundem in l. vsufructus, ff. de vsufruct. Et per insignem Doctorem Præceptorem meum Dominum Carolum Ruin. in cons. 116. visa & bene intellecta. nume. 11. in quarto
9 volum. † Pensio autem & beneficium sunt quid diuersum, vt est expressum in dicto capit. quamuis. Ergo de vno ad aliud non est bona illatio. l. Papinianus exuli. ff. de minori. quinimo pensio non est pars beneficii, sed fructuum illius. Ratio aũt prædictæ constitutionis Clementis VII. fuit ne detur successio in beneficiis de patre ad filium etiam per indirectum, quæ ratio cessat in pensione, quæ non est perpetua, vt est beneficiũ: sed temporalis, vt patet ex eius diffinitione, quã posui in tracta. meo, de pensioni. quæstione prima extinguitur enim pensio morte pensionarii, vt supra dixi. Remanet igitur vera & inconcussa prædicta opinio, quæ etiã seruatur de stylo Romanæ curiæ. Ex his satisfactum puto requisitioni tuæ. Vale & amantem redama.

Hieronymus Gigas.

BENEDICTO BARISELLO Patauino vtriusque iuris Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Pensionarius vsufructuario comparatur.*
2 *Pensio dicitur seruitus beneficio.*
3 *Res de facili redit ad pristinam naturam.*
4 *Eius est commodum cuius est incommodum.*
5 *Rector beneficij cuius fructus alteri sunt reseruati pensionem soluere non tenetur.*
6 *Qui non sentit onus sentire non debet commodum.*
Qui onus sentit commodum sentire debet.
7 *Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.*
8 *Pensio est seruitus beneficio.*

CONSILIVM CXIIII.



VAE annues requisitioni, dum quæ mea sit sentẽtia scire desideras, pro commodo amici tui, quem tantopere ais diligere. Circa infrascriptam quæstionem, vt tibi morem geram rẽ aggrediar, Antonius Rector parrochialis Ecclesię super cuius fructibus redditibus & prouentibus reseruata erat, cuidam Curiali pensio viginti ducatorũ auri, de Camera parrochialem prædictam resignauit ad fauorẽ Fabii eius nepotis reseruatis sibi ad vitam omnibus, & singulis fructib. eiusdẽ: Accidit quòd Curialis ille, ex hoc seculo migrauit, & sic pensio ipsa extincta remansit. Contingit dubitari an pensionis prædictæ extinctio cedat lucro Fabii Rectoris ipsius Ecclesiæ, vel lucro eius patrui cui reseruati sunt fructus oẽs e-
1 iusdem ecclesiæ. † Dubium facere videtur, quia pensionarius vsufructuario comparatur, vt scripsi in tracta. pensi. quæst. 53. num. 4. & q. 57. nu. 1. & q. 1. nume. 5. Mortem autem vsufructuarii extinguitur vsufructus, & consolidatur cum proprietate. §. finitur, instit. de vsufruct.
2 † Secundo facit, quia ipsa pensio dicitur esse quædam seruitus beneficio, vt per Gomes. in regula de infir. resignan. q. 16. Ideo extinctio seruitutis cedere debet ad commodum ipsius benefi-
3 cii, † quia res de facili reuertitur ad suam pristinam naturam. l. si vnus, §. pactus, in versiculo, quod in specie. ff. de pac. & in c. statutum, vbi gl. in ver. numerandum, de preben. in 6.

Prædictis tamen non obstantibus contrariũ sentio, videlicet, quòd extinctio dictæ pensionis cedat lucro habentis reseruationem omnium fructuum ecclesiæ prædictæ. Et est ratio, quia ipse reseruatarius omnium fructuum illam soluere tenebatur cum super illis pẽsio ipsa imposita foret merito lucrum obueniens ex cessatione il-
4 lius ad eum pertinebit vulgata iuris regula. † eius est commodum cuius est incommodum. ca. eius, de reg. iur. in 6. 12. q. 2. c. charitatẽ, & c. quicunq;, & c. Ecclesiasticis, eadem causa & quæst.

Secundo facit in argumen. tex. in l. idem Neratius. §. non solum. ff. de vsufru. accrescen. vbi si duobus vsusfructus fundi legetur altero ex eis decedente pars vsufructuus, quæ ei spectabat non domino proprietatis, sed altero vsufructuario debetur.
5 † Tertio facit, quia rector beneficii cum nullos fructus percipiat ex ipso beneficio, ad solutionem pensionis prædictę astringi nõ poterat, siquidem soluenda erat super fructibus, qui omnes alteri reseruati erant. Cum igitur onus non agnosceret lucrum ex cessatione dicti one-
6 ris haud consequi debebit, † quia qui onus non sentit commodum sentire nõ debet. 33. distin. c. præter hæc & c. generali. §. illos, de elect. in 6. facit text. in capitulo qui sentit onus, de regul. iur. in 6.

Nec obstant adducta in cõtrarium, & primo, quòd vsufructus extinctus consolidatur cũ sua
7 proprietate, † quia prouisio hominis tollit prouisionem legis. l. fin. ff. de indic. vidui. tol. l. cum ex filio. §. 1. ff. de vulga, & pupilla. Et no. in l. vnica. C. quando non peten. partes in casu autem nostro adest hominis prouisio, videlicet reseruatio omnium fructuum facta reseruatario, ergo eius erit lucrum pensionis cessantis, quia pensio cessans reunitur cum cæteris fructibus sibi reseruatis, a quibus erat separata viuente pẽsionario tantum.
8 † Nec etiam obstat, quòd pensio sit quædam seruitus beneficio, quia illud procedit, quando a Rectore beneficii. soluenda venit, qui fructus percipit. At in casu nostro reseruatarius omniũ fru-

fructuum ipsius beneficii illam soluere tenetur, cum super illis sit reseruata: Ideo quando cessat, vt dixi reunitur cum cæteris fructibus, a quibus extracta erat. Et sic hoc casu iure merito dicere potest, quòd res de facili redit ad suam propriã naturam.d.l.si vnus.§.pactus.ff.de pac. cum aliis supra allegatis. Ex istis puto satisfactum requisitioni tuæ vir doctissimè, tibique ad maiora me offerens ex corde commendo. Vale.

Hieronymus Gigas.

ANGELO LIPPAMANO ARCHIpresbytero Ecclesiæ Paduanæ.

SVMMARIVM.

1 *Ex inualido contractu pœna non committitur.*
2 *Nec minus ex arbitri sententia nulla.*
3 *Pœna est quid accessorium ad contractum.*
4 *Pensionis solutio regulariter non retardatur ex litis pendentia.*
5 *Fallit, quando præcessor illam diu non soluisset.*
6 *Commissio causæ pensionis, quando detur sine solita clausula.*
7 *Causa qualibet etiam iniusta excusat a dolo, & pœna.*
8 *Dispensatio inualida excusat execrabilem.*

CONSILIVM CXV.



VETVS, quæ inter nos fuit amicitia, sub Pontificatu Leonis X. in Romana curia contracta: Dum illius a secretis cubicularius existeres, me vtique compellit mandatis tuis obsequium præstare. Cũ igitur scire cupias, vtrum non soluens pensionẽ in terminis in litteris reseruationis eiusdem cõtentis, incidat in censuras & pęnas, in dictis litteris contentas & descriptas, & per consequens in pęnam priuationis ipsius beneficii, quando reseruatio dictæ pensionis fuit nulla?

1 † Circa hoc videtur dicendũ, quòd non, quia ex inuallido contractu pęna non committitur, argumento text. in l.ea quidem. C.si mancipia ita fuer. alienat. Bart. in l.seruo legato. §.1. ff.de legat.1. Guido. Papæ. consil. 63. circa contractũ. nume.3. & est glos. in capitu. significantibus, in glos. vltima. de offic. deleg. & plures quotas congerit ad hoc Andr. Tiraquel. Elegans Doctor in tracta. de iur. constit. in 3. par. in septima limit. nume.27. & nu.28. Ad idem facit, quod scribit Barto. in l.seruo legato. §.1. vbi dixit, quòd quando contractus non tenet, nec pęna illi adiecta debetur, glos. est ad hoc notabilis in l. quod de
2 bonis. §.1. ff. ad legem Falcid. † Ad idem facit, quia ex sententia Arbitri nulla similiter pœna non debetur. glos. in l.apud Celsum. §. itẽ quæritur. ff. de except. dol. Et ita in simili dixit Gui-
3 do, Papæ in dicto consil. 63. † Cum enim pœna sit accessorium, destructo principali corruit, vulgato. capit. accessorium, de regul. iur. in 6. Quod autem pęna sit accessorium, ad contractum, tex. est in l.si pęnam. ff. de verbo. obligat. & no. Bart. in l. ita stipulatus. ff. eod. titu. confert tex. in l.si pacto, quo pęnam. C. de pact. & habetur per Guido. Papæ consil. 31. viso ad plenum circa princ. Faciunt ea quæ de actu nullo scripsi in tracta. pẽsi. q. 29. Riminal. consil. 427. nu. 13. in 3. vol.

4 † Pro resolutione huius quæstionis sic distinguendum puto, quòd aut quærimus, an pendẽte iudicio super inualiditate litterarum reseruationis annuæ pensionis, quis pensionem soluere teneatur, dicendum erit, quòd regulariter sic, quia per talem litis pendentiam solutio pensionis retardari non debet, vt latè scripsi in tracta. pensio. q. 35. & habetur per Staphile. in tracta. de lite. iustitiæ, fol. 154. versi. quando vero vtraque secundum impressionẽ Venetam, & Cassia-
5 dor. decis. 10. nu. 8. in titu. de rescript. † Hoc tamen fallit, quando præcessor in beneficio grauato onere pensionis illam diu non soluisset. Et successor in ipso beneficio, a quo pensio ipsa pe-
6 teretur ageret super nullitate illius, † eo enim casu daretur commissio causę sine illa clausula solita de non retardanda solutione pensionis, vt scripsi in dicto tracta. pensio. q. 85. vbi descripsi omnes casus, in quibus in causa pensionis per signaturam datur commissio Iustitiæ sine clausula prædicta. Ad idem Gomes. in reg. de subrogã. colliti. q. 17. in compend. vtri. signat. sub nu. 86. in ver. præterea est aduertendum.

Aut quærimus an pendente litigio super nullitate & inualiditate reseruationis pensionis, quis non soluendo incurrat pęnas, & censura, de quibus in litteris. Et isto casu dicerem, quòd aut sumus in casu, in quo datur commissio simpliciter sine clausula supra supradicta de non retardando solutionem pensionis, & tunc non soluens non incideret in dictas pęnas cum lite pẽdente non sit aliquid innouandum, clemen. prima, & per totum titulum, extra vt lite pendente, & capitu. 1. cum sequenti, vt lite pendente, in 6. Aut sumus in casu, in quo non datur commissio sine dicta clausula, & tunc proculdubio non soluens incideret in censuras, de quibus in litteris, nec in causa esset procedendũ, nisi prius facta solutione.

7 Quo vero ad pęnam priuationis beneficii lite pendente arbitror dicendum, quòd illi locus non sit, quia quælibet causa etiã iniusta excusat a pœna & dolo, vt not. per glos. in l. Plagii, la seconda. C. ad leg. Iul. de plag. & in l.1. in fi. ff. de abige. probatur etiam in l. igitur. ff. de liber. causa Bald. in l.1. in fi. C. vbi caus. stat. Deci. consil. 452. colum. prima in tertio volum. Ad idem facit, quia quælibet etiã iniusta causa excusat execrabilem reum possessorem, vt no. Domi. in ca.
8 non potest, de præben. in 6. † Hinc est, quòd dispensatio etiam inualida execrabilem excusat, vt scribit Spec. in tit. de dispensa. §. videndum, versi.

versicu. porro, quem sequitur Gomes. in reg. de triennal. possess. q. 10. sub nu. 16.

Ex istis iam habes mi Angele, quæ mea sit opinio in quæstione a te mihi proposita, & quia fortasse etiam Mariani Sozini iunioris in isto Patauino Gymnasio ius Ciuile legentis, super inde opinionem habere voluisti. Si id fecisses quid ipse in hoc sentiat per literas tuas certior fieri desidero, nam illius opinioni tanquam viri doctissimi plurimum semper detuli. Vale & amantem redama.

Hieronymus Gigas.

IOANNI ROSAE EPIscopo Veglensi.

SVMMARIVM.

1 *Mente captus quis dicatur.*
2 *Insanus, furiosus, demens, & lunaticus quis dicatur.*
Et quis dicatur stultus.
3 *Mente capto beneficium Ecclesiasticum conferri nō potest.*
4 *Pensio assignata Clerico præsertim pauperi cedit in causam alimentorum.*
5 *Episcopus ex suo mero officio indigentibus prouidere debet.*
6 *Bona Ecclesiarum principaliter indigentibus deputata sunt.*
7 *Clericis mendicare non est licitum.*
8 *Clerici viuere debent de patrimonio Christi.*
9 *Pensio non est beneficium Ecclesiasticum, sed quid profanum.*
10 *Pensiones contractibus profanis æquiparantur.*
11 *Bona Ecclesiarum dicuntur pauperum, quo ad eorum sustentationem.*

CONSILIVM CXVI.



LITERIS tuis quibus significasti ꝙ scire cupis, An Clerico mente capto reseruari possit, annua pensio super fructibus Ecclesiastici beneficij hucusq; variis præpeditus negociis distuli respondere, nunc vero aliquantulū ocij nactus requisitioni tuę satisfacere
1 decreui.† Et pro dilucidatione huius quæstionis operepretiū esse arbitror, scire quis dicatur mente captus, circa quod Bald. in l. si furiosi. C. de nupt. scribit, quòd mēte captus dicitur is, cui deficit mens, & animi consilium non habet, nullum tamen ostendit furorem, & extrinsecus est habitu quiete mentis: Idem voluit Fabia. de Mōte in tracta. de empt. & vendit. in 4. quæst. prin
2 cipa. versi. nono quæro. nu. 23.† vbi etiam ponit quis dicatur insanus, quis furiosus, quis demēs, & quis lunaticus. Quis autem dicatur stultus, & & qualiter probetur stultia, ponit Imo. post glos. in l. nec codicillos. C. de codicil. & idem Imol. in l. si cum dotem, in §. si maritus, in fi. ff. solut. matrimo.
3 †His pręmissis, Prima facie videtur dicendū mente capto pensionem reseruari non posse, q̃a eidem nec beneficium conferri potest, facit tex. in capitu. indecorum, in princ. de ætate & qua. vbi Alexander III. Pontifex Maximus dixit, indecorum esse, vt hi debeāt Ecclesias regere, qui seipsos gubernare non norunt. Ad idem text. in c. 2. §. eidem Episcopo, eo. titu.

Contrarium tamē tenendum arbitror, quòd imo & clerico mente capto, pensio super fructi-
4 bus Ecclesiastici beneficii reseruari possit.† Quia non est dubium huiusmodi pensionem cedere in causa alimentorum. Præsertim si clericus cui reseruatur sit pauper, vt scribit Fely. in capit. ad audientiam, el secondo de rescrip. & Caccialu. in tracta. suo pensi. quæst. 9. vbi dixit, quòd pensio assignata clerico pauperi simpliciter ad eius vitam, licèt in ea non dicatur pro sustentatione & alimentis, coniecturari potest. quòd pro alimentis sit assignata, iuxta nota. per Docto. in l. illud, & in l. cum hi. §. si vni. ff. de transact. de quo scripsi in tracta. meo pensio quæstio, li. nume. 2. & nume. 12.
5 †Facit quia Episcopus ex mero suo officio indigentibus prouidere tenetur, maximè Clericis. capitu. possesiones, & capitu. fina. 16. q. prima. & 10. quæst. 1. per totam. not. Abb. in capit. cum secundum, colum. 3. ver. nam Episcopus, nume. 10. de præben. vbi dixit, quòd opobriū est ipsi Deo, vt assumpti in eius patrimonium
6 mendicent. † Bona enim Ecclesiarum indigentibus deputata sunt non solum Clericis, sed etiā Laicis. 12. quæst. prima. capitu. videntes, & not. Abb. in capitu. qui res. in secundo notab. nu. 3.
7 de rebus Eccle. non alienan. †facit quia non est licitum Clericis mendicare, cum id tendat in vituperium ordinis Ecclesiastici, vt scribit Anto. de Butr. in capitu. ad supplicationem nume. 3. de renuncia. Papæ enim conueniunt verba Pauli ad Romanos capitu. primo dicentis, sapienti-
8 bus & insipientibus debitor sum,† præsertim cū clerici viuere debeant de patrimonio Christi c. cum secundum Apostolum, de præb. ca. Cleros. 21. dist. c. duo sunt genera. 12. q. 1.
9 † Nec obstant adducta in contrarium, quòd Clerico mente capto beneficium ecclesiasticum conferri non possit, quia pēsio non est ecclesiasticum beneficium, imo est quid profanum, & potest assignari etiam mero Laico, vt latè scripsi in tracta. meo pensio quæstio. xxi. Cum igitur pensio sit, quid diuersum a benefitio Ecclesiastico, de beneficio ad pensionem non erit validum argumentum, siquidem ex diuersis non infertur. l. Papinianus exuli. ff. de minor. capitulo secūdo. de transac. Episcopo. l. fin. ff. de ca-
10 lumniat. Quod autem pensio sit, quid diuersum a benefitio Ecclesiastico, tex est in c. quamuis, de præben. in 6. & late scripsi in d. tracta. de pensio.

10 fio.q.28.† Equiparantur namque pensiones cõtractibus profanis,vt per Roma.in cõſ.339.col. 4.& per Gomeſ.in regula de infir. reſignant.q. 16. nu.4.

11 † Et quod ſupradicta concluſio, quòd clerico mente capto reſeruari poſſit annua pẽſio ſuper fructibus eccleſiaſtici beneficii procedat, facit etiam quia bona eccleſiarum dicuntur pauperum, quo ad ſuſtentationem Abba.in c.cum ſuper, de cauſa poſſeſ.& propriet.colum. quinta. Ideo dicebat Ambroſius, cuius verba regiſtrata ſunt in capitu. ſicut hi 47. diſtinc. neque enim minus eſt criminis habenti tollere, quam cum poſſis & abundans ſis indigentibus denegare: Exurientium panis eſt quem tu detines, nudorum indumentum eſt quem tu recludis, & miſerorum redemptio eſt & abſolutio, quam tu terra fodis.

Hæc breuiter ſcripſiſſe volui circa ea quæ cupiebas a me ſcire plura alia ſcripſiſſem, ſi tã breue ocii ſpacium, quod ſe nobis obtulit id exegiſſet. Vale Reuerendisſime Antiſtes Gigantis tui memor.

Hieronymus Gigas.

IOANNI LVCIO STAPHILEO Epiſcopo Sibinicenſi.

SVMMARIVM.

1 *Rector Eccleſiæ tenetur contribuere reparationi illius.*
2 *Ad idem tenentur Minores Clerici in Eccleſia beneficiati.*
3 *Penſionem recipiens non dicitur beneficiatus.*
4 *Penſio non eſt Eccleſiaſticum beneficium, nec illius appellatione venit.*
5 *Penſionarius tenetur ad decimas Papales.*
6 *Penſionarius tenetur ad ſolutionem charitatiui ſubſidij.*
7 *Penſionarius tenetur ad neceſſariam reparationem murorum ciuitatis.*

CONSILIVM CXVII.



REQVISITIONI tuæ non poſſum non annuere pro mea erga te obſeruantia & mutua beneuolentia, quæ iam longo tempore inter nos extat. Dum igitur ſcire cupis, An penſionarius teneatur pro rata penſionis contribuere ad reparationẽ Eccleſiæ ſuper, cuius fructibus eſt ei reſeruata annua penſio: Quid de iure in hoc ſentiam breuibus accipe.
1 † Noſti clarum eſſe in iure, quòd Rector Eccleſiæ tenetur ad illius reparationem. capitu.quicunque, extra de eccle. ædifican.& c. de his, eodem titulo,& 16.quæſt. prima.capit.ſi
2 monachus. † Quinimo non ſolum Rector Eccleſiæ ad id tenetur, ſed etiam minores Clerici, qui in ea ſunt beneficiati, vt probatur in dicto cap. de his, vbi Abb.in primo not. & in capitu.final. de his, quæ fiunt a maiori parte capituli, & habetur per Stepha.Beltran.conſil.49. viſis quibuſdam, colum. vlti. nume. 9. in ſecundo volumi. Prædicta tamen contributio fieri debet, de eo, quòd ſupereſt deductis neceſſariis pro Rectore, & Clericis beneficiatis, vt in dicto capit. de iis, & not.Abb.in capit.primo.in primo notab. eo.
3 titu. † Sed recipiens penſionem non dicitur beneficiatus ergo non tenebitur ad Eccleſiæ reparationem, quòd autem recipiens penſionem beneficiatus non dicatur, ſed bene illam ſoluens ſentit Oldrad.conſil. 168. Ad primam quæſtionem,& habetur per Io. Staphile.Patruum tuum olim Rotæ auditorẽ in tract.ſuo de litteris Gra. & Iuſti.fol.22.in verſicu. ex prædictis etiam colligitur ſecundum impresſionem Venetam.
4 † Et quod penſio non ſit beneficium Eccleſiaſticum neq; illius appellatione veniat, habetur per Decium in rubr. de reſcript. colum.vlti.verſicu.Et appellatione beneficii, de quo ſcripſi in tracta. penſi.q.28.

His tamen non obſtantibus teneo, quòd idẽ ſit dicendum in penſionario, quòd & ipſe ſit obligatus contribuere dictæ reparationi pro concurrenti quantitate penſionis non obſtante, ꝙ iura prædicta videantur ad huiuſmodi onus obligare ſolum Rectorem Eccleſiæ, & Clericos in ea beneficiatos, & ad hoc tenendum moueor ex infraſcriptis.

5 †Primo,quia penſionarius pro rata penſionis decimas Papales ſoluere tenetur, vt voluit Bellenzi. in tracta. de ſubſidio chari. q.37.& q. 75. Deci. conſil.157. ſtatutum cathedralis Eccleſiæ in primo volum. Imo.in clemen.ſi beneficiorũ, colum.1.verſ.quarto quærit,gl. de deci.& ſcrip-
6 ſi latè in d.tracta. penſi. q. 59.† Secundo facit, quia penſionarius tenetur etiã ad ſoluendũ charitatiuum ſubſidium impoſitum, per Epiſcopũ pro rata ſuę penſionis, vt ſcribit idem Bellenzi. in præallegato tract.q.37.& ſcripſi in dicto trac.
7 meo de penſi.q.39.† Tertio facit,quia penſionarius pro rata penſionis tenetur contribuere cũ Laicis ad neceſſariam reparationem murorum ciuitatis & illorum neceſſariam fortificationẽ, quando Eccleſia grauata penſionis onere ad id tenetur, & eſt ratio, quia tale onus imponitur reſpectu fructuum, prout dixi in prædicto tract. meo penſio.q.80.

Cum igitur penſionarius reſpectu penſionis participet de fructibus ipſius Eccleſiæ, ſuper quibus ipſa penſio eſt impoſita, vtique contribuere debebit, pro eius rata ad ipſius Eccleſiæ reparationem. Cum non ſit ferendus, is qui lucrum quidem amplectitur, onus autem illi annexum tenuit.l. vnica. §.pro ſecundo.ff.de cad. tollen. gloſ. in verbo, repelli. in capitulo cum ſecundum Apoſtolum, de præbend. & l. ſecundum naturam. ff.de regul.iur. Et ita de iure ſentio niſi penſio eſſet reſeruata libera, & exempta

quibu

quibuscunque oneribus, tam ordinariis, quam extra ordinariis, & cum aliis clausulis, quæ in similibus litteris apponi consueuerunt.

Hieronymus Gigas.

ANTONII GIGANTI
Nepoti dilectissimo.

SVMMARIVM.

1 *Pensio secundo loco assignata de prima mentionem non faciens non valet.*
2 *Concessio noui vectigalis non facta mentione de primo non valet.*
3 *Reseruatio pensionis habens horam præsumitur primo facta.*
4 *Gratia Apostolica litteris probari debet.*
5 *Tempus gratiæ qualitas, & circunstantiæ testibus probantur.*
6 *Collatio facta ab ordinario, & resignatio testibus probari possunt.*
7 *Reseruatio Papæ testibus probari potest.*
8 *Expressio horæ facit præsumi actum prius factum.*
9 *Testamenti appellatione venit validum, & non inualidum.*
10 *Contractus inualidus non dicitur contractus.*
11 *Statutum de soluenda gabella de contractu, comprahendit contractum validum non inualidum.*
12 *Notarius scribens inualidam scripturam falsam, lege Cornelia, de falsis non tenetur.*
13 *Pœna legis vel statuti non causatus ex actu nullo.*
14 *Statutum loquens de laudo intelligitur de valido.*

CONSILIVM CXVIII.



INTERROGASTI me nudius tertius, quid dicendum esset si vno & eodem die duæ pensiones repeꝛiantur reseruatæ duabus personis, quarum altera de altera mentionem non facit, & tamen ambę reseruatæ sunt super fructibus eiusdem Ecclesiastici beneficii: An scilicet vtraque valida sit vel inualida: & aliis tunc occupatus negociis me tibi alia die responsum daturum promisi: Nunc vero quid sentiam accipe.

1 †Dicendum videtur neutram dictarum pensionum valere, quia pensio secundo loco assignata, de prima mentionem non faciens non valet, vt post alios voluit Nicola. Boeri. in prima parte suarum decis. 162. & latè de hoc scripsi in tra-
2 cta. pensio. q. 29. & vltra ibi adducta, †facit quod voluit Marti. de Laud. in tracta. de fisco. q. 55. vbi dixit, quòd si Imperator concedit alicui notabili nouum vectigal non facta mentione de aliis vectigalibus inhibi existentibus, quòd talis concessio est nulla allegat text. in l. Titia. §. qui in vita. ff. de lega. 2. & in capitu. mandatum. de rescript. Idem dixit Bertachi. in tracta. de gabel. seu vectigal. in prima parte, colum. quinta. versi. sed quæro incidenter. nume. 24. Accedat, quòd in casu quæstionis huiusmodi cũ non appareat, quæ dictarum duarum pensionum fuerit primo assignata, & quæ secundo, & vtraque stare non possit per ea, quæ scripsi in præalleg. q. 29. dicendum videtur ratione talis incertitudinis neutrã valere. Argumento tex. in l. duo sunt Titii. ff. de testam. tutel. & l. si fuerit. ff. de reb. dub.

3 †Puto tamen sic distinguendum esse, quod aut altera ex dictis duabus pensionibus horam habet, aut neutra ipsarum, aut ambæ horam habẽt. Primo casu illa quæ horam habet, censetur primo assignata, & sic illa valebit, & altera non. per nota. per glos. & Docto. in c. si a sede, de præben. in 6. vbi habetur, ꝙ illa collatio benefitii quæ horam continent primo facta censetur, Cassador. decisi. 4. in fi. nu. 7. in deci. super regu. cancel. & idem deci. 20. in tit. de præben. vbi dicit idem esse, quando per testes de hora constaret, quia
4 † licet gratia Apostolica per literas probari debeat, vt per Archi. Io. And. Domi. & Franch. in proœ. sexti, in fi. per Bal. in l. humanum. C. de legib. per Abba. in c. in nostra, de rescrip.
5 † Attamen tempus gratiæ, qualitas, & circunstantiæ per testes probari possunt, Rota deci. 27. in non de rescrip. glo. in verbo, si non appareat, in c. duobus, de rescrip. in 6. & per Cassador. in
6 d. decisi. 20. † Idem dicimus in collatione beneficij ab ordinario facta, & in resignatione, quæ, testibus probari possunt. c. solicite, & ibi Bald. in fin. de resti. spolia. Et Rota deci. 39. in titu. de ꝓbatio. in Antiq. Cassador. decisio. 8. nume. 4. Ripa in rubric. de cõstitutio numero 52. vbi dixit, ꝙ collatio benefitij facta benemerito absque dispensatione testibus probari potest, allegat Bal. in c. 2. de restitutu. spolia. & Rotam decisio. 780.
7 Dic quòd collatio, in antiq. † Et reseruatio Papæ etiam testibus probari potest, Rota deci. 96. Nota quòd reseruatione, in antiq. Ad idem Aeneas de Falconibus in tractatu de reserua. bene-
8 fic. quæstione 4. principali, effec. 28. † Et de collatione habente horam, quòd præferatur collationi illam non habenti facta eodem die, habetur per Decium in capitu. pastoralis, nume. 5. de rescript. de quo etiam ad plenum per insignẽ Doctorem Præceptorem meum colendissimum Dominum Guilielmum Pontanum Perusinum in l. dotis causa, colum. 6. nu. 24. ff. solu. matrim. vbi dixit, quòd expressio horæ facit præsummi actum prius factum.

Secundo casu si neutra ipsarũ reseruationũ pẽsionis horam hẽt, sed tantummodo constat, quòd vno & eodem die assignatæ fuerunt, & in tali casu, si vna fuit assignata per ordinum in casibus, in quibus ordinarius illam reseruare potest, de quo scripsi in dicto tracta. pensio. quæst. sexta. Altera vero per Papam, & isto casu dicerem pensionem assignatam per Papam præualere, argumento tex. in d. c. si a sede.

Tertio vero casu, quando vtraque reseruatio pensio-

pensionis horam continet, subdistinguerem, quod aut est eadem hora in vtraque, & sic cum nõ appareat, quæ primo, & quæ secundo loco assignata fuerit, ratione incertitudinis dicendum videtur, quòd vtraque sit nulla, argumento text. in præallegata l. duo sunt Titii. Attamen dici posset etiam tali casu pensionem per Papam assignatam præualere. Argumento text. in dicto capit. si a sede. Aut hora in ambabus reseruationibus est diuersa, & tunc illa, quæ continet priorẽ horam præualebit per supradicta.

Quid autem dicendum si reseruatio vnius ex prædictis pensionibus fuisset valida, altera vero inualida: Dicas, quòd si super inualiditate huiusmodi fuisset pronunciatum, eo casu altera valida esset, quia non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum, capitu. non præstat, de reg. iur. in 6. Videri tamen possunt plura quæ circa hoc scripsi in præallega. tracta. pen-
9 sio. q. 29. nu. 6. † & pro ibi dictis facit etiam quia testamenti appellatione, venit testamentum validum non inualidum. l. secunda. §. porro, ff. quẽ
10 admo. testa. aperi. † Et inualidus contractus nõ dicitur cõtractu. l. 1. & ibi Doct. C. de Eunuch. Bald. in auct. ex causa, col. vlti. C. de lib. præter.
11 † Accedit quòd statutum dicens, quòd de quolibet contractu soluatur gabella locum sibi non vendicat in contractu nullo, Bal. in l. prima. C. de patrib. qui fil. distraxerunt. Cyn. in l. vnica.
12 §. sed quia. C. communia, de lega. † Ad idem facit, quòd Notarius, qui inualidam scripturam falsam fecit lege Cornelia, de falsis non tenetur, vt est tex. in l. si quis legatũ, ff. de fals. & Cyn. in l. si
13 quis decurio. C. eod. titu. † Facit etiam, quia ex actu nullo, & frustratorio non causatur pœna legis, vel statuti, Bart. in l. vbi pactum. C. de transact. Bald. in ea quidem, per illũ tex. C. si manci. ita fuer. alienat. Et Ripa in suis Respons. cap. 2. nu. lib. 1. rubr. de legibus. & longa consuet.
14 † Et statutum loquens de laudo non verificatur in laudo nullo, quia laudum nullũ non est laudum, clementi. pastoralis, de re iud. l. 4. §. condemnatum. ff. eo. tit. per quæ iura ita dixit Cor. consil. 125. viso puncto, & copia. num. 3. in primo volumine.

Hieronymus Gigas.

IOANNI PICCARDO
Legum & Canonum Perito.

SVMMARIVM.

1 Decima est de iure diuino, & non ab homine, sed à Deo instituta. & nu. 2.
3 Decimam non soluentes sunt fures, & latrones.
4 Decimæ solui debent sine detractione expensarum. Decimæ dicuntur tributa animarum egentium nu. 4. restituas & nume. subsequen. ad amussim vsque 17.
5 Decimæ per Papam impositæ solui debent secundum taxationem decimæ.
6 Res vna & eadem non debet diuerso iure censeri.
7 Pensio est pars fructuum benefitij.
8 Argumentum de toto ad partem validum est.
9 Equitas præsertim in rebus Ecclesiasticis est seruanda.
10 In taxatione benefitij fienda pensionarius est uocãdus, & omnes quorum interest. & nu. 12.
11 Decima soluenda sacerdotibus est de iure diuino, ideo cum integritate solui debet.
12 Secus in decima per Papam imposita, quæ proprie nõ est decima.
13 Decima quæ per Papam imponitur distat a decima, quæ est de iure diuino.
14 Decimæ dicuntur tributa animarum egentium.
15 Decima, quæ sacerdotibus soluitur, solui debet non deductis expensis.
16 Secus in decima quæ per Papam imponitur.

CONSILIVM CXIX.



DVM essem Pataui proximis elapsis dieb. interrogasti me, pro qua portione pẽsionarius non habẽs pẽsionem exẽptam a decimis, vel ẽt si eius pẽsio sit a decimis exẽpta, & in impositione decimæ Papalis dictũ sit, quod etiã de pensionibus quantuncũque exẽptis decima solui debeat, prout expressum extitit in concessionibus decimarũ concessis per Clementẽ VII. Paulum III. & Iulium III. Romanos Pontifices, Illustriss. Dominio Veneto, decimam soluere debeat, de quo etiam ab aliis pluries interogatus fui, vt igitur tibi, quem vt filiũ diligo, ac aliis satisfaciam. cum præsertim ista quæstio sæpius accidat in hoc Venetorum Dominio, quid sentiam in ea scribere non recusaui.
1 † Prima facie videtur dicendum pensionariũ teneri pro rata pensionis ad soluendam integrã decimam. c. cum aliquibus. c. ex. parte, de decim. c. fi. de Parroch. In quibus iuribus habetur decimam solui debere cum integritate, & tanto ma-
2 gis, † quia decima est de iure diuino, ut habetur in Deut. c. 12. & Leuit. c. 37. circa fi. Ad idem est tex. in c. Parrochianos, de deci. Vbi dicitur quod decimæ non ab homine, sed ab ipso Deo institutæ sunt. Ad idẽ est tex. in c. in aliquibus. §. ille quippe, de deci.
3 † Quinimmo decimam non soluentes sunt fures, & latrones, & manifesti depredatores Dei, & sanctorum, & totius Ecclesiæ, 7. q. 1. c. quanquã,
4 & 16. q. 1. c. decimæ, † & dicũtur decimæ tributa animarum egentium, text. est in c. tua nobis fraternitas. §. verum, de decim. cũ integritate autẽ solui dicuntur decimæ cum soluitur de omni
5 summa decem vnum, videlicet, † decem pro centenario, tex est in c. cum homines, in princ. de deci. & huiusmodi decimæ solui debẽt sine detractione expensarũ, vt in d. cap. cum homines, & ibi glo. in ver. non decimatis, Ad idem tex. in c. non

in capitu. non est in potestate, eo. titu.

Præmissis tamen non obstantibus dicendum censeo, quod pensionarius tenetur ad solutionem decimæ pro rata pensionis secundum taxationem beneficii, super cuius fructibus est sibi reseruata pensio, non autē ad rationem decem pro centenario, vt aliquos Doctores modernos
6 consuluisse audio. † Nam decimæ per Papā impositæ solui debent secundum taxam beneficii, tex. est in clem. si beneficiorum. de decim. & per Bellenz. in tract. de subsid. charit. q. 80. Et facit quia si diceremus, quòd Rector beneficii, pro fructibus sibi restantibus, detracta pensione, teneretur soluere decimam iuxta taxam ipsius beneficii, vt in dicta clemen. si beneficiorum, Et pensionarius pro sua pensione teneretur soluere decimam, prout illa soluitur sacerdotibus ad rationem decem pro cētenario, iuxta terminos præalleg. capitu. cum homines, de deci. Vtique absurdum sequeretur, quòd res eadem posset,
7 † & deberet diuerso iure censeri, contra iuris dispositionem. l. eum qui ædes, & ibi Bart. not. in
8 secundo not. ff. de vsuca. † Est enim pensio pars fructuum beneficii, super quibus imponitur, ergo iustū est, quòd is cui soluitur ipsa pensio oneris partem subeat in solutione decimæ impositę super eisdem fructibus, vt dicit Bellenz. in tract. de subsid. charit. q. 47.

Præterea cum taxa facta fuerit a principio super omnibus fructibus beneficii, si non adesset pensio vtique Rector beneficii solueret decimā secundum taxam super eo factam integraliter, iuxta text. in dicta clemen. si beneficiorum, modo pars dictorum fructuum iam taxatorum deseruit solutioni pensionis, ergo pensionarius tenebitur soluere pro sua pensione decimam ad ratam taxationis factæ super omnibus fructibus
9 ipsius beneficii, † quia idem iuris, quod est de toto, quo ad totum debet esse de parte, quo ad partem. l. quæ de tota. ff. de rei vend. l. si seruus eius, in fi. ff. de acquir. hæred. Accedunt ea, quæ scribit Bellenz. in tracta. de subsi. chari. q. 37. vbi dixit, quòd ratione oneris incumbentis Rectori beneficii pro solutione annuæ pensionis pro illius fructibus dici potest, quòd Rector beneficii ex fructibus illius tantum duntaxat habeat in redditibus quantum est id, quod ei superest soluta pensione. per text. optimum in l. non amplius, in princ. ff. de lega. 1. & in l. sed si hoc. §. 1. ff. de condi. & demon. & ibi no. per Barto. Bald.
10 & Imo. † Subdens, quòd ad hoc multum dictat æquitas, quæ præsertim in istis ecclesiasticis est seruanda. capitu. dilecti, de iudic. capitu. primo. de dol. & contu.

11 † Pro dicta conclusione facit, quia si beneficiū de nouo esset taxandum vtique pensionarius vocari deberet, quia omnes quorum interest vocādi sunt, quando fieri debet taxa beneficii pro solutione decimæ, vt voluit Guil. de Monte Laud. in dicta clem. si benefi. de deci. quem sequitur Bellenz. q. 81. in præd. trac. de subsid. charit. facit. capitu. quod omnes tangit, de regul. iur. in sexto. & idem tenet Cardi. in præalleg. clemen. si beneficio. q. 10. vbi dixit, quòd si sunt duo Prę lati in vna Ecclesia Parrochiali, vt patronus clericus, & vicarius, qui ex antiqua ordinatione ecclesiæ colligāt omnes fructus, de quibus annuatim soluuntur patrono centum residuum remanet vic. ipse vero patronus habeat soluere decimam pro tota ecclesia, cum quo istorum fiet taxatio? Et dicit quòd fiet cum illo, qui fructus col
12 ligit, vocato qui habet soluere, † & sic vocantur omnes, quos hæc taxatio tangit, argum. text. in capitu. ad hæc. de offic. Archid. de præscript. ca. accedentes, & capit. fi. de his, quæ fiunt a Præla.

Et ad prædicta allegat. Bellenz. loco supra allega. not. per Ioan. Andr. in addi. Spec. in rubr. de conces. præben. q. vlti. & Old. consil. 168. ad primam quæstionem vltimo dubio, facit etiam pro prædicta opinione, quia annata, quæ venit soluenda pro pensione, quando beneficium est taxatum, solui debet secundum taxam, vt scribit Cassad. in suis decisionibus sup regulas Cancella. decis. 19. & ego dixi in tract. pensio. q. 26.
13 † Nec obstāt adducta in contrarium, quòd decima solui debeat integraliter ad rationem decem pro centenario, iuxta textum in præalleg. c. cum homines, de decim. quia procedunt in decima, quæ debita est de iure diuino, & solui de-
14 bet sacerdotibus, † secus autem est in decima, quæ per Papam imponitur, quæ propriæ nō est decima, secundum Cardina. in dicta clemen. si
15 beneficiorum, in 2. & 3. quæst. † Nec regulatur ista decima, quæ per Papam imposita, vt regulantur aliæ decimæ spirituales, secundum glos. in clementina dispendiosam, in versicu. decimis, de iudic. Et quòd ista decima, quæ per Papam imponitur longe distet a decima, quæ debita est de iure diuino, & sacerdotibus soluitur, quæ solui debet cum integritate, vt supra dictum fuit,
16 constat, † quia decima, quæ sacerdotibus soluitur, de qua loquitur totus titulus, extra de deci. solui debet non deductis expensis, vt in dicto c. cū homines, & in c. nō est & ī c. tua nobis, e. ti. de
17 decim. † Secus autem in decima per Papam imposita, quia in ea deduci debent ante omnia expensæ factæ pro fructibus colligendis, sine quibus fructus colligi non potuissent, secundum glos. in clemen. si beneficiorum, dicta in verbo, taxationem, de decimis. Et idem ibidem tenet Cardina. q. 5. vbi etiam Ioannes de Imo. & Anto. de Butr. post alios in dicto capitu. cum homines, & Bartho. Bellenz. in tracta. de subsid. charit. quæst. 69. vbi ad hoc allegat text. in l. 1. C. de fruct. & lit. expen. & in l. domum. C. de rei vēd. & l. fructus. ff. solu. matri.

Ad idem Domini. in consil. 85. super primo dubio, nu. 4. vbi dixit, quòd ex istis decimis Papalibus deducuntur expensæ, quæ fiunt gratia fructuum colligendorum, vt pote, quæ fiunt in arando seminando, in vineis fodiendis, & potādis, & quæ fiunt gratia percipiendorum, & colligen-

ligendorum fructuum, vtputa, in metendo, & triturando, ac vindemiando, Item & quæ fiunt gratia conseruandorum fructuũ, vtputa, in horreis parandis. l. 3. §. nos igitur. ff. de impen. in reb. dotal. fact. de quo Specu. in tit. de expen. §. 1. in princ. Ex præmissis mi Ioannes iam habes, quæ mea sit sententia, a qua arbitror non dissentiendum esse a viris in hac nostra legali scientia eruditis, quorum iudicio prædicta committo, saluo semper iudicio sedis Apostolicæ. Vale, & Iacobum Portium Imolen. Virum de nostra legali scientia optime meritum, in almo isto Patauino Gymnasio ius canonicum legentem meo nomine saluere iubeas.

Hieronymus Gigas.

IACOBO NACHLANTO Episcopo Clugiensi.

SVMMARIVM.

1 *Tituli beneficiorum sunt de iure positiuo.*
2 *Tituli beneficiorum quorumcunque sunt quid spirituale.*
3 *Idem in Canonia.*
4 *Resignans nudum titulum beneficij pro consequenda pensione super fructibus alterius beneficij simoniam committit.*
5 *Pensio est quid temporale.*
Pensio cadere potest in merum laicum.
6 *Simonia est dare tẽporale pro consequẽdo spirituale.*
7 *Pensio permutari non potest cum benefitio.*
8 *Res temporales benefitium dici non possunt, sed res benefitij.*
10 *Fraus nemini patrocinari debet, & nu. 11.*
12 *Simoniacus est excommunicatus ipso iure.*
13 *Simoniacus agens super spolio audiri non debet.*
14 *Simoniacus non gaudet benefitio regulæ de triẽnali.*
15 *In simonia reali quis est priuatus ipso iure.*

CONSILIVM CXX.



QVAM timoratæ sis conscientiæ, licet iamdiu nouerium, id maximè mihi comprobatum est ex eo quod tuis humanissimis literis à me scire desideras: Vtrum ex dispositione sacrorum canonum ꝓ habendo nudo titulo benefitiali in aliqua ecclesia, vt puta Canonia, Capellania, seu Mansionaria, licitum sit soluere renutianti ipsum nudũ titulum pensionem aliquam super fructibus alterius benefitii, qđ resignatarius obtinet citra vitium simoniæ, Præmitto antequam veniam ad decisionem huius dubiiꝗ auaritiæ cæcitas, & damnandæ ambitionis improbitas aliquorum animos occupantes eos in illam temeritatem impellũt, vt quę sibi a iure interdicta nouerint, exquisitis fraudibus occupare conantur: Verba sunt Gregorii X. in generali concilio Lugdunẽse, quæ habentur in c. auaritiæ, de elect. in 6.

1 † Pro decisione igitur huius dubii, Præmittendum etiam censui, quòd tituli beneficiales, quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum, licèt sint de iure positiuo, vt per Abba. in capitu. constitutus, de relig. domi. & per eundem in disputatione incip. Episcopus, col. secunda. versi. ad propositum, & habetur 22. distinct. ca. 1. & 2. & 80. distin. capitu. in illis, & per Archid. in ca. omnes, 22. distinct. & Innoc. in capitu. nisi cum pridem, de renuncia. & latissimè per Ioannem Seluam in tract. de benefic. in prima parte. q. 4.
2 nou. 19. † Attamen dicti tituli beneficiorũ sunt quid spirituale, vt per Docto. maximè Abb. in capitu. quanto, de iudi. vbi Imo. & alii, & Deci. post alios ibidem, & per Archi. in summa 1. q. 1. & latè per Dominum Augistinum Berοum Præceptorem, & Promotorem meum, in rubri. de
3 reb. Eccle. non alienan. nume. 15. † Idem est de Canonia, iuxta text. & ibi not. in capitu. secundo. de instit. & in capitulo saluator. 1. quæst. tertia. & idem Berous in d. rub. nume. 7. ver. secundo modo, & ibidem. nume. 16.
4 † Resignans igitur nudum titulum, super quo nulla pensio constitui potest, vt pensionem consequatur super fructibus alterius beneficii, proculdubio simoniam committit, quia cedere rẽ spiritualem, vt est titulus beneficii, pro consequenda pensione, quæ in mera tẽporalitate consistit, vt per Bald. & Felyn. in capitu. ad audientiam, el secondo de rescript. & latè scripsi in tra-
5 cta. pensi. q. 7. non licèt. † Nam pensio vti quid temporale, nil habens spiritualitatis, cadere potest etiam in merum laicum, vt scribit Archid. in capitu. quamuis, ver. prouideri, de præben. in 6. & Felyn. in dicto cap ad audientiam, col. 4. in fi. in ver. quarta conclusio, & scripsi in præ-
6 dicto tractatu pensio. quæst. 21. † Dare autem temporale pro consequendo spirituale simonia est. capitu. cum essent. cap. querelam, & capit. ex diligenti, de simo.
7 † Hinc est, quòd pensio ex quo est, quid mere temporale permutari non potest cum beneficio ecclesiastico, cuius titulus spiritualis est, vt tenẽt Ioan. de Imo. & Car. in clemen. vnica. §. eadem, de supplen. neglig. prę la. vbi Card. q. 9. & Feder. de Senis in tracta. de permu. benefi. q. 9. Pet. Rebuf. in concordata Franciæ in tracta. de pacifi. posses. nume. 124. & scripsi ad plenum in tract. pensio. q. 33. & rationem assignant Doct. in locis prædictis, quare permutatio huiusmodi fieri non possit, ex eo, quòd esset simoniaca cum beneficium, vt supradictum fuit, sit quoddam ius spirituale, quod obtineri non potest sine canonica institutione capit. 1. de reg. rur. in 6. & per Cardina. in clement. causam. §. primo. de elect.
8 † Res verò temporalis beneficium dici non potest, sed res beneficii, & idem dixit Berous dominus meus in capitu. 1. nume. 110. de vsur.
9 † Erit ergo putrida simonia cedere nullum titulu-

lũ beneficii, pro cõsequenda pensione super fructibus alterius beneficii, q utinã nõ sępe fieret.
10 †Accedat, q super beneficio quod nullos hẽt fructus non cadit pensio, quæ de stilo curiæ semper imponitur super fructibus beneficii, Bellẽz. in trac. de subsi. chari. q. 37. nu. 2. & si dicatur, q pensio imponitur super fructibus alterius beneficii, dicas, q ista est fraus, quæ patrocinari non
11 debet, resignanti nudum titulũ: †cũ fraus, & dolus nemini patrocinari debeat, c. sedes Apostolica, de rescript. c. si vir, de cognat. spirit. & not. in l. si ab hoste. §. 1. ff. solu. matri.
12 †Et si talis, cui assignata est pensio, huiusmodi ageret contra Rectorẽ beneficii, super cuius fructibus est assignata, pro illa consequenda repellendus esset, quia uti simoniacus est excõicatus ipso iure, per extrauagantẽ Pauli II. quæ incipit cum detestabile, in tit. de simo. Ideo agere nõ põt. c. intelleximus, de iudic. c. cũ inter c. excep-
13 tionẽ, de except. †quinimo si tales simoniaci agerent super spolio audiri nõ deberent, ut scribit
14 Cassador. decis. 1. in tit. de simo. †Et unum non omittam, q is, qui adeptus esset nudum titulum beneficii tali simoniaco modo non gauderet beneficio regulæ de triẽnali possessore, quæ in specie simoniacum repellit, & licèt aliàs simoniaci per sententiã priuari debeant, non aũt eo ipso sint priuati. c. 2. de confes. c. iusiurãdum, de sim. ubi Doct. c. per inquisitionem, cũ gl. de elec. Ab.
15 in c. inter dilectos. col. ulti. de exces. præla. †Attamen per dictam extrauagantem Pauli secundi, cum detestabile in simonia reali, quis est priuatus ipso iure, ut scribit idem Cassador. decis. 5. in tit. de constit. Possent plura alia adduci, quæ breuitati studendo, ut in familiarib. Responsis cõsueui omittenda duxi, maximè, quia ex supra dictis satisfactum esse petitioni tuæ arbitror. Vale Gigantis tui memor, & Hieronymum Cagnolum Iurisconsultum celeberrimum in isto almo Patauino Gymnasio Ius Ciuile legentẽ meo nomine saluere iubeas quæso Venetiis.

Hieronymus Gigas.

OLIVERIO GIGANTI Nepoti dilectissimo.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium concessum a Principe manere debet.*
2 *Qualitas semel apposita dispositionem implet, licet postea cesset.*
3 *Tempus datæ litterarum attendi debet.*
4 *Cessante causa consensus cessat consensus.*
5 *Dispositio legis non conuenit, ubi legis verba non conueniunt.*
6 *Actus agentiũ non operantur ultra eorũ uoluntatẽ.*
7 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*
8 *Pensionis translatio est odiosa.*
9 *Verba sunt stricte interpretãda, in materia odiosa.*
10 *Mens verbis declaratur.*
11 *Papa non consueuit imponere pensionem sine consensu Rectaris beneficii.*
12 *Casus omissus remanet in dispositione iuris cõis.*
13 *Qualitas verbo adiuncta adesse dẽt tempore verbi.*
14 *Tempus datæ litterarum, quando attendi debeat.*
15 *Habilitas an requiratur tempore datæ, vel tempore consumptionis.*

CONSILIVM CXXI.



PVLCHRA est quæstio, super qua cõsilium meum familiare expostulas nepos carissime, & in qua q̃d sentiant Pratici Curiales, cũ Romanã iã pluribus annis sequaris curiam, fortasse intelligere periculũ fecisti, præsertim cum familiaris Reuerendissimi Cardinalis Mignanelli Iurisconsulti admodum celebris, illiusq; curiæ stilũ optime callentis existas, quorum opinionem si modo eam habuisti litteris tuis mihi significare non curasti. Accipe igitur quæ mea sit sententia.

Clericus cui reseruata fuit auctoritate apostolica, annua pensio super fructibus, redditibus & prouentibus duorum beneficiorũ, quæ Sempronius possidet in diocęsi Forosempronienſi: cum facultate illam transferendi pro dimidia, quę pẽsio erat ducatorũ 50. auri de came. videlicet ducatorum 25. pro quolibet dictorum beneficiorum, assecutus fuit unũ ex prædictis beneficiis, quo casu pars illa dictæ pẽsionis, quæ erat super illius fructibus extincta remansit, queritur an vigore facultatis prædictæ possit transferre dimidiam d. pensionis duc. 50. existentem super fructibus alterius beneficii? Videtur prima facie dicẽdũ, q sic. †Primo, q̃a indultũ est sibi a Põtifice, q dimidiam dictæ pensionis ducat. 50. transferre possit, quod manere debet. c. decet, de reg. iur. in 6. Secũdo, quia ex quo Rector dicti beneficii consensit assignationi dictæ pẽsionis cum facultate prædicta transferendi, ex ipsa translatione non fit sibi aliqua iniuria. c. sciẽti, de reg. iur. in 6. l. cũ donationis. C. de trãsact. l. venditor, ff. de
2 rescin. vend. l. quãuis. C. de in ius voc. †Tertio facit, quia qualitas semel apposita dispositionẽ implet, licèt postea cesset, de quo est gl. no. in ver. ca
3 nonicis, in c. statutũ, de rescrip. in 6. †Quarto facit: Nã tp̃s datæ litterarũ reseruationis dictæ annuæ pensionis ducatorũ 50. & concessionis trãslationis illius vr̃ attendendum, c. si super, de offi. deleg. in 6. c. tibi qui, & c. duobus, eo. tit. & loco. c. eã te, extra de rescri. c. si eo tẽpore, de rescri. in 6. & dixi in tract. pensi. q. 22. nu. 16. & per Fely. late in d. c. eã te, col. pen. & fi. Sed tempore datæ dictarum litterarum, & concessionis p̃tãtis trãsferrendi pensio ipsa erat ducatorũ 50. ideo hoc sufficere videtur, ad trãslationis validitatẽ dictæ dimidiæ pensionis restãtis super alio beneficio.

Istis tamen non obstantibus contrariam partẽ uti de iure veriorẽ amplector, & moueor, quia extincta iam altera dimidia dictæ pensionis, ex eo, quòd pensionarius assecutus fuit alterum ex

ex dictis beneficiis res deuenit ad casum, in quo cessat intentio concedentis, ac consensus Rectoris ipsius beneficii. Superior.n.concessit, ꝙ pensionarius posset dimidiam pensionis ducatorũ quinquaginta transferre, & ad hoc in eũ casum accessit consensus Rectoris ipsorum beneficiorum, extincta aũt iã dimidia dictæ pensionis nõ erit amplius pensio ducatorum 50. sed solum vigintiquinque. Ideo in hoc casu deficit consensus Rectoris beneficii, & intentio cõcedentis facultatem transferendi, super quibus erat fundata dicta concessio ipsa transferendi cessat. l. adigere.§.quamuis.ff.de iurepatro.cum cessante, de

4 appella. †Causa enim huiusmodi concessionis, cum fuerit consensus Rectoris ipsius beneficii, illo cessante cessat ipsa cõcessio.cap.relinqui, & ibi Abb. in 3. nota. extra de custod. Eucharist. Matth.de Afflict. in c.1. in §.moribus,col.1.nu. 3.in tit.si de feud.fuer.controuer.inter domi.& agna.in vsibus feud.In quibus locis habetur, ꝙ cessante causa concessionis cessat ipsa cõcessio.

5 † Secundo facit, ꝙ ex quo cessauit dimidia dictæ pensionis ducatorum quinquaginta, verba facultatis prædictæ nõ possunt adaptari ad istũ casũ, cũ illi nõ cõeniant.l.ꝙ cõstitutũ,ff.de testa. mili.l.4 §.quoties,ff.de dam.infec.Ex quib. iuribus hr̃, ꝙ vbi verba legis non cõueniũt, nec legis dispositio conuenire dẽt, ad idẽ Ripa in suis Resp. c.9.nu.4.loco i.facit text.in c. suggestũ, de deci.

6 †Tertio facit, quia actus agentium non operãtur vltra eorum voluntatẽ.l.non omnis,ff.si cer. pet.l.obligationum substantia,ff.de act.& oblig. Actum enim erat inter ipsas partes, ꝙ de tota pẽsione ducatorum 50. dimidia transferri posset, modo extincta dimidia dictę pensionis nõ adest amplius dicta pensio ducatorum quinquaginta, ergo ad hunc casum non porrigitur voluntas earum, & consensus, & si secus diceremus actus eorum voluntarii extenderentur, vltra eorum voluntatem, quod non est dicendũ.l.fi. C. ne vxor

7 pro mari.†Facit, quia contractus ex conuentione legẽ accipiunt.l.1.§.si cõueniat.ff. de deposit. l.quod si nolit.§.si quis ita,ff.de ædil.ædic.l.2.C. de pact.inter empt.& vendit.

8 † Quarto facit: Nam translatio pensionis est odiosa: continent.n.prorogationẽ seruitutis ipsi beneficio, cui pensio est quædam seruitus, vt scribit Gomes.in reg.de infir.resignant.q.16. &

9 dixi in 4.Responso, in prin.†Cũ igitur ista materia sit odiosa strictè intelligi dẽt.c. odia, de reg. iur.in 6.l.cum quidã.ff. de lib.& posth. Et sic in terminis in quibus loquitur ipsa cõcessio, & nõ vltra. Præsertim quia limitata causa limitatum producit effectum.l.in agris,ff.de acquir.re. do.

10 †Mẽs etenĩ verbis declaratur.l.Labeo. §. idẽ Tubero.ff.de sup. leg. Et in dubio mẽs regulata cẽsetur a sono verborum.l. in ambiguo. ff. de reb. dub.c.intelligentia, de verb.signi.c.ex. litteris, de sponsal. quæ iura ad hoc allegat Ant. de But. in consi.33.vt supra, nu.1.constat autem ex verbis expressis concessionis prędictæ, cum qua cõcurrit partium consensus, ꝙ mens concedentis, & ipsarum partium fuit, ꝙ de tota pensione ducatorum quinquaginta dimidia transferri posset, ergo d.verba trahi non possunt ad casum nostrum, qui requirit nouum cõsensum partium,

11 & nouam concessionem superioris. † Nam licèt Papa sit dominus beneficiorum, & possit ad eius libitum pensiones super illorum fructibus imponere, vt scripsi in trac.pens.q.1.nu.4. Attamẽ de stilo curiæ non consueuit id facere sine consensu Rectoris beneficii, super cuius fructibus pensio ipsa reseruatur.

12 †Quinto facit, quia cum iste casus non sit cõprehensus in dispositione dictæ facultatis transferendi dimidiam d. pensionis ducatorum 50. tanquam casus omissus remanet in dispositione iuris communis.l.commodissimè, ff. de libe. & posthu. Sed de iure communi sine concessione Papæ, & consensu Rectoris beneficii pensionẽ transferre non licet de persona in personã, ergo translatio prędicta fieri non poterit in isto casu.

13 †Sexto facit, quia qualitas verbo adiuncta debet adesse tempore verbi.l.ex facto.ff.de vulg.& & pupil.substit.l.in delictis.§.si extraneus.ff. de noxal.l.si Titius.ff.de test.mili.sed tempore trãslationis non adest qualitas, ꝙ sit pensio ducatorũ 50. ergo fieri nõ poterit trãslatio, faciũt q̃ de intruso scribit Gomes.in reg.de surog.collitigã q. 18. vbi decidit, ꝙ is, qui a principio litis fuit intrusus in beneficio si lite pendente desinat intrusus esse, subrogari poterit, tanquam collitigans in iuribus collitigantis defuncti.

Nec obstant adducta in contrarium. Nam ad primum & secundum patet euidens responsio ex supradictis.

Ad tertium, ꝙ qualitas semel apposita dispositionem impleat, licèt postea cesset, Dicas ꝙ procedit quando agitur de inducendo fauore, & cõmodo, & ita procedit, & loquitur d.gl.in d.c.statutum, in ver.Canonicis, de rescript. in 6. secus vbi agitur de damno, & odio, vt in casu isto.l.in delictis. ff.de noxal.

14 †Ad illud quod quarto loco dicebatur, ꝙ attẽdi dẽt tempus datæ litterarum? Dicas, ꝙ quãdo consumptio gratiæ habet tractum de futuro, inspicitur, tunc habilitas eo tempore, quo quis vtitur gratia, exempli gratia, concessa fuit gratia cuidam Clerico de beneficio vacaturo ante illius vacationem, Clericus ille matrimoniũ contraxit, vacante postmodum illo beneficio, illud assequi non poterit, quia tunc inhabilis reperitur: inhabilitas enim attenditur tempore vacationis beneficii.c.ei cui, de pb.in 6.c. is cui, eo.tit.& loco, vbi ille dicitur esse idoneus, qui tẽpore collationis beneficii non tempore datę litterarũ idoneus est. Ad idem glos.in clemẽ. 2. in

15 versi.constitutus, de æta.& quali † per quam dixit ibi, Imo.in versicu.ex glos.not.quòd vbi personalis habilitas requiritur ad certum actum sufficit, quòd adsit tempore exercitii dicti actus, & in attendenda natura, & qualitate beneficii

neficii non inspicitur tēpus datæ litterarū, sed tempus vacationis illius, Vnde si Papa scribit ꝑ aliquo beneficio certi valoris, ꝗ tépore datæ excedebat, sed hodie non excedit, attenditur præsens tempus, quia tūc acquiritur plenum ius in ipso beneficio.c.fi.de conces.præb. in 6. de quo per Oldr.consil.58.quidam impetrauit, cuius dicta reassumit, Fely.in d.c.eam te, in 6.fallen. nu. 58.de rescrip.facit etiam pro supradicta conclusione, quia res deuenit ad casum, a quo incipere non poterat, quo casu effectu non consumato viciatur, vt per Oldr.in præalleg.consil.58. nu.4.

Ex præmissis iam habes nepos dilectissime, q̄ mea sit sententia, cui an assentiant doctissimi, ac pratici Curiales, & præsertim Reuerendissimus Dominus Fabius Mignanellus Cardinalis, vir litteratissimus, deque legali nostra scientia, quā optimè meritus, ad cuius obsequia existis intelligere per quam gratum mihi erit. Vale.

Hieronymus Gigas.

HIPPOLITO NOVARIENSI GEnerali ordinis Camaldulensis.

SVMMARIVM.

1 *Obligans bona sua videtur obligasse tam præsentia, quàm futura.*
2 *Societas oīum bonorū, ēt bona futura compræhēdit.*
3 *Legatum factum cognatis debetur etiā ijs, qui erāt cognati tempore mortis testatoris.*
4 *Institutio facta de posthumis comprahendit ēt posthumos natos ex alia uxore acepta post obitū primæ.*
5 *Mandatum generale ad oēs & singulas causas comprahendit etiam causas futuras.*
6 *Beneficium nouiter creatum vacare dicitur.*
7 *Transactio non operatur circa res de nouo repertas.*
Legans bona sua, futura legasse non intelligitur.
8 *Priuilegia, vel rescripta ad eadem tantum de quibus est cogitatum extenduntur.*
9 *Exemptio alicui facta a collectis non intelligitur de prædijs postea quæsitis.*
10 *Immunitas concessa Castro cum suis Villis, ad villā postea ædificatam non extenditur.*
11 *Priuilegium concessum monasterio cum suis capellis non extenditur ad capellas postea quæsitas.*
12 *Legatum factum famulis illis tantum, qui erant famuli tempore testamenti debetur.*
13 *Legatum factum filiabus, illis quæ erant tempore testamenti debetur.*
14 *Legatū factū omnibus ecclesiis intelligitur de ecclesiis, quæ erant tpe testamenti: non de postea q̄sitis.*
15 *Legans suas possessiones intelligitur de illis, quæ habebat tempore testamenti.*
16 *Concessio decimarum non compræhendit futuras decimas.*
17 *Arbitrium ad futura non extenditur.*
18 *Verbum vacare, priuationem denotat.*
19 *Reseruatio Papæ de duobus canonicatibus in aliqua ecclesia vacantibus non comprahendit Canonicatum ibi ex post creatum.*

CONSILIVM CXXII.



VMMA Religio, vitæ integritas, probatissimi mores, ac litterarū scientia, quib. te cōspicium reddisti, me tibi adeo deuinctū esse cogunt, vt religiosæ petitioni tuę annuens laborem, vt tibi rē gratam faciam nō recusem. Dum igitur scire cupis si Papa mandet alicui reseruari annuam pensionē super fructibus Ecclesiæ, primo vacantis in dioceſi Nouariensi, & post datam dictarū litterarū de nouo in dioceſi prædicta ædificetur aliqua ecclesia: An super illius fructibus assignari possit dicta pensio. Quid sentiā accipe. Videtur dicen-
1 dū † prima facie, ꝗ sic, per text. in l.fi.C. quæ res pig.oblig.pos. vbi quis obligando sua bona obligasse vr̄, tam præsentia, quàm futura, vt no.Bald. in l. vbi adhuc.q.vlti.C.de iur. dot. & ibi Cy.&
2 idem Cyn.in l.hæredem.C.de hæred.act.† Secūdo facit, quia quando contrahitur societas omnium bonorum inter aliquos intelligitur cōtracta, tam bonorum præsentium, quàm futurorū,
3 tex.est in l.societate.ff.pro soc.† Tertio facit, q̄a legatum factum cognatis, intelligitur ēt factum cognatis, qui erunt tempore mortis testatoris, licet cognati non essent tempore conditi testamē-
4 ti.l.si cognatis.ff.de reb.dub. †Quarto facit, text. in l.placet, ff.de lib.& posthu.vbi institutio facta de posthumis nascituris, intelligitur tā de illis, qui nascentur ex vxore, quam tūc testator habebat, quàm de alia, quam haberet illa mortua.
5 †Quinto facit, quia mādatū generale ad oēs, & singulas causas, ēt causas futuras compræhēdit, Rot, deci.19.in vlt.addit.in no.Cur.iun.cōs.63. præsupponitur in facto, col.4.nu. 8.
6 †Sexto facit, gl.in clem.fi.de rescri. quæ expsse dicit, ꝗ beneficiū nouiter creatum vacare dr̄, esto, ꝗ nullus fuerit ibi per antea institutus. Pro contraria vero parte faciunt infra dicenda.

Primo, quia Papa mandando assignari, puta, Titio pensionem annuā super fructibus Ecclesiæ primo vacantis in dioceſi Nouariēsi, videtur cogitasse de ecclesiis, quę tunc erant tempore datæ, litterarum, non de ædificandis, arg.tex. in l.si ita, ff.de aur.& arg.leg.l.vxori.§.1.ff. de lega. 3.l. nomen debitoris.§.fi.& l.vxorem.§. ex testamēto.ff.de alim.& cibar.lega.l.Mella.§.1.ff.de aqua quotid.& æstiu.l.hoc iure.§.1.l.damni.§. qui vicinas.ff.de dam.infec.
7 † Secundo facit, quia transactio nō operatur circa res de nouo repertas, quia de illis verisimiliter non fuit cogitatū.l. cū Aquiliana, ff. de trāsact.not.Bal.in l.fi.in §.idē quæsiuit, ff.de condi. & demonst.l.sub prætextu.C.de transact.

Tertio facit, quia legās bona sua futura legasse non intelligitur.l.si ita.ff.de aur.& arg.leg.
8 †Quarto facit, quia priuilegia, & rescripta ad ea duntaxat extenduntur, de quib. est cogitatū, vt voluit gl.in c.super eo, ff.de offic.dele. quæ ad hoc allegat tex.in l.tres fratres.ff.de pact.

9 † Quinto facit, quia factus exemptus a collectis, & decimis non intelligitur exemptus pro prædiis postea quæsitis, vt scribit Bart. in l. damni, §. si is qui vicinas, ff. de dam. infec. Ad idē Bal. in l. fi. col. vlti. C. de excu. rei iud. Bar. in l. ab omnibus. ff. de lega. 1. Spec. in tit. de censib. §. 1. ver. quid si aliqua.

10 † Sexto facit, quod voluit Alber. in l. fi. C. quæ res pig. oblig. pos. & idē in l. placet. C. de sacros. eccle. vbi dixit, ꝙ si fuit concessa immunitas alicui Castro cum suis villis, talis immunitas nō extenditur ad villam postea ædificatam, & mouetur per tex. in d. l. vxori, ff. de leg. 3. Alex. & Bald. in l. si ex toto, ff. de leg. 1. Ioan. Andr. in ca. 2. de decim. in 6. Facit etiam quod scribit idē Alber. in prima parte statu. quæst. 141. incip. Mutinæ:

11 † vbi dixit, quòd si est concessum priuilegiū monasterio cum suis capellis, tale priuilegium non extenditur ad capellas postea quæsitas.

Septimo facit, quia priuilegium alicui cōcessum, vt de suis rebus collectas soluere nō teneatur, non extenditur ad bona quæsita, nisi talia essent, quæ ex radice priorum bonorum dependerent, vt voluit Archi. in c. de redditibus, 12. q. 2. & latius 16. q. 1. in cap. frater noster, circa fin. Et Et pulchram decisionem facit Cy. in l. fi. C. quæ res pign. oblig. pos.

12 † Octauo facit, quia legatum factum famulis debetur illis tantum, qui erant famuli tempore testamenti conditi. d. l. si ita, & ibi Bar. ff. de auro & arg. leg. Quinimmo si aliqui tēpore testī erant famuli, & tempore mortis testatoris nō etiam illis legatū debetur. l. Titia, & ibi Ang. ff. de manumis. testa. not. in l. cognatis. ff. de reb. dub.

13 † Et legatum factum filiabus debetur illis, quę erant tempore testamenti & non posthumæ, de qua nil fuit dictum. l. qui filiabus, ff. de lega. 1.

14 † Nono facit, quia legatum factum omnibus ecclesiis, debetur illis ecclesiis, quæ erant tempore testamenti conditi, & non ecclesiis postea ædificatis, vt voluit Bald. in d. l. qui filiabus, & ex his consului in hac alma Ciuitate Venetiarum, ꝙ legatum factum congregationibus Cleri ipsius ciuitatis, quo tempore non aderant, nisi sex congregationes, non debeatur aliis congregationibus postmodum creatis.

15 † Decimo facit, quod si quis legauerit suas possessiones huiusmodi legatū intelligitur de illis possessionibus, quas testator habebat tēpore testamenti, vt dixit Pet. de Ancha. in c. iudicante, col. 3. in prin. de test. Quod tamen dicit nō procedere, quādo est factum legatum de rebus, quæ vsu consumuntur, vtputa, si testator reliquit alicui pannos suos, vel frumentum, oleum, siue vinum, & quod testator habebat tempore testamēti est consumptum: Eo namq; casu dicit huiusmodi legatū intelligi debere de vestibus frumēto, oleo, & vino, ꝙ testtōr habere reperitˉ tpe mortis, ita voluit Bart. in l. si ita. ff. de aur. & argē. leg. quod dicit ēt procedere in legato nūmorū, si inter tp̄s testamēti, & mortis esset variata moneta.

16 † Vndecimo facit, tex. in c. tua, el 1. de decim. vbi concessio decimarum facta loco, tanꝙ odiosa futuras non comprahendit: & similiter rescriptum ad lites futuras, lites non comprahendit. c. fi. de rescript. Nec in iudicio moto ius, quod post litem contestatam contingit, includitur. l.

17 non pōt videri, ff. de iudiciis. † Nec arbitriū ad futura extenditur. l. de his, ff. de arbitr. Et similiter pactum ad futura non extenditur. l. tres fratres. C. de pact. nec stipulatio ad futura porrigitur. l. si ita. §. Grisogonus. ff. de verb oblig. similiter iuramentum ad futura non trahitur. capitu. Clericus, de iureiuran.

Duodecimo comprobatur dicta conclusio ex decisione Rotæ nu. 17. quidam patronus, in ti. de præben. in re collect. Bissignetti, quæ voluit, ꝙ si patronus fundauit Capellam in aliqua ecclesia, eidem Capellę dotem assignando ordinans, ꝙ in ea vnus sacerdos perpetuo pro eius anima missam celebret, si antequam Episcopus, vel alius superior, ad quem pertinet dictæ capellæ prouisio fundationem, & dotationem huiusmodi approbaret, & capellam prædictam esse perpetuū simplex beneficium ecclesiasticum decerneret, aliquis impetrasset beneficium spectans ad collationem dicti Episcopi, & post eius gratiā Episcopus eandem capellam in perpetuum ecclesiasticum beneficium instituerit, habens gratiam prędictam illius vigore consequi non poterit eādem capellam, quia tempore datæ suæ gratię, nō erat ecclesiasticum beneficium, & facit optimè tex. in cle. litteras, de rescript. Vbi si mandatur alicui conferri beneficium vacaturum, talis gratia non extenditur ad beneficium postea crea-

18 tum. † Accedat quia proprie, verbum vacare videtur præsupponere priuationē sponsi. c. ne pro defectu, de elect. c. inter corporalia, de præbend. c. dilecto. de concess. præben. Verbum enim vacare quandam priuationem denotare videtur: priuatio autem habitum præsupponit. c. cum accessissent, de consti. ca. ad dissoluendum, de despon. impube. videtur enim præsupponere ibi

19 aliquem sponsum fuisse. † Corroboratur etiam cōclusio prædicta ex his, quæ scribit Gemi. consil. 69. circa primum, vbi dixit, ꝙ si Papa volens disponere ad eius libitum de duobus canonicatibus, & duabus præbendis in Ecclesia Bononiēsi, in qua est certus numerus canonicorum specialiter reseruauit suæ collationi duos canonicatus, & duas præbendas in ipsa Bononiensi Ecclesia, tunc proximè vacaturos. Si post hoc capitulum dictæ Ecclesiæ, vt inibi augmentaret numerum canonicorum, de nouo creauit duos canonicatus, & duas prębendas, quòd reseruatio prędicta ad illos non se extendet. Et ex istis erit firma conclusio, ꝙ in casu præsentis qōnis pēsio cōstitui non poterit sup̄ fructibus Ecclesiæ de nouo ædificatæ, post datam litterarū pensionis, nō obstantibus superius in contrarium adductis.

Hieronymus Gigas.

ROBER-

ROBERTO MAGIO PROTHO-
notario Apostolico.

SVMMARIVM.

1 *Minor recognoscens emphyteusim ab Ecclesia non soluens canonem, an illa priuetur.*
2 *Fragile & infirmum est minoris consilium.*
3 *Maior annis 14. in beneficialibus pro maiore habetur.*
4 *Pensio a beneficio pendet.*
5 *Clericus quicquid acquirit causa beneficij a beneficio dicitur dependens.*
6 *Causa pensionis cognosci non potest, nisi a iudice ecclesiastico.*
7 *Clerici maiores annis 14. minores autem 25. ratione læsionis petere possunt in integrum restitui.*

CONSILIVM CXXIII.



I minori prouisum fuerit de beneficio simplici vel curato cũ dispẽsatione circa defectum ętatis, super cuius fructibus est reseruata annua pensio ducatorum, puta, 20. soluenda cuidam alteri Clerico, cupis certior fieri, vt tuis litteris mihi significasti. An talis minor ob non solutionem prædictę pensionis iucidat in pęnas in litteris reserua
1 tionis ipsius pensionis contentas. † Spe. in ti. de loca. in §. nunc aliqua, ver. 14. mouet similẽ quęstionem in minore recognoscente emphyteusim ab Ecclesia, qui per biennium cessauit in solutione canonis, quęrens, an propterea illi currat tempus, vt res incidat in commissum, iuxta dispositionem, tex. in c. potuit, de loca. & l. 2. C. de iure emphy. & referet, ꝙ Vbertus dicebat, ꝙ sic, arg. tex. in l. si tutoris. C. de admini. tut. Dicẽs tamen, ꝙ eo casu minor restitueretur, præsertim vbi tutor, vel administrator soluendo non esset. l. si ex causa, §. pen. ff. de minor. c. constitutus, de in integr. resti. & hoc procederet si sine dolo soluere cessauerit, si vero dolo, & fraude, ꝙ eo casu cesset restitutio in integrũ. At Mart. de Fano dixit tale tempus minori non currere, & sic ꝙ propter canonẽ non solutũ rẽ non perdat. l. 1. C. de fund. patri. li. 12. & l. fi. C. in quib. caus. in integ. resti. nõ est neces. In casu aũt nostro distinguendũ esse arbitror, ꝙ aut loquimur de minore annorũ 14. aut de maiore annorũ 14. minore tamẽ
2 annis 25. † Primo casu dicerẽ minorẽ annis 14. ob non solutionem pensionis beneficio non esse priuatum, quia eius imperfectæ ætati indulgẽdum est, nã, vt inquit Vlpianus Iuriscõsultus in l. 1. ff. de min. oĩbus constat fragile esse, & infirmum huiusmodi ætatis consilium, & multis captionibus suppositum, multorumq; insidiis expositum, & loquitur de minore annis 25. a fortiori, ergo id dicendũ in minore annorum 14. qui
3 imperfectioribus iudicii est. † Aut loquimur de minore annis 25. maiore autem annis 14. & eo casu dicendum videtur, ꝙ talis minor cessans pẽsionem soluere incidat in pęnas in litteris contentas, quia in beneficialibus causis Clericus, qui annum decimumquartum peregit in iudicio stare potest sine tutore, vel curatore, nec non non ex seipso procuratorem constituere potest, non solum in causis beneficialibus, & spiritualibus quibuscunque, sed etiam in dependentib. ab eisdem, ac si maior esset annorum 25. tex. est
4 in c. si annum, de iudi. in 6. † Nec est dubitandũ, ꝙ pensio sit, quid dependens a beneficio ecclesiastico, cum secundum Imo. in clemen. 1. in §. 1. in versic. circa secundam partem, de supplen. negligen. prælat. Pensio sit certa portio ex mensa, vel beneficio ex causa ad tempus, non perpetuo, separata, & pendet a beneficio, a quo extrahitur, sicuti vsufructus a proprietate, de quo scri-
5 psi in tract. pensio. q. 1. † Quinimmo dependens a beneficio dici potest, quicqnid Clericus acquirit beneficii causa, & illa vendicare potest sine patris consensu, vt per Spec. in tit. de actore, §. 1. in ver. sed cum clericorum, vbi etiam idem dicit esse de acquisitis post clericatum, licet non causa beneficii, quod refert, & sequitur Franch. in dicto c. si annnum, col. 2. ver. in gl. in ver. spiritualibus, & ibidem Domi.

Intellige sane prædicta procedere, quando talia dependentia possunt per iudicem Ecclesiasticum cognosci, vt declarat Franch. ibidem in gl. in ver. dependentibus.

6 † Causa autem pensionis cognosci nõ potest, nisi a Iudice Ecclesitstico, vt scripsi in tract. pensio. q. 99. nu. 3. & nume. 13. Vnum tamen non omitto, ꝙ licet clerici maiores annis quatuordecim, & minores annis vigintiquinque sint habiles ad tractandum causas beneficiales, & spirituales, ac dependentes ab eisdẽ, ac si essent ma-
7 iores. † Nihilominus ratione læsionis poterunt restitutionem petere pro vt alii minores, secundum gl. in l. 1. C. si de moment. posses. & in cap. ex parte, de restit. in integ. vt voluit etiam Petr. de Ancha. in præalleg. c. si annum, quem ibidem Franch. sequitur.

Hieronymus Gigas.

POMPEO PACI IVRE-
consulto Pisaurensis.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium oneratum antiqua pensione transit ad successorem cum onere suo.*
2 *Pensio, collecta, decima, & cẽsus sunt onerosa realia.*
3 *Fructus beneficij sunt deputati pro oneribus illi incumbentibus toto anno.*
4 *Pensio est quædam seruitus beneficio.*
5 *Seruitus cui emphyteuta consensit resoluitur finita emphyteusi.*
6 *Iure datoris resoluto resoluitur ius accipientis.*
7 *Damni quod quis sua culpa sentit, ratio non habetur.*

CONSILIVM CXXIIII.



Hema ad me transmissum, super quo familiare consilium meum requiris tale est: Vacauit beneficium, quod tres impetrauerunt, quorũ vnus assecutus fuit illius actualem possessionem, secũdus iura sua cessit possidenti: Tertius cum possessore diu litigauit, & tandem obtinuit ad sui fauorem sententiam, per quam declaratum fuit, illud beneficium ad se spectare, & possessori in illo aliquod ius non competere, sed teneri illius possessionem victori relaxare, & ad restitutionem fructuum. Verum, quia super dicti beneficii fructibus aderat annua pensio reseruata, cuidam Clerico, quæ lite pendente soluta fuit per possessorem beneficii. Quæritur an in restitutione fructuum detrahi debeat quantitas pensionis solutæ, de qua quæstione etiam ab aliis pluries interrogatus fui? Ideo quid circa eam sentiam, vt tibi morem geram breuiter perstrinstam. Distinguendum puto, quòd aut talis pensio erat antiqua, aut noua, vt puta, reseruata, secundo impetranti ob cessionem iurium per eum factam ad fauorem ipsius possidentis accedente consensu ipsius possessoris.

1 † Primo casu, quando pensio erat antiqua, nõ est dubium, ꝙ pensio soluta computabitur in restitutione fructuum, benefitiũ enim oneratum antiqua pensione transiuit cum suo onere ad successorem, facit tex. in c. 1. de pign. c. eum, §. 1.
2 de dona. † Pẽsio. n. collecta, decima, & cẽsus sũt onera realia, & obligãt possessorẽ c. si q̃s laicus, 16. q. 1. facit tex. in c. 1. de solu. & in l. Imperator,
3 ff. de public. † Accedat, ꝙ fructus beneficii sunt deputati pro oneribus incumbẽtibus beneficio toto anno vsq; ad nouos fructus, vt scribit Domini in c. fi. §. porro, de offit. ordin. in vi.

Secundo vero casu, quando videlicet pensio erat nouiter constituta, cum consensui ipsius possessoris benefitii ob cessionem iurium ei factam a secundo impetrante, & arbitror tunc solutionem pensionis non computandam in restitutione fructuum, quia per litis euentum apparuit illum, qui pẽsioni cõsẽsit, vt Rector beneficii, super cuius fructibus erat reseruata, ius nõ
4 habuisse in ipso beneficio, † cui pẽsio est quędã seruitus, vt scribit Gomes. in reg. de infirm. resignãt. q. 16. & dixi in tract. pens. q. 7. in prin. Ideo illius reseruationi consẽtire nõ potuit, non habens ius in beneficio, quia ad inducẽdam seruitutem necesse est ꝙ ille qui ei cõsentit, sit dominus illius rei cui imponitur seruitus, ad hoc, vt seruitus, transeat etiam ad alium possessorem il-
5 lius rei. † Ideo si emphyteuta seruituti consentiat super fũdo emphyteuticario, illa seruitus durabit tantum, donec durabit cõcessio ipsius emphyteusis, illa autem finita resoluta erit seruitus, vt probatur in c. 1. §. quid ergo, de inuestit. de reb. alie. fact. vbi not. Bal & Aluarot. & idem Bal. in l. 1. §. fi. ff. de superfic. & probatur in l. si cui §. 1. ff quemadmod. seruit. amit. Et idẽ est in feudatario, qui non potest rei feudali imponere aliquam seruitutẽ, quæ post eius vitam duret, vt scribunt Bald. Aluarot. ac alii in d. c. 1. §. quid ergo, Et idem consulendo tenuit Maria. Socin. iunior, in consi 60, nu. 8. in causa cursus Rheni, in 3. vol. ad idẽ Ias. in l. 3. q 8. C, de iur. emphyt.
6 † Facit etiã ad prędicta, quia resoluto iure datoris, seu cõcedẽtis resoluitur ius accipiẽtis. l. lex vectigali, ff. de prgnor. l. si. quis domus. §. fi. ff. locat. l. Statutis Florus. §. Cornelio, ff. de iur. fisc. Tradit Bal. in l. 2. in 13. q. C. de rescin. vẽdit. Nemo. n. plus iuris in aliũ transfert, quàm ad eũ ꝑtineat. l. nemo, ff. de reg. iur. Vnde si ius fuit resolubile in persona consẽtiẽtis pensioni, eodem modo erit in persona eius, in cuius fauorem talis cõsẽsus præstitus fuit iuribus supra allegatis.
7 † Facit etiam, quia ex quo cognitum fuit eum, qui consensit reseruationi prædictæ pensionis ius non habuisse in beneficio non erit habẽda ratio eius damni, quod patitur ex eo qđ dictã pẽsionem soluit, cum id sua culpa sentiat. ca. damnũ, de reg. iu. in 6. l. cohæredes. qui ex facto, ff. famil. ercil. Pensio enim prædicta nouiter assignata non transiuit cum beneficio in eum, cui per sententiam beneficium illud fuit adiudicatum.

Hieronymus Gigas.

PETRO DE BENEDICTIS
Veneto Iurium Doctori.

SVMMARIVM.

1 *Doctori consulenti sine reuolutione chartarum salarium non debetur.*
2 *Hominis memoria labilis est.*
3 *Pensionarius si composuit cum rectore beneficij de soluenda sibi minori quantitate, quàm sit expressum in litteris ualet talis compositio.*
4 *Compositio super solutione decimarum valida est.*
5 *Cõpositio facta sup quãtitate solutionis tributi ualet.*
6 *Pensio nudo pacto remitti potest per pensionarium.*
7 *Priuilegiũ concessũ patri patrono, & militi, vt nõ cõueniatur, nisi quatenus facere possunt ꝑsonale est.*
8 *Donatio facta ꝑsonæ ꝑsonalis est, facta loco est realis.*

CONSILIVM CXXV.



Sciscitasti a me nudius tertius, dum essem in platea Sancti Marci. Vtrum compositio facta inter Rectorem beneficii, super cuius fructibus est reseruata annua pensio, puta Sempronio Clerico, & ipsum pensionarium de soluenda minori quantitate pro pensione, quam in litteris esset expressum valeret, & ad successorem in beneficio transiret: Respondi tunc velle cogitare, & li-
1 bros reuoluere: † Quia doctori consulenti sine reuolutio cartarũ salariũ non debetur, vt ait gl. illa notabilis in c. nõ licet, xj. q. 3. & Spe. in ti. de sala.
2 Aduocat. in prin. † Præsertim, q̃a hoĩum memoria

ria labilis est.l.peregre profecturus,ff.de acquir. possess. Nunc autem petitioni tuæ satisfaciens.
3 †Dico compositionem ipsam valere, quia quilibet in re sua est moderator,& arbiter.l.in re mãdata, ff. mandat.
4 † Videmus enim validam esse compositionem super solutione decimarum, vt in c.ex multiplici, de decim. Ad idem facit text. in capit.statuimus, de transact.& tex. in l.illud,
5 vbi Bart.C. de amon.& tribut.libro 10. † vbi habetur,quòd valet compositio facta inter præsidẽ prouinciæ,& eius subditos super quantitate solutionis tributi, facit etiam text.cum glos. super ver.legitima,in cle.1.de censib.vbi Car.q.12.& tex. cum gl. in ver.nec cõpositiones, in clem.ad
6 nostrã. de cẽsibus.†Comprobatur ista conclusio etiam ex eo, quòd pensio nudo pacto remitti potest perpetuo, vel ad tempus, per ipsum pensionarium, etiam sine superioris licentia,vt per Gomes.in reg.de infirm.resignant.q.16.& idem in compend.vtr.signat.nume.87.de quo scripsi in tract.meo pensio.q.45.per totam.

Modo videndum est an compositio prædicta mortuo Rectore beneficii grauati onere huiusmodi pensionis, cum quo facta fuit sit extincta, vel ad successorem in ipso beneficio transeat, si in ipsa compositione actum non fuerit,quòd cõpositio ipsa transeat in successores componentis in ipso beneficio. Et breuiter dicendum arbitror, quòd si ipsa cõpositio facta fuit intuitu personæ ipsius Rectoris beneficii,vtputa,quia pauper erat, & alia bona non habebat, quàm redditus ipsius beneficii,qui detracta pensione sibi ad vitam non sufficiebant,cuius paupertati compatiens pensionarius contentus fuit ab eo recipere minorem pensionem, & isto casu compositio ipsa cessaret mortuo ipso cũ quo facta fuit, quia personalis est, & cum persona extinguitur, facit tex.in l.priuilegia,& l.in omnibus,ff.de reg.iur.
7 & l.3.§.vlti. de censib. † Exemplũ in priuilegio, quod datur patri, patrono,& militi,vt condemnentur inquantum facere possunt.l.sunt qui,& l.patronus,& l.item miles,ff.de re iud. quorum priuilegium extinguitur cum eorum personis, vt per Dyn.in c.priuilegium personale,in prin. de reg.iur.in 6.Ad idem facit,quòd maritus priuilegium habet a iure,vt condemnetur inquantum facere potest, deducto ne egeat,nam personam mariti sequitur,& cũ illo extinguitur,quia est ei cõcessum solum intuitu personæ suæ, hinc est,quòd extraneus hæres mariti insolidum condemnatur nulla habita ratione ne egeat.l.maritum,cum l.seq.ff.solu. matrim.l.& si fideiussor.
8 §.si maritus,& in l.sciẽdum, ff. de re iud.† Facit, quia remissio facta tali casu illius pluris, quod erat ipsa pensio, de qua in litteris,fuit mera donatio facta personæ illius Rectoris beneficii, & sic non transit in successorem in eo, secundum Abba.antiquum in c.cum venisset, de instit. Accedat quod pactum factum cum vna persona non extenditur ad aliam.l.si vnus.§.ante omnia, ff. de pact. Accedat,quòd renunciatio facta ob causam cessat cessante causa Paris.consi.12.viso themate,colum.fina. nume.91.in primo volum.& renunciatio facta contemplatione vnius personæ non extenditur ad aliam, vt scribit Io. Crot. dominus meus in repet.§.duo fratres, l. qui boues, colum.fin.nu.70.de verb.oblig.

Aut talis compositio facta fuit cum Rectore beneficii, & eius persona nõ est immediate causa ipsius compositionis, sed læsio quædam,vtputa, quia ipsa pensio erat nimis onerosa beneficio, & sic Rector ipsius agere poterat contra pensionarium super illius reductione, de quo latè scripsi in tracta.pensio.quæstio. 35. Et isto casu, quia beneficium est nimis grauatũ, & istud grauamen transit cum ipso beneficio in successorẽ, & per consequens causa compositionis durat, ideo durabit etiam ipsa compositio, nec extinguetur morte eius, cum quo facta fuit. Sed transibit in successorem, exempli gratia, de persona minoris, qui petit in integrum restitui, nam licet probet se minorem non propterea restituitur, nisi probet se læsum, & sic cum læsio sit causa proxima restitutionis, cum persona minoris, vt probatur in l.nam postea.§.si minor,& l. quid si minor.§.non semper, & l.non omnia.ff.de minor. Hinc est, quòd extincta persona minoris non cessat restitutio, quia non cessante causa effectus durat.l.2.§.vlt.& l.generaliter,ff.de do.& habetur per Dyn. in capitu. priuilegium personale de reg. iur.in 6. Hieronymus Gigas.

FELICI TIRANNO Episcopo Vrbini.

SVMMARIVM.

1 *Ius quæsitum alteri ex mero beneficio Papæ potest per Papam tolli sine causa.*
2 *Ius quæsitum ex iure positiuo per supremum Principem tolli potest etiam sine causa.*
3 *Ius quæsitũ iure naturali quãdo ꝑ Papã tolli possit.*
4 *Rescriptum Papæ in beneficialibus quando valeat in alterius præiudicium.*
5 *Pontifex non astringitur regulis cancellariæ.*
6 *Clausula de plenitudine potestatis,quam vim hẽat.*
7 *Papæ auctoritas in beneficijs, & eorum fructibus quanta sit.*

CONSILIVM CXXVI.



Liverius Gigas communis nepos Venetias veniens me tuo nomine saluere iussit, exposuitque te valde cupere a me scire. An ꝑ Papam pensio trãsferri possit de vna persona ad aliam sine cõsensu Rectoris beneficii, super cuius fructibus assignata existit, vt igitur quod cupis a me assequaris præsul religiosissi. quid sentiam paucis accipe. Prima facie dicendum videtur, Papam id facere non posse sine consensu Rectoris beneficii,

ficii, stante regula Cancellariæ, quæ cauetur, quòd litteræ reseruationis pensionis, etiam motu proprio, super alicuius beneficii fructibus expediri non possint, nisi de consensu illius, qui pensionē soluere tunc habebit. Contrariū tamē tenēdum censeo, & moueor, quia Papa transferendo pensionem vni debitam in alium non inducit nouum grauamen, in personam Rectoris beneficii debentis illam soluere, sed est quædā delegatio alteri soluendi, vt in casu simili scribit Paris.in consil.5. nume.86. in 4. vol.

1 † Quinimmo si Papa reseruasset alicui pensionem super fructibus beneficii sine consensu Rectoris illius, posset similiter illam in aliam personam transferre sine consensu illius, cui primo fuerat assignata. Ex quo primus pensionem illā habebat, ex mera gratia Papæ, qui etiā sine causa ex sua mera voluntate, tales ius reuocare posset, & ius quæsitum tollere primo, cui ipsa pensio assignata fuerat, vt per Ange.in l. Anthiocensium, ff.de priuil.credit. & Bald. in l.fi.col. pen. versic.sed immediatè oppono. C.senten.rescin. non posse. Ad idem Bald. in l.qui se patris, col. 11.versic. & scias. C. vnde lib. & late per Felyn. in capitu.quæ in ecclesiarum, nume.68.& num. 72.colum.2.in fi.& colum.3.de constitut.& per Paris. in pręallegato consi.5.nume.87.in 4.vol.

2 † Ius namque iure positiuo, quæsitum tolli potest per supremum principem, etiam sine causa, de quo latè scribit Pau.de Cast.& Alexan. in l.cum hæredes, in princ.ff.de acquir.pos. Abb.in consil.85. illud in summa, & præscriben. post Fely. in d.c.quæ in Ecclesiarum, nu. 36.

3 † Et potest etiam Papa sine causa tollere alicui ius quęsitum iure naturali, quando illud venit tanquàm accessorium ad ius ecclesiasticum, in quo iure ecclesiastico supremam habet potestatem, per ea quæ scribit Innoc.in capi. 2. de vot. & per Felyn.in dicto capit. quæ in Ecclesiarum, nu.66.de constit.

4 † Facit, quia Papæ rescriptum in beneficialibus, valet in præiudicium alterius, etiam sine illa clausula non obstantibus, & hoc quando constat de ipsius Papæ voluntate, vt voluit Bal.in d. cap.quæ in Ecclesiarum, colum. penul. & ibidē Felyn. nume.6. in fine, & latius in capitu. nonnulli, nume.50.& nume.68. de rescript. vbi plura ad hoc congerit.

5 † Nec obstat regula cancellariæ, de iure quæsito non tollendo, quia Pōtifex per illa minimè astringitur. capitu. dudum. §. nos igitur, de præben.in 6. sibi namque, & successoribus suis legem imponere non potest, sed alijs sic. capitu. innotuit, de elect. Abb. in c. bonæ memoriæ, nume.12. de postu. præl. facit tex. in cap. pro illorum, de præben.

6 † Prædicta tamen intellige procedere, quando Papa id facit de plenitudine potestatis, nam ipsa clausula vim habet clausulæ derogatorię ad omnem legem contrarium, continentem etiam clausulam derogatoriam, iuxta magis communem Docto. opinionem vsu receptam, vt attestatur Paris.in pręalleg. consil. quinto. nume.93. & Bald.in prohœm. decretal. col. quarta. versi. Gregorius, & Felyn. in dicto capitulo nulli, nu. 30. de rescript. Et licèt dicta regula de iure quæsito non tollendo, locum habeat etiam quando Papa motu proprio, & ex certa scientia facit cōcessionem, vt est expressum in ipsa regula, in ea tamen nil dicitur de concessionibus per Papam factis de plenitudine potestatis, dēt igitur clausula prędicta in concessione apposita aliquid operari. capitu. si Papa, de priuileg.in 6.l.si quādo, ff.de lega.1.& habetur per Bal.in rubr. C. de contrahen.empt.quęst.10.

Quinimmo Papa procedens ex certa scientia, & de plenitudine potestatis pręsumitur velle præiudicare, etiam illi, cui fuit ius quęsitum, secundum Paul. de Cast. in consil. 105. donatio, colum.secunda. ad quod plura adducit Deci.cō

7 sil. 271. in casu, nume.8.in secundo volum. † Et Pontifici in istis beneficialibus, & fructibus beneficiorum est concessa facultas etiam sine causa, & nullo seruato iuris ordine tollere etiam ius vere in re quæsitum, vt scribit Paris.in dicto consil.5. nu.139.in 4.vol.

Ex pręmissis ergo pręsul Reuerendissime, iā habes mea quidem sententia, veram esse conclusionem supra firmatam, quòd Papa potest etiam sine consensu Rectoris beneficii super cuius fructibus est imposita annua pensio transferre pensionem ipsam in aliam personā. Vale & si quid aliud tua gratia possum iube, & factum puta.

Hieronymus Gigas.

ALEXANDRO FVSCHERIO
Vrbinati Iurium Doctori.

SVMMARIVM.

1 *Decretum irritans afficit etiam ipsum concedentem.*
2 *Clausula ex nunc prout ex tunc est retrotractiua.*
3 *Clausula pdicta operatur, vt cōditio retrotrahatur.*
4 *Incerta dies mortis, vel cessionis pro conditione habetur.*
5 *Gratia conditionalis ante purificationem conditionis imperfecta dicitur.*
6 *Gratia conditionalis ante purificatam conditionem beneficium non afficit.*
Secunda prouisio pura præfertur primæ cōditionali.
7 *Litteræ Apostolicæ ante purificatam conditionem manus Papæ, nec ordinarij non afficiunt.*
8 *De iure ad rem quando non est opus facere mētionē.*
9 *Decretum irritans appositum in gratia conditionali ante cōditionis euentum non afficit conditionem, nec inferiores.*
10 *Decretum irritans non retrotrahitur in gratia conditionali.*
11 *Omnia beneficia a voluntate Papæ dependent.*
12 *Clausula ex nunc: pro vt ex tunc semper ad conditionem refertur.*

Regu-

13 *Regula de iure quæsito non tollendo procedit in iure quæsito pure non autem conditionaliter.*

CONSILIVM CXXVII.



Vaestio super qua consilium meum requiris satis pulchra est, & diligentem inquirit indaginē ideo vt tibi rem gratam facerem, cui plurimum debeo, onus hoc libenti animo suscepi. Constituta fuit, vt scribis, annua pensio, puta, ducatorum 20. auri de camera, Alexādro Clerico super fructibus, redditibus, & prouentibus cuiusdam pręposituræ, accedente cōsensu Benedicti, tunc præpositi præposituræ prædictæ causa iusta subsistēte, vtputa, seruitiorum dicto Benedicto præposito, per ipsum Alexādrnm præstitorum quod fieri potest, per not. in c. fraternitatem, de donat. & per Oldr. cōsi. 221. quidam episcopus, & per Roma. consi. 269. & Petr. de Anch. consi. 226. quæstio præponitur, quam pensionem Papa voluit transire in successorē, in d. pposítura, iux. not. in cap. nisi essent. vbi gl. de præben. & habetur per Doct. in c. ad audientiam, el 2. de rescript. defuncto dicto Benedicto præposito, successit in d. pręposítura Ioannes, qui ante reseruationem prædictæ pensionis gratiam obtinuerat ad eandē præposituram, videlicet. ꝙ cum prædicta præpositura vacare contingeret per cessum, vel decessum dicti Benedicti præpositi, ex nunc, pro vt ex tūc, ipsi Ioanni collata esse censeretur. Cum igitur mortuo ipso Benedicto, gratia d. Ioannis locum habuisset, Alexander sibi intimari fecit litteras suæ pensionis recusat Ioannes præpositus illam soluere dicens, huiusmodi reseruationem pēsionis nullam esse, ex quo in illius reseruatione nō fuit facta mentio de sua gratia anteriori, nec ipse consensum suum præstitit assignationi pēsionis prædictæ, quæris quid de iure sentiam, dicēdum esse.

Videtur dici posse Ioannē modernum præpositum ius fouere, & reseruationem dictæ pensionis Alexandro factam viribus non subsistere.

Primo, quia cum constitutio dictæ pensionis facta fuerit post gratiam ipsius Ioannis, videtur esse subreptitia, & nulla, cum de gratia ipsius Ioānis anteriori mentionem non faciat. ca. si motu proprio, de præben. c. 1. & 2. de fil. presby. in 6.

1 † Secundo facit, quia in gratia dicti Ioannis est appositum decretū irritās, quod afficit etiam ipsum concedentem, per no. in c. si eo tempore, de elect. in 6. & in clem. 1. de conces. præben. in princ.

Tertio facit, quia conditio gratię Ioannis est casualis, ergo ea existente debet retrotrahi ad tēpus datę, non ad tempus existentis conditionis, per not. in d. c. si pro te, de rescrip. in 6. vbi glos. & alii, & Rot. deci. 12. in tit. de præben.

2 † Quarto facit, quia in gratia Ioannis dicitur, quòd cedente, vel decedente Benedicto ex nūc, pro vt ex tunc d. præpositura ipsi Ioanni collata censeatur, quæ clausula est retrotractiua ad tempus datæ quinimmo importat, vt ex quolibet tēpore dici possit actum sumere initium, secundū Ang. Imo. & alios in l. huiusmodi, ff. de ver. obl. vbi plura adducit Alex. & Paris. consi. 26. ex tenore, num. 128. in 4. vol.

3 † Quinimmo dicta clausula ex nunc, pro vt ex tunc operatur effectum, vt conditio retrotrahatur, & vt actus videatur a principio pure factus, Barto. in l. si ita stipulatus fuero, in princ. ff. de verb. oblig. Angel. & Doct. in l. 1. C. de codicil. Alex. consil. 225. visa facti. col. 3. in 2. vol. Paris. consi. 62. num. 23. in 2. vol.

Quinto, obstat regula Cācellariæ, de iure quæsito non tollendo, ius. n. quæsitum erat Ioanni, ꝙ haberet dictam præpositurā in eo statu, in quo reperiebatur tēpore, quo de ea sibi facta fuit gratia, sed eo tempore nulla aderat super illius fructibus, pēsio ergo assignatio pensionis prædictę post dictā gratiam facta erit nulla, aliàs ius quæsitū tolleret cōtra dispositionē regulæ prædictæ.

Sexto facit, quia prima prouisio facta Ioanni, non secunda Alexandro facta præualere debet. c. inter dilectos, de exces. prælat. c. susceptum, de rescript. in 6.

Præmissis tamen non obstantibus, contrariā partem veriorem de iure esse arbitror, videlicet, quòd non obstante gratia ipsius Ioannis moderni prępositi anterior reseruatio pensionis prædictæ Alexandro facta valeat ex infrascriptis.

4 † Primo, quia gratia d. Ioannis est conditionalis: Nam Papa voluit dicta præposituram, cū vacaret per cessum, vel decessum supra dicti Benedicti tunc eam obtinētis esse dicti Ioan. Nec est dubium, quòd incerta dies mortis, vel cessionis pro conditione habetur. l. dies incertus. & l. quibus diebus. §. quidam Titio, ff. de cond. & dem.

5 & not. in l. 1. ff. si cert. pet. † Ex quo igitur gratia prædicti Ioan. conditionalis est, ante conditionis purificationem est imperfecta, & illius effectus stat in suspenso, vt habetur in cle. 1. in prin. de conces. præben. & in cap. si pro te, vbi glos. &

6 Docto. de rescri. in 6. † Gratia autem conditionalis ante purificationem cōditionis beneficium nō afficit. Rot. decis. 9. in tit. de præben. & decis. 4. de offic. deleg. Pendente autem conditione si alius obtineat secundam gratiam puram, ista secunda pura primæ conditionali præfertur, esto quod postmodum eueniat conditio, per text. in d. c. si pro te, & in d. clem. 1. in princ. & ibidem Imo. & Card. in 2. col. Nec implemētum primæ gratiæ secutum post secūdam gratiam operatur in præiudicium Alexandri, cui pendente conditione primæ gratiæ, ius quæsitum fuit, vt retrotrahatur, vt habetur in prælleg. iur. & per Cardin. in d. cle. 1. col. 2. in 9. not. & col. 3. in 2. oppo. & apertius col. fin.

7 † Secundo facit, quia litteræ Apostolicæ conditionales ante conditionis purificationem nō afficiunt manus Papę, nec ordinarii, vt in d. clemen. 1. in princ. in 10. not. & Rot. decis. 2. in titu.

tu. de concess. præbend. in nou.

8 †Nec obstat adducta supra in contrarium. Et primo dum dicitur gratiam secundo loco factã Alexandro reseruationis pensionis fuisse subreptitiam, quia de prima Ioannis mentionem nõ facit, per tex. in d.c. si motu proprio, de præben. & in d.c. 1. & 2. de fil. presbyt. in 6. Nam respondeo, quòd Ioannes vigore suæ gratiæ habebat tantum ius ad rem, de quo non erat opus facere mẽtionem, cum non simus in electiuis, neque in iure patronatus, per not. in c. is qui, de præben. in 6. iuncto tex. in c. relatum, extra eo. tit. & Rot. decis. 16. incip. de more, in titu. de præben.

Secundo respondeo, quòd si Papæ fuisset notificata gratia Ioannis, vtique similiter cõcessisset gratiam pensionis Alexandro vti concessit, ex tam honesta causa seruitii impensi, merito illius omissio vitiare non habet, cum si expressum fuisset illius expressio Papam ab illius concessione non retraxisse, per not. in ca. super litteris, & in c. postulasti, de rescrip. Eo maxime, quia Papa voluit dictam pensionem trãsire ad successores, cogitauit igitur de quocunque successore, & ista cogitatio videtur sufficere. l. iure militari, ff. de testamen. militar. & nota. in l. sub prętextu. C. de transact.

9 †Nec obstat secũdo, dum dicebatur de decreto irritante apposito in gratia dicti Ioãnis, quod afficit etiam ipsum concedentem, quia respondeo, quòd quando decretum irritans est appositum in gratia conditionali ante euẽtum conditionis non solum non afficit concedentem, sed nec alios inferiores, Hinc est, quòd factum ab ipso concedente, vel alio, tenet per text. in d. clem. 1. vbi Card. in 7. not. & in 1. oppositione. Decretum enim irritans regulatur, secundum naturã

10 gratiæ, vt in d. clem. 1. dixit Imol. in 1. col. †Nec dictum decretum retrotrahitur in gratia conditionali, vt not. in iuribus prædictis.

Quod tertio loco dicitur, conditionem gratię dicti Ioannis esse casualem, & illius existentiam retrotrahi debere ad tempus datæ ipsius gratiæ, per not. in d.c. si pro te, hoc procedit quando in gratia, quæ continet cõditionem casualem esset appositum Decretum, cũ aliqua clausula retrotractiua. Tunc enim virtute dictæ clausulæ eueniente postmodũ conditione fieret retrotractio, Quando vero gratia est cõditionalis cum decreto irritante, sine aliqua clausula retrotractiua, tunc consideratur a tempore existentis cõditionis, & non a tempore datæ, vt voluit Cardin. in præalleg. clem. 1. in princ. & in fi. col. & etiã no. in d.c. si pro te, faciunt not. per Archid. in d. c. si pro te, vbi habetur quòd ea, quæ geruntur pendente conditione, dependente tãtum a potestate concedentis operantur, quòd existente conditione gratia non retrotrahitur, faciunt not. in l. quoties, ff. de rei vend. & habetur per glo. in regula qui prior, de reg. iur. in 6.

11 †Papa vero est dominus beneficiorum, & ad libitum disponere potest, cum ab eius voluntate omnia beneficia dependant, vt not. in c. si gratiose, de rescript. in 6. & late per Docto. in c. quæ in Ecclesiarum, de constit.

12 †Ad quartum, de clausula ex nunc, pro ut ex tũc. Dico, quòd illa clausula semper refertur ad conditionem, & ea existente operatur effectum, & antequàm conditio existat, nil operatur, vt per Imol. in d. cle. 1. facit quod scribit Cassador. decis. 3. num. 15. in titu. de præbend. Vbi dixit, quòd dicta clausula ex nunc, pro vt ex tunc, non operatur ex tempore datæ, sed a tempore conditionis impletę, & sic terminus impletæ conditionis, non sermonis prolati attenditur, allegat gl. in d. clemen. 1. in vers. ex nunc, quam ibidem sequitur Card. Petr. de Anchar. Imo. & Bonifac.

13 †Quod quinto loco dicitur, obstare reseruationi dictæ pẽsionis factæ ad fauorem ipsius Alexandri Regulam Cancellarię de iure quæsito nõ tollendo. Respondeo non militare in isto casu quia illa regula intelligitur de iure quæsito pure, non autem conditionali, vt scribit Rom. consil. 256. Approbo sententias, in fin. vbi etiam cõcludit, quòd impetrans in forma communi, nõ tenetur mentionem facere de iure alterius conditionali, per not. in d. ca. si motu proprio, cum glos. de præben. in 6. opinionem Rom. sequitur Fely. in c. super litteris, col. 9. de rescrip. pro qua facit deci. Rot. 20. in titu. de pręben. in nouit. Incipit item supposito, quę alias secundum numerum antiquũ est deci. 321. quę voluit, quòd clausula apponi solita in rescriptis cum alterius pręiudicio, intelligitur de pręiudicio, quod est de pręsenti, secus de præiudicio futuro, quia futu-

14 rum non dicitur proprie præiudicium. †Ad idẽ facit quod scribunt Raph. & Alex. in l. si pater, col. 5. ff. de instit. & substit. vbi dicunt, quòd iura loquentia de filio instituto, locum non habẽt in filio conditionaliter instituto, & eodem modo iura loquentia de soluenda gabella de contractibus, non habent locum in contractibus cõditionatis, vt habetur per Soci. in l. 1. col. 3. ff. de vulg. & pup. Et pro ista opi. plura adducit Gomes. in reg. prædicta. q. 4. vbi ad partes arguit, & tandem ibidem num. 11. dicit quòd opinio Roma. est magis cõmunis, & approbata, & ad obiecta respondet.

Et pro dicta opinione, quòd valeat gratia reseruationis pensionis Alexandro facta, faciunt quæ consulendo scribit Paris. consil. 82. pensio octo ducatorum, per totum, in 4. vol. Vbi in contingentia facti, tenet prædictam opinionem:

15 †prædictis addo, quòd dicta regula de iure quæsito non tollendo, præseruat ius in re, non ad rẽ, & ita intelligitur clausula, quæ apponitur in litteris beneficialibus, videlicet, dũmodo tẽpore datæ litterarum, vel præsentium, non sit alteri ius quæsitum, vt per Io. Andr. & alios in ca. causamque, de rescript. & ita consuluit Calder. consil. 8. ad fi. in titu. de rescript. & Rom. consi. 256. & Staphi. in tracta. de litteris gratiæ & iustitiæ, fol. 31. versi. ex quo infertur.

Hæc

Hæc sunt, quæ pro decisione præpositæ, mihi abs te quæstionis sentio. An autem doctissimi, & pratici curiales vestri, & præsertim Antonius ille Gallesius diligens, & admodum eruditus causarum patronus, in hanc meam decisionem con sentiant, & quid ipse de ea sentias, cuius iudicium, quàm graue sit eamdudum noui, litteris tuis cum occasio dabitur, vt mihi significes, & oro, & obsecro. Vale. Ex Venetiis M. D. L. Cal. April.

Hieronymus Gigas.

HIERONYMO TORGIO MEDIOlanensi Decretorum Doctori, ac Generali ordinis Humiliatorum.

SVMMARIVM.

1 *Resignans beneficium de euictione non tenetur.*
2 *Collatio beneficij est quædam donatio.*
3 *Resignatio beneficij ius non tribuit, nisi a superiore fuerit admissa.*
4 *Causa pensionis cessante cessare debet pensio.*
5 *Causa promissionis cessante cessare debet promissio.*
6 *Obligatio cessat illius causa cessante.*
7 *Datum ob causam causa secuta & inualida repeti potest.*
8 *Iuris effectum non sortitur quod nullum est.*
9 *Permutans beneficium in quo nullum ius habebat non consequitur ius in beneficio compermutato.*
10 *Permutatio potest fieri quando vterque permutantium ius habet in re.*
11 *Equitas spectanda est.*
12 *Sententiæ quòd ius nō competat in beneficio ex causa prouisi de eo pensionem non anullant.*
13 *Venditor de euictione non tenetur si res euincatur culpa emptoris.*
14 *Pensio an corruat quando non apparet sententias latas esse culpa prouisi de beneficio.*
15 *Pensio equiparatur contractibus profanis.*
16 *Quid dicendum, quando sententiæ latæ sunt per imprudentiam ignorantiam, vel malitiam Iudicis.*

CONSILIVM CXXVIII.



ON vt Mineruam instruam, sed vt tibi paream, cui plurimum debeo, vir doctissime, libēti animo calamum sumpsi, & quid sentiā in quæstione, de qua meam sententiam scire desideras, quā breuius potero explicabo, licet consultius fecisses, si tuam mihi opinionem significasses: Id tamen argute factum arbitror, vt meam scruteris opinionem, nūquid quòd tu sentis, & ipse sentiam, veritus fortasse, ne si quæ tua sit opinio mihi significasses, vt tibi aplauderem, in tuā venissem sententiam, quod profecto a naturali instituto meo penitus alienum semper fuit. Nam vt aiunt, amicus Socrates, amicus Plato, sed magis amica veritas. Præmisso igitur quæstionis themate breuib. explicabo quid sentiam. Sempronius Rector cuiusdam parrochialis Ecclesiæ Mediolanensis dicitur dictam parrochialem resignasse in manibus Papæ, ad fauorem Titii, reseruarique sibi obtinuit annuam pensionem, ducatorum 20. auri de camera, super fructibus, redditibus, & prouētibus partim Ecclesiæ prædictæ, & partim super fructibus, redditibus, & prouentibus canonicatus, & prębendæ, quos dictus Titius in cathedrali Ecclesia Mediolanensi obtinebat, Postmodū mota fuit lis docto Titio, super antedicta parrochiali sibi resignata: Et tandem in contradictorio iudicio reportauit contra se tres sententias conformes, per quas declaratum fuit nullum sibi ius competere in dicta parrochiali, de qua sibi prouisum fuerat, ex resignatione dicti Sēpronii, & illius collitiganti adiudicata fuit. Quæritur an portio pensionis prædictæ assignata dicto Sempronio, super fructibus dictorum canonicatus, & præbendæ, quos Titius obtinet corruat sicuti corruit illa, quæ assignata fuit super fructibus dictæ parrochialis resignatæ?

Dicendum videtur prima facie, dictam pensionis portionem non corruere, quia licet venditor de euictione teneatur. c. si venditori, extra de empt. & vendit. & habetur per totum titulū,
1 ff. & C. de euict. † Attamen renūcians beneficiū ad alterius fauorem, nullo iure cautum reperi-
2 tur, quòd de euictione teneatur † est enim collatio beneficii quædam donatio, vt scribit Abb. in c. postulasti, num. 3. de concess. præben. idem in c. relatum, num. 4. & in c. inter cætera, num. 3. & num. 8. de præben. facit tex. in c. fi. de offi. vicar. in 6. quod ideo est, quia prælatus beneficiū conferens, vtitur quadam liberalitate in conferēdo vt in c. relatum, de præben. nam cum possit conferre cui vult, hoc respectu donatio appellatur
3 ipsa collatio. † Prętere a resignatio beneficii, licet fiat ad fauorem certæ personæ. tamen nullū ius tribuit, nisi fuerit per superiorem admissa, & secuta collatio, itaque ius prouisi, pēdet totum ab auctoritate conferentis.

Pro resolutione istius quæstionis distinguendum puto, quòd aut declaratio non iuris Titii, ad cuius fauorem dicta parrochialis resignata fuit, & contra quem late fuere tres sententiæ cōformes superinde, processit ex non iure resignātis, aut processit ex alia causa proueniente ex persona illius, cui facta fuit resignatio. Aut processit propositis exceptionibus, tam contra resignātem, quā Titium resignatarium, & non apparet, ex quibus exceptionibus sententiæ tres conformes latæ sint: Aut processit ex Iudicis imprudētia, ignorantia, vel errore.

Primo casu dicerem, quòd illa pars pēsionis prædictæ, quæ assignata fuit super fructibus canonicatus, & prębendę dicti Titii non debeatur ipsi Sempronio, sed corruat, quia per euentum litis constitit, Sempronio resignanti, nullū ius cōpetiisse in dicta parrochiali Ecclesia resignata:

ta: Verum cum pensio reseruetur ipsi resignan-
ti, ne nimium dispendium ex ipsa resignatione
patiatur, constito de resignãtis non iure, resigna
tio ei nullum parit dispendium, cum non indu
catur priuatio, vbi non est habitus l.decem, ff. de
4 verb.oblig.† Cessat ergo causa assignationis pen
sionis, ergo pensio ipsa cessare debet, c.cum ces-
sante, de appella.c.cum infirmitas, de pœnit. &
remis.c. & si Christus, circa finem, de iureiur.c.
post translationem, versi.cęterũ, extra de renun.
5 † facit, quia promissionis causa cessante, promis-
sio ipsa cessare debet, Roma.consi.417. in propo
sito casu, col.1. post princ. & col.2. versi. quarto
considerandum, & Tiraquel.elegans Doctor.in
tract.cessante causa, in versi. promissionis causa,
6 vbi plura allegat ad hoc facientia. † Facit etiam,
quia cessat obligatio, obligationis causa cessan-
te, vt per Soc.consil.31. prosequendo ordinem,
col.pen.in versicu.quarto etiam probatur, in 1.
vol.& idem Tiraquel.in prælleg. tract. in versi.
obligationis causa.

Item facit, quia Sempronius, qui resignauit
beneficium in quo nullum ius fouebat, si staret
dicta pensio, contra iuris regulam locupletare-
tur cum aliena iactura, quod esse non debet.ca.
locupletari, de reg.iur.in 6.l.vlt. C. de vsuc.pro
empt.ad idem facit text.in l.hoc iure vtimur. ff.
de euict. vbi si contra emptorem opponuntur
exceptiones respicientes personam venditoris,
tunc venditor de euictione tenetur.

7 † Accedat quòd datum ob causam, causa se-
quuta, & inualida repeti potest, tex.est in l.1.C.
de cond. ob causam dat. vbi dos data ob matri-
monium, quod iure impediente stare non po-
test, restitui debet, ideo cum in casu nostro dicta
pensio fuerit assignata, ex causa resignationis di
ctæ Ecclesiæ, si dicta resignatio transtulit in resi-
gnatarium ius inualidũ, & hoc fuit cognitum, &
iudicatum, vtique pensio corruet, tanquàm assi-
8 gnata ex causa, quæ inualida fuit, † si quidẽ quod
nullum est iuris effectũ non sortitur.c.non præ-
stat, de reg.iur.in 6.

9 † Confirmatur etiam prædicta cõclusio, quia
si quis permutet beneficium, in quo ius non ha-
bebat cum alio beneficio, in quo permutans va-
lidum ius fouebat, eo casu ius non consequitur
in beneficio permutato, cum permutatio ex in-
ualiditate sui iuris in beneficio, quod permuta-
tionis causa cessit compermutanti, inualida sit,
ita decidit Petr.de Vbald.in tracta. de permuta.
benefic.col.1.in prin.in versi.tertius casus. Per-
mutatio enim cõtrahitur a Domino rei permu-
tatæ, vel ab eo, qui est loco Domini.ca.venerabi-
li, de except. Sed qui iniuste beneficium tenet,
non est illius verus Rector. Item Episcopus con
fert illi beneficium, loco eius, quod dimittit, sed
cum ipse nullum ius habeat in dimisso nil dimi
sisse dicitur. Vnde licet alias Episcopus potuis-
set illi simpliciter beneficium conferre, quia ta-
men non simpliciter contulit, sed ex causa per-
mutationis, ille nil consequitur, nec salua con-
scientia, posset sibi ex causa permutationis, col-
latum beneficium retinere, & est ratio, quia col-
latio est sibi facta, vt beneficium vacans ex causa
permutationis, & ex ista causa vacare nõ potest,
ex quo permutatio nulla est, simile, de rescript.
cap. susceptum, lib.6. ita scribit Petr.de Vbald.
in prælleg.tract.suo de permutat.benefi.col.1.
10 in versi.tertius casus, num.3.† Permutatio enim
fieri potest, quando vterque permutantium ius
habet in re, vt ibidem per eum, vers. quo ad pri-
mum. Idem tenuit Feder.de Senis in suo tracta.
de permutat.benefic.col.4.q.10. vbi dixit, quòd
si aliquis ius non habens in beneficio, illud per-
mutat cũ alio, si permutatio teneret, quòd quis
per fas, & nefas beneficium acquireret, subdens
quòd non habens ius in re non contrahit per-
mutationem.cap.cum venerabilis, de except.ad
idem Ripa in suis Respons.c.17. num.8. libr.1.
Idem ergo dicendum in casu nostro, quia pen-
sio prędicta assignata fuit ex causa resignationis,
si igitur ipsa resignatio ex defectu non iuris ip-
sius resignantis nullum tribuit ius Titio, qui pẽ-
sioni ex causa prædicta consensit absurdum es-
set dicere pensionem ipsam subsistere per præ-
dicta.

11 † Et huic conclusioni multum fauet æquitas,
quæ spectanda est.l.in omnibus. ff.de reg.iur.&
præfertur iuris rigori.l.placuit. C.de iudi.c.fin.
de transact.l.si tibi, ff.si cert.pet.& quid liceat se-
cundum æquitatem spectatur. c.magne. de vot.
& per æquitatis semitam procedẽdum esse, nos
admonet, tex.in c.quęrenti, de offi.leg.quæ æqui-
tas in istis Ecclesiasticis maxime est spectanda.

12 † Secundo verò casu, quando sententiæ latæ
fuere ex causa proueniente ab eo, cui facta fuit
resignatio, & tunc dixerim, nil imputãdum esse
ipsi resignanti, qui suum bonum ius Titio cessit;
Ideo pensionem ipsam assignatam super fructi-
bus canonicatus, & præbendæ ipsius Titii firmã
manere, argu.text.in l. Lucius Titius, ibi Paulus
13 respondit.ff.de euic.† Vbi habetur, quòd si em-
ptor fundum sibi venditum, non ex culpa ven-
ditoris, sed sua consequi non potuit, vẽditor de
euictione non tenetur. Ad idem est text. & ibi
Bart.not.in l.fundum meum, ff.eo. titu. dicens,
quòd quando res euincitur, facto emptoris, etiã
intercedente venditione, venditor nõ tenetur.
Ad idem est text.optimus in l. hoc iure vtimur,
ff.de euict. vbi est expressum, quòd exceptiones
obiectæ ex persona emptoris, si ipsi emptori ob-
stant venditor non tenetur.

Tertio casu, quando propositę fuere exceptio
nes, tam ex persona Sempronii resignantis, quã
ex persona Titii resignatarii, tunc videndũ erit,
ex qua exceptione Iudex iudicauerit, nam si ex
exceptione Sempronii resignantis, tunc pensio
corruat per supradicta, si vero iudicauerit ex ex-
ceptione competente contra Titium resignata-
rium, tunc secus erit.argu.tex.in l. sed & si, ff. de
14 euic.† Si vero nõ appareret, ex quibus exceptio
nibus latæ sint sententiæ, propositis exceptioni-

bus, tam contra resignantem, quàm contra resignatariũ, eo casu pensio corrueret, nisi resignãs probaret sententias latas ex oppositis ex persona resignatarii, argum. notatorum per glo. in d. l. sed & si, vbi glo. voluit, quòd si res vendita fuerit euicta, propositis coram Iudice exceptionib. tam contra venditorem, quam contra emptorẽ, nec appareat, ex quibus exceptionibus lata sit sententia contra emptorem, eo casu, nisi venditor doceat sententiam latam contra emptorem processisse vigore exceptionum propositarum
15 cõtra emptorem, de euictione teneri: † Nec est inconueniens vti arg. dictorum iurium, & glos. prædictæ in casu nostro, quia pẽsio æquiperatur contractibus profanis, vt per Roma. consil. 339. col. 4. & Gomes. in reg. de infir. resignant. qõ. 16. num. 4. & dixi in tracta. pensionum quæstio. 58. num. 5.

16 †Quarto vero casu, quando sententia processit ex Iudicis imprudentia, ignorantia, vel malitia, eo casu non debet præiudicare ipsi resignanti, arg. tex. in l. si per imprudentiam, ff. de euict. vbi Bartol. dicit, quòd quando res euincitur per ignorantiam, culpam, vel dolum Iudicis, respectu venditoris, res videtur deperdita casu fortuitu, ideo periculum emptoris est, de quo vide ad plenum per Bar. in l. exceptionem, ff. de fideiuss. Ad idem facit text. in l. pecuniam. C. de condit. ob causam dat. vbi tex. dicit, quòd data pecunia licet causa pro qua data est non culpa accipientis, sed fortuito casu secuta non est, minime repeti potest.

Habes iam, quod à me mi Hieronyme cupiebas. Reliquum est vt & ipse abs te quod debes recipiam, debes etenim mihi significare, vtrum quæ pro decisione huius quæstionis scripsi approbes. Responsum expecto. Vale Gigantis tui memor. Ex Venetijs octauo Cal. Apr. 1548.

Hieronymus Gigas.

CAMILLO RODVLPHO IVRISCONsulto Veronensi.

SVMMARIVM.

1 *Pensio etiam laico reseruari potest.*
2 *Buffones, & histriones publici, sunt infames.*
3 *Nec possunt ad clericatum promoueri, etiam pœnitentia peracta.*
4 *Et eis non pœnitentibus corpus Christi exhiberi non debet.*
5 *Redditus Ecclesiastici principaliter clericis assignãtur, vt honeste viuant.*
6 *Bona Ecclesiarum sunt de patrimonio Iesu Christi.*
7 *Publicus buffonus aut publicus histrio quando quis dicatur.*
8 *Frequentatio ex actibus duobus inducitur.*
9 *Statutum faciens mentionem de frequentatione verificatur in duabus vicibus.*
10 *Consuetudo ad maleficium ex duabus vicibus inducitur.*
11 *Dictio frequenter in duabus vicibus verificatur.*
12 *Mulier quando palam quæstum fecisse dicatur.*
13 *Histrio vnde sic dictus.*

CONSILIVM CXXIX.



Vòd scire cupias, an buffoni, & histrioni super fructibus beneficii Ecclesiastici reseruari possit annua pensio, laudo ingenium tuum semper ad aliquid discendum cupidum.
1 † Scies igitur, ꝙ prima facie dicendum videtur quòd sic, quia pẽsio reseruari potest etiam laico, vt scribit Archi. in c. quamuis, in ver. prouideri, de præben. in 6. & Franch. ibidem in secundo not. & ibi etiam Petr. de Anchar. & dixi copiose in tract. pensio. quæst. 21.

2 † Contrariam tamẽ partem amplector, quòd immo publico buffoni, & histrioni pensio super fructibus beneficii reseruari non possit regulariter, & est ratio, quia huiusmodi personæ sunt infames, vt est text. in cap. 1. 51. dist. & in c. præterea, eadem distin. & quarta quæst. 1. c. 1. & l. secũ
3 da §. ait prætor, ff. de his qui no. infam.† Hinc est quòd tales non possunt promoueri ad clericatum, etiam post peractam pœnitentiã, vt voluit Innoc. in cap. cum decorem, de vit. & honestat. cleri. & ibidem Abb. in versic. sed hic quæritur.
4 †Immo eis non pęnitentibus Christi corpus exhiberi non debet de consecrat. dist. 2. c. penult. Indecorum etenim nimis esset istos sic infames
5 de fructibus ecclesiarum ali.†Cum fructus ecclesiarum principaliter clericis assignentur, vt honeste viuant, text. est ad hoc not. in ca. cum non ab omni, & ibi Abb. in 2. not. de vit. & honest.
6 cle.†Sunt nanque bona ecclesiarum de patrimonio Christi c. cum secundum. & ibi not. Abb. in 4. not.

7 † Prædicta sane intellige in publico buffone, & histrione, de his enim loquitur Innoc. in d. c. cum decorem, dicens, ꝙ ad hoc vt repellantur a promotione requiritur, quòd habeant hoc officium in curia, vel quod assuefecerint se in arte illa, secus autem dicit, esse vbi in occulto talia fecissent, maxime ad complacentiam infirmi. Dauid enim licet iustus esset, sępe citharam pulsauit, & chorizauit, & idem dicit esse, si in publico semel, vel pluries hoc fecerint, dummodo non assuefecerint se, cum infamia ea sit, quæ tales a promotione prohibeat Abb. tamen in d. c. cum decorem, tenet, quòd hoc vltimum dictum Inn. non sit verum, dicens, quòd si saltim bis in publico exercuerint, huiusmodi artem causa quæstus efficiantur infames, arg. tex. in l. palam, ff. de rit. nupt. qui tex. innuit mulierem dici quęstum fecisse, si duos causa quæstus admisit, inferens idem dicendum in istis histrionibus, vt histriones, & buffones si causa quæstus bis illam artem exer-

exercuerint, allegat. 25. q. 2. c. ita nos, & tex. in l. 3. C. de episcop. aud. & not. per Archi. in c. illud. 12. distinctio. Opinionem Abb. comprobo: ex
8 †eo, quia frequentatio inducitur ex duabus vicibus, vt voluit glos. in c. monasteria, in glo. secunda, in fine de vit. & honesta. cleric. †quæ dicit, quod
9 statutum faciens mentionem de frequentatio-
10 ne, verificatur in duabus vicibus: †Ad idem facit, quod scribit Archid. in ca. illud, 12. distinct. vbi voluit, quòd ex duabus vicibus inducatur consuetudo ad maleficium. Ad idem gl. in §. fi.
11 in auth. de defens. ciuitat. † quæ dixit, quòd dictio frequenter verificatur in duabus vicibus.

Nec excusaretur aliquis ab infamia artem histrionicam exercendo, si diceret se id facere paupertate opressus, vt sibi lucrum paret ad victum, per text. in præallegata l. palam. §. non est, ff. de rit. nupt. vbi dixit Vulpianus Iurisconsultus, nõ esse ignoscẽdum ei, qui paupertatis intuitu turpissimam vitam elegit.

12 †Vnum non omitto, quòd dum Abb. dicit, quod qui bis in publico artem histrionis, quæstus gratia exercuit, infamis efficiatur. argumento text. in d. l. palam. in §. item quæ cum vno, dicens, quod ibi text. innuit mulierem dici quæstum fecisse, si duos causa quæstus admisit, quòd propterea ille text. non probat, quòd illa mulier, quæ cum duobus causa quęstus se commiscuit palam quęstus fecisse dicatur, immo totum contrarium ibi dicitur, quòd ea, quæ cum vno, & altero pecunia accepta se commiscuit, non videtur palam quæstum facere, nam palam quęstum facere dr̃, quæ passim sine delectu, vel in lupanari, vel in taberna, vel in aliqua domo pudori suo non parcit, vt dicit ibi Iurisconsultus in princ. dictæ l. palam.

13 †Histriones autem dicti sunt ab Histria regione ex qua primum venisse dicuntur, vt Festus asserit, Liuius autem nomẽ huiusmodi illis inditum testatur, quia Hister Tusco vocabulo ludio vocabatur, cuius opinioni assentit Polydorus Vergilius Vrbinas in tract. suo de inuentoribus rerum.

Ex præmissis habes, quod regulariter annua pensio super fructibus ecclesiastici beneficii assignari non poterit histrioni publico, licet tempore Pontificatus Leonis 10. etiam buffoni eam reseruari viderim.

Hieronymus Gigas.

CORNELIO PISAVRO ARCHIEpiscopo Iadrensi.

SVMMARIVM.

1 *Pensio reseruata Clerico pauperi cedit in causam alimentorum.*
2 *Sequestrum fructuum non fit pauperi.*
3 *Depositum sequestrari non potest.*
4 *Alimentorum exactio retardari non debet.*
5 *Alimenta debentur integra etiam si sint relicta ex certo fundo, ex quo tantum non fuerit perceptum.*
6 *Alimentorum sententia appellationem non patitur.*
7 *An sequestrari possint fructus aliorum beneficiorũ, quæ obtinet debitor pensionis pro illius solutione?*

CONSILIVM CXXX.



Doceri cupis Amplissime Præsul, An sequestrum factum de pẽsione reseruata super fructibus ecclesiastici beneficii grauati ad soluendam pensionem teneat? Circa quod cum multiplicibus
1 implicitus sim occupationibus, breuis ero. †Puto igitur dicendum, huiusmodi sequestrum nõ tenere, præsertim quando pensio est reseruata alicui pauperi clerico, quia tali pensio cedit in causa alimentorum, vt scribit Roman. in consil. 388. in casu propositi thematis, & Felyn. in c. ad audientiam, el 2. de rescrip. & Caccialup. in tractatu suo pensio. quæst. 9. & scripsi in tracta. meo pensio. quęst. 51. Alimenta autem non sequestrãtur, facit quod scribit Angel. in l. si fideiussor. §.
2 fin. ff. qui satisd. cog. †vbi dixit, quòd sequestrum
3 fructuum non fit pauperi ne fame pereat. †Idem est in deposito, quod sequestrari non potest, vt
4 in authen. Sed iam cautum, C. deposit. †Facit, quia propter periculum vitæ hominis, in cuius subsidium datur alimentorum exactio retardari non debet, vt not. in l. de alimentis. C. de transactio. & habetur in l. filiæ, vbi Bald. C. de patr. potesta. Ad idem facit quod scribit Bart. in l. Lucius, versic. quæro pone testator, ff. de aliment. &
5 cibar. leg. vbi dixit, †quod alimenta debentur integra etiam si sint relicta ex certo fundo, ex quo quantum sufficit ad illorum solutionem non sit perceptum. Accedat, quòd denegans alimenta præstare, dicitur hominem necare, l. necare, & & ibi Bart. ff. de liber. agnos. †Hinc est quod sen-
6 tentia alimentorum appellationem nõ recipit, vt per Alexand. in l. fin. ff. de appel. recip. & in l. Mella. & l. solent. ff. de aliment. & cibar. leg.

Et hanc opinionem, quòd pensio sequestrari non possit, inueni tenuisse Petrum Rebuffum in concordata Franciæ, in tracta. de pacific. possess. num. 125. allegat Alberi. in authen. sed iam cautum. C. depos. dicit tamen in Regno Franciæ, in practica contrarium seruari. Sed quæro si debitor annuæ pensionis illam non soluat, an sequestrari possint fructus aliorum beneficiorũ ipsius pensionarii, super quibus pẽsio ipsa non est imposita? distinguendum puto, quòd aut extãt fructus beneficii, super quibus pensio ipsa est imposita, & tunc fructus aliorum beneficiorum sequestrari nõ poterunt, quia beneficium super cuius fructibus est imposita ipsa pensio est nominatũ causa taxationis, vt scribit Felyn. in cap. ad audientiam, col. 2. versi. sexta conclusio, de rescrip. Rot. decis. 869. lego pro anniuersario, in antiq. ad idem Salycet. in l. si quis argentum. §. primo. C. de donat. & ibidem Bal. aut ex beneficio grauato

uato onere pensionis nulli fructus sunt percepti, & tunc quia obligatus ad pensionem illam soluere non tenetur, vt per Felyn. in d. cap. ad audientiam,& Caccialup.in tracta.pensio.quæstio. 16.fructus aliornm beneficiorũ sequestrari non poterunt, cum sequestrum non cadat vbi non est debitum, aut is, qui tenebatur soluere pẽsionem fructus ex beneficio grauato ad illius pensionem percepit, sed illos consumpsit,& tũc pro solutione pensionis fructus aliorum beneficiorum suorum sequestrari poterunt.

Hieronymus Gigas.

ANDREAE LIPPAMANO ABBATI.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio regulam firmat in non exceptuatis.*
2 *Pensio beneficio est onerosa, cui est quædam seruitus. Pensio dum in esse deducitur est odiosa.*
3 *Extensio non fit ad casum omissum in materia stricti iuris.*
4 *Mors ciuilis quando non equiparetur naturali.*
5 *Mortis appellatione non venit ciuilis quando ab homine profertur.*
6 *Casus expressus tacitum cessare facit.*
7 *Reseruatio beneficij per cessum, vel decessum non cõprehendit beneficium vacans per priuationem.*
8 *Stilus curiæ Romanæ pro lege habetur.*
9 *Stilus sacri palatij est quoddam ius licet ex facto oriatur.*
10 *Verba litterarum debent aliquid operari.*

CONSILIVM CXXXI.



INGRATVS profecto iudicari deberem, ni votis tuis annuerem pro mea erga te, nobilissimamque familiam tuam veteri, & antiqua obseruantia, cuius vigore præsul optime, tibi dicere possum illud Virgilianum, Tuũ est explorare labor, mihi iussa capescere fas est. Dum igitur (vt mihi retulit Ioãnes filius meus tui amantissimus) a me scire desideras: Vtrum pensio alicui reseruata super fructibus certi beneficii, in euentum, quòd illius Rector cedat, vel decedat, debeatur etiam si Rector ipse propter delictum beneficio priuetur? in hac quæstione de qua etiam plureis interrogatus fui, Dicendum arbitror, quòd tali casu vacãte beneficio per priuationem, super cuius fructibus est assignata, vel assignari mandatur, pensio ipsa non debeatur.

1 † Et moueor primo, quia per expressionem illorum duorum casuum, videlicet, cedente, vel decedente, omnes alii casus exclusi censentur, l.cum prætor, in prin. ff. de iudit. capitu. nonne, de præsumpt.

2 † Secundo facit, quia pensio est beneficio onerosa, cum sit quædã seruitus, & sic sumus in materia odiosa, & stricti iuris, quia pensio dũ inesse deducitur odiosa est, vt scripsi in tract. pensio. q. 96. odia autem restringi debent. c. odia, de regu.
3 iur. in 6. † Quinimmo in materia stricti iuris, ad casum omissum, non fit extensio. l. quicquid astringendæ, ff. de verb. obligat.

4 † Tertio facit, quia mors ciuilis non equiparatur naturali, quando in omnibus non operatur eũdem effectum, quem mors naturalis produceret, quando sumus in dispositione hominis, secundum Cyn. & Bal. ac alios in l. Deo nobis. C. de Episcop. & Cler. & Bart. & alii in l. ex ea parte. §. insulam, ff. de verb. obl. Imol. & Alex. in l. ex facto. ff. si quis rogatus, ff. ad Trebel. & Doct. in c.
5 cum sit, de conuers. coniug. † Et quando profertur ab homine, appellatione mortis non venit mors ciuilis, quando specialiter prouisio facta est de morte, per tex. in c. susceptum, præallegat.
6 † Et quia casus expressus tacitum cessare, facit. l. cum ex filio. §. pe. ff. de vulga. & pup. Mors enim ciuilis tacite venit ex mente disponentis, Barto. in l. hoc iure, ff. de solut. Repetentes in l. Gallus. §. & quid si tantum, ff. de liberis, & posth. & quòd expresso casu vacationis per obitum non veniat vacatio per priuationem, tex. est in extrauagan. Ioannis 22. incipien. ex debito, cap. nos ex causis, de elect. ibi ecclesias, & alia præfata beneficia ecclesiastica per mortem, vel depositionẽ, ac priuationem eorum, qui ea obtinerent.

7 † Quarto facit, quia si fiat reseruatio alicuius beneficii per Papam cum vacauerit per cessum, vel decessum, Talis reseruatio non afficit beneficium vacans per priuationem, & idem erit in reseruatione regressus simili modo facta, decis. est Rot. in dubiis thome Fastoli causa 24. in dubio 47. & ita tenet Aeneas de Falcon. in tract. suo de reseruat. benefic. in 1. q. prin. num. 4.

8 † Quinto comprobatur supradicta conclusio ex pratica, & stilo curiæ, qui stilus pro lege habetur, & ius facit, & in decisionibus causarum allegari potest, quando ius in contrarium non reperitur. c. ex litteris, vbi Abb. in versi. not. quòd stilus, num. 6. de rescrip. Ad idem tex. in c. litteras, de iuram. calumn. Hippo. Mars. Dominus meus in sing. suo 181. inci. stilus curiæ, & facit etiã ius quo ad alios Abb. in c. bonæ memoriæ, num. 12.
9 de postul. præl. † & dixit Rot. decis. 710. nota ꝙ stilus in antiq. quòd stilus sacri palatii est quoddam ius licet ex facto oriatur, de stilo autem curiæ Romanæ, vt pratici curię bene norunt, est quòd quando reseruatur alicui regressus ad beneficium, ad hoc vt comprehẽdat etiam casum priuationis exprimitur in supplicatione, & in litteris desuper confectis, in euentum, in quem per cessum, vel decessum, vel quancunque aliam dimissionem, vel amissionem. Ex quibus verbis liquido cõstat, quòd de stilo curiæ, illa verba per decessum, non comprehendunt casum priuationis, & sic mortis ciuilis, sed naturalis tantum.
10 † Nam si secus diceremus, illa verba, vel quancũque

que aliam dimissionem essent apposita in litteris sine effectu aliquid operandi, quod non est dicendum. c. si Papa. de priuileg. in 6. cum similibus, & ideo dixit Bald. in rubr. C. de contrah. emp. q. 9. quod vnumquodq; verbum in instrumento appositum cẽseri debet appositum cum effectu aliquid operandi, ad idem Alex. consi. 9. col. 1. in 7. vol. Nic. Boer. in decis. 24. in 1. part. suarum deci. And. Tiraq. in tract. de vtroque retra. pag. 816. num. 22. & rursus pag. 822. nume. 43. secundum impressionem Lugduni, Butr. cõsil. 19. quia hic agitur, col. 1. num. 3. l. quoties. ff. de leg. 1. Marc. Mant. cons. 42. viso instrumento, societatis, num. 1. Maynerius in l. semper in stipulationibus, num. 3. ff. de regul. iur. & istam cõclusionem consulendo tenuit Paris. consi. 5. nu. 145. cum sequentibus, in 4. vol.

Hieronymus Gigas.

CAROLO SEMPRONIO IVRISCONsulto Forosemproniensi, Affini dilectissimo.

SVMMARIVM.

1 *Cessante causa cessat effectus.*
2 *Cessante causa ademptionis cessat ipsa ademptio.*
3 *Impetrans rescriptum ad præbendam si post nubat, & post vxoris obitum præbenda vacet an illam cõsequatur.*
4 *Facilius tollitur ius ad rem, quàm ius in re.*
5 *Pensio cessat clerico matrimonium contrahente.*
7 *Dies incerta conditionem importat.*
8 *Clericus an recuperet beneficium amissum per contractum matrimonij, si matrimonium non tenuit.*
8 *Actio semel extincta nunquam reuiuiscit.*
9 *Cessante causa, non cessat effectus iam consumatus.*
10 *Tiraquellus elegans Doctor.*
11 *Gratia conditionalis nil ponit in esse.*
12 *Filij nati ex concubina si eorum pater matrimoniũ cum alia contrahat, & vxore mortua demum matrimoniũ cum concubina contrahat legitimãtur.*
13 *Dictio ex nunc pro ut ex tunc, apposita in gratia conditionali trahitur ad finem conditionis.*

CONSILIVM CXXXII.



E quæstione contenta in themate, ad me tuo nomine trãsmisso, non potui quid sentirem tam cito, vt forte cupiebas ad te scribere, aduersa valitudine aliquãdiu detentus, nunc autem valitudine recuperata te voti compotem reddere statui. Thema igitur super quo familiare consiliũ meũ requiris tale est. Quidam clericus resignauit Parrochialem ecclesiam quam possidebat, ad fauorem alterius in manibus Papæ, & obtinuit sibi reseruari ecclesię prædictæ omnes fructus redditus, & prouentus eius vita durante, & postquam cessauerit dicta fructuum reseruatio, ex nunc, pro vt ex tunc reseruauit, vtputa, Nicolao Gigãti canonico Forosemproniensi, pensionem annuam ducatorum 20. auri de camera, super fructibus redditibus, & prouentibus eiusdem Ecclesiæ, Nicolaus vxorem duxit iuuenculam, quæ demum mortua est, & post illius obitũ cessauit reseruatio fructuum prædicta, morte reseruatarii: Quæritur an Nicolaus dictam pensionem cõsequi possit? pulchra pofecto quæstio est, in qua dicendum videtur, quòd ex quo matrimonium cessauit, quod erat causa impediens illius consecutionem, & cessante dicta causa casus euenit, in quem reseruata erat ipsa pensio, quòd pensio
1 debeatur: † quia cessante causa impediente, cessat effectus, c. cum cessante, de appel. l. adigere. §.
2 quãuis, ff. de iur. pat. † Videmus enim, quòd cessante ademptionis causa, cessat adẽptio, vt scribit Bart. in l. cum seruus, ff. de adimend. legat. & absolutionis causa cessante, cessat absolutio. l. si a te, vbi Soc. in 1. not. ff. de excep. rei iud. & plura ad hoc congerit And. Tiraquel. Regius Consiliarius, in suo tract. causa cessante.

In contrarium autem faciunt infra dicenda.
3 † Et primo, quia si quis impetrauit rescriptum ad vacaturam præbendam, & antequàm vacaret præbẽda matrimonium cum aliqua contrahat, quæ postea moriatur, & post illius obitum vacet dicta præbenda clericus prædictus eandem acceptare non poterit, vt tenuit Bartholom. Brix. in in suis quæst. Dominical. q. 9. incipiente quidã impetrauit rescriptum, & sequitur Tiraquell. in tract. de vtroque retract. pag. 619. num. 9. secundum impressionem Lugduni.

Secundo facit, quia prædictus clericus per rescriptum videbatur habere ius ad dictam pensionem conditionale, videlicet postquam cessaret dicta fructuũ reseruatio, & ad rem. † Facilius
4 autem tollitur ius ad rem, quàm ius in re, vt no. Calder. in consi. 8. in fin. in tit. de rescrip. Card. consi. 61. ad primum, in fine. Rot. decis. 16. licet de more, in titu. de præben. in nou. In quibus locis habetur, quòd facilius derogatur iuri ad rẽ quàm iuri in re, & quòd facilius tollatur ius quęrendum, quàm ius quæsitum, probatur in l. quæ autem, in princ. ff. de his quæ in fraud. cred. l. seruus. C. de pact. l. 1. §. confert, ff. de collat. bon. l. fi. C. de acquiren. posses. Deci. consi. 147. & pro tenui facultate, col. 2. num. 4. in 1. vol. Accedant quæ scribit Gomes. in regu. de iure quæsito non toll. quæst. 4. vbi dixit, quòd illa regula locum
5 non habet in iure ad rem cõditionale. † Sed per contractum matrimonii tollitur clerico ius quęsitum, quia per eum extinquitur pensio, vt supra dictũ fuit, ergo a fortiori extinctũ erit ius quod habebat, ad consequendam pensionem conditionale, videlicet, postquã cessauerit reseruatio fructuum, quæ verba conditionem continent,
6 † quia incerta dies conditionem importat l. dies incertus, & l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de condit. & demon. & not. in l. prima, ff. si cert. pet. & habetur per Cassad. deci. 3. in tit. de preben.

Facit

7 †Facit tertio, quia si clericus beneficiatus matrimonium contrahat, licet ex post declaretur illud matrimonium non tenuisse non tamen recuperat beneficium iam amissum per contractum matrimonii, vt per Doctor. in c. 1. de cler. coniugat. vbi Abb. in 2. col. vers. sed dubitatur, & in c. 1. eod. titu. in 6. & scripsi in tract. pensio. quæst. 54. num. 7. 8. 9. & 11. & est ratio, quia statim, quòd clericus matrimonium contrahit apparet ipsum voluisse mutare vitam suam, nam fecit quantum in se fuit vt contraheret, ita voluti Ioan. Andr. quem refert, & sequitur Barbat. consil. 11. col. vlti. in 1. volum. in princip. Cum igitur pensio extinguatur per contractum matrimonii, sicut per huiusmodi contractum vacat beneficium, videtur dicendum in casu huius quæstionis, quòd clericus qui matrimonium contraxit statim eo contracto effectus sit inhabilis ad consequendam ipsam pensionem, cuius reseruatio præcedebat contractum matrimonii: Nam verum erat dicere, illum habere reseruatam pensionem super fructibus illius beneficii, licet eius exactionem non haberet nisi demum
8 cessante reseruatione dictorũ fructuum, † Et sic dicendum arbitror, quia actio semel extincta non reuiuiscit, licet extinctionis causa cesset. ca. quam periculosum. 7. q. 1. c. quæris, de consecra. distin. 4.

9 †Et tenendo istam partem, non obstant quæ dicebantur de regula cessante causa, quia d. regula limitatur non procederet, quando effectus causæ esset iam consumatus, per text. in l. vlti. in princ. ff. vnde lib. & in l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbo. oblig. & in c. quæris vbi bona, glo. in vers. contrahatur, de consecrat. dist. 4. ca. sane, de renuntiat. c. vlt. de offic. deleg. per quem text. not. ibi Imol. in secundo notab. quòd causa cessante non perit iuris effectus iam consumatus, secus si esset in fieri, ad idem Bart. in l. pluribus. ff. de verb. obligat. & in l. Titia. §. Imperator, colum. vltima, ff. de leg. 2. Anto. de Butr. in cap. sane, colu. 1. de renunciat. & in cap. 2. de bigam.
10 non ordinan. † & circa hoc copiose scribit elegans Doctor Andr. Tiraquell. in præallegato tracta. suo causa cessante, in 12. limitat.

Puto tamen pro vera resolutione propositæ consultationis, considerandos esse duos casus, Primo, an pensio reseruata fuerit a principio, sed eius exactio collata in tempus cessationis reseruationis fructuum, vtputa, si dictum fuisset in litteris reseruamus pensionem annuam, Nicolao Giganti clerico Forosemproniensi super fructibus talis Ecclesiæ soluendam, postquàm cessauerit reseruatio fructuum, Et isto casu cum dicta reseruatio pensionis pura sit per contractum matrimonii extincta erit, quia tempus reseruationis non solutionis attendi debet, argum. tex. in l. defuncta, ff. de vsufruct. Pensio enim alicui reseruata super fructibus ecclesiastici beneficii, per contractum matrimonii extinguitur, vt supra dixi, & ad plenum scripsi in tracta. pensio. q. 54. & pro hoc facit, quod supra dixi, de eo, cui facta est gratia de vacatura præbenda, demum matrimonium contraxit, & post vxoris obitum prębenda vacauit, quòd eam consequi non possit, per decisionem Bartholom. Brixien. quæstio. nona. Nam illud ideo est, quia illa gratia erat pura non conditionalis, sicuti in hoc casu licet illius gratiæ executio collata esset in tempus vacationis præbendæ.

Secundus erit casus, quando pensio non erat reseruata de præsenti, sed ex nunc pro vt ex tũc, cessante reseruatione fructuum, isto enim casu reseruatio istius pensionis est conditionalis, collata in casu cessationis reseruationis fructuum, nec vllas vires habet, nisi a tempore cessationis dictæ reseruationis, & sic est imperfecta, & eius effectus suspensus donec dicta conditio extiterit, vt in dicta clem. prima. in princ. de concess. præben. in cap. si pro te, vbi glos. & Docto. de re-
11 script. in 6. cum enim † gratia conditionalis nil ponat inesse, vt in dicta clem. prima, quomodo dicere possumus, quod matrimoniũ tollat reseruationem ipsam pensionis, cum priuatio de necessitate habitum præsupponat. l. decẽ. ff. de ver. obligat. confirmatur hoc argumento eorum, quæ scribit Abb. in cap. tanta, in 1. colum. in se-
12 cundo notab. qui fil. sint legitim. † vbi notanter dixit, quòd si quis ex concubina filios susceperit, demum ea relicta cum alia contrahat matrimonium, qua vxore mortua cõcubinam in vxorem accipiat, quòd filii per antea ex ea suscepti per sequens matrimonium sint legitimati, non obstante matrimonio, quod ex post intercessit, allegat Ioannes Andr. in regula sine culpa, de regul. iur. in 6. Idem tenuit Goffred. & Hostien. in summa de fil. presbyter. & Alber. in l. cum quis, colum. 3. num. 4. & 5. C. de natur. liber.

13 †Comprobatur prædicta opinio, quia illa dictio, ex nunc pro vt ex tunc, apposita in gratia conditionali trahitur ad tempus conditionis impletæ, & ante illud nil operatur, vt per Imolam in dicta clemen. 1. & Cassador. decis. 3. in titul. de præbend. num. 15. vbi dixit, quòd clausula prædicta ex nunc, pro vt ex tunc, non operatur ex tempore datæ, sed ex tempore conditionis impletæ, vt per gl. in dicta. clem. 1. in verbo, ex nunc, quam ibidem sequitur Petr. de Ancha. Cardin. & Bonifac. Nec prædictis obstat quod supra dixi, quòd facilius tollatur ius quærendum, quàm ius quæsitum per ea quæ scribit Gomes. in regula de iur. quæsit. non toll. quæst. 4. vbi dixit, quòd regula prædicta procedit in iure quæsito pure, secus in iure conditionali, illud enim procedit quando durat causa ablationis, secus ea cessante ante conditionis euentum, vt in casu nostro, Et ita dici posse arbitror, saluo semper iudicio melius sentientis.

Hieronymus Gigas.

ROBERTO MAGIO PROTHONOTARIO Apostolico.

SVMMARIVM.

1 Emphyteota non soluens canonem non priuatur ipsa re nisi Domino volente.
2 Voluntas in mente retenta nil operatur.
3 Debitor ad pœnam non cadit, nisi volente creditore. & num. 5.
4 Actio ad pœnam contrahendam non datur, nec ad vindictam.
6 Pœna ægredi non debet suum auctorem.
7 Actio extincta non reuiuixit.

CONSILIVM CXXXIII.



VT antique amicitiæ nostræ satisfaciam, cuius fundamenta vsque de anno 1512. Bononiæ iacta fuere, vbi a secretis Altobelli Aueroldi Episcopi Polensis, tūc ciuitatis prædictæ, pro sancta Romana Ecclesia gubernatoris, existebas, Ego autem legali scientiæ operam dabam, de eo, quod tuis ad me litteris significasti cupere edoceri: Responsum accipe, Dum alias esses Rector parrochialis Ecclesiæ, de Sacilo Aquilegiensis diœcesis illam ad fauorem cuiusdam N. Saraceni resignasti, reseruataque tibi annua pensio ducatorum viginti auri de camera, super fructibus, redditibus, & prouentibus Ecclesiæ prædictæ extitit, cum regressu ob non solutionem pensionis, Decessit dictus N. non soluta pensione, adeo quòd erat locus regressui, si voluisses, & de Ecclesia prædicta fuit alteri prouisum, Quæris an vti possis tuo regressu contra nouum Rectorem Ecclesiæ antedicta? Circa quod dicendum videtur quòd sic, stantibus litteris dicti regressus, vtendo enim tuo iure nouo Rectori dictæ Ecclesiæ iniuriam non feceris. l. nemini, ff. de regu. iur. Transiuit enim beneficium ad nouum Rectorem cum suo onere.

Secundo facit, quia pensionarius licet primo Rectore viuente, litem super ipso regressu non mouerit, non propterea videtur renunciasse iuri regrediendi sibi competenti. l. cum de indebito. ff. de probat.

Prædictis tamen non obstantibus cōtrarium dicendum arbitror, quia viuente dictæ Ecclesiæ Rectore pensionarius non declarauit mentem suam, quòd intendebat illum esse priuatum ipso beneficio ob non solutionem pensionis, per ea, quæ scribit Bartol. in l. 2. per illum tex. ibi, si
1 non voluerit. C. de iur. emphy. † vbi dixit, quòd ad hoc, vt dominus emphyteosis, ad quem bona emphyteotica reuertuntur, ob non solutionem canonis possit ea consequi, requiritur, quòd declaret voluntatem suam velle illum emphyteotam, qui in solutione canonis cessauit esse priuatum, alias priuatus non intelligitur, & Bartol. sequuntur Angel. Bald. & Salyc. in authen. qui rem, colum. fina. C. de sacros. eccles. Petr. de Anchar. & Imol. in cap. potuit, extra de locat. Alex. consil. 172. viso themate, & scripturis, in fin. in 2. vol. & Deci. consi. 146. & pro tenui, colum. 3.
2 in versic. & pro tenui in primo volum. † Voluntas enim in mente retenta, nihil operatur. l. si re petendi. C. de condi. ob causam dat. Bartholom. Soci. in l. cum quid, colum. vlt. prope finem, nume. 4. ff. si certum petat. Aret. in l. Titia. §. item respondit, ff. de verbor. obligat. Ex quo igitur pensionarius viuente Rectore beneficii, qui cessauerat in solutione pensionis non declarauit velle consequi beneficium vigore regressus sibi reseruari, non poterit contra successorem in beneficio ad illud agere. Facit consilium
3 Roma. num. 164. † prælatus, colum. penultima, vbi voluit, quòd quando a feudatario domino feudi non fuit solutus debitus census, & dominus propterea sibi feudum non abstulit, quod non potest ex tali culpa illud hæredibus auferre, per text. in l. fina. C. de reuocan. donat. & ibi per notata per glos. & in capit. fina. extra eod. ti-
4 tul. & l. omnino. C. de inoffic. testament. † Actio enim ad pœnam, & contra hæredem non datur nec ad vindictam. l. si cum, §. qui iniuriarum, ff. de in ius vocand. & l. penultima. C. de priuat. delict. l. prima. C. ne ex delict. defunct. Et supra dictam opinionem Rotam seruasse in quadam causa Gebennensi, Monasterio de anno 1526. coram Domino Iacobo Petrasancta, tunc Rotæ auditore, attestatur Cassador. in titul. de locat.
5 decis. 2. num. 3. † Debitor etiam ad pœnam non cadit, nisi volente creditore, iuxta nota. in l. 2. C. de iure emphyteot. & in dicto cap. potuit, de locat. de quo Ias. late in prædicta l. secunda, fol. 11. versicu. ibi in ea glos. Et hanc opinionem etiam ex pluribus comprobat Cassado. in præallegata decisio. 2. qui videri poterit, nam eius dicta transcribere non intendo, faciunt etiam pro hac opinione, ea quæ scripsi in tracta. meo pensio. quæst. 73. per totam, & etiam ea, quæ scribit idem Cassad. decis. 3. & decis. 4. eo. tit. de locat. & idem decis. 4. in decisi. super regulis cancellariæ, in rubr. de pensio.
6 † Ad idem facit, quia pœna non debet egredi suum auctorem. l. sancimus. C. de pœn. cap. 2. de his quæ fiunt a maiori par. capit. l. si quis in suo. §. legis. C. de inoffic. testament. l. legem. C. de natur. liber. in fine, in primo responso, de quo scripsi in tracta. de crimi. læs. maiest. in rub. de pœn. quas filii incurrunt patr. commit. cri.
7 læs. maiest. quæst. pri. † morte enim delinquentis pœna extinguitur nec reuiuiscit contra successorem, qui non deliquit, argu. l. qui res, §. aream. ff. de solut.

Ex istis iam habes Ruberte Compater honorandiss. decisum dubium, quod in mente gerebas, & super quo familiare consilium meum expostulasti, Vale antiquæ amicitiæ nostræ memor, Et quia forte etiam super hoc Mariani Socini

cinii iunioris, in almo isto Bononiẽsi Gymnasio ius ciuile legentis, & viri in hac nostra legali scientia admodum celebris, opinionem scrutari voluisti, an idem & ipse sentiat, pro vt certe credo, tui litteris me certiorem reddere non desinas.

Hieronymus Gigas.

ALOYSIO ARDINGHELLO EPIscopo Forosempronienſi.

SVMMARIVM.

1 *Fructus regulariter intelliguntur deductis expẽsis.*
2 *Idem quando fructus nominantur in contractu lucratiuo.*
3 *Pensio æquiparatur contractibus profanis.*
4 *Fructus beneficiorũ intelliguntur deductis expẽsis.*
5 *Fructus fornacis dicuntur deductis expensis.*
6 *Idem in fructu dotis.*
7 *Idem in statuto, quòd de fructibus soluatur gabella.*
8 *Verba gratiæ, vel instrumẽti aliquid operari debẽt.*
9 *Fructus quando a lege proferuntur intelliguntur deductis expensis.*
Lex faciens mentionem de fructibus integris excludit deductionem expensarum.
10 *Statutum quòd condemnatus restituat integros fructus intelligitur deductis expensis.*
11 *Fructus in materia odiosa a lege prolati, etiam si dictum sit integre deductis expensis intelliguntur.*
12 *Secus in materia fauorabili.*
13 *Decimæ sacerdoti non deductis expensis solui debẽt.*
14 *Decimæ prædictæ a Deo institutæ sunt.*
15 *Pensio reseruata clerico, pro sua substentatione est fauorabilis.*
16 *Fructus integri ex dispositione hominis soluendi intelliguntur non deductis expensis.*
17 *Hæres, qui integra legata soluere promisit, tenetur ea soluere non deducta Falcidia.*
18 *Verbum fructus prolatum ab homine circa fructus pendentes intelligitur non deductis expensis.*
19 *Fructus a colono partiario debiti intelliguntur non deductis expensis.*

CONSILIVM CXXXIIII.



INNVMERABILES virtutes tuæ, vitæ integritas, ac summa religio me adeo tibi deuinctum fecere, vt te non dum visum, non modo vehementer diligam, sed enixe colam, mandatisq; tuis parere festinem. Cupis a me scire, vt nemine tuo mihi exposuit Oliuerius Gigas nepos meus, qui Venetiis elapsis diebus fuit? An si a Pontifice reseruata fuerit alicui annua pensio tertiæ partis fructuum, reddituum, & prouẽtuum, Parrochialis Ecclesiæ, vtputa, Montis alti tuę Forosemproniẽsis diœcesis integre persoluenda, talis solutio dictæ tertiæ partis fructuum fieri debeat deductis expensis, vel non deductis expensis, quæ fiãt in
1 colligendis ipsis fructibus. † Videtur prima facie dicendum expensas detrahendas esse, Nam fructus regulariter intelliguntur deductis expẽsis, vt dicunt glos. Bartol. & Docto. vbi Ang. in l. in fundo. ff. de rei vend. glo. in §. ex diuerso, in ver. certe illud, & ibi Docto. instit. de rer. diuis. Bart. in l. cum quæritur. §. vlti. ff. de legat. 3. Specul. in titu. de expen. §. 1. versi. expensæ igitur & probatur in l. fructus, in prin. & l. diuortio, ff. sol. matr. vbi per Docto. & ibi insignis Doctor Do. Guili. Ponta. præceptor meus colendissimus, qui Deo fauente adhuc est in humanis, num. 8. & Anto. Negusant. in tracta. de pignor. in 6. membro secundæ partis, num. 12. facit tex. in l. prima, C. de fruct. & lit. expen. & plura ad hoc accumulat Tiraquel. in tract. suo de vtroque retractu. fol. 545.
2 Ad idem facit, † quia in contractu lucratiuo fructus intelliguntur deductis expensis, per glo. reputatam ad hoc singularem in l. si quis argentum. §. 1. ff. de don. & in l. non amplius, in princ.
3 & ibi Bart. ff. de lega. 1. † Pensio autem contractibus profanis æquiparatur, vt scripsi in tract. pensio. q. 58. nu. 5. & in hoc casu habetur titulo lucratiuo, quia reseruata fuit, Tertio nõ ex aliqua causa onerosa, vtputa, ex eo quòd ipse resignauerit dictam parrochialem Ecclesiam, vel cesserit iuri, quod in ea prætenderet, ergo intelligi de-
4 bet expẽsis deductis, † prçsertim, quia fructus beneficii intelliguntur deductis expensis, Bal. in l. 1. col. 2. versic. Pone impetraui. C. de fruct. & lit. expen. quem sequitur Bertach. in tract. de gabel. in 2. membro 8. par. princ. versi. 6. quæro, ad idẽ Paul. de Castr. in l. non amplius, in princ. ff. de leg. 1. Felyn. in c. ad nostram, col. 1. versic. ex his infertur de rescrip. vbi allegat idem tenere Bart. in d. l. 1. C. de fruct. & lit. expen. vbi Bart. nil scribit de hoc, sed voluit allegare Bal. ibi in versi. pone impetraui, idem tenet Alex. Soc. & Ias. in d. l.
5 fructus, ff. solu. matr. † Et idem dicendum esse in fructu fornacis, quod intelligi debeat deductis expensis tenet Bal. in d. l. col. 2. C. de fruct. & lit. expen. quem sequitur Bertach. loco supra allegato, col. 2. nu. 9. † Et idem est in dote: Nam si mu- 6
lier dedit marito in dotem fundum pendentib. fructibus, eo casu fructus intelliguntur expensis deductis, per text. in præalleg. l. fructus, & habetur per Bald. Nouell. in tractatu de dot. par. 7. priuileg. 35. num. 1.
7 Quinimmo, † si extaret statutum, quòd de fructibus solueretur gabella, eo casu etiam fructus intelliguntur deductis expensis, vt per Bartol. & Angel. in d. l. fructus, quos sequitur Bertach. in præalleg. tracta. de gabel. in 2. membro, 8. part. principalis, in vers. sexto quæro, num. 8. quod tenent in d. l. fructus, Imol. Alex. Ro. & Soc. ac Bal. in d. l. 1. col. 2. versic. modo accidit. C. de fruct. & lit. expen. & licet Bal. & Paul. de Castr. in d. l. fructus. videantur contrarium tenere. Attamen cõmunis opinio est contra eos, quorum motiuis

respondet Alex. in d. l. fructus, col. 1. num. 4. & ibidem Soc. in princ. vbi etiam Iaf. col. 5. versic. Adde quòd licet in decimis, qui omnes tenent, cum opinione Bart. Ang. & sequacium, & hanc esse cõmunem opinionem, attestatur Soci. loco supra allegato.

Pro contraria vero parte, quòd in casu propositæ quæstionis, pẽsio prædicta Tertiæ partis fructuum dictæ parrochialis Ecclesię reseruata Tertio, intelligatur & solui debeat expensis non deductis, facit, quia in litteris reseruationis eiusdẽ est dictum, quòd integre persoluatur, Verbum enim integre sumitur sine aliqua diminutione. c. maioribus, & ca. cum causam, de præben. l. 2. C. de bon. matern. cap. cui de non sacerdotali,
8 de præben. in 6. † Si enim diceremus expensas esse detrahendas, vtique illud verbum integre, esset in litteris appositum frustatorie, quod non est dicendum, quia nullum verbum censetur appositum in instrumento, priuilegio, vel gratia sine effectu aliquid operandi. ca. si Papa, de priuileg. in 6. Bal. in rubr. C. de contrahen. empt. quęstio. 9. Alex. consi. 9. col. 1. in 7. vol. Paris. consi. 5. nu. 145. cum sequentibus, in 4. vol. Marc. Mant. consi. 47. viso instrumento, num. 1. si enim in reseruatione pẽsionis prædictæ, non fuisset appositum illud verbum integre, vtique dicere possemus expensas detrahendas esse, sed eius appositio ne illud verbum de vento seruiat prolatum a Papa concedente pensionem ipsam accedente consensu tunc Rectoris dictæ Ecclesiæ cogimur dicere, quòd prohibeat expensarum deductionem, & istud videtur esse de mente Barto. in d. l. fructus, in versic. si vero refertur ad fructus futuros, vbi dixit, quòd quando verbum fructus prolatum ab homine refertur ad fructus futuros intelligitur deductis expensis, vt in l. fundi Trebationi, ff. de vsufr. leg. & glo. in l. si quis argentum. §. primo. de donat. & hoc nisi aliud sit tacite, vel expresse actum. In casu ergo nostro est actum expresse, vt integre persoluatur pensio, ergo expensæ non deducentur.

9 † Comprobantur prædicta, quia secundum Bart. & alios in d. l. fructus, ff. solu. matr. quando fructus a lege proferuntur, regulariter intelligũtur deductis expensis. Attamen quando lex mẽtionem facit de integris fructibus, tunc fructus intelliguntur expensis non deductis, secundum Roma. in d. l. fructus, qui allegat glo. in l. decem, ff. de fideicommis. libert. & cum Romano tenet Aret. in d. l. fructus, & ibidem Barthol. Soci. col. 2. in versi. secunda conclusio.

Contrarium autem dicunt Bal. & Salyc. in d. l. 1. C. de fruct. & lit. expen. vbi Bal. col. 2. in ver. pone dicit. Dicunt enim si statutum dicat, ꝙ cõdemnatus teneatur restituere integros fructus. Attamen expẽsæ deducentur, & pro eorum opinione allegant text. in l. 1. C. de his, quib. vt indign. Iason autem in d. l. fructus videtur prima facie sentire contra Romanum, in versic. Adde quòd etiam Colonus, postmodum cogitandum dixit, & sic ambiguus remanet, Sed Alex. ore rotundo, tenet contra Ro. quòd etiam si sit dictum de integris fructibus, fiat expẽsarum deductio. Et pro opi. Bal. & Sal. duo potissimum iura adducuntur, videlicet, tex. in d. l. 1. C. de his quib. vt indign. in versic. fructus integros, quem text. Alex. in d. l. fructus, col. 2. vers. idem dicit, Rom. sic inducit, nam ibi dicitur, quòd hęres, qui non vendicauit mortem defuncti, tenetur restituere integros fructus, ad instar malæfidei possessoris, sed malæfidei possessor in restitutione fructuũ deducit expẽsas. l. si a patre. §. fi. ff. de hęre. insti. & l. domum. C. de rei vendicat. ergo &c.

Secundo adducit Alex. pro opinione Bal. cõtra Roma. tex. in l. diuortio, in versic. integros, ff. solut. mat. Volens quòd illud verbum integros, intelligatur, id est, totius temporis, non autem sine deductione expensarum. Ego autem ad tex. in d. l. 1. C. de his quib. vt indign. dico quòd nõ probat, quòd ibi fructus restitui debeant detractis expensis, quia de eis nulla ibidem fit mẽtio, & esset diuinare, sic illum tex. intelligere, nec obstat inductio prædicta Alex. quòd ibi ad instar malæfidei possessoris, non vendicans mortẽ defuncti, teneatur integros fructus restituere, detractis tamen expensis, vt fit in malæfidei possessore. d. l. domum, quia lex prædicta, non vtitur istis verbis, integros fructus, sed dicit cum pensionibus, quas percipit: ergo dicere non possumus, quòd idem in casu illius text. d. l. fi. in quo expressum non est de deductione expensarum, vt fit in d. l. domum, ideo non est bona illatio, de vno casu ad alium, cum sint diuersi. l. Papinianus exuli. ff. de minor. Nec minus facit pro opinione Bald. text. in d. l. diuortio. ff. sol. matri. quia ibi tractatur pro quota parte, vir lucretur fructus dotis, facto diuortio inter virum, & vxorem, & dicitur ibi, quòd vir lucratur fructus pro ea parte temporis, qua durauit matrimonium, & si matrimonium per annum durauit, tũc maritus lucratur fructus integros, hoc est totius anni, vt declarat ibidem prædictus Alex. in 1. col. versi. tertio nota, vbi dixit, quod fructus integri, dicuntur etiam deductis expẽsis, quia illud verbum integri exponitur, id est, totius anni, vel totius temporis, quia etiam quando fructus marito debentur pro parte temporis, quo matrimonium durauit, detrahuntur expensæ, vel secundum Aret. in d. l. fructus dicendum est, quòd quando fructus veniunt diuidendi inter maritum, & vxorem, tunc expensæ deducuntur, sed quando matrimonium durauit integro anno, quo casu maritus lucratur omnes fructus illius anni, tunc non agitur de deductione expensarum, vt per Soc. in eadem l. fructus. sub num. 6.

Tertio, pro opinione Bald. facit text. in l. fundus, in primo rñso, in fi. ff. fa. ercis. vbi tex. dicit, ꝙ nullus casus interuenire potest, qui hoc genus deductionis impediat, ad quẽ tex. patet rñsum, ꝙ illud ꝓcedit, qñ fructus simpliciter ab homine, vel a lege proferuntur, secus qñ adiuncto verbo integri,

integri, vel cum integritate, vel sine diminutione, per infra dicenda.

Quarto pro opinio. Bal. videtur ẽt facere tex. in c. grauis, ibi cum integritate restituere, iunc. glo. ibi in verbo fructus, de restitu. spol. quæ glo. voluit, quòd in omnem casum fructuum restituendorum, tam a bonæfidei, quàm a malæfidei possessore, etiam a prædone, fructus intelligãtur deductis expensis. Dicas tamen text. prędictum non obstare, quia verba illa ibi posita cum integritate, referuntur ad bona ablata, per illum Archidiaconum Monasterio, quę mandantur cum integritate restitui ipsi Monasterio, non autem ad verbum fructus, & quod dixit illa glos. non militat in casu nostro, per infra dicenda.

11 † Possumus etiam dicere, quod supposita etiã opinione Bal. & Sali. pro vera, illa procedit quãdo a lege, vel statuto in materia odiosa, & pœnali, verbum fructus, iungitur cum verbo integri, vt loquitur tex. in d. l. prima. C. de his quibus vt indign. vel quando sumus in materia indifferẽ-

12 ti, vt loquitur text. in d. l. diuortio. † Sed quando lex, vel statutum faceret mentionem de fructib. integris in materia fauorabili, verbi gratia, vt in materia decimarum soluẽdarum sacerdotibus, quæ materia est fauorabilis. l. sancimus. C. de sacrosanct. eccl. & scribit Ias. in d. l. fructus, col. penult. in ver. quod etiam comprobatur, tunc secus dicendum est, quod comprobo, per tex. in c. cum aliquibus, ibi decimas cum integritate persoluant, & tex. in c. ex parte tua, ibi cũ integritate percipias. c. nõ est in potestate, in fi. & c. peruenit, extra de decim. Idem quando dicitur sine diminutione. c. transmissa, ibi sine diminutione aliqua. c. ex parte canonicorũ, in fi. ibi decimas, absq; diminutione persoluant, & ca. cõmissum in fi. vbi tex. vtitur vtroq; verbo, eo. titu. de deci.

13 † Quod autem in prædictis casibus decima soluí debeat sacerdotibus sine aliqua diminutione, vel sine detractione expensarum, text. est in d. c. non est in potestate, circa finem, & in d. ca. cum homines, in c. tua nobis fraternitas, in c. cũ pastoralis. §. expensas tamen, eod. titu. de decim.

14 † Prædictæ nanq; decimæ fauorabiles sunt, vt supra dixi, quia a Deo sunt institutæ, non ab homine. capit. parrochianos, & capit. tua nobis fraternitas. §. verum, de decim. vbi text. dixit decimas esse egẽtium animarum tributum, ad idem text. in c. decimæ. 16. q. 1.

15 † Pensio vero assignata illi clerico, de quo quęritur, qui, vt audio pauper est, vt commodius sustentari valeat, cedit in causam alimentorum, per ea, quæ late scripsi in tract. pensio. q. 51. nume. 10. & num. 12. cum sequenti, quàm autem sit fauorabilis alimentorum causa, multa eorum fauore in iure scripta testantur, quæ a communibus iuris regulis exorbitant, & alias non concederentur, vt not. in l. Mella. & in l. solent. ff. de alimen. & ciba. legat. & in l. 1. C. de fideicõmis.

Facit etiam, quia licet pensio dum in esse deducitur, videatur odiosa, cum per eam dicatur induci quædam seruitus beneficio, attamen postquàm est in esse deducta pro sustentatione præsertim pauperis clerici fauorabilis censetur, de quo scripsi in tractatu prædicto pensionum, quæstio. 96. vbi videri possunt per me scripta.

16 † Vltimo comprobari potest prædicta conclusio, quòd pẽsio prædicta, tertiæ partis fructuum assignata dicto pauperi clerico sibi integre persoluenda, solui debeat, sine detractione expensarum, quia debetur ex dispositione hominis, non legis, vbicunque autem verbum fructus est iunctum cum illis verbis cum integritate, vel sit dictum fructus integros deberi in dispositione hominis, tunc expensæ non deducuntur, vt est glos. in l. decem relata, ad illum text. ff. de fideicommis. libert. quam sic intellexit Alexand. in præallegata l. fructus, colum. 2. circa finem, versic. non obstat. ff. solut. matrimo. vbi respondendum ad illam gloss. dum tenuit opinionem Bal. supra relatam, dixi ipsam procedere in disposi-

17 tione hominis, † facit ad hoc etiam text. in l. finali. C. ad legem Falcid. vbi hæres, qui promisit soluere integra legata, illa soluere tenetur sine detractione Falcidiæ, non enim ea integre solueret si Falcidiam detraheret, ad idem Carol. Ruinus præceptor meus recolendæ memoriæ, consil. 56. in causa & lite, in prima colum. num. 1. in 5. vol.

Non obstant adducta in contrarium, Et primo, quòd fructus intelligantur deductis expensis, quia id regulariter procedit, fallit quando dictum est integros fructus, vel fructus cum integritate, vel sine diminutione, & sumus in materia fauorabili, Nam tunc non detrahuntur expensæ, vt in dictis capitu. cum aliquibus cap. ex parte tua, & similibus supra allegatis, iunctis capitu. tua nobis fraternitas, & cap. pastoralis, in §. expensas, supra adductis, de decim.

Et simili modo tollitur id, quod dictum est de contractu lucratiuo, quòd in eo fructus intelliguntur detractis expensis, per glo. in d. l. si quis argentum. §. primo. ff. de donat. quia similiter illud procedit, quando simpliciter in eo fit mentio de fructibus, nec sunt apposita illa verba cum integritate, vel sine diminutione, vel integri, & pari modo tolluntur, alia superius in contrarium adducta.

18 † Fallit etiam prædicta regula, quòd fructus intelligantur deductis expensis etiam in aliis casibus, in quibus non est expressum quod fructus integri debeantur, Et primo, quando verbum fructus prolatum est ab homine circa fructus extantes in fundo, seu pendentes, nam eo casu de fructibus integris, intelligitur dicta deductione non facta, vt in l. si pendentes, in princip. ff. de vsufruct. & l. quoties, §. si colono, eodem tit. cum aliis iuribus allegatis per Bartol. in supra alleg. l. fructus. in versicu. pro declaratione, ff. solut. matrimo.

19 † Secundo fallit in colono, qui tenetur ad dimidiam

midiam fructuum Domino fundi, nam expensas non detrahit secundum Iacobum de Aren. quem refert,& sequitur Barto.in dicta l.fructus, in versic.tertio quæro,num.5. vbi Alex.Soci.Iason,& alii.

Tertio fallit, quãdo fructus determinate proferuntur,vt puta decem corbes frumenti,ex tali fundo, ideo si statutum diceret, quòd de corbe frumenti soluatur tantum pro gabella,tunc impensæ non deducentur, vt scribit Bartol.in d.l. fructus,sub num.7.& ibidem per alios,maxime Socin.col.pen.num.9.& licet Roma. ibid.limitet hoc nisi quando dispositio legis,vel hominis esset ex causa lucratiua,per text. cum gloss.in supra allegata. l. si quis argentum. C. de donatio. Tamen eius opinio ab aliis reprobatur, præsertim a Socino ibid.num.9. & quamuis cum Bar. circa istam limitationem transeant,alii Doct.in d.l.fructus, attamen contra eam insurgit Ias. in d.l.fructus,col.pe.in versi.octauo principaliter.

Quarto, dicta conclusio non procedit quando essemus in casu, in quo si expensæ deducerẽtur legatum fructuum esset sine vtilitate, quando expensę factę essent circa legatum fructuum, Tali enim casu legatum fructuum intelligitur absque deductione expensarum, vt est text.in l. qui concubinam.§.qui hortus,iuxta glo.notabili,quæ sic declarat,ff.de leg.3.& ita dicit Bart. in l.his verbis.§.fi.ff.eo.& Ias.in d.l.fructus, col.pe. in vers.limita istam conclusionem.

Ex istis satisfecisse puto requisitioni tuæ Antistes integerrime, Religionis speculũ, Reliquũ est,vt opera mea vtaris, si quid in his partib. tua gratia possum,me etenim ad tua vota semper paratissimum inuenies. Vale.

Hieronymus Gigas.

PAVLO MARIO A SECRETIS Illustrissimi Ducis Vrbini.

SVMMARIVM.

1 *Veri iudicis proprium est lites minuere.*
2 *Valor beneficij in impetratione exprimi debet.*
3 *Vrbanus quartus auctor regulæ de valore exprimendo.*
4 *Aestimatio monetæ expresse quomodo intelligatur.*
5 *Collector decimæ illam exigit in pecunia, non in rebus.*
6 *Papa particularem notitiam rerum, & locorum habere non præsumitur.*
7 *Iniuria non fit consentienti.*
8 *In restitutione fructuum habetur respectus ad valorem loci vbi sunt.*
9 *Verba sequentia præcedentia declarant.*
10 *Verba non debent esse absque effectu aliquid operandi.*
11 *Resignans reseruata sibi parte fructuum agit de dãno euitando.*
12 *Resignatarius agit de lucro captando.*
13 *Actus agentium intelligi debent secundum eorum intentionem.*
A sono verborum non est recedendum.
14 *De stilo curiæ exprimitur valor ꝑ validitate gratia.*
15 *De iure communi non est necessaria talis expressio.*
16 *Decima solui debet secundum taxationem beneficij consuetam.*
17 *Verba dicuntur esse signa earum, quæ sunt in anima passionum.*

CONSILIVM CXXXV.



QVAM tibi ex animo deditus sim iam diu nosti Paule mihi plurimum obseruandæ, & quanto me amore ꝓsequaris, pluries expertus sum: Ideo nihil mihi gratius iocundiusue esse potest,quàm desiderio tuo in his, quæ valeo satisfacere, scripsisti ad me controuersiam esse inter duos clericos tibi pari amicitia coniunctos, quorum vterque eam ex mea sententia decidi cupit, ideo rogasti vt onus huiusmodi pro euitandis inter eos litigiis, tuo intuitu libenter susciperem, quod ex corde facio admonitus verbis Innocentii quarti, in concilio Lugdunensi prolatis, de quibus in c.1.de appel. in 6. dicentis cordi nobis est lites minuere, & a laboribus releuare subiectos.

1 †Proprium etenim veri iudicis est lites minuere,vt not.Doc.in d.c. cordi, & est tex.in l.quidã æstimauerunt,in fi.ff.si cert.pe.& in l.2.in prin. ff.de aqu.plu.arcen.l.fratris. C.de transact.l.litibus,in princ. C.de agricol. & censit. lib.11.Videndum est igitur quis eorum in controuersia inter eos vertente iustius induat arma. Quæ talis est vnus ipsorum dum esset Rector cuiusdam parrochialis Ecclesiæ, illam resignauit in manibus Papæ ad fauorem alterius, & ipsi resignanti Papa ne nimium dispendium pateretur ex huiusmodi resignatione reseruauit tertiam partẽ fructuum,redditVum,& prouentuum, Ecclesiæ prædictæ, loco annuæ pensionis per ipsum resignantem propria auctoritate percipiendorum eius vita durante,ac prouidit de ipsa Ecclesia ei in cuius fauorem resignata fuerat, in qua prouisione expressus fuit valor fructuum Ecclesiæ prędictę ad valorem ducatorum 60.auri de camera, accessitque consensus,tam resignantis,quam resignatarii, iuxta stilum curiæ, orta inter eos est controuersia, nam resignatarius prætendit ipsi resignanti solum dare tertiam partẽ valoris expressi,in dicta resignatione,videlicet,ducatos viginti auri de camera, Resignans vero consequi prætendit, Tertiam partem fructuum, reddituũ & prouentuum dictæ Ecclesię,pro vt fructus percipiuntur in ipso loco beneficii, Pro opinione resignatarii faciunt infra scripta.

2 †Primo, quia ad validitatem collationis, & prouisionis, quæ fit per Papam de beneficio, requiritur expressio valoris eiusdem alioquin prouisio vitiatur, vt legitur in regula cancellariæ de va-

3 de valore exprimendo, † Cuius primus auctor fuit Vrbanus quartus,& habetur per Abbatem, & alios in cap.ad aures, vbi late per Felyn.in 3.
4 & 4. col. de rescript.† Et valor, ac æstimatio monetæ expressæ in impetratione,intelligi debet secundum æstimationem loci concedentis,vt scribit Abb.in c.quanto,col.vlt. versic. quid autem in mandato,de iureiur.vbi dixit hoc tenere Guiliel.de Monte Laud. in clem.2. de deci.pro quo facit tex.in d.clem.2.iunct. glo.ibi in vers.consuetam, & ibi omnes, ergo dimidia valoris expressi, erit debita resignanti.
5 † Secundo facit, quia collector decimæ papalis deputatus ad illius exactionem, si beneficiũ est taxatum in centum habere debet decem pro decima in pecunia,non autem consequi poterit decimam partem fructuum beneficii,facit text. iuncta glos.ibi in verbo monetam,in d.cle.2.
6 †Tertio facit, quia Papa reseruando resignanti tertiam partem fructuum beneficii resignati, verisimiliter nõ potuit cogitare de dicta medietate fructuum, nisi pro ea quantitate,in qua fructus fuerũt expresi in supplicatione, & litteris, cum particularem notitiam habere non præsumatur,particularium locorum & rerum. c.1. de constit. in 6.

Quarto facit, quia cum valor fructuum dictæ Ecclesiæ. fit in supplicatione expressus ad ducatos sexaginta auri de camera, & reseruata tertia pars dictorum fructuum resignanti, super qua supplicatione, tam per ipsum resignantem, quã per dictum resignatarium præstitus est consensus,iuxta stilum curiæ, & dispositionem regula-
7 rum cancellariæ,† Resignatarius resignanti non facit iniuriam volens ei dare tertiam partem valoris expresi,in ipsa supplicatione, & litteris.c. scienti,de reg.iur.in 6.facit text. in l.1.ff.de act. empt.& vend.& ca.nemo,de regul.iur.in 6. vbi text.dicit, quòd nemo videtur eos fraudare qui sciunt,& consentiunt,& ex istis dicendum videtur resignatarium ius fouere.

Pro parte vero resignantis,videlicet,quòd tertia pars fructuum Ecclesiæ prædictæ sibi reseruata non in pecunia, videlicet, in ducatis 20.auri de camera,sed in quantitate fructuum, qui colli-
8 guntur ex ipso beneficio debeatur, † facit, quia sumus in reseruatione partis fructuum, in qua non habetur respectus ad valorem secundum quod fit expresio in litteris, sed secũdum quòd fructus in partibus, & loco beneficii valẽt, & ita iudicatũ fuisse in cõtingẽtia facti, ꝑ Rotã testatᷓ Gomes.in reg.de exprimen.val.q.8. sub num.4.

Comprobatur ista opinio ex eo,quòd in litteris reseruationis dictę dimidię partis fructuum, dicitur medietatem fructuum, redditũu,& prouentuum omnium & singulorum dictę Ecclesię propria auctoritate percipiendorum, leuandorum, & colligendorum, quæ verba non possunt adaptari ad ipsos fructus nisi pro vt in partibus, & loco beneficii colliguntur,nec cõueniunt dimidiæ valoris expresi in litteris, quia dimidia valoris expresi nõ potest propria auctoritate capi,& haberi,sed esset capiẽda de manu Rectoris ipsius Ecclesiæ iuxta consuetum stilum,quando certa quantitas pecuniæ debetur pro annua pẽsione,vt nos edocet experientia rerum magistra
9 c. quam sit de elect.in 6.† Verba enim dictarum litterarum,quæ sequuntur,videlicet,propria auctoritate,&c. præcedentia declarant. l. si seruus plurium §.fin.ff.de leg.1.ibi itẽ earum, quæ præcedunt,& quæ sequuntur.Ad idem glo.in c.causam quæ,in ver.præcedat,de rescrip. Nã si secus diceremus,videlicet, ꝙ dimidia fructuum reseruata, cẽseretur dimidia valoris in litteris expresi, vtiq; illa verba propria auctoritate tũc essent in litteris superflua,quod non est dicendũ, quia
10 † verba gratiæ non debent censeri apposita sine ministerio aliquid operãdi, vt scribit Bal. in ru. C.de contrah.emp.q.9.Alex.consi.9.col.1.in 7. vol.& est tex.in c.si Papa,de priuil.in 6. ad idem tex.in l.quotiens.ff.de solu.Butr. consi.55.videtur primo aspectu,in princ.c.Abbate,de verbo. sign.Et hanc opinionem tenuisse omnes Dominos de Rota attestatur Gomes. Rotæ auditor in præalleg.q.8.nu.4.in regu.de valore exprimen.
11 †Pro ista opinione Gomes.loco pręalleg.dicebat verba reseruationis prædictæ intelligi debere secundum mẽtem resignantis,qui agit de dã-
12 no euitando.† Resignatarius autem de lucro captando, arg.l. fi.§.in computatione.C.de iu.de-
13 lib.†quia actus agentium secundũm eorum intentionem intelligi debẽt.l. obligationum substãtia,ff.de act.& oblig. At ego dico, ꝙ modo nõ sumus simpliciter in cõtractu qui solo pattium cõsensu perficitur,quia in casu nostro solus partium cõsensus nil operatur, sed totum negociũ pendet ab auctoritate Pontificis cõcedentis, vt scribit Cassad.decis.4.nu.5.in ru.de locat.Et ꝓpterea non resignantis,& resignatarii mens simpliciter est attendenda, sed ipsius Papę concedẽtis,qui in istis beneficialib.potest quicquid vult cle.1.vt lit.pendent.c.2.de præb.in 6.facit text. in l.si seruus plurium.§.fi.ff.de lega.1. vbi mens testatoris in legato spectanda est, Papæ aũt mẽs in isto casu manifeste colligitur, in illis verbis, litterarum ꝓpria auctoritate, &c. vt supra dixi, & ista est vera ratio, non ea quam Gomes adducit,Videmus etenim,ꝙ etiã sine resignatarii consensu, Papa potuisset resignanti reseruare dictã tertiã partem fructuum Ecclesiæ resignatæ, per ea quæ scribit Fely.in c. ad audientiam,el 2.col. 2.nu.5.& sequentibus,de rescrip. & Caccialup. in suo tract.pen.q.5.

Nec ob.ꝙ fructus prędictę Ecclesiæ in litteris
14 sint expresi ad ducatos 60.auri de camera. † q.i dicta expressio facta est nõ ꝓ validitatẽ reseruationis fructuũ, quia illa nõ indiget tali expressione,sed facta est pro validitate prouisionis ipsius resignatarii,quæ sine ea fuisset inualida, ꝑ dictã regulam cãcellariæ,de exprimen. val. vt late scri-
15 bit Felyn.in d.c.ad aures, de rescrip.† quæ tñ expresio de iure communi non fuit introducta,

nec est de eo iure necessaria, vt voluit glo. in cle. 1. de præben. & per Abb. in d. c. ad aures, vbi Felyn. col. 3. in versi. prima conclusio, nu. 11. & per Card. & Imol. in d. clem. 1. de præben.

16 † Ad illud, quòd collector decimarũ papaliũ non in fructibus, sed in pecunia decimam exigat. Dicẽdum est, ꝙ ex eo procedit, quia decima exigi debet secundum taxam beneficii consuetam, non secundum quantitatem fructuum bebeneficii, clem. si beneficiorum, de decim. & per Bellenz. in tract. de subsid. carit. q. 80. & q. 82. & taxa beneficii facta pro solutione decimæ semper durat, quando facta est ab habente auctoritatem, vt est deci. Rot. nu. 66. in antiq. Nota quòd vbi beneficium, quomodo autem fiat dicta taxa pro solutione decimę, declarat Bellenz. in præal leg. tract. q. 80. Et quæ dicatur taxa consueta per eunde. q. 82.

Nec obstat, quòd tertio loco dicebatur, quòd Papa videtur cogitasse de medietate fructuum habito respectu ad valorem expressum in supplicatione, & litteris, quia dico, quòd quotiẽs mẽs Papæ aperte constat ex verbis, vt in isto casu, ex supradictis tunc non est eundum per coniecturas, quia illis in incertis non certis locus est. l. cõ 17 tinuus. §. cum ita, ff. de verb. obl. † Intentio enim & mens hominis a sono verborum deprehenditur, cum verba signa esse dicantur earũ quę sunt in animo passionum notæ, vt in l. Labeo. §. idem Tubero, ff. de suppel. leg. c. 1. de testi. & in cap. super litteris, de rescript. & vtrobique Bal. Papa nãque in hoc casu expresse declarauit velle resignãti reseruare tertiam partem fructuum, pro vt fructus ex beneficio colliguntur, vt constat ex illis verbis propria auctoritate percipiendorum, leuandorum, & colligendorum. Et ex his patet etiam responsum ad alia, quæ supra pro alia parte adducta fuere.

Ex prædictis igitur cõcludo resignantem ius fouere, nec audiendum esse resignatarium dicẽtem velle resignanti dare dimidiam fructuum dictæ Ecclesiæ, iuxta expresionem valoris fructuum, de qua in litteris prouisionis sibi factę de ecclesia prædicta, sed ipsi resignanti debitam esse vigore ante dictæ reseruationis iustam tertiã partem omnium, & singulorum fructuum redditũum, & prouentuum ipsius Ecclesiæ pro vt colliguntur.

Hieronymus Gigas.

THEODORO PERREGRINO IVrisconsulto Veronensi.

SVMMARIVM.

1 *Procuratio ordinario visitanti debetur.*
Quæ etiam est annexa visitationi.
2 *Nemo suis stipendijs militare cogitur.*
3 *Pensionarius tenetur ad solutionem Papalis decimæ.*
Item tenetur ad solutionem caritatiui subsidij.
4 *Decima, & caritatiuum subsidium soluitur super fructibus beneficij.*
5 *Procuratio datur episcopo, vel eius vicario visitãti. Ad quam non tenetur pensionarius.*
6 *Pensio imponitur super fructibus beneficiorum.*
7 *Rector beneficij, & qui visitantur procurationem ordinario visitanti soluere debent.*
8 *Visitatio Ecclesiarum fit magis intuitu personarũ, quam rerum, ideo fit expensis subditorum.*
9 *Visitatio pertinet ad curam animarum.*
10 *Cura animarum est ars artium.*
11 *Procuratio debita Prælato visitanti præscribi non potest.*
12 *Prælatus potest compellere subditos ad solutionem procurationis.*
13 *Prælatus loca pauperum visitare tenetur suis expensis.*

CONSILIVM. CXXXVI.



CVM sicuti litteris tuis mihi significasti calde cupias, certior fieri an habens pensionem sibi reseruatam super fructibus, redditib. & prouẽtibus alicuius parrochialis Ecclesiæ, teneatur pro rata suę pensionis, cum ea sibi non exempta ab onerib.
1 reseruata extiterit, † Ad solutionem procurationis, quæ ordinario visitanti debetur? cum procuratio sit annexa visitationi. ca. cum venerabi-
2 lis, de censi. † & nemo suis stipendiis militare cogatur. c. cum ex officii, de præscrip. ca. cum secũdum de præben. Ideo, vt tibi satisfaciam, cui plurimum debeo, ob egregias animi tui dotes. Accipe quæ mea sit sententia. Videtur prima facie di-
3 cendum quòd sic, † quia videmus, quòd pensionarius tenetur pro rata pensionis ad solutionẽ caritatiui subsidii episcopo, & etiam decimæ Papalis, vt voluit Bellenz. in tracta. de subsid. caritat. q. 37. & q. 75. Dec. consi. 157. statutum cathedralis Ecclesiæ, in 1. vol. Imol. in clem. si beneficiorum, col. 1. versi. quarto quærit, gl. de decim.
4 & dixi in tracta. pensio. q. 59. † Huiusmodi enim onera decimæ, & subsidii caritatiui imponũtur respectu fructuũ, vt in locis prædictis, facit text. in c. conquerente. de offic. ordin. iunct. c. cum
5 apostolus. §. prohibemus, de censi. † Constat autem, quòd similiter procuratio datur episcopo, vel eius vicario visitãti. c. decernimus. c. episcopum, & c. relata, 10. q. 1. c. cum venerabilis, extra de censi. de qua visitatione scripsi in tracta. meo de resident. episcop. c. 12.

Breuiter prædictis non obstantibus, Dico pẽsionarium non teneri ad onus huiusmodi procurationis pro rata suæ pensionis, Nam clarum est, quòd pensio imponitur super fructibus beneficiorum, vt stilus curię, & experientia rerũ
6 magistra nos edocet, † Et hinc est, quòd pensionarius tenetur ad solutionem decimæ papalis, &

& caritatiui subsidii, quia sunt onera realia, & imponuntur respectu fructuum beneficii, vt dixi in locis supra allegatis in tracta. pensio. & facit tex. in d. c. conquerente, iuncto præallegato
7 c. cũ Apostolus. §. prohibemus.† Procuratio autem, quæ ordinario visitanti soluitur, debet solui per Rectorem beneficii, & eos, qui visitantur, vt in ca. cum ex officii, de præscript. Abb. in c. vt
8 præterit, num. 4. de elect.† Vbi dixit, quòd expensis subditorum Prælatus visitat, hinc est, quòd pẽsionarius ad illius solutionem nõ tenetur, vt voluit Bellenz. in d. tract. de subsid. caritat. q. 37. & ratio est, vt ipse dixit, quia visitatio propter quã debetur procuratio fit magis intuitu personarũ quàm rerum, idem sentit Gomes. in regu. de an
9 nal. posses. q. 21. num. 20.† Visitare enim est curã
10 animarum exercere,† quæ est ars artium. c. cum sit ars, de æta. & qualit. Ideo visitatio pertinet ad curam animarum, vt no. glo. in c. mandamus, de offic. Archi. & probatur in c. dudũ, el 2. de elect.
11 & in c. cum satis, & c. fin. eo. titu.† Hinc est, quòd procuratio, quæ debetur prælato visitanti, præscribi non potest. c. cum ex officii, de præscript. Si enim procuratio non daretur, visitatio negligeretur, vt scribit Pauinus in tracta. visitat. q. 4.
12 num. 22. 23. & 24.† Immo prælatus visitans potest subditos compellere ad soluendam procura
13 tionem. ca. cum nuper, de censi.† Tenetur tamẽ loca pauperum visitare suis expensis, vt per Pauinum in d. tract. visitat. q. 6. num. 8.

Hieronymus Gigas.

OTTONELLO PASINO IVRISCONsulto Patauino.

SVMMARIVM.

1 *Pensionarius agens super spolio quando de titulo docere teneatur.*
2 *Confeßio spoliatoris an sufficiat ad probandum titulum pensionarij spoliati.*
3 *Titulus per electiouem, & canonicam institutionem probatur.*
4 *Pensio non nisi ex Pontificis, vel alterius superioris auctoritate obtineri potest.*
5 *Titulus spoliati quando probetur per confeßionem spoliatoris in beneficio, vel pensione.*
6 *Confeßio spoliatoris de titulo spoliati non probat titulum quando agitur de illius canonizatione.*
7 *Probatio tituli leuior requiritur quando agitur de spolio.*
8 *In confessum nullæ sunt partes iudicis nisi in condemnando.*

CONSILIVM CXXXVII.



Vm aduersa tenearis valitudine, quod mihi admodum permolestũ est, nec propterea libros reuoluere in præsentiarum valeas, Rogasti me vt pro cõmodo amici tui, quem diligere plurimum asseris quid sentiam circa infrascriptam quæstionẽ tibi aperiam, cum autem pro lunga, & inueterata, quæ inter nos intercedit amicitiam nil mihi gratius, iocundiusue esse possit, quàm tibi rẽ gratam facere prouinciam hãc libenti animo susce
1 pi.† Edoceri cupit, Amicus ille tuus, quòd cum spoliatus perceptione annuæ pensionis, quãdo in illius exigendi possessione longo tẽpore non fuit, teneatur docere de suo titulo ad finem obtinendi restitutionem, per ea quæ voluit Rot. decis. 4. in nouis, & late scripsi in tracta. pensio. q.
2 46. num. 3. & 4.† An ad probandum titulum ipsius pensionarii sufficiat confessio spoliatoris? vtputa si in iudicio spoliator dicat, quòd pensionarius potuit licite spoliari, quia licet sibi fuerit reseruata pensio super fructibus illius Ecclesiæ, tamen talis reseruatio fuit per iudicem declarata inualida, & tamen nil probauit de hoc?

In ista quæstione videtur dicendum per confessionem spoliatoris non probari titulum pensionarii actoris spoliati, per nota. per Doctores in c. eum qui, de eo qui mitt. in posses. & cap. pri
3 mo, de confes. in 6.† Titulus enim per canonicã electionem, & institutionem, siue collationem probatur in beneficio, 2. quæst. prima, cap. legum, de instit. c. ex frequentibus. cap. primo, de reg. iur. in 6.

4 † In contrarium tamen est veritas quòd immo super spolio pensionis ex confesꝭsione spoliatoris titulus spoliati probetur, cum tali casu probatur ex cõfessione spoliatoris titulus beneficii, quando de spolio agitur, vt tenuerunt Domini de Rota decis. 408. Fuit dubitatum in nouis, alias est decisio, 411. fuit dubitatum vtrum confessio, in nouis, & hoc est in odium spoliatoris, propter quod multa specialia contra iura statuuntur, vt in clem. vnica, de caus. posses. & proprietat. & in c. pastoralis eodem titulo. & in cap. in litteris, de restitutio. spolia. cap. finali, de ord. cognit. Ad idem est decisio. Rot. num. 421. fuit dubitatum vtrũ, in nou. Et licet decisiones prædictæ loquantur in titulo beneficii. procedunt
5 etiam in titulo pensionis,† quia sicuti beneficiũ ecclesiasticum, non potest sine canonica institutione obtineri, cap. primo, de regul. iur. in 6. Ita pensio sine Papæ, aut alterius ad id potestatem habentis auctoritate obtineri nõ potest, de quo plene scripsi in Tractatu pensionum, quæstio. 6. Præterea si in spolio beneficii sufficit confessio spoliatoris pro titulo, vt supra dixi, & beneficiũ ecclesiasticum est, quid longe maius pensione, a fortiori in pensione id dicendum erit, authen. multo magis. C. de episcop. & cler. Et quòd pro titulo colorato sufficiat confessio spoliatoris, tenuit etiam in spolio benefitii, Cassador. decisio. 8. num. 6. in titulo de restitut. spoliat.

6 † Ad allegata in contrarium dicas, quòd procedunt, quando tractatur de adiudicatione beneficii, vel canonizatione tituli eiusdem, illo. n. casu titulus non probatur per confessionem aduersarii,

uersarii, vt voluit Rot. in præalleg. decisio. 408. in princip. & decisio. 421. in princip. in nou. & Nicol. Boer. decisio. 89. nume. 2. in prima parte, decisio. 293. nume. 2. in secunda parte, & Felyn. latè in capitu. olim, colum. quinta, post princ. in versicu. dicit, etiam Domini. post Ioan. And. in capit. primo. colum. prima de eo, qui mit. in
7 in posses. in 6. † Secus vero quando agitur possessorio recuperandæ, in quo iudicio sufficit leuior tituli probatio, quæ est coloratio possessionis, argumento text. in capitu. cum in nostris, de concess. præbend. & in capitu. in litteris, de restitut. spol. & capitu. ex parte, eodem titu. vbi Innocē. scribit, quod ad effectum restitutionis obtinendæ, sufficit probare, quòd spoliatus fuit in possessionem inductus per eum, qui ad id auctoritatem habuit de iure, vel de consuetudine. † Sed
8 in præsenti casu, sufficit ad condemnādum spoliatorem eius confessio, cum in confessum nullę sint partes Iudicis, nisi condemnando. capit. per inquisitionem, de elect. & in ists terminis procedit decisio Capellæ Tholossanæ, nume. 473. & decisio. Rotæ. 421. Nam vt inquit Ouidius,

Non est confeßi causa tuenda rei.

Vale amicorum optime: & valitudinem cura.

Hieronymus Gigas.

IOANNI DE LA CASA ARchiepiscopo Beneuentano.

SVMMARIVM.

1 *Verba simpliciter prolata casum verum non fictum comprehendunt.*
2 *Pensio est onus reale, & sequitur poßessorem fructuum beneficij.*
3 *Delegatio facta præposito alicuius ecclesiæ pertinet ad eum, qui eam poßidet licet canonicum non habeat titulum.*
4 *Pensio inhæret fructibus beneficii.*
5 *Intrusus, & iniustus poßessor melioris conditionis esse non debet, quam iustus poßessor.*
6 *Pēsio antiqua an solui debeat per intrusum, & quid sit in pensione noua.*

CONSILIVM CXXXVIII.



Rasmus Gemini de Cesis clericus Spoletanæ diocęsis familiaris tuus, me nomine tuo enixe rogauit, vt ad te scriberē quid sentiam de infrascripta quæstione, quo mihi profecto gratius quicquam accidere non poterat, si quidem ob innumerabiles virtutes tuas, ac pręclaras animi dotes, præcipuamque in viros litteratos liberalitatem, munificentiamque te semper vnice colui. Voto igitur tuo satisfaciens, rem aggrediar subiiciens imprimis quæstionem, super qua quid de iure sentiam, scire desideras, quæ talis est. Reseruata fuit per Sanctisimum D. N. Iulium III. annua pensio, cuidam clerico super fructibus, & redditibus, & prouentibus, cuiusdam præpositurę in cuius possessione intrusus adest excluso verò illius pręposito, & iustum & canonicū titulum habente. Dubitatur quis istorum pensionē prædictē soluere teneatur, videlicet, an intrusus, vel verus dn̄s prædictæ pręposituræ. Dicēdū prima facie vr̄, ꝙ verus dominus dictæ præposituræ illā soluere teneatur, quia in litteris reseruationis prædictæ pēsionis dicitur per talem dictæ pręposituręe prępositum, & eius in eadem successores persoluendam, Verbum enim successor intelligi debet, de vero, & legitimo non de eo, qui titulū nullū hēt. Intelligēda enim verba sunt ad ius, iurisque intelligentiam, non ad factum,
1 vt per Cassador. deci. 4. in tit. de priuileg. † facit, quia verba simpliciter prolata casum verum nō fictum comprehendunt, vt est text. ad hoc not. in l. prima. §. hoc interdictum, vbi notat Barto. ff. de font. & facit tex. in l. fi. C. de his qui vend. ætat. impetr.

Contrarium autem verius esse sentio, videlicet, quòd licet quis verum, & legitimum titulum habeat, quando possessio dictæ pręposituræ ab alio per Tirannidem, vel intrusionem detinetur, verus prępositus ex quo non possidet, astringi non potest ad soluendam ipsam pensionem, quia cum sit reseruata super fructibus dictę pręposituræ, † & pensio sit onus reale, & per conse-
2 quens sequatur possessorem fructuum ipsius pręposituręe, sicut dicimus de collecta soluenda. l. 2. & 3. C. sin. cens. vel reliq. & facit text. in capitu. consultationibus, de iurepatro. capit. cum olim, de caus. posses. & propriet. c. querelam, de elec. facit, quod not. Vincent. & Ioan. Andr. ac Anto. de Butr. in capitulo venerabilem, qui fil. sint legit. & Archid. in capit. si quisquam. 11. quęst. 1.
3 † Vbi dicunt, quòd delegatione facta alicui pręposito, intelligitur delegatio ipsa facta illi, qui est in possessione ipsius præpositurę, licet nullū verum, & iustum titulum haberet, & intrusus existeret, licet alius esset canonicè electus, quod etiam tenet Alber. in l. more, in fine. ff. de iureiuran. & Felyn. in capitu. in nostra, in secundo correl. in versicu. ex hoc consuluit, de rescript. Hoc tamen procedit, nisi olim alius possedisset, & nunc alius notoriè occuparet, & de titulo primi dubium non esset, vt dicit Cardina. in clem.
4 prima, quæstio. 15. de foro competen. † cum igitur pensionis onus reale sit, fructibus inhærens, ab eo qui fructus percipit, vt præpositus solui debet, licet inualidum, vel nullum titulum habeat l. quæro, ff. de vsufruct. lega. l. neque stipendium.
5 ff. de impens. l. hactenus. ff. de vsufruc. † Facit qđ not. Innocen. in capitu. cumana, de elect. quia non est conueniens, quòd intrusus, & iniustus possessor melioris sit conditionis, quam iustus possessor, & canonicum habens titulum, qui ad solutionem pēsionis, si possideret cogeretur. 11.

q. 1.

q. 1. capit. legi, & capitu. eum qui, de præb. in 6. capitu. contingit, de dol. & contu. & ita in subsidio charitatiuo soluendo. Decidit Bellenzi. in
6 tract. de charit. subsid. q. 34. † Intelligo sane conclusionem prædictam in pensione antiqua, cui neuter prædictorum consensit, videlicet, nec verus, nec intrusus præpositus, secus autem dicendum esset in pensione nouiter reseruata, super fructibus dictę prępositurę, quia si intrusus illi consensisset, vtique illam soluere tenebitur, si autem non ipse intrusus, sed is qui verum, & legitimum titulum præpositurae prædictæ habet pensioni consenserit, eo casu intrusus pensionē nō soluet, quia illi non consensit: Nec canonicum habens titulum, cum non possideat illam soluere tenebitur, donec pensionem ipsius præpositurae nactus fuisset per eum etenim non stat quo minus soluat, imputandum enim illi non est, per quē non stat si non faciat, quod per eum fuerat faciendum, capitu. imputari, de reg. iur. in 6. si vero pensio ipsa fuisset de nouo assignata per Papā proprio motu, & ex certa scientia, sine consensu alicuius prædictorum, quod vtique fieri potest, cum Papa sit Dominus, cum omnimoda potestate in beneficialibus, clem. prima. vt lit. penden. cap. 2. de præben. in 6. & scripsi in trac. pensio. q. 29. nume. 3. intrusus illam soluet, donec steterit in possessione ipsius præpositurae.

Hieronymus Gigas.

THEODORO PAGANO IVRE-consulto Bellunensi.

SVMMARIVM.

1 Pensio non est ecclesiasticum beneficium.
2 Pensio est quid mere temporale, nil habens spiritualitatis.
3 Pensio non vacat per obitum pensionarij, sed extinguitur.
4 Regula de publicandis resignationibus, quare introducta.
5 Christianæ Reipub. interest, vt occupatores iniusti beneficiorum detegantur.
6 Regula cancellariæ de publicandis resignationibus locum non habet in translatione pensionis.

CONSILIVM CXXXIX.



VANTVM mihi lętitiæ attulerint, litterę tuæ Theodoro amantissime, vix dici, & credi poterit, veterem, & antiquā illam inter nos contractam amicitiam, in Gymnasio Perusino primum, vsq; de anno 1510. continuatamque in alma Bononiēsi vniuersitate insimul vnanimes socii cohabitātes mihi repræsentantes, quo circa in omni re, qua possum tibi rem gratam facere, & debeo, & cogor: Dum igitur scire a me cupis, an regula cācellariæ Apostolicæ de publicandis resignationibus, locum habeat in translatione pensionis, vt is in quem translata est pensio, publicare debeat ipsam translationem intra tempus in ipsa regula contentum. Breuiter dico, regulā ipsam casum hunc non comprænhendere, sed solum beneficia ecclesiastica resignata in Romana curia,
1 vel extra eam. † Constat autem pensionem non esse ecclesiasticum beneficium, neque illius appellatione comprænhendi, capit. quamuis, el primo de prębend. in 6. vbi notat Dominic. & Pet. de Ancha. in tertio notabili, & dixi ad saturita-
2 tem in tractatu pensionum. quæst. 28. † Quinimmo pensio est quid mere temporale, nil habens spiritualitatis, vt per Bald. & Felyn. in capitu. ad audientiam, el secondo, de rescriptis. Ideo cadere etiam potest in merū Laycum, de quo in præallegato tractatu, q. 21.
3 †Præterea pensio non vacat per obitum pensionari, sed etinguitur, & finitur, sicuti vsufructus morte vsufructuarii. §. finitur, instit. de vsu fru. capitu. si. de pecul. cleri. cap. fin. de pigno. capitu. consultationibus, de donat. Ideo nō impetratur sicuti beneficium, de quo dixi in pręalleg. tracta. pensi. q. prima. nume. 5. & q. 12. Textus autē regulæ prædictæ loquitur de beneficiis, quę vacant morte beneficiati, & impetrantur.
4 †Vlterius regula prædicta facta fuit ad obuiandum fraudibus, quæ fiunt quotidie per clandestinas resignationes ad præiudicium expectantium, & ordinariorum, ac etiā obuiandum periculis animarum iniustè beneficia renunciata
5 occupantium. † Interest enim Christianæ Reipub. vt qui iniustè ecclesias occupant detegantur, iuxta text. in l. eum qui innocentem, & ibi
6 no. Bar. ff. de iniur. † & hanc conclusionem, quòd dicta regula cancellariæ locum non habeat in translatione pensionis, etiam tenuit Ludo. Gomes. in commento regulæ prædictæ. q. 10. in trāslatione enim pensionis, neque aliquis expectās aliquod interesse prætendere potest. Hanc etiā conclusionem tenuit Cassador. Rotæ Auditor, vt refert ipse Gomes. in principio prædictæ decimæ quæst.

Hieronymus Gigas.

LIVIO PODOCATTARO ARCHIEpiscopo Nicosiæ Venetijs residenti.

SVMMARIVM.

1 Reseruatio secundæ pensionis mentione non facta de prima nulla est.
2 Prohibitionis causa cessante, cessat ipsa prohibitio.
3 Non soluens pensionem priuatur beneficio creditore volente.
4 In translatione pensionis extinguitur prima, & noua creatur.

De

5 *De actu nullo non est opus mentionem facere.*
6 *Cessante causa non cessat effectus iam consumatus.*
7 *Reseruatio secundæ pensionis non facta mentione de prima statim est nulla,*
Actio semel extincta non reuiuiscit.
8 *Tempus datæ litterarum attenditur.*
9 *Rector ecclesiæ sibi, nou ecclesiæ præiudicare potest. & 14.*
10 *Pensio principaliter dependet a voluntate concedentis.*
11 *Quilibet renunciare potest his, quæ in eius fauorem introducta sunt.*
12 *Nullitas pensionis introducta est fauore ecclesiæ.*
13 *Pensio est seruitus ecclesiæ.*
15 *Papa licet possit, non tamen consueuit reseruare pensionem sine consensu beneficiati.*
16 *Subrogatum sapit naturam eius, cuius loco subrogatur.*
17 *Mala arbor malos fructus facit.*

CONSILIVM CXL.



FORTVNIVS ille tuis a secretis vir sane doctissimus, eloquentissimusque, me tuo nomine saluere iussit, rogauitque insuper, vt quid sentirem de quæstione infrascripta tibi sedulo significarē, Ego autē qui tui amantissimus semper fui, quinimmo regios tuos mores, & colui, & obseruaui plurimum, læto animo calamum sumpsi, & supposito themate ab eodem Fortunio tuo nomine mihi exhibito, vt infra respondendum duxi. Thema igitur tale est, Titius assecutus fuit quandam parrochialem, super cuius fructibus, redditibus, & prouentibus reseruata fuit annua pensio ducatorum viginti auri de camera, Hieronymo clerico, cum potestate illam transferrēdi in aliam personam, nulla tamen facta mentione, quòd super fructibus ecclesiæ prædictæ, ꝑ antea adesset alia pensio, cuidam Francisco clerico Nicosiensi reseruata, Titius viuens nullam vnquam opposuit de nullitate secundæ pensionis exceptionem, cui ipse consenserat, quinimmo vtranque soluit, & viuente ipso Titio obijt iFranciscus, cui reseruata erat prima pēsio, & sic illa extincta remāsit, quo facto Hieronymus, cui 2. pēsio ducatorū viginti reseruata erat, illā vigore facultatis sibi cōcessæ trāstulit in personā Sēpronii, Titius vero resignauit ipsam ecclesiam ad fauorem Antonii clerici Paphensis, demum obijt, intimatis litteris prædictæ pensionis Antonio Rectori moderno ecclesiæ prædictæ, excepit ipse Antonius coram iudice de nullitate dictæ pensionis, ex quo tempore, quo fuit Hieronymo reseruata, aderat super fructibus eiusdē ecclesiæ, prima pēsio ducatorum decem auri de
1 camera, † de qua nulla fuerat facta mentio in assignatione secundæ pensionis, ideo secunda pēsio, de prima mentionem non faciens, erat nulla, per ea, quæ scribit Cassad. decisi. 3. in rub. de pensi. in suis decisi. super regu. cancel. & dixi in tract. pens. q. 37. queritur quid dicendum.

Pro parte negatiua, quòd Antonio nouiter de dicta parrochiali prouiso, non competat prędicta exceptio, faciunt infra dicenda. Primo, quia quando beneficium collatum fuit ipsi Antonio cessauerat iam prima pensio, quæ erat causa nullitatis secundæ, ex quo igitur cessauit causa exceptionis, cessare debet ipsa exceptio. l. adigere. §. quamuis. ff. de iurepat. c. cum cessante de
2 appellat. † Videmus enim, quòd cessante causa prohibitionis, cessat ipsa prohibitio. l. prima. & ibi Bald. colum. secunda. versicu. nota quòd cessat. C. si Rect. Prouin. capitu. & si Christus, vbi Anto. de Butr. in primo not. de iureiuran. capit. non debet, versicu. cum ergo prohibitiones, de consang. & affin. & ad hoc plura accumulat Tiraquel. elegans Doct. in tract. suo cessante causa. in versic. prohibitionis causa.

Secundo facit, quia Titius primus Rector prędictæ ecclesiæ, qui pensioni prædictæ ducatorū viginti, super fructibus eiusdem consensit, nunquam reclamauit, neque excepit de nullitate dictæ pensionis, cuius intererat ne grauaretur in solutione duarum pensionum super fructibus eiusdem ecclesiæ, quo viuente cessauit dicta prima pensio, adeo quòd quando ipsa ecclesia deuenit in dictum Antonium vnica tantum pensione erat grauata, ideo in eius ꝑsona cessat grauamen, quod erat in persona Titii, ex cuius persona non potest huiusmodi remedium competere, quia ipse Titius consensit, & non est vsus remedio sibi competenti, facit text. in l. fina. C. de
3 pact. capitu. veniens, & ibi not. de transact. † Videmus enim quòd non soluens pensionem tempore debito, licet incidat in pęnam priuationis beneficii. Tamen id intelligitur creditore volēte, q̃ si demū decursas recipiat pensiones sine aliqua protestatione, sibi præiudicat, quo re-gressum ei reseruatum ob non solutionem pensionis, de quo latè scripsi in tracta. meo pensi. q. 73. & idem est in Domino feudi recipiente seruitium a vasallo, quia culpam in quam vasallus inciderat remisisse videtur, & idem in emphyteuta, qui ob non solutionem canonis ceciderat a iure suo, vt per Cassador. decisi. 4. in tit. & rursus idem deci. 2. & deci. 3. eo. ti. & scripsi prædicto tractatu pensio. q. 73.

Tertio facit, quia ex quo extincta est prima pensio, & post illius extinctionem translata secunda in personam Sempronii, in cuius persona dici potest noua pensio, † Cum in translatio
4 ne pensionis de stilo curiæ extinguitur pensio in persona illius, cui prius soluebatur, & noua pensio creatur in persona illius in quem fit trāslatio, prout patet in forma translationis huiusmodi, quam scripsi in tracta. meo pensi. in fi. ad hoc vt modus translationis innotesceret existentibus extra Romanam curiam, quibus stilus dictæ curiæ est incognitus. † Ista autem noua pen-
5 sio argui non potest de subreptione, quia de prima

ma iam extincta in eius assignatione non est facta mentio, cum de actu nullo fieri non debeat mentio, vt ad saturitatem scribit Felyn. in capit. ex tenore, de rescript. de quo etiam posui in d. tract. pensi. 29. nu. 6.

Istis tamen non obstantibus contrarium sentio, quòd immo Antonio nouiter de dicta parrochiali prouiso competat exceptio nullitatis dictæ secundæ pensionis translatæ in personam dicti Sempronii, & ita decisum fuisse per Rotam scribit Cassad. decis. quarta in rubr. de pensi. in suis decisi. super regulam cancellariæ, vbi hanc quæstionem examinat, & tenendo hanc partem non obstant in contrarium adducta.

Et primo dum dicebatur, quòd ex quo cessauit prima pensio, quæ erat causa nullitatis secūdæ, cessauit ipsa nullitas. capitu. cum cessante, de appel. l. adigere. §. quamuis. ff. de iurepatron.
6 † Respondeo, quòd quando effectus causæ est iā consummatus. Licet cesset causa non cessat effectus, facit text. in l. vlti. in princ. ff. vnde lib. l. inter stipulantem. §. sacram, ibi nec reuocatur in obligatione, vbi Ias. in quarto not. ff. de verbo. oblig. Bart. in l. pluribus, in fi. ff. eod. titu. Butr. in capitu. sane, colum. prima de renunc. Barto. in l. Titia. §. Imperator, colum. vlti. ff. de lega. secundo. & ad hoc plura adducit Tiraquel. in suo tracta. cessante causa, in 12. limitat. & Io. Franc. Ripa. in l. si vnquam, C. de reuocan. donat.
7 † Statim enim, quòd fuit reseruata secunda pensio de prima non facta mentione, causata est illius nullitas, vt per Cassad. deci. 3. nu. 5. in rub. de pensio. in deci. super reg. cancel. vbi dixit, ꝙ reseruatio secundæ pensionis non facta mentione de prima, statim est ipso iure nulla, & sic est consummatus effectus causæ, vt per Cassad. in dicta decis. 4. nume. 5. & ad plenum scripsi in tracta. pensi. q. 73. Non potest igitur dici, quòd extincta prima pensione conualuerit secunda, quia actio semel extincta nunquam reuiuiscit. l. qui res. §. aream. ff. solu. matrimo.

Facit iuris regula, quod a principio non subsistit tractatu temporis non conualescit. capitu. non firmatur, de reg. iur. in 6. & de priuatione ad habitum non datur regressus. l. liber homo. ff. de stat. homi. in l. tantū, ff. de rer. diuisi. Hinc est, quòd si aliquis impetrauit beneficium cum cura, tempore, quo non erat legitimæ ætatis, licet postea venerit ad ętatem legitimam non pro
8 pterea confirmatur d. impetratio. † Nam attenditur solum tempus datæ literarum. c. si eo tempore, de rescript. in 6. & plura ad hoc adducit Dyn. in d. c. non firmatur.
9 † Nec obstat, quod secundo loco dicebatur, quòd Titius primus Rector dictæ ecclesiæ, qui consensit reseruationi dictæ secūdæ pensionis, non reclamauerit, immo eius vita durante, vsque quo prima pensio non fuit extincta vtranq; soluit, potuit namque sibi ipsi non successori præiudicare, ac ecclesiæ grauatæ. capit. veniés, de transact. capitu. cum venissem, de instit. cum ibi no. Nec illius consensus sufficiebat, & conualesceret d. pensio subreptitia obtenta, facit tex. in c. cū olim, iuncta gl. ibi, vbi per Abb. col. ante
10 pen. de re iudi. † Et est ratio, quia pensio principaliter dependet a voluntate concedentis, cōsensus vero partium requiritur ad effectum expeditionis litterarum.

Ad illud, quòd quis non incidit in pœnam priuationis beneficii ob non solutionem pēsionis, nisi pensionario volente, & quòd dictū est de feudatario, & emphyteutā, quòd non ob solutionem canonis, vel census, non incidunt in pœnam amissionis emphyteusis, vel feudi, si Dominus feudi, vel emphyteusis recipiat ab eis solitum canonem, vel censum sine aliqua prote
11 statione. † Dicendum est, quòd in prædictis casibus pœna priuationis, & caducitatis inducta est in eorum fauorem, cui ipsi tacitè, vel expressè renunciare possunt. l. si quis in conscribēdo. C. de pact. Sed in casu nostro negocium pēdet a voluntate superioris reseruantis pensionem,
12 † & nullitas secundæ pensionis non facientis mentionem de prima, est introducta ad fauorē
13 ipsius ecclesiæ grauatæ onere pensionis, † cui ipsa pensio est quædam seruitus, vt per Gomes. in reg. de infirm. resignant. q. 16. sub nume. 2. vbi dixit, quòd cum impositio pensiois sit odiosa, merito eius translatio est prohibita ne inconue
14 nientia multiplicentur. † Ideo ipsi ecclesiæ facto Rectoris eiusdem præiudicari non potest in iure ei quæsito, vt per glos. & Docto. in l. iubemus nullum. C. de sacrosan. eccle. & per Iaso. in l. seruus. C. de pact. Sed statim, quòd est assignata secunda pensio super fructibus dictæ ecclesiæ non facta mentione de prima, est causata nullitas ipsius secundæ pensionis, & sic est ius quæsitū ipsi ecclesiæ grauatę, quòd dicta secunda pensio nō valeat, ergo tollerantia Rectoris ipsius ecclesiæ ei non potest nocere, quin semper futurus Rector eiusdem pro beneficio suo, & ipsius ecclesiæ, de nullitate dictæ secundæ pensionis excipere non possit, vt supra dicta.

Quod autem tertio loco dicitur, quòd ex quo prima pensio erat extincta post cuius extinctionem, secunda pensio translata de persona Hieronymi, cui prima assignata fuerat in personam Sempronij, in cuius persona videtur noua pensio attenta forma, quæ in huiusmodi translatione fienda seruatur de stilo curiæ, dico hoc non obstare, quia præsupposita inualiditate ipsius secundæ pensionis, quæ transfertur, non possumus dicere, quòd in persona Sempronii vere sit noua pensio, nisi accedat nouus consensus Antonii Moderni Rectoris ipsius ecclesiæ, iuxta dispositionem regulæ cancellarię, sine quo litteræ reseruationis annuę pensionis expediri nō pos-
15 sunt, † Et papa licet possit, non tamen regulariter, consueuit reseruare pensionem super fructibus beneficiorum sine consensu Rectoris eiusdem, de quo scripsi in tracta. pensio. q. 10. & habetur per Cassador. in d. deci. 4. in tit. de pensio.

Et

Et si dicatur, quòd translatio pensionis facta fuit stante cõsensu Titii primi Rectoris dicti beneficii: Dicendum est hoc non nocere ipsi ecclesię nec successori in eadem, vt supra dixi,
16 †quinimo cũ translatio fuerit facta de pẽsione nulla dicere non possumus, quòd similis pensio in persona eius, in quem facta fuit translatio sit valida, cum pensio translata sine nouo consensu Rectoris ipsius ecclesiæ sit subrogata illius loco, & subrogatum naturam eius, in cuius locum subrogatur sapiat. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. Barto. in l. prima. C. de præposi. agen. in reb. lib. 12. & Bal. in l. parabolani. C. de episc. & cleri.
17 †ex mala enim arbore fructus boni non nascuntur, vt habetur Matth. capitu. 6. & per cessationem primæ pensionis cessauit causa impediens, quæ tamen iam suum effectum consumauerat, nec superuenit causa cõfirmans, idest, noua reseruatio Papę cum cõsensu moderni Rectoris dictæ ecclesiæ, quo casu pensio esset valida, nec tunc haberet locum, text. in dicto capit. nõ firmatur, de reg. iur. in 6. vt copiosè ibi scribit Dyn. & Deci. in l. quod in initio vitiosum, colum. secunda, nume. 10. ff. de reg. iur. vbi etiã per Guil. Mayner. nume. 14. & 15. Erit ergo ex prædictis firma conclusio, quòd translatio dictæ pensionis facta in personam Sempronij nulla sit, & ad illius solutionem non teneatur Antonius modernus Rector prędictę ecclesię. Vale dignissime Pręsul Gigantis tui, qui te tantopere colit, & veneratur non immemor.

Hieronymus Gigas.

FRANCISCO MACHASOLAE vtriusque Iuris Doctori, Prothonotario Apostol.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium, quod plurimorum sententijs comprobatur integerrimum est.*
2 *Veritas perfectißima per ampliores homines reuelatur.*
3 *Spoliatus perceptione annuæ pensionis de spolio agere potest.*
4 *Malæ fidei possessor non facit fructus suos.*
5 *Malæ fidei possessor dicitur, qui contra iura mercatur.*
6 *Obtinens in possessorio, & postea succumbens in petitorio, an teneatur restituere omnes fructus.*
7 *Per litis contestationem quis in mala fide constituitur.*
8 *Lis mota non constituit aliquem in mala fide.*

CONSILIVM CXLI.



INTEGERRIMVM est iudicium, quod plurimorum sentẽtiis comprobatur, sicuti scriptũ est per Celestinum III. in capitu. prudentiam tuam. §. in hoc casu, de offic. Iud. deleg. & alibi scriptum est in capitu. de quibus, 20. distin. quòd id quod a pluribus sapientibus quæritur, facilius inuenitur,
2 † & per ampliores homines pfectissima veritas reuelatur. l. vlti. ad fi. C. de fideico. libert. & 64. distinct. capitu. extra conscientiam, glos. in dicto capitu. prudentiam, in §. in casu, in versicu. plurimorum: Ideo licet legum canonumq; sciẽtia apprime caleas cõmẽdãdus es summopere, si ad clariorem mentis tuæ, dilucidationem aliorum opinionem quæris, cum sicuti Aristoteles ait, de singulis dubitare non sit inutile. Thema igitur, super quo familiare consilium meum requiris.
3 † Tale est pensionarius solitus exigere pensionem a Pontifice sibi reseruatã, super fructibus cuiusdam parrochialis ecclesiæ, fuit spoliatus illius perceptione a Rectore eiusdem ecclesiæ, cui competit ratione dicti spolii actio contra dictum Rectorem, per not. in capitu. querelam, de elect. vbi Abb. in tertio not. Deci. consi. 136. in causa Reuerendi, colũ. prima. in primo volum. & scripsi ad plenum in tracta. pensio. q. 47. modo egit cõtra dictum spoliatorẽ, & obtinuit sentẽtiam ad sui fauorem super spolio, qui condemnatus fuit ad soluendum sibi decursas pensiones, illasq; in executione dictæ rei iudicatæ soluit, quibus solutis Rector ecclesiæ prędictę, egit contra dictum pensionarium super nullitate reseruationis dictæ pensionis, & obtinuit dictæ pensionis annullationem, modo quæritur an dictus pensionarius teneatur restituere ipsi actori omnes pensiones per eum acceptas a die assignationis dictæ pensionis, citra, vsque ad sententiam super petitorio contra se latam.

In hac quæstione videtur prima facie dicendum, quòd sic, quia ex quo eius titulus cuius vigore exegit ratas pensionum decursarum erat inualidus,
4 † apparet ipsum fuisse malæ fidei possessorem, qui fructus perceptos non facit suos, iuxta ea, quæ scribit Innoc. in capitu. in litteris, de restitut. spolia. & in capitu. consultationibus, de iurepatrona. facit text. in capitu. primo. §. qui vero, de cleri. non resid.
5 †Malæ fidei enim possessor est, qui contra iura mercatu. capit. qui contra iura, de reg. iur. in 6.

In contrarium tamen facit, quia obtinenti in causa spolii restituitur res, de qua quis est spoliatus, cum fructibus. capitu. grauis, de restitut. spol. l. 1. §. qui vi deiectus. ff. de ui & vi arm. cum autem restitutus super spolio fructus autoritate Iudicis habeat, malæ fidei possessor dici non potest, iuste enim possidet, qui auctor prætore possidet. l. iuste possidet, ff. de acquir. possess.
6 † Licet enim is qui obtinuit in possessorio, succumbat postmodum in petitorio, Tamen nõ tenebitur ad restitutitionem pensionum decusarũ per se exactarum, nisi a die litis contestationis super petitorio, citra, vt voluit glo. notabilis, in c. significauerunt, in versi. recursa, extra, de testi. facit tex. in l. certum est, C. de rei vendica. l. sed & si lege. §. si autem ante. ff. de petit. hæred. hoc idem tenet

tenet Nico. Boer. deci. 340. nu. 5. in prima parte. glos. in capitu. cum super, in verbo restituendum, vbi Abb. colum. secunda. versic. opponit, & versicu. si vero quæritur, de cau. posses. & propriet. & Rot. deci. 405. si quis in causa, in titu. de restitu. spol. in nouis, mouet similem quæstionẽ in beneficio dicens, quòd si ab initio Rector beneficij sciuit se ius in illo non fouere, licet obtinuerit in iudicio spolii, ex quo postea succubuit in petitorio, quòd tali casu tanquam malæ fidei possessor, tenetur ad restitutionem omnium fructuum indistinctè, si verò ante litis ingressum ignorauit titulum suum esse vitiosum, imo probabiliter credebat se bonum ius fouere in ipso beneficio, quamuis postea contrarium declaretur, quòd eo casu tenetur tantum restituere fructus extãtes ante litis contestationem, & post nõ comsumptos, post litem verò contestatam, super petitorio, omnes vt C. de rei vendi. l. certum, gl. in capitu. grauis de restitu. spol. & Specu. in tit. de fruct. & interes. §. primo. versic. vt autem præscripta, & prædictam decisionem Rotæ, sequitur Felyn. in dicto capitu. significauerunt, colum. 3. nume. 9. & ibidem Anto. de Butr. Abb. & Imo.

7 † ratio autem quare post litem contestatam, teneatur succumbens petitorio restituere omnes fructus perceptos a die litis contestationis citra, erit, quia per litis contestationem, quis constituitur in mala fide, quo ad fructus, Barto. plenè in l. litigator. C. de fruct. & lit. expen. Bal. in l. itẽ

8 si verberatum. §. si seruus, ff. de rei vend. † Secus tamen est in lite mota simpliciter ante litis contestationem, quia ex ea quis in mala fide nõ cõstituitur. l. illud & l. sed si lege. §. scire. ff. de pet. hæred. & Pau. de Cast. consil. 48. Hæc pauca in prædicta quæstione scribenda duxi, quæ puto de iure procedere. Vale & amantem redama. Venetijs 4. Calen. Octob. 1555.

Hieronymus Gigas.

ROBERTO DE MONTIBVS DECRETORUM Doctori, Vicario, Episcopi Vincentini.

SVMMARIVM.

1 *Insordescens per annum in excommunicatione beneficijs ecclesiasticis, quæ obtinet priuatur.*

2 *Excommunicatus propter crimen perseuerans per annum in excommunicatione habetur pro conuicto de illo crimine.*

3 *Excommunicatus si per annum perseuerat in excommunicatione contra eum insurgit præsumptio de hæresi.*

4 *Pensio non nisi ex concessione Papæ vel alterius superioris obtineri potest.*

5 *Pensio excommunicato reseruari non potest.*

6 *Pensio extinguitur per contractum matrimonij.*

7 *Pensio extinguitur per ingressum Religionis.*

8 *Pensio largo modo dici potest ecclesiasticum beneficium.*

9 *Sententia priuatoria quorumcunque beneficiorum comprehendit pensiones, quæ in titulum dantur.*

10 *Pensio alicui reseruata pro seruitio impenso, vel impẽdendo est premium laborum.*

11 *Causa qualibet etiã bestialis excusata dolo, & pœna.*

CONSILIVM CXLII.



T si Legum, Canonumque admodum sis peritus, Roberte obseruandissime, aliorum perscrutari opinionem, viro etiam docto, ac præclaro qualis es tu, non indignum apud sapientes semper est habitum: Ideo scriptum est in capitu. ne innitaris, de constitu. & fuerunt verba Hieronymi in suis parabolis: ne innitaris prudentiæ tuæ.

Cum igitur a me scire cupias, quid sentiam,

1 † circa hoc videlicet, an sicuti insordescens per annum in excommunicatione priuatur beneficiis ecclesiasticis, quæ obtinet. capit. rursus. 11. q. 3. vbi Archid. & per Innoc. Abb. & alios in capitu. bonæ, de ætat. & qualit. & Felyn. in cap. primo. columna quarta. versiculo. glos. in verbo episcopatum, vbi Abb. colum. 11. & post alios ibidem Deci. & Ioan. de Anan. in capit. excommunicamus. §. qui autem, circa finem, de hæret.

2 † Quinimmo excommunicatus propter crimen perseuerans in excommunicatione post annum habetur pro conuicto de crimine, pro quo excõmunicatus fuit, vt in dicto capitu. rursus, & licet perseuerans in excommunicatione post an-

3 num, † non sit hæreticus, insurgit tamen contra eum talis præsumptio, & suspicio de hæresi, ꝙ ei canonica purgatio indici poterit, & si illam præstare neglexerit, per annum stando in excommunicatione poterit, vt hæreticus damnari, vt voluit Florian. in dicto capitu. excommunicamus, in §. qui autem, quem ibi refert. Ioan. de Anan. Quod sane procedit, quando nil allegat pro se, videtur enim tunc stare in excommunicatione in contemptum clauium, argumen. text. in capitu. grauem, de pœn. & hoc notandum dixit Floria. loco præallegato. An idem sit in pensione, quando pensionarius fuit excommunicatus, & stetit per annum in excommunicatione, intelligendo sane, quando excommunicatus fuit, ob aliam causam, quàm ob non solutionem pensionis, quòd propterea sit pensio-

4 ne priuandus, videtur dicendum quòd sic, † q̃a licet pensio non sit ecclesiasticum beneficium prouenit tamen ab ecclesia, super cuius fructibus est reseruata, nec obtineri potest, nisi ex cõcessione Pontificis, vel alterius ad id auctoritatem habentis, vt scripsi in tracta. pensio. q. 6. Cum autem excommunicatus in excommunicatione perseuerans ecclesiam, a qua pensionẽ percepit contemnat, merito illius beneficio, & gratia se indignum reddidit. argum. tex. in cap.

ex eo, de reg. iur. in 6. ficuti aliàs dicimus, quod frustra legis implorat auxilium, qui in legem cõmisit auxilium, ff. de minor. & habetur per glos. & Docto. in l. viro. ff. solu. matrimo. † facit, quia videmus, quòd pensio excommunicato reseruari non potest, vt scripsi quæst. 14. in tract. pensi.
5
6 † & sicuti beneficia vacant per contractum matrimonii, ita ex tali contractu extinguitur pensio, de quo scripsi in præallega. tract. pensi. q. 54.
7 † Item sicuti per ingressum religionis, facta professione vacant, beneficia ingressi, ita & extinguitur pensio, vt in præallegato tracta. q. 57. Et prędicta cõclusio maximè procedere posset, quãdo ei, qui vltra annum stetit in excommunicatione indicta fuit purgatio canonica, quam præstare neglexit, quo casu vt hæreticus condemnari posset, vt supra dictum fuit, & esset inhabilis ad obtinendam pensionem, facit textus, iuncta glos. ibi, in verbo beneficium, in capitulo qui-
8 cunque. §. hæretici autem, de hæret. in 6. † Large enim sumendo pensio dici potest ecclesiasticũ beneficium, vt dixi in dicto tractatu pensionum, quæst. 28.

In contrarium autem, quòd is qui insorduit in censuris non sit priuatus pensione, facit in argumen. text. in clemen. secunda. §. cæteri verò sacerdotes, de vit. & honest. cleri. vbi est tex. quòd sacerdotes non beneficiati virgata veste vtẽtes, redduntur inhabiles ad quodcunque ecclesiasticum beneficium obtinendum, & ibi glos. in ver. quodcunque, dixit, quòd compræhenditur pensio, quæ titulum datur, ergo secus sentit in simplici pensione, quæ nil spiritualitatis habet.

9 † Secundo pro ista parte facit, quia sententia priuatoria quorumcunque beneficiorum solũ eas pensiones compræhendit, quæ in titulum dantur, & sic per Rotam decisum fuisse attestatur Gomes. Rotæ Auditor super Regulam cancellariæ, de annal. pos. quæstione vigesima prima. & pro hac parte faciunt, quæ scripsi in supra allegato tractatu, pensionum, quæstione 39. vbi examinaui illam quæstionem, an appellatione clerici beneficiati veniat clericus, qui nullũ aliud beneficium habet, nisi pensionem annuã sibi reseruatam super fructibus alicuius ecclesiastici beneficii.

Præmissis stantibus distinguendum arbitror, quòd aut loquimur de pensione assignata in titulum beneficii, & isto casu, quia pensio prædicta est propriè beneficium ecclesiasticum, vt per Cardinalem in clemen. prima. §. primo, de supplen. negligen. Præla. & per Doctores, vbi Abb. in primo notab. & in capitu. conquerente, de cleric. non residen. & scripsi in tracta. pensionũ, quæstio. 3. numero 1. & questio. 28. nume. 20. in quarta limita. ideo de ea dicendum, vt dictum fuit de beneficio ecclesiastico, supra, Aut sumus in simplici pensione assignata clerico, vt commodius sustentari valeat, & isto casu arbitror dicẽdum, quod ea propter insordescentiam in cen-
10 suris priuari non debeat. † Et idem puto esse dicendum in pensione assignata pro seruitio impenso, vel impendendo, quia tunc pensio est quodammodo præmium laborum, & seruitii, & recte contractibus profanis assimilatur, vt per Rom. consil. 339. colum. 4. & Gomes. in reg. de infirm. resignant. q. 16. nu. 4.

Aut sumus in pensione assignata loco beneficii, vt est quando collitigans cedit iuri, liti, & causæ ad commodum sui aduersarii collitigantis, reseruaturque sibi ne nimium dispendium patiatur, ex dicta cessatione, annua pensio super fructibus beneficii litigiosi, siue quando quis beneficium per se possessum resignauit in manibus Papæ, & obtinuit super illius fructibus sibi reseruari annuam pensionem, & istis duobus casibus, quia pensio assignata, videtur subrogata loco beneficii cessi, & per consequens videretur dicendum de ea, vt dictum est de ecclesiastico beneficio, argumento text. in l. eum qui, §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio.

Prædicta tamen intelligenda sunt de eo, qui ex cordis duritiæ in censuris insorduit, in contemptum clauium, vt vilescat ecclesiæ neruus, qui conseruari debet. c. cum inter, de consuet. c. si. de exces. præl. secus autem in eo dicendum esset, qui ex necessaria causa, vt puta, quia excommunicatus fuerat ex eo, quòd debitum non soluit, quod soluere ex impotentia non potest, vel simili de causa, quia talis sicut non priuatur beneficijs, vt voluit Cardi. in dicto capitu. excommunicamus. §. qui autem, in fi. de hæret. ita pari
11 modo non priuabitur pensione, † cum quælibet causa etiam (vt aiunt) bestialis excuset a dolo, & a pœna. l. igitur, §. potest. ff. de liber. causa, ca. cum venerabilis, iuncta gl. & ibi not. per Doct. de consuetu. Cassador. decisi. 6. de caus. posses. & propriet. nume. 8. Ad idem est glos. communiter approbata in l. plagij. C. ad le. fau. de plag. & est tex. in l. prima, in fine. ff. de abig. ibi siue iniustis rationibus, & Nicolaus Boer. decisione 168. nu. 11. in prima parte, & Stephanus Beltrandus consil. 16. pro pleniori discussione, col. fin. nu. 15. in primo volumine.

Hieronymus Gigas.

NICOLAO PIGNOLATO IVrisconsulto Veronensi.

SVMMARIVM.

1 *Papa est dominus beneficiorum.*
2 *Gratia Papæ solo ipsius verbo perficitur.*
3 *Papa de beneficijs, eorumque fructibus ad arbitriũ disponere potest.*
4 *Papa potest imponere, & extinguere pensiones sine consensu Rectoris beneficij.*
5 *Papa non astringitur regulis cancellariæ.*
6 *Regula de expeditione litterarum est odiosa.*

7 *Regulæ cancellariæ sunt strictissime intelligendæ.*
8 *Litterarum expeditio confert ad probationem gratiæ, non ad illius essentiam.*
9 *Regula de non iudicando iuxta formam signaturæ, locum non habet in partibus.*

CONSILIVM CXLIII.



VLIANVS Iurisconsultus, vt scriptum est in l. apud Iulianũ, ff. de fideicom. lib. dicere solitus erat, & si alterum pedem in sepulcrho haberem, adhuc discere quidem vellem, propterea non inconsultè agis, dum quæris quid sentiam circa hoc. An pensio super fructibus beneficii censeatur in esse deducta statim signata per Pontificem supplicatione, super illius reseruatione, antequàm Rector beneficii, super cuius fructibus imponitur suum præstiterit consensum assignationi prædictæ, requisitioni tuæ cum te ex corde plurimum diligam, libenter annuens. Dico, ꝙ prima facie videtur dicendum, pensionem ipsam nõ esse in esse deductam, nisi demũ præstito consensu Rectoris beneficii, super cuius fructib. reseruatur, & hoc per regulam cancellariæ, qua cautum est, ꝙ litteræ reseruationis pensionis non expediantur, nisi de consensu Rectoris beneficii grauati
1 illius onere. † Contrarium tamen de iure verius est, ꝙ immo statim signata per Pontificem supplicatione, super assignatione pensionis gratia valida est, cũ ipse dominus sit beneficiorũ, Clem. 1. vt lite pend. c. 2. de præb. in 6. c. in præsentia, de
2 renunciat. † Solo enim verbo Papæ gratia perficitur, vt in Clem. 1. de sepul. Bal. in l. humanum, C. de leg. Oldr. cõs. 326. quod articuli dati, col. 2. Rota decis. 27. in rub. de rescrip. in nouiss. Ioan. Fran. Ripa in rubr. de const. nu. 38. idem in suis
3 respon. c. 11. num. 1. in tit. de rescrip. lib. 2. † nimis enim libera est Pontificis potestas in beneficiis, eorumq; fructibus, de quibus arbitrio suo disponere potest. d. c. 2. de præb. in 6. Fel. in cap. quæ in ecclesiarum, nu. 60. cũ seq. de const. Alex. cõs. 92. nu. 35. in 6. vol. Corn. cons. 90. col. 3. & 4.
4 in 4. vol. † & præcipuè in imponendis, & transferendis pensionibus super fructibus beneficiorum, libera est Papæ potestas, cum illas imponere possit, & extinguere, absque causa cum consensu obtinentis beneficium, immo etiam illo inuito, & nõ citato ex sua mera voluntate, vt per Fely. in c. ad audientiam, el 2. col. 2. nu. 5. & seq. de rescrip. & Caccialup. in tract. suo pensi. q. 5. 19. & 24. conferunt ad prędicta adducta per Decium consi. 141. ad plura, col. fin.
5 † Nec supra dicta regula Cancellariæ obstat, quia Pontifex illa non astringitur, licet ab eo sit constituta, vt in cap. dudum, versic. nos igitur, de præbend. in 6. cap. innotuit, de electio. cap. proposuit, de conces. præben. & scribunt Doct. in c. quæ in ecclesiarum, de constit. Præterea dicta regula non refragatur, quòd pensio ante præstitum consensum, & litterarum expeditionem, non sit in esse deducta, cum eius verba non resistant creationi, & ortui pensionis, sed tantum-
6 modo expeditioni litterarum, † & tãquam odiosa dicta regula, terminos suos egredi non debet, per not. per omnes in auth. quas actiones, C. de sacros. eccles. & in l. si constante, in princ. ff. sol. matrim. Bellam. decis. 746. Paris. consi. 5. nu. 59.
7 in 4. vol. † Accedit quod scribit Ripa in rubr. de constit. sub nu. 50. vbi dixit, quod Regulæ Cancellariæ tanquam exorbitantes sunt strictissimè interpretandæ, & Rota decis. 333. licet Romana
8 in nouis. † Litterarum etenim expeditio confert ad probationem gratiæ, non ad illius validitatem, vt scribit Bald. in l. humanum, C. de legib. & Ioan. Andr. in proœ. 6. & ibidem Phil. Franc. in versic. vniuersitati, Ripa in dicta rubr. de constitut. num. 50. & dixi latius in tract. pensio. quęstio. 34. Conclusionem supradictam, ex pluribus tenuit etiam Paris. in præall. consi. 5. nu. 84. & nu. 85. & conferunt ea, quæ scribit Gomes. in regu. de non iudican. iuxta formam supplicat.
9 quæst. 1. per totam. † vbi etiam tenuit illam regulam de non iudicando, &c. locum non habere extra curiam.

Hieronymus Gigas.

FABIO AVEROLDO Præposito Ecclesiæ Sanctorum Nazarii & Celsi, & Archipresbytero maioris Ecclesiæ Brixiæ.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia Dei maximè indiget viris litteratis.*
2 *Viri docti in ecclesia, velut splendor fulgent firmamenti.*
3 *Distributiones quotidianæ proprie quæ dicantur. Consensus Rectoris beneficij, & Papæ auctoritas requiritur in constituenda pensione.*
4 *Percipiẽs quotidianas distributiones facit illas suas.*
5 *Percipiens quotidianas distributiones de illis testari potest.*
6 *Distributiones quotidianæ sunt potius quædam salaria, quæ dantur pro labore diurno.*
7 *Clericus de distributionibus quotidianis, potest etiã inter viuos disponere ad eius libitum.*
8 *Latissima est Papæ potestas in beneficijs, & eorum fructibus.*
9 *Pensio imponitur super fructibus beneficiorum, qui certi sunt.*
10 *Distributiones quotidianæ non sunt fructus beneficij, neque illorum appellatione veniunt.*
11 *Distributiones quotidianæ sunt redditus casuales, & ad corpus præbendæ nil attinent, & in valore præbendarum non computantur.*
12 *Distributiones quotidianæ introductæ sunt de iure communi in fauorem diuini cultus.*
13 *Distributiones quotidianæ dantur pro mero officio personali.*

CONSILIVM CXLIIII.



LAVDO profectò ingenium tuum, quòd quotidie inuigiles aliquid discere, conuenit enim hoc, & dignitati tuæ, & amplitudini ordinis, in quo existis, cui litterarum scientia non modo ornamento,
1 verum necessaria reputatur, † viris namque litteratis Dei ecclesia, maximè indiget, vt colligitur in c. nisi cum pridem, §. alia verò causa, de renunc. c. vilissimus, 1. q. 1. cap. cum in cunctis, de
2 electio. † Et propterea viri docti in ecclesia Dei, velut splendor fulgent firmamenti. c. super specula. §. statuentes, de magistr. Hinc dixit Dominus Oseæ cap. 4. Tu scientiam repulisti, & ego te repellam, cuius verba transsumptiuè habentur in capit. omnes psallentes, 38. distinctio. Cum igitur dum Venetiis esses mense Februarii proximè decursi, mihi dixeris te valde dubitare, an super distributionib. quotidianis imponi possit validè annua pensio, diuque in librorum reuolutione laborasse, nec aliquem Doctorem hãc quæstionem decidentem inuenisse. Et propterea rogasti me, vt cum primum paulisper otii nactus fuissem, meam tibi sententiam in hoc aperirem. Cupiens igitur tibi gratum facere, cum mihi per negotiorum intercapedinem se oportunitas obtulerit. Quid sentiam accipe.

3 Præmitto in primis, † ꝙ quotidianæ distributiones propriæ, & strictè illæ dicuntur, quæ actu interessentibus diuinis officiis distribuuntur, vt per Dec. consi. 280. nu. 1. in 2. vol. Dom. in c. 1. §. qui verò, in fi. de cler. non resi. in 6. Modo dico, ꝙ in proposita quæstione videtur prima facie dicendum, pensionem reseruari posse super quotidianis distributionibus. nam ad hoc vt pensio assignari possit, duo requiruntur principaliter, videlicet consensus debentis soluere pensionẽ, nam ita disponitur ex regula cancellariæ, & vo-
4 luntas Papę, quę principalis est, † quod percipiẽs distributiones quotidianas consentire possit assignationi pensionis super eisdem, patet, quia illas percipiens facit suas, & illarum Dominium acquirit, tex. est in c. 1. in §. quia verò, de cleric. non resid. in 6. vbi Franch. in 2. notab. Oldrad. consi. 97. & Rota decis. 52. idem voluit Dec. præallegato consi. 280. in casu proposito, in 2. vol.
5 † Quinimmo canonicus percipiens quotidianas distributiones, potest de illis testari, quia sibi dantur pro stipendio personali, & labore diuino, vt per Ioann. de Anan. consi. 87. Circa dubium, in addit. num. 5. idem dicit Dom. in dicto cap. 1. in §. quia verò, in princip. vbi dixit, quòd etiam Guiliel. in extrauag. Ioan. XXII. quæ incipit, suscepti. Tenuit clericum de quotidianis distributionibus testari posse: quia illarum Dominium acquirit, per tex. ibi, aliorum autem fructuum ecclesiæ non est Dominus, sed procura-
6 tor. cap. 2. de donatio. † facit, quod scribit Geminia. in consi. 85. super primo, col. 1. num. 20. vbi

vbi dixit, quòd quotidianæ distributiones sunt potius quædam salaria, quę dantur seruientibus pro labore diurno, sicut stipendia militum, & denarij diurni operariorum. Cum ergo clericus illas percipiens sit illarum dominus, videtur consentire posse, ꝙ super illis imponatur annua pensio, cum rei suę quilibet sit moderator, & arbiter.
7 l. in re mandata, C. mand. † Accedit, ꝙ de illis potest clericus etiam inter viuos disponere, vt scribit vltra alios Paris. consi. 33. in ecclesia, nu. 12.
8 in 4. vol. † Quo verò ad Papam non videtur dubitandum, ꝙ super illis imponere possit pensionem consentiente illo, qui eas percipit, cum nimis lata sit eius potestas in beneficiis, & eorum fructibus, de quibus suo arbitrio disponere potest. Clem. 1. in fi. vt lite pend. c. 2. de præb. in 6. Fely. latè in c. quæ in ecclesiarum, nu. 60. de const. Alex. consi. 92. nu. 35. in 6. vol. Corn. cōs. 90. col. 3. & 4. in 4. vol. quod præcipuè militat in imponendis pensionibus super fructibus beneficiorum, vt per Fely. in cap. ad audientiam, el 2. col. 2. num. 5. & seq. de rescrip. Ex istis ergo dicendum videtur imponi posse pensionem super quotidianis distributionibus.
9 † Pręmissis tamen non obstantibus contrariam partem vti de iure veriorem amplector ex infra dicendis. Primò, quia pensio super fructus beneficiorum, qui certi sunt imponitur, vt est notorium, & nos edocet stilus curiæ, & experientia rerum magistra. c. quam sit, de elec. in 6. Est enim pensio onus reale inhærens fructibus beneficij,
10 de quo dixi in tract. pens. q. 39. † quotidianæ verò distributiones non sunt fructus beneficii, neque illorum appellatione veniunt. c. licet, de pręben. Ripa in c. cum M. Ferrariensis, num. 16. de
11 const. † Sunt enim redditus censuales, & ad corpus præbendæ nil attinent cum incertæ sint, & ideo in præbendarum valore non computatur, vt latè scribit Oldr. consi. 118. ex virtute gratiæ. idem dixit Io. And. in rub. de concess. præb. Bellenz. in trac. de carit. subsi. q. 76. Rota decis. 407. non suffragatur, in antiq. & decis. 134. quando impetratur, in nou. & deci. 766. quęritur an quotidianæ, in antiq. Nicol. Boer. decis. 19. num. 4. in 1. par. & decis. 226. in 2. par. Fely. in c. ad aures, q. 13. de rescrip. Rota decis. 130. item quando, in nou. Staphil. in tract. de grat. expect. in ver. nona forma. Cum enim pensio super fructibus beneficii, vel præbendæ imponi debeat; ergo super quotidianis distributionibus imponi non poterit, cum non percipiatur de corpore præbendę, sed ratione personalis seruitii, vt etiā dixit post alios Pet. Rebuf. in concord. Franciæ, in tract. nominat. quæst. 9. vers. tertiò quæro.
12 † Secundò facit, quia distributiones quotidianæ introductæ sunt de iure communi in fauorem diuini cultus, vt facilius canonici, & capellani conueniant ad diuina, vt not. Abb. in cap. licet, in 2. not. de præben. facit tex. in Clem. vnica, in fi. de reliq. & venerat. sanct. & per Dec. consi. 280. num. 4. in casu proposito, in 2. vol. Paris. consi. 33. in ecclesia, nu. 1. in 4. vol. & debentur propter operam personę, arg. l. 1. in 2. respon. & l. cum duobus, §. si inchoanda, ibi pretium enim operæ est, ff. pro soc. Hinc est, ꝙ nullam communionem habent, cum prębenda, sed personam tantum respiciunt, vt scribit Oldrad.
13 in præallegato consi. 118. num. 1. † Cum igitur dentur pro mero officio personali, videlicet, pro interessentia in diuinis officiis, & dicantur præmium laborum, argum. tex. in dicto cap. 1. de cleri. non residen. obligari non poterunt ad pensionem soluendam, argum. tex. in l. spem eorum,
14 C. quæ res pign. oblig. poss. † vbi habetur, quòd quis priuata pactione spem præmii, ex victoria per eum reportanda ex ludis obligare nō potest.
15 † Ad idem facit tex. in l. stipendia, C. de execut. rei iudic. vbi stipendia publica, quæ militibus dantur, non venduntur, nec insolutum dantur, nisi in subsidium, & ibi glo. in ver. prouinciæ, & altera glo. in ver. stipēdia, quæ idem etiam dicit in præbendis clericorum, quam glo. ego intelli-
16 go in quotidianis distributionibus, † quę (vt dixi in stipendiis) dantur actu ecclesiæ in diuinis seruientibus, per supradicta, vt habetur per Pauinum in tract. de visita. quęst. 8. num. 3. residentibus autem non interessentibus diuinis officiis non debentur, vt etiam not. Abb. in cap. olim, num. 6. de verb. sign.
17 Tertiò facit, † quia distributiones quotidianæ non comprehenduntur appellatione beneficiorum ecclesiasticorum, vt per Gemin. consi. 85. num. 20. Hinc est, quòd non faciunt clericum, qui eas percipit dici beneficiatum, cum non sint simpliciter beneficia, sed manualia beneficia, vt not. Franch. in præalleg. cap. 1. §. statui
18 mus, in 1. notab. de cler. non resid. in 6. † Quinimmo statutum priuans beneficiatos habentes lites super beneficiis, quibuscunque fructibus, & obuentionibus, non priuat canonicos residentes, & deseruientes ecclesiæ quotidianis distributionibus, tum quia appellatione fructuum, & oblationum non veniunt, tum quia maximum sequeretur inconueniens; nam si contingeret omnes canonicatus alicuius ecclesiæ esse litigiosos desereretur ibi diuinus cultus, quia canonici scientes percipere non posse quotidianas distributiones ecclesiæ in diuinis nollent deseruire, vt scribit Ripa respon. 5. num. 2. lib. 1.
19 Nec obstant in contrarium adducta. † Et primò, ꝙ percipiens quotidianas distributiones illas facit suas, per tex. in d. cap. 1. in §. quia verò, de cleric. non resid. in 6. & quòd de illis clericus possit testari, quia hoc procedit in distributionibus iam quæsitis, secus in quærendis, & ita loquitur tex. in dicto cap. 1. Pensio autem imponitur super quærendis, & hoc licitum esse non debet, per supradicta.
20 † Minus obstat, ꝙ Papa sit dominus beneficiorum, & fructuum eorum, maximè in imponendis pēsionib. super illorum fructibus: nā respondeo, ꝙ quotidianæ distributiones non sunt fru-

ctus canonicatus, & prębendę, vt supra dixi, sed purum & merum stipendium, quod datur pro seruitio, & labore personali canonico, vel clerico deseruienti ecclesiæ in diuinis, de quo regulariter Papa disponere non potest, sed canonicus, qui eas lucratus est de illis libere disponere
21 potest, vt per Franch. in dicto §. qui vero, † Et q̃a clericus eas recipit intuitu personalis seruitii, ad eius hæredes transeunt, exclusa ecclesia, vt scribit Ioan. de Anan. in consil. 87. nume. 2. & & Pau. de Liaz. in sua quæstione, incipiente lata sententia, & ego de anno 1516. Defuncto Christophoro Pierio Gigante canonico Forosempronienſi Patruo meo recolendæ memoriæ, viro literatissimo, mihi dari quotidianas distributiones sibi debitas obtinui, etiam similiter in Romana curia defuncto ibidem Antonio Gigante canonico ecclesiæ Lateranensis germano meo, quòd distributiones quotidianę per eum quæsitæ nondum exactæ eius hæredibus deberentur, licet Nicol. de Vbal. in tracta. de succes. ab intes. in §. finita tandem, succes. nu. 18. contrarium tenuerit, ꝙ imo consanguinei, & hęredes excludantur ab ipsis quotidianis distributionibus iã quæsitis. Tamen fatetur contrariam opinionẽ, de qua supra in iudiciis teneri, videlicet, quòd clericus de illis testari possit, & hoc tenet etiam Soci. consil. 91. casus super quo, col. 3. num. 3. & Paris. consil. 33. col. 2. nu. 11. in 4. vol. & Petr. de Anchara. in dicto capitu. primo. in 6. not. de cleric. non resid. in 6.

Et ex istis teneo, quòd super distributionib: quotidianis, quæ deseruientibus ecclesiæ, & interessentibus in diuinis dantur pro premio sui laboris imponi non possit annua Pensio regulariter, salua semper apostolicæ sedis auctoritate.

Hinc sumpta occasione, decreui pauca quædã hic annectere in ista materia distributionũ quotidianarum, quæ tibi non ingrata, & non inutilia erunt.
22 † Et primo, quòd impeditus iusto impedimento residentiam facere non solum põt fructus sui beneficii, sed etiam ratam distributionum quotidianarum percipere, vt tenent cõmuniter Doct. per illum tex. in præalleg. ca. 1. de cleri. non resid. in 6. per quem tex. dicunt Ioan. And. Gemi. & Franch. ibi, ꝙ non audens cõmorari in loco beneficii, propter partialitates, quibus tamen non se immiscuit, consequitur licite fructus sui canonicatus, & præbendæ, & etiam quotidianas distributiones ex eo, quia necessitas deenfdendi corpus suum, ipsum abesse cogit, istud autem quo ad quotidianas distributiones, intellige sane stante consuetudine, quòd absentes ex iusta causa etiam illas percipiant, vt per Doct. in præalleg. c. 1. & Rip. in tract. suo de priuileg. contr. caul. pest. nu. 144.
23 † Secundo, si clericus indultum habet super fructibus beneficiorum suorum in absentiam percipiendis, tale indultum distributiones quotidianas non comprærhendit, glos. in capitu. secũdo in versiculo integre, de priuil. in vi. Dicitur enim in dicto capitu. in fi. quòd studentes Romæ in iure diuino, & humano integre prouentus suos ecclesiasticos percipiant, at glos. prædicta exponit in integre, id est, distributionibus quotidianis exceptis. Ad idem est bona glos. in cap. fin. de magistr. in versic. integre, & est tex. expressus in capitu. licet, de præben. vbi si Papa mandat studenti in sacra pagina, de suis prouẽtibus ecclesiasticis integre responderi quotidianæ distri butiones, quæ tantum interessentibus horis canonicis exhibentur in tali mandato nõ
24 veniunt. † Accedat quod voluit Cassad. dec. vnica, in rubri. de cleri. non resid. vbi dixit, in Rota iudicatum fuisse, ꝙ habens indultum a sede Apostolica, de percipiendis fructibus, qui residentibus dantur, percipere nõ possit quotidianas distributiones, ad idem Abb. in d. c. licet, de præb.
25 † Tertio sciendum est, ꝙ si canonicus, qui litẽ patiebatur super canonicatu, & præbenda, quos possidebat in lite succumbat, & condemnatus fuerit ad illos relaxandos suo collitiganti, cum fructibus perceptis a die motæ litis: non tenebitur restituere distributiones quotidianas, quas percepit pro eo, ꝙ diuinis officiis interfuit in ecclesia vti canonicus, vt scribit Nico. Boer. decis. 340. nu. 4. in 2. par. suarum deci.
26 † Quarto, si quis ex apostolica dispensatione haberet in vna ecclesia canonicatum, & capellaniam, ea hora qua vt Capellanus celebraret, habere nõ debet distributiones quotidianas, quas habere deberet vti canonicus, arg. tex. in c. cum secundum, de præb. quod Abb. in dicto c. cum olim, nu. 3. dicit esse notandum, & ita scribit Fede. de Senis, consil. 115. alias. consil. 110.
27 † Quinto, si habens dignitatem in ecclesia celebret in die festo solemni missam maiorẽ, quo die non solet aliquis canonicus celebrare, sed solum habens dignitatem illa hora non participabit de quotidianis distributionibus, vt notanter dicit Felyn. in c. cum olim. col. 1. sub nume. 4. de re iud.
28 † Sexto, si quis habet duo beneficia in vna, & eadem ecclesia, vtputa Archidiaconatum, & Canonicatum quæritur, an habere debeat duplices distributiones quotidianas, sicuti si duo ecclesiæ deseruirent, & vnusquisque eorum vnum ex dictis duobus beneficiis haberet, dicendum secũdum Milũ in suo repertorio, in ver. distributiones quotidianę non debentur, ꝙ talis non habebit duplices distributiones, sed vnius tãtum, vt tenuit Butr. in d. c. cum olim, de re iud. pro quo Mil. allegat text. in c. fęlicis, in §. adiicientes, de censi. in 6. cuius contrarium voluit ibidem Ioã. And. & Abb. in d. c. cum olim, nu. 3. refert Bald. & Card. consuluisse secundum opinionem Ioã. And. & est consil. Bal. nu. 470. in 4. vol. & pro ista opinione, vbi scribit, ꝙ contrariam opinionem tenent Pet. de Bellaper. & Cy. Abb. tamẽ in d. c. cum olim distinguit, in ver. attamẽ pro aliquali, nu. 6. quẽ videre poteris, & etiam ibidẽ Fel. Frãc. de Aretio, legendo illam decretalem, in dicto c. olim,

olim, in voce dicebat, quod in practica seruaretur opinio Io. And. sed in puncto iuris credebat opinionem Ant. de Butr. esse veriorem, vt habetur in apostilla ibi ad lecturam Abbatis, quæ adducit etiam rationem, qua Aret. dicebat, opinionem But. etiam de iure veriorem, vide ibidem ac etiam per Felyn.

29 † Septimo Bellemera in cap. sacerdos, nume. 3. 1. quæst. 2. scribit, quòd cum distributiones quottidianæ dentur tantum singulis diebus, & singulis horis, illis tantum, qui personaliter diuinis intersunt, vti pluribus locis fit, vt melius ecclesiæ deseruiatur, An hi, qui intersunt diuinis pro dicto denario consequendo, non autem vt Deo inseruiant, simoniam committunt. vt faciunt etiam, qui ad mortuaria intersunt, & inquit, quòd uidetur dicendum quòd sic, cap. tua nobis, & capit. si quis pro certo, extra de simon. Hostiensis autem dicit quòd non quia nulla interuenit pactio, neque aliqua expressa conditio, subdit tamen, quòd tales grauiter peccant, & simoniam committunt mentalem, de qua sufficit sine aliqua dispensatione suo satisfacere creatori. capitu. vltimo, de simo. ita scribit Hosti. in dicto capitu. olim. facit, quia labor sine fructu esse non debet. capitu. vlti. 6. quæst. prima. & Hostiensis sequitur Bellemer. in dicto capitu. sacerdos, idem tenuit Ioan. Andr. in capit. vnico, de cler. non residen. in 6. quos etiam sequitur Ange. de Clauasio in sua summa, quam Angelicam vocant, in §. simonia circa beneficia, versicu. vtrum canonicus vadens.

30 † Octauo distributiones quotidianæ, quas perciperent canonici, si interessent horis canonicis eorum, qui non intersunt, distribuuntur inter alios canonicos diuinis interessentes. vt in clem. vt hi, qui, in ver. pars dimidia, de æta. & qualit. de quo scribit post alios Petr. Rebuf. in concordata Franciæ, in sua glos. in verbo distributionum, in rubr. de collat. §. primo, si autem non essent in ecclesia personæ, quibus distribuerentur, eo casu applicandæ sunt ecclesiæ, per not. in ca. fin. de rescript. in 6. vt tenuit Dominic. in d. c. 1. & ibidem Franch. de cleri. non residen. in 6.

31 † Nono quæritur, an de distributionibus quotidianis solui debeat decima, quam Papa imponit ecclesiæ soluendam super fructibus beneficiorum, Gemi. in consi. 85. super primo dubio, col. 2. nu. 18. tangit hanc quæstionem, & per plures rationes concludit, quòd de iure videtur dicendum, quòd non potissimum ea ratione, quia decimę Papales imponuntur super beneficiis ecclesiasticis, vt not. glos. in clemen. 2. in princ. & in fine, de decim. & patet in c. fi. de vot. Sed appellatione beneficiorum ecclesiasticorum distributiones quotidianæ non compræhenduntur, cum potius sint quædam salaria, quæ seruientibus in ecclesia dantur pro labore diurno, sicuti stipendia militum, & denarii diurni operariorum, vt no. Guiliel. de Monte Laud. in extrauag. Ioan. 22. quæ incipit, suscepti, in versicu. in totum, circa finem, & ibidem in versicu. soluere consueuit, & idem Guil. vt refert Gemin. in dicto consil. num. 21. sub dubio forte tenuit istam opinionem, pro qua hanc adducit rationem, quod omnes illi fructus sunt liberi ab istis decimis, qui in nomen beneficii non cadunt, sed quotidianę distributiones non cadunt in tale nomen, vt in capitu. finali, in fine, de magistr. ergo dicit ipsæ distributiones quotidianas non subesse dictis decimis, allegat tamen Gemin. in dicto consil. glos. in clem. secunda, de deci. quæ dicit, quòd Papa declarauit, quòd de distributionibus quotidianis solui deberet decima, dicens vidisse bullam Bonifacii VIII. ad hoc subdens idem Gemi. ibi numero 18. quòd certe hæc declaratio non reperitur.

32 † Sed ego admodum iuuenis eam vidi penes R. Dominum Nicolaum Gigantem Prothonotarium apostolicum de participantibus patruum meum, antiquum curialem, qui generalis Collectoris decimarum in tota fere Italia sub Alexan. 6. officio fungebatur, Demum bulla prædicta impressa fuit, & reperitur inter extrauagantes communes in titu. de deci. quæ bulla incipit, declarationes, & in ea, in ver. & quia non occurrit dicit Bonifacius. Et quia non occurrit nobis, quin distributiones quotidianæ prouentus ecclesiastici sint de distributionibus, quæ dantur in horis canonicis præsentibus debere solui decimam declaramus, & scribit collectori decimarum semota ista declaratione Bellenzi. in tracta. de subsid. charit. q. 77. tenet & ipse quòd de distributionibus quotidianis decima solui non debeat, ea ratione, quia distributiones quotidianæ non computantur in redditibus beneficii, nec in eius valore, allegat decis. Rot. 130. item quando impetratur, & tex. in capitu. licet, de præb. & capit. vlti. §. in illis de conces. pręben. in 6.

33 † In ista materia vidi ego plures litteras apostolicas mandantes, quòd de distributionibus quotidianis decima per Papam imposita non soluatur, & præsertim vidi litteras in forma breuis Pauli II. directas Bartholomeo Parutæ Abbati Sancti Gregorii Venetiarum collectori decimarum in Dominio Veneto, quòd clerus non vexetur ad soluendum decimas pro dictis quotidianis distributionibus, & erant sub datæ diei 13. Iulii 1469. Item alias Sixti Quarti sub Dat. 12. Septemb. 1476. directas Patriarchæ Venetiarum: ne permitteret Capitulum Paduanum similiter vexari circa solutionem decimarum pro quotidianis distributionibus. Item alias similiter Sixti Quarti. sub Dat. 27. Aprilis 1479. directas Ioanni Mozenigo Serenissimo Duci Venetiarum, ne permitteret clerum Aquilegiensem in prædictis vexari. Item alias Clementis VII. sub Dat. 26. Septemb. 1525. directas Episcopis Paphensis, & Concordiensi collectoribus decimarum, ad idem tam pro capitulo ecclesiæ Paduanæ, quàm aliarum Cathedralium, & Metropolitanorum, collegiatarum totius Illustrissimi Dominij Veneti. Item ad idem litteras

ras Pauli III. Hieronymo Alexandro Legato Venetijs Archiepiscopo tūc Brundusino, sub Dat. 21. Iunii 1535. & ita consuluit Marc. Mantua- consil. primo. Et ego ita practicaui, & obtinui sæpius in hoc fęlicissimo, & iustissimo Veneto Dominio.

34 †Decimo quęro, si canonicus, qui erat lucratus quotidianas distributiones donationem faciat, puta, fratri de omnibus, & quibuscunque suis creditis debitis sibi a quibuscunque personis. An in tali donatione veniat creditū, quod habebat de quotidianis distributionibus iā ab eo lucratis non tamen exactis, dicendum, quòd sic, quia cum illæ sibi debeantur rationale personalis seruitii pro interessentia in diuinis fecit illas suas, vt in capitu. primo. de cleric. non residen. & ibi Docto. & potest de illis testari, vt per Geminia. in dicto capitu. primo. §. qui vero, in princ. & idem Gemin. consil. 85. super primo, colum. penul. nume. 20. & Franc. in dicto cap. primo. in vlti. not. & idem Franc. in capi. præsenti, in versic. sed bene poterit testari, de offic. ordina. in 6. ergo a fortiori illas donare poterit,
35 † quia facilius prælatis permittitur, quòd donare possint, quàm testari, vt voluit Socin. consil. 91. casus super quo, colum. quarta. versicu. præterea potest, in tertio volum. allegat ad hoc not.
36 per Doct. in cap. ad hæc, de testa. † Ad idem facit, quia de vltimis voluntatibus ad contractus valet argumentum, & econtra, quando in vtroque militat par ratio, vt in isto casu, in quo nō potest assignari ratio diuersitatis, text. est, & ibi not. Docto. in l. quæ de legatis, ff. de leg. primo. & pro donatione facit text. in auth. præsbyteros, la prima. C. de episco. & cleri. & pro ista opinione consuluit Paris. consil. 33. in ecclesia Cathedra. in quarto volum.

Hieronymus Gigas.

BRVNORIO FRVNARIO IVRIS consulto Forosemproniensi.

SVMMARIVM.

1 *Pensio pendet a beneficio, a quo extrahitur.*
2 *Emphyteusis ecclesiastica non venit in confiscatione bonorum.*
3 *Idem est in iure patronatus.*
4 *Pensio est, quid mere temporale, & in laicum cadit.*
5 *Pensio contractibus profanis assimilatur.*
6 *Pensio remitti potest, vt debitum profanum.*
7 *Pensiones decursæ, non exactæ, transeunt in hæredē pensionarij.*
8 *Fiscus in bonis confiscatis succedit, vt hæres extraneus.*
9 *Emphyteusis ecclesiastica non transit in hæredem extraneum.*
10 *Fiscus viuente condemnato, qui erat patronus ecclesiæ, præsentabit loco ipsius, donec ille viuat.*
11 *Iuspatronatus habet in se annexam spiritualitatem.*
12 *Pensiones condemnato debitæ, cui fisco debeantur.*

CONSILIVM CXLV.



Clericvs quidam (vt scribis) condemnatus fuit de crimine læsæ maiestatis a Principe, contra quē huiusmodi crimen commisit, habente auctoritatē a sede apostolica in huiusmodi atrocissimo delicto procedendi, etiā contra clericos, & ob id omnia eius bona in fiscum delata fuere, iuxta text. in l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiesta. Dubitare te dicis. An in hac confiscatione veniēt pensiones decursæ, vsq; ad tēpus condēnationis, prædicto clerico debitæ, ex pensione sibi auctoritate apostolica reserualæ super fructibus, redditibus, & prouentibus, cuiusdam parrochialis ecclesiæ, q̄ non sunt exacte, & ad hoc probabiliter dubitandum, faciunt infrascripta. †Primo quia pēsio pē-
1 det a beneficio, a quo extrahitur, vt dixi in tract. pensio. q. 1. & per consequens recognoscitur ab
2 ecclesia ex Pōtificis concessione, † bona aūt quæ ab ecclesia recognoscuntur in fiscū non trāseūt, vt sunt bona, quæ quis iure emphyteutico ab ecclesia tenet, de quo per Bar. & alios in l. si finita. §. de vectigalibus, ff. de dam. infec. Mart. de Lau. in trac. de fisco. q. 3. Alex. cōsi. 88. opportunè cōsideratis, in 2. & 3. col. in 3. vol. & in consil. 88. vtrū emphyteusis, in prin. in 4. vol. insignis Doc. Dominus meus Carol. Ruin. consi. 155. quantū ad casū, col. 2. in fi. & col. 3. nu. 10. & nu. 11. in 1. vol. In quib. locis habetur, q̄ emphyteusis ecclesiastica, regulariter non transit in fiscum vigore cōfiscationis bonorū, de quo late scripsi in trac. meo de cri. læsæ maiest. sub rubr. de pęna comit.
3 crimen læsæ maiesta. q. 6. † Secundo facit, quia ius patronatus, quod similiter ab ecclesia recognoscitur, quod obtineri non potest, nisi ex Pōtificis, vel aterius ecclesiastici superioris licētia, in fiscum regulariter non transit, secundum cōmunem Doctorum opinionem, etiam confiscatis omnibus bonis ipsius patroni, propter eius delictum, gl. in c. satis peruersum. 50. dist. glo. in clemen. pastoralis in versi. subiecte de sent. & re iud. Imo. in l. insulam. ff. sol. matri. Ang. in tract. malefi. in ver. & eius bona publicamus, in ver. & nota, quòd facta, nume. 15. Præpo. in c. 1. col. pen. 10. dist. & de hoc latius scripsi in præallega. tract. de crim. læsæ. maiesta. sub. præallega. rubr. quæst. 4.
4 Prædictis. Tamen non obstantibus contrariū verius esse arbitror, & p̄ hoc primo adduco, q̄ licet pensio ab ecclesia recognoscatur mediante concessione Pontificis, vel alterius ad id auctoritatem habentis. Tamen est quid mere temporale, & cadere potest in mere laicum vt per Bald. & Fely. in capit. ad audientiam, el 2. de rescript. & scripsi in tracta. pensio. q. 21. reseruatur enim

super

super temporale, videlicet, super fructibus beneficii, vt in capitu. constitutus, de relig. dom. vbi Anto. de Butr. & Cardin. & scripsi in praeal-
5 leg. tracta. quęst. 7. in princip. † Secundo facit quia pensio contractibus profanis assimilatur, vt per Gomes. in reg. de infirm. resignant. q. 16. nume. 4. allegat Rom. consil. 339. colum. quar-
6 ta. † Tertio facit, quia pensio vti debitum pecuniarium remitti potest per pensionarium, sine superioris auctoritate, tam in perpetuum, quàm ad tempus, vt scribit Hieronymus Paulus in libello suo, qui inscribitur Prouinciale omnium Prouinciarum, alias practica cãcellariae, fol. 48. versicu. quid pensiones Alexandri. in capitulo Agatho. 64. distinct. in fi. & dixi in tract. pensio.
7 q. 45. num. 6. † Quarto facit, quia pensiones decursae non solutae mortuo pensionario ad eius haeredes transmittuntur, vt scripsi in tract. pręd. quaest. 52. Alexan. consil. 47. perspectis his, in fine, in tertio volumine. idem consil. 157. Reuerendissime Domine, in secundo volum. Socin. consil. 100. in causa Baptiste, colum. prima. ver.
8 item si essemus in primo volum. † Fiscus enim in bonis damnati, succedit loco haeredis extranei non sui l. liberorum, vbi Bar. ff. de iurepatr. & in l. eorum, ff. ad leg. Iul. maiest. l. eum qui. ff. de interdict. & relega. Quinto facit, quia nulli dubium, quòd condemnato competebat actio ad exigendum pensiones decursas sibi debitas non solutas, publicatis autem bonis, sunt etiam publicatae actiones. l. si ademptos. ff. de sent. pas. & habetur per Martin, de Laud. in tract. de fisco. quaest. 47.

Nec obstant adducta supra in contrarium. Et primo, quòd pensio pendeat a beneficio, a quo extrahitur, & habeatur ex concessione Pontificis, quia non tractatur, an ipsa pensio in fiscum trãseat, sed illius ratae decursae non solutae debeantur, de quibus ad sui libitum poterat pẽsionarius disponere, cum eo mortuo in eius trãseant haeredes, vt supra dictum fuit.

9 † Secundo non obstat, ꝙ emphyteusis, quae ab ecclesia recognoscitur in fiscũ, non transeat confiscatis emphyteutae bonis ꝓ supra adducta, quia id ex eo est, nã de sui natura non transit in extraneum haeredem, vt scribit Barto. in l. si finita, in §. de vectigalibus. ff. de dam. infec. Deci. consil. 442. praesens consultatio, columna sexta. num. 31. in tertio volumine. Alexan. consi. 83. in sexto volumine. Deci. 171. columna prima in primo volumine. & longe plura ad hoc cumulaui in tracta. de crimi. laesae maiesta. in dicta rubrica de poen. commit. crimen laesae maiesta. quaestio. sexta. nume. 2. fructus vero bonorum emphyteuticariorum iam quaesiti ipsi emphyteutę, non est dubium, quin in fiscum transeant.

10 † Tertio non obstat, quòd ius patronatus cõfiscatis bonis delinquentis in fiscum non transeat, quia hoc procedit, quo ad proprietatem, secus quo ad pręsentationem, & sic quo ad fructus ipsius iurispatronatus, quia reo viuente fiscus praesentare poterit, sed reo mortuo ius praesentandi amplius ad fiscum non pertinebit, vt scripsi in praedic. tracta. de crimi. lęsae maiest. in praealleg. rubr. q. 4. nu. 4.

11 † Praeterea ius patronatus habet in se annexã spiritualitatem. capitu. quanto, de iudi. Pensio autem est quid mere temporale nil habens spiritualitatis, vt dixi in tract. pensi. quaest. 7. & cum penitus sint diuersa de vno ad aliud non procedit arg. l. Papinianus exuli. ff. de mino. l. fi. ff. de calum. c. 2. de transla. episc.

12 † Sed cui fisco spectabunt dictae pensiones decursae non solutae eo casu, quo beneficia, super cuius fructibus est assignata ipsa pensio, non essent in dominio confiscantis, & illarum debitor similiter non esset subditus illius. Dicẽdum videtur, quòd solutio istius dubii pendet ab illa q. An in confiscationem bonorum veniant bona sita extra Dominium confiscantis ad ipsum condemnatum spectantia, de qua per Bart. in l. cunctos populos, columna penulti. & vltima. C. de Summ. Trinitate & fide Catho. & de qua scripsi abundè in praeallega. tracta. de crim. laesae maiestatis, in praeallega. rubri. quaestio. secunda. Breuiter dico, quòd siue beneficium super cuius fructibus est reseruata ipsa pensio, & illius debitor sint in Dominio confiscantis, siue extra pensiones praedictae decursae nõ exactae spectabunt fisco Iudicis confiscantis, nam bona mobilia, vtputa mercantiae, pecunia, & alia bona mobilia, quae condemnatus haberet in alterius territorio spectant fisco Iudicis condemnantis ratio est, quia concernunt personam condemnati, vt scribit Bald. in l. mercatores. C. de commer. & mercat. Oldra. consilio 27. circa principium. Alexan. consil. 16. in fi. in primo volum. & scripsi in praedicto tracta. dicta quaestione secunda in fin. in dicta rubrica de poen. commit. crim. laesae maiestatis.

Hieronymus Gigas.

NICOLAO TENALIAE IVRISCONsulto Forosemproniensi.

SVMMARIVM.

1 *Litterae reseruationis pensionis, cui Rector ipsius beneficij consensit, an sufficiant pro colorato titulo Rectori.*

2 *Possessio beneficij cum sola supplicatione signata acquiritur.*

3 *Supplicatio signata, & dotata sufficit pro colorato titulo.*

4 *Litterae ad essentiam gratiae non requiruntur, nisi ad canonizationem tituli.*

5 *Regula cancellariae de non iudicando iuxta formam supplicationis habet locum in petitorio, secus in possessorio.*

6 *Execrabilis gaudet beneficio Reg. de trien.*

CONSILIVM CXLVI.



Vt tibi morem geram, rem non nouam aggrediar, vt vtar verbis Iurisconsulti in l. rem non nouã, C. de iudic. Cum Regula Cancellariæ defendat triennalem possessorem beneficii, habentem coloratum titulum, & pacifice possidentem, quæris a me scire quid dicendum, quando aliquis pacifice, & quiete possedit per triennium beneficium ex resignatione Sempronii, cui a Pontifice ne nimium dispendium ex sua resignatione pateretur, reseruata fuit super illius fructibus, annua pensio ducatorum, puta, triginta, & resignans suas expediuit literas pensionis, in quibus iuxta stilum curiæ narratur resignatio, & prouisio facta resignatario, qui suas litteras super prouisione ipsius beneficii, sibi facta non expediuit mortuo ipso resignante, quidam alius ignorans forte dictam resignationem, illud impetrauit, vti vacantẽ per illius obitum, & litem mouit ipsi possessori triennali, qui se tuetur beneficio prædictæ regulæ, de triennali possess. Aduersarius autem dicit illum non habere titulum coloratum, ideo ex dicta regula non iuuari. Possidens autẽ
1 ad ostendendum coloratum titulum, † producit litteras reseruationis supra dictæ pensionis, in quibus narratur resignatio, & prouisio sibi facta de dicto beneficio, quæritur an huiusmodi litteræ illi seruiant pro colorato titulo? Iterum dico, quòd rem non nouam aggrediar, quia Ludouicus Gomes. auditor Rotæ hanc quæstionem mouet in regula prædicta q. 39. in qua ad partes arguit, & tandem dicit, quòd per Rotam in casu simili fuit decisum, quod possessor absolui deberet, & litteras prædictas pensionis sibi pro colorato titulo sufficere. Pro ista opinione vltra adducta per Gomes. loco præallegato, quæ transcribere non intendo, faciunt infrascripta.

2 † Primo, quia potest quis cum sola supplicatione signata possessionem beneficii adipisci, & si illa spolietur, restitui debet, esto quòd litteras non expedierit, vt scribit Cassad. decis. 1. de regu. cancel. per totam, præsertim, num. 6. & decis. 4. num. 3. & idem decis. 8. in princ. de restit.
3 spol. † Nam supplicatio signata, & datata sufficit pro colorato titulo, vt dicit idem Cassador. ibidem num. 8. & idem voluit Gomes. q. 5. in prin.
4 in reg. de non iudican. iuxta for. supplicat. † Ad essentiam enim gratiæ litteræ non requiruntur, sed ad probationem, & canonizationem tituli, vt per Archid. Domin. Ioan. Andr. & Franch. in prooem. 6. in fin. Gemin. consi. 10. Abb. in ca. in
5 nostra, de rescrip. † & dicit Cassador. in prædicta decis. 8. num. 14. quòd prædicta regula cancellariæ, de non iudican. iuxta form. supplicat. semper fuit intellecta in petitorio nõ in possessorio.
6 Secundo facit, quia etiam † obtinens secundum beneficium curatum, qui est priuatus ipso iure primo curato, quod possidebat. cap. de multa, de præbend. & habetur in extrauag. execrabilis: Item obtinens curatum, si infra annum ad sacros ordines non fuerit promotus beneficio ipso, ipso iure priuatus existit. c. licet & ca. commissa, de elect. in 6. Et tamen istorum vterq; gaudet beneficio regulæ supra dictæ de triennali possessore, vt scribit Gomes. supra ipsa reg. q. 10.

Hieronymus Gigas.

IOANNI BAPTISTAE CARLEVArio Forosemproniensi Decretorum Doctori.

SVMMARIVM.

1 *Sententia Romani Pontificis in melius reformari potest.*
2 *Commissio iustitiæ in causa reductionis pensionis datur cum clausula pro vt de iure.*
3 *Pensio excessiua potest esse, & tamen non reducẽda.*
4 *Clerici Ecclesiæ stipendijs sustentari debent.*
5 *Simoniam committit promittens maiorem pensionem, quam beneficium ferre possit.*
6 *Simonia afficit tam dantem, quam recipientem.*
7 *Auctoritas Papæ purgat vicium simoniæ.*
Staphileus cognitus a Gigante in Francia.
8 *Papa in beneficialibus habet potestatis plenitudinẽ.*
9 *In beneficialibus est Papæ pro ratione voluntas.*
10 *Papa præsumitur semper iusta causa motus.*

CONSILIVM CXLVII.



Scripsisti ad me te legisse in tractatu meo de pensi. q. 35. quòd pensio excessiua peti potest reformari, & ad conuenientem formam reduci. Modo scire velles. Vtrum id locum sibi vendicet, etiam si in illius reseruatione dictum sit, quòd ad minorem summam reduci non possit. Videtur prima facie dicendum quòd non, quia pensio regulariter non reseruatur alicui super fructibus beneficii, nisi accedente consensu Rectoris illius, vt stilus curiæ nos edocet, quod enim semel placuit Rectori prædicto, qui cum ea clausula pensioni consensit, amplius displicere non debet. c. quod semel, de reg. iur. in 6. & volenti ac consentienti non fit iniuria. c. volenti, de regu. iur in 6. Item facit, quia cum Papa sit Dominus beneficiorum, & fructuum illorum, vt in ca. 2. de præben. in 6. & in clem. 1. in fin. vt lit. pendẽ. si ipse statuerit in litteris prædictæ pensionis, eam reduci non posse, standum est eius deliberationi, quia non est nostrum illi dicere, cur ita facis? cum illi sit pro ratione voluntas glo. in ver. ad Romanum in c. si gratiose, de rescrip. in 6. ibi Dominus Ioannes Staphileus Episcopus Sibinicensis, Rotæ auditor, quem noui vsque de anno 15. in Galliis, dum ibi pro Leone X. Apostolicum nun-

tium

tium ageret, apud Franciscum Gallorum Regē, in tract. suo de lit. iust. fol. 155. in versic. ex his apparet, Tenet, quòd non obstante clausula prædicta in litteris apposita dicta reductio peti possit, allegat 35. q. 9. c. sententiam, & tex. in c. cum ex litteris, de in integ. rest. & c. cum olim. de re iud.
1 † In quibus iuribus habetur Romani Pontificis sententiam in melius reformari posse, subdens
2 ibidem in versic. † Et est notandum, quòd in reductione pensionis non datur commissio iustitiæ, etiam successori illius, qui consensit, nisi cū clausula pro vt de iure faciendum esse cognouerit & rationem assignat, quia forte Papa scienter concessit antecessori, quòd beneficium obligare posset etiam vltra debitam partem fructuum. Item quando pensio est assignata super fructib. beneficii non resignati, quod dicit ipse, fieri quādoque solet, dummodo illius fructus exprimantur, subdens quòd etiam pēsio potest esse excessiua, & tamen non reducenda, vtputa, quando qui cessit, vel renunciauit, deceptus fuit, cū crederet valorem fructuum beneficii, magnū esse ex assertione eius, qui beneficium ipsum habere desiderabat, minimeque curabat de enormi pēsione, allegat ad hoc facere glos. in simili, in c. fi. de consuet. in 6. in glos. in ver. meliores, ibi minorem forte ex causa sibi grata, nam volenti, & consentienti non fit iniuria ex enormi pensione. l. 1. §. vsque adeo, ff. de iniur. l. nemo, ff. de regul. iur.

Istud arbitror procedere in Rectore beneficii, qui huiusmodi excessiue pensioni scienter consensit, & promisit reductionem non petere, quia cum remedium petendæ restitutionis sit introductum fauore Rectoris grauati, excessiua pensione, vtique potuit is qui consensit renunciare isti fauori ad eius commodum introducto. l. si quis in cōscribendo. C. de pact. sed alius successor in dicto beneficio videns eius Ecclesiam, adeo pensionis onere grauatam, quòd soluta pēsione ex residuo fructuum, qui ei supersunt non posse se alimentari, & onera Ecclesiæ consueta sustentare, vtique clausula prædicta, non obstante, præuia cōmissione apostolica, a se in huiusmodi negocio impetrata, poterit dictam reductionem petere, quia non est præsumendum Papam voluisse illius Ecclesiæ Rectorem mendicare, cum id tendat in vituperium ecclesiastici ordinis, vt dixit Anton. de Butr. in cap. ad supplicationem, nume. 3. de renunc. Qui enim altari seruit, de altari viuere debet, ca. cum secundum apostolum, de præben. & qui ad onus eligitur, a mercede repelli non debet, vt in præallegato c. cum secundum in princ. ad idem text. in cap. ex
4 his, 12. quæst. 1. † & dignum est, vt clerici Ecclesiæ stipendiis sustententur, in qua, & per quam diuinis obsequiis ascribuntur, vt dicit tex. in d. c. cum secundum, post prin.

Et dum Staphileus dicit, quòd pensio nō esset reducenda, quando quis cessit, vel renunciauit, deceptus propter assertionem eius, qui illud beneficium habere desiderabat, qui ei dicebat illius fructus esse in magna quantitate, nec curabat de enormi pensione, Dicendum arbitror,
5 † quod quādo quis vt beneficium consequatur, promisit maiorem pensionem, quàm fructus ipsius beneficii ferre possent, simonia committatur, huiusmodi enim pactum cum sit illicitum non tenet. c. cum clerici, de pact. iuncta glo. vlt. & ca. prohibemus, de censi. c. auaritiæ, de præb. Quinimmo si tale pactum esset iuratum, iuramētum non teneret. c. grauis, de censi. circa quod videri possunt ea, quæ scripsi in tracta. meo de pens. q. 41. Nec pensionarius, qui beneficium resignauit constito sibi, quòd pensio esset excessi-
6 ua, & indebita illam petere debebit † quia simonia afficit tam dantem, quàm recipientem. c. reperiuntur, & c. erga simoniacos. 1. q. 1.

Veruntamen si Papa de excessu huiusmodi
7 notitiam habuisset, † & nihilominus pēsionem ipsam reseruasset, cum eius auctoritas purget vi-
8 tium simoniæ, † supremam etenim auctoritatem habet in istis beneficialibus, clemen. 1. in fine. vt lit. penden. cap. 2. de præbend. in 6. hoc casu procedere possent dicta per ipsum Staphileum.
9 † Papæ namque in beneficialibus omnia dicun-
10 tur esse ad nutum amouibilia, † & præsumitur semper iusta causa motus, esto, quòd de illa non appareat, vt voluit Cyn. in l. fi. C. si contr. ius vel vtil. publ. & in l. rescripta. C. de precib. Imperat. offeren. de quo latissime scribit Felyn. in c. quę in Ecclesiarum, colum. 20. in versic. quinta conclusio, de constitut. Prędicta sane intellige, quando Papa motu proprio disponit, vt dixit Felyn. loco pręallegato, in versic. limita quinto. Quando autem peteretur pensionem reduci ad conuenientem summam ex eo, quòd post illius reseruationē fructus beneficii, super quibus erat imposita, fuissent diminuti, id fieri etiam posset, nō obstante clausula prędicta, quòd ad minorem summam reduci non posset, vt scribit idem Staphil. in pręalleg. tracta. fol. 154. versic. & ideo iusta causa.

Hieronymus Gigas.

BERNARDINO BORGARVTIO
Candianensi Legum Doctori.

SVMMARIVM.

1 *Verba quæcunque & qualiacunque beneficia ecclesiastica pensionem an comprehendant?*
2 *Dictio super proprietatem denotat.*
3 *Verba generalia restringuntur de habilitate.*
4 *Pensio non venit sub generalitate verborum, nisi de ea fiat specialis mentio.*
5 *Requirens specialem de se mentionem non venit sub generalitate verborum.*
6 *Pensio requirit de se specialem mentionem.*
7 *Verba præcedentia ex sequentibus declarantur.*

CON-

CONSILIVM CXLVIII.



Vod scire cupias, An regula cancellariæ de triennali possessore, non molestando defendat existẽtem in quasi possessione pacifica non soluendi pensionẽ per triennium, quando contra ipsum agitur ad priuationem beneficii, ob non solutionem pensionis, & ad regressum. Hanc quæstionem examinat Gomes. in prædicta regul. q. 50. in qua facit trimembrem distinctionẽ. Primo, quando aliquis non consensit personaliter pensioni impositę super fructibus beneficii, sed eius antecessor illi consenserat, & iste stetit per triennium in illius possessione pacifice, & quiete, quo tempore pensionem non soluit, nec minus litteræ sibi intimatæ fuere. Secundo, quãdo post triennium disputatur, vtrum beneficium sit obnoxium solutioni pensionis, vel non. Tertio, quando rector beneficii personaliter consensit reseruationi pensionis, & regressui ob non solutionem pensionis.

1 † Circa primum dicit, quòd videtur dicendũ triennalem possessorẽ molestari non posse, per illa verba posita in dicta regula, quæcunque ecclesiastica beneficia, qualiacunque sint, Dicens quòd illa verba qualiacunque comprehẽdunt, etiam pensionem allegando Io. And. in clemen. quoniã. §. cæterum, de vit. & hones. cler. & Pau. Ro. in tracta. pensio. q. 1. adducit etiam alia, quæ non curo referre. Postmodum dicit contrarium esse tenendum, quia verba ipsius regulę titulum

2 beneficii concernunt. † Nam dictio super apposita in dicta regula, proprietatem denotat. l. codicillis, vbi Bartol. ff. de legatis tertio. quæ diuersa

3 est a pensione, † subdens quòd licet verbum qualiacunque beneficia pensiones comprehendere posset, illud procedit, quando subiecta materia id patitur, sed illa repugnante verba restringuntur de habilitate, allegat glos. in §. sed hæc solemnia, institut. de verbor. oblig. † Ego autem dico,

4 quòd ista verba quæcunque, vel qualiacunque beneficia ecclesiastica, nunquam pensionem cõprehendunt, nisi de ea fiat specialis mentio, vt scripsi in tracta. meo pensionum. quæsti. 19. nu. 4. 5. 6. & 7. & in eodem tractatu, quæstio. 28. nu.

5 16. † & est ratio, quia vbicũque aliquid requirit, de se specialem mentionem, illud nunquam venit, sub quacunque generalitate verborum, etiã prægnante præsertim in beneficialibus, text. est ad hoc notabilis, in cap. cum in illis, in princip.

6 de præbend. in 6. † Pensio autem requirit de se specialem mentionem aliter non venit, vt est text. in c. quamuis, de præben. in 6.

In secundo vero, & tertio casibus, idem dicit esse, cuius scripta videre poteris. Vnum tamen non omittam, quòd in terminis regulæ prædictæ, videtur ista quæstio esse de indubitabili, quia nullum penitus verbum in ea reperitur, quod possit ad pensionem adaptari, illa enim verba posita in text. ipsius regulæ quæcunq; beneficia Ecclesiastica, qualiacunq; sint declarantur per subsequentia verba, quæ immediate sequuntur, videlicet, absque simoniaco ingressu ex apostolica, vel ordinaria collatione, &c. & ibi impetrationes de beneficiis ipsis. &c.

Hieronymus Gigas.

IOANNI MARIAE PISAVRO Episcopo Paphensi.

SVMMARIVM.

1 *Pensio non est proprie beneficium.*

2 *Correlatiuum corruit vbi non est subiectum.*

3 *Reprobatur opinio Gomesii, quòd pensio non vacet per contractum matrimonij.*

4 *Reprobatur opinio Gomesii, quòd pensio nõ vacet per consecrationem Episcopi.*

5 *Papa disponere potest ne per contractum matrimonij pensio vacet.*

6 *Milites sancti Petri, etiam vxorati possunt pensiones retinere.*

7 *Pensio alicui reseruata pro officio impendendo, non vacet per contractum matrimonij.*

8 *Pensio qua vacet in episcopo per munus consecrationis.*

CONSILIVM CXLIX.



Vod scire cupias, Quid sentiam de opinione Gomesii, in regu. de annal. posses. q. 21. dicentis, quòd si duo litigent super, beneficio a tertio nullum ius habente, per annum detento, & vnus ex dictis duobus litigantibus, cui ius in dicto beneficio spectabat, alteri iura sua cesserit, obtinendo sibi super dicti beneficii fructibus reseruari annuã pensionem, an huiusmodi reseruationi obstet dicta regula de annali? Circa quod Gomes. concludit quòd non, quia illa regula loquitur de

1 beneficiis impetratis, † pensio autem proprie nõ est ecclesiasticum beneficium. c. quamuis, de prę ben. in 6. vbi nanque beneficium non impetratur, cessat regula, allegat Bal. in titu. de pact. Con

2 stant, † Dicentem, quòd vbi non est subiectum corruit correlatiuũ, subdens ipse Gomes. quòd ex eo quod pensio non est beneficium ecclesiasticum, non vacat per contractum matrimonii, allegat Card. in clem. 1. in 6. q. de supplen. negligen. prælat. Nec per consecrationem Episcopi, vt idem Card. dicit, & plura alia adducit, quæ transcribere non curo. Breuiter quid sentiam

3 accipe. † Conclusio Gomesii mihi placet, sed prę dicta eius duo fundamenta, videlicet, quòd pen

4 sio non vacet per cõtractum matrimonii. † Item per consecrationem Episcopi, non approbo in terminis huius quæstionis, videlicet, quando

pensio

pensio fuit alicui reseruata super fructibus beneficii, ob cessionem iurium, quæ pensionarius habebat in ipso beneficio, Nam contrarium teneo: Talis enim pensio extinguitur per contractum matrimonii, vt sentit Caccialup. in tracta. suo pensio.q.vlt.in vers. Et pro declaratione materiæ, & de hoc scripsi in tracta. meo de pensio. q.54.per totam,& præsertim num.4.& dum curialis essem, & haberem annuam pensionem ducatorum 30.auri de camera, super fructibus parrochialis Ecclesiæ Villæ Triuignani Taruisinæ diœcesis, per contractũ matrimonii illam amisi.
5 si. † Potest tamen Papa indulgere alicui, quòd etiam contracto matrimonio pensiones retinere possit, vt scripsi in præallega. tracta. de pensi.
6 in prædicta.q.54.in fin.† Quinimmo in creatione militum S.Petri, Leo X. eisdem militibus indulsit, quòd etiam vxorati retinere possent, pensiones annuas eisdem reseruatas super fructib. beneficiorum, vsq; ad summam ducatorum centum vigintiquinque, vt est legere in bulla creationis dictorum militum, † Verum tamen est,
7 quòd si alicui sit reseruata annua pensio super fructibus beneficii, pro aliquo officio temporali exercendo, vtputa, pro sonando campanas, claudendo hostia Ecclesiæ, pulsando organum, vel Doctori pro patrocinio præstando in causis Ecclesiæ, vel monasterii, ista pensio non extingueretur per contractum matrimonii, & hoc modo procedit dictum Card. in d.clem.1.§.1.in versic. sed quæro, de supplen. neglig. prælat. & dictum Imol. ibidem in 3. col. versic. quid si pensiona-
8 rius.† Nec similiter est verum, quod in terminis prædictæ quæstionis non extinguatur pensio in episcopo, per munus consecrationis, vt scripsi similiter in d.tract. de pensi. quæst.56. Et bene norunt practici curiales, quòd quando quis promouetur ad episcopatum, vt possit retinere beneficia, & pensiones quæ, & quas habebat, antequàm promoueretur ad episcopatum, semper requiritur specialis dispensatio, vt bene nosti, etiam tu præsul optime. Vale igitur, & amantem redama.

Hieronymus Gigas.

VICTORI DE FRANCISCIS EPIscopo Amagustano.

SVMMARIVM.

1 *Hæres pensionarij succedit in pensionibus decursis non solutis mortuo pensionario.*
2 *Pensio est onus reale, & possessorem obligat sicuti collecta census, & Decima.*
3 *Successor in beneficio tenetur ad solutionẽ Decimæ Papalis, non autem is qui fructus habuit, & postea ad aliam Ecclesiam translatus est.*
4 *Possessor beneficij tenetur soluere iura episcopalia etiam pro tempore præterito, quo auctor suus fructus percepit.*
Idem in Decimis prædialibus.
5 *Mora non nocet successori in beneficio, sed hæredi, qui non exegit pensiones decursas.*
6 *Negligentia creditoris non exigendi a Debitore dũ idem erat soluendo sibi nocet, & nõ fideiussoribus.*
7 *Negligentibus à iure non succurritur.*
8 *Cuius sunt commoda, eundem sequuntur incõmoda.*
9 *Equitas spectanda est.*
10 *Possessor intelligitur, qui fructus percepit.*
11 *Fructus percipere, est signum vere possessionis.*
12 *Verba in pleniori significatu intelligende sunt.*
13 *Successor proprie, in beneficio, dicitur qui titulum, & fructus habet.*
14 *Verba secundum subiectam materiam intelligi debent.*
15 *Mortuo vsufructuario extinguitur vsusfructus.*
16 *In diuersis de vno ad aliud non arguitur.*
17 *Pensio & Decima in pluribus differunt.*
18 *Argumentum de censu ad decimam non valet.*

CONSILIVM CL.



DE duobus a me certior fieri requiris. Primo an in pensionibus decursis non solutis à Rectore beneficii ecclesiastici, super cuius fructibus, pensio ipsa assignata erat, mortuo pensionario illis nõdum exactis, succedant hæredes pensionarii? Secundo, posito quòd dicti hæredes in illis succedant, An tu tenearis ad illas soluendum hæredibus. q. Do. Octauiani de Marconibus clerici Veneti, cui dicta pensio reseruata erat, ex quo in dicto beneficio successisti ex resignatione.q. Ioãnis Breuii clerici Veneti debitoris dictæ pensionis decursæ non solutæ? Vt autem requisitioni tuæ satisfaciam, Accipe quæ mea in præmissis sit sententia.

1 † Quo ad primum resolute loquẽdo, dico nulli dubium, quòd hæres pensionarii succedit in pensionibus decursis non solutis, mortuo ipso pensionario, faciunt quæ cõsulendo voluit Alexan. consil.40.incipiente perspectis his, in fine, in 3.vol.vbi concludit, quòd pensiones decursæ perceptis fructibus in vita vsufructuarii spectãt ad illius hæredes. Ad idem Alex. in consil. 157. Reuerendissime Domine, in 2.vol.& Soc.cons. 100. in causa Baptistæ, col. 1. versic. item si essemus, in 1.vol.& per plura, quæ referre non censui, ita tenui in tract. meo de pensi.q.52. vbi istã quæstionem ad partes arguendo examinaui.

2 † Circa secundum, videtur prima facie dicendum, quòd tenearis ad huiusmodi decursam pẽsionem soluendam, quia pensio est onus reale, & possessorem obligat, sicuti collecta, census, & decima.c.si quis laicus 16.q.1.& voluit Franch. in cap.fi.in fine, de offic.ordin.in 6.

Secundo facit, quia in litteris pensionis dicitur, quòd pensio soluatnr etiam per successores in beneficio, super cuius fructibus est assignata.

3 † Tertio facit, quod voluit Ioan. Andr. in cap. non

nō est, in mora, de reg. iu. in 6. & sequitur Fede. de Sen. consil. 209. capitulum vacante sede, Vbi dixit, quod ad solutionem decimæ papalis tenetur successor in beneficio, non is qui illius fructus habuit, & postea translatus est ad aliam Ecclesiam.

4 †Quarto facit, quod voluit Zenzel. in clem. 1. de censi. vbi etiam Gard. q. 11. determinat, quòd possessor beneficii teneatur soluere iura episcopalia, etiam pro tempore præterito, quo auctor suus fructus percepit, & idem in decimis prędialibus concludit Feder. de Sen. in d. consil. 209.

Istis tamen non obstantibus, contrarium teneo, & moueor primo, quia ex quo Octauianus prædictus, qui erat creditor decursarum pensionum mortuus est iam annis viginti, & Ioannes Breuius illi superuixit per annos decem & nouem, in circa, qui erat debitor decursarum pensionum dicti Octauiani, imputandum est ipsis hæredibus, quorum actio erat contra ipsum
5 Breuium, quare ab eo illas nō exegerunt, † & sic eorum mora eis, non tibi successori in dicto beneficio nocere debet, c. mora sua, de regu. iur. in 6. l. in conditione. §. vnicuique. ff. de reg. iur.

6 † Secundo facit, quia negligētia multum operatur contra negligentem, videmus enim, quòd negligentia creditoris in non exigendo debitorem, dum erat soluendo nocet sibi, non autem fideiussoribus datis, in id, quod ab ipso seruari non poterit, casus est not. in l. si fideiussor, ff. de fi
7 deiuss. †Item negligentibus a iure non succurritur. l. non enim, ff. ex quib. caus. maior. Quinimmo damnum alicui datum alterius negligentia, negligens satisfacere tenetur. ca. fin. de iniur. & damn. dat. Accedat quòd negligentia mariti, in non exigendo dotem a debitore, qui postea factus est non soluendo sibi imputatur, text. est in l. extraneus. ff. de iur. dot. Itē creditores si negligentes fuerunt in exigendo ab hærede, qui postmodū, aut se abstinuit ab hæreditate, vel factus est non soluendo, negligentię suę damnum pati debent, facit text. notab. in l. pupillus, ff. de his quæ in fraud. credit.

Tertio facit, quia licet tu assecutus fueris dictam Ecclesiam, ex resignatione dicti Breuii, attamen fructus eiusdem reseruati erant ipsi Breuio, eius vita durante, & sic nunquàm fuisti debitor pensionis prædictæ, quæ ex fructibus dictę Ecclesię erat soluēda, vt late scripsi in 2. Respon. Commodum enim percipiendorum fructuum
8 erat Breuii, donec vixit, †& eum sequuntur incōmoda, cuius sunt commoda. l. secundum naturam, ff. de reg. iur. c. qui sentit, de regul. iur. in 6.
9 † Et huic opinioni fauet æquitas, q̄ spectāda est. l. in omnibus. ff. de regul. iuris. l. placuit. C. de iudit. l. quod si ephesi. §. in summa, ff. de eo quod cer. loco. Facit quia quando fructus dictæ Ecclesiæ per obitum Breuii, cui erant reseruati deuenerunt ad te, ipsa pensio iam erat extincta, morte dicti Octauiani, & sic sine aliquo onere transierunt in personam tuam.

Vltimo facit, quòd dicit Cassador. Decisione tertia, in titulo de locat. num. 2. & num. 3 vbi asserit nōdum esse decisum iudicio Rote, An successor in beneficio, teneatur ad solutionem decursæ pensionis tempore prædecessoris, & idem Cassad. decisi. 4. eo. titu.

Nec obstant adducta supra in contrarium, & primo, quòd pensio sit onus reale, & obliget possessorem, vt per Franch. in d. cap. fin. in fine, de offic. ordin. in 6. Quia in casu isto fructus super quibus ipsa pensio erat assignata, erant reseruati Breuio, & sic nudus titulus erat apud te, qui ve-
10 re effectualis possessor non eras, † nam possessor intelligitur is, qui fructus percipit, argumento text. in capitu. si tibi concesso, de præbendis
11 in 6. † Fructus enim percipere est signum veræ possessionis. l. Titia, ff. de solut. capit. inter dilectos. §. præterea, de fid. instrument. & ad hoc plura cōgerit Gomes. q. 47. in regula de annal. possess. & ego scripsi in Epithoma de intruso, in versic. regula cancellariæ, de subrogandis.

Secundo non obstat, quòd in litteris reseruationis pensionis dicatur successorem in beneficio teneri ad solutionem pensionis, quia illa verba intelliguntur de effectuali successore, qui fructus percipit, non de eo, qui nudum titulum ha
12 bet, †verba enim in pleniori significatu sunt intelligenda. l. 1. §. si quis in perpetuum. ff. si ager vectig. vel emphy. pet. c. pen. de sentent. excommunica. & §. sed ius quæsitum, Instit. de iur. na-
13 tur. †Is vero proprie successor in beneficio dicitur, qui titulum, & fructus habet in casu nostro, super quibus fructibus est imposita pensio, & ideo illud verbum successor rebus, intelligitur
14 de percipientibus fructus, † si quidem verba secundum subiectam materiam intelligi debent. l. si vno. ff. locat. l. si stipulatus. ff. de vsur.

Ad tertium, dum dicitur, quòd ad solutionē decimæ Papalis tenetur successor in beneficio, non is, qui fructus habuit, & postea translatus est ad aliam Ecclesiam, secundum Ioan. Andr. in d. c. non est in mora, quia dico, quòd illo casu onus decimæ soluēdæ transit in effectualem successorem, quia ille fructus percipit, & beneficiū transiuit ad eum cum illo onere, sed in casu nostro beneficium transiuit ad te nudo titulo, cū fructus essent Breuio reseruati, & sicuti tu Victor, Breuio viuente, non poteras cogi ad aliquā solutionem decursarum pensionum, ita nec eo mortuo, quia in persona Breuii illud erat debitū pecuniarium, vt voluit Hieronymus Paulus in suo libello intitulato Prouinciale omnium Prouinciarum, fol. 48. versi. quid pensiones, & dixi in d. tract. pensio. q. 99. num. 8. quod non trāsiuit in te per obitum Breuii, ad quem cessante reseruatione fructuum, mortuo Breuio beneficium transiuit, sine aliquo onere soluendi dictā pensionem, quæ iam multis annis antea per obi
15 tum Octauiani pensionarii erat extincta, † sicuti mortuo vsufructuario, cui pensionarius comparatur, extinguitur vsufructus. §. finitur, Instit. de vsufruct.

vsufruct.c.fin. de pecul.cler.c.fi. de pign.c.consultationibus, de dona. & scripsi in tract. pensi. q.12.

Nec obstat si quis dixerit, quòd ego in tracta. meo. pensi. tenui nouum possessorem beneficii astringi posse ad solutionem pensionis decursæ non solutæ per eius antecessorem, quia quæ scripsi in d.tracta.qō.43. procedunt quando beneficium grauatum erat onere pensionis soluendæ, quæ etiam ad successorem in beneficio trāsibat, & sic durabat pensio. In casu autem isto, pensio iam extincta erat annis 20. vt supra dixi. & quæ
16 stio nostra diuersa est, † Ideo ex illa ad istam nō est bona illatio. l. Papinianus exuli. ff. de min.

Ad id quod quarto loco dicebatur, quòd possessor beneficii teneatur soluere iura episcopalia, etiā pro tempore præterito, quo auctor suus fructus percepit, & quòd idē sit in decimis prædialibus, vt scribit Zenzel. in clem. prima, de cēsib. & Federic. de Senis consi. 209. ex supradictis colligitur responsio. Præterea cum ista sint di-
17 uersa, de vno ad aliud non est arguendum. † Patet diuersitas, nam decima prædialis est de iure diuino. cap. primo, cap. parrochianos, extra de decim. & 15. quæst. 1. cap. reuertimini, Pensio autem est de iure positiuo, Item decima est debitum introductum iure diuino. dicto cap. parrochianos, Pensio autem est seruitus quędam beneficio, vt dixi in tract. pensio. quæst. 7. in princ. Pensio est quid mere temporale, Fely. in cap. ad audientiam, de rescript. & dixi in dicta quæst. 7. num. 7. num. 2. Decima autem est quid spirituale, possent multæ aliæ differentiæ assignari inter
18 pensionem, & decimam, quas omitto. † Decensu autem ad pensionem similiter non sumitur argumentum, vt scribit Card. in c. constitutus, de relig. dom. in 11. opposit. Constat autem censum esse de iuribus episcopalibus, vt in titulo de censib.

Hieronymus Gigas.

CAESARI PODOCATARO Archiepiscopo Nicosię.

SVMMARIVM.

1. *Notorium releuat ab onere probandi.*
2. *Quod est in frequenti vsu & notorium pro expresso habetur*
3. *Excommunicatio etiamsi sine scriptis feratur non propterea est nulla.*
4. *Excommunicatio valet etiam si lata sit sine causæ cognitione, & forma non seruata.*
5. *Quæ sunt facti non præsumuntur nisi probentur.*
6. *Quælibet causa etiam iniusta excusat a dolo & a pœna.*
7. *Decretum irritans inficit actum ipso iure.*
8. *Pensio salua conscientia, nec exigi nec solui potest litteris non expeditis.*
9. *Gratia probatur per expeditionem litterarum.*
10. *Excommunicari quis nō potest nisi notitiam habeat per intimationem personalem.*
11. *Gratia ex sola supplicatione dicitur informis.*
12. *Regula de non iudicando iuxta formam supplicationis est fauorabilis.*
13. *Tempora non currunt in damnum ignorantis.*
14. *Agens super solutione pensionis litteris non intimatis auditur.*

CONSILIVM CLI.



NOn ab re a me scire cupis, quæ mea sit sententia, Circa intimationem litterarum reseruationis annuæ pensionis. Vtrum videlicet necessaria sit antequàm procedi possit, contra debitorem pēsionis ad censuras, & pœnas, de quibus in litteris prædictis, præsertim ad priuationem beneficii, ob non solutionem pensionis?

In ista quęstione distinguendum videtur, quia aut sumus in eo, qui pensioni personaliter consensit, aut sumus in eo qui consensit per Procuratorem. Primo casu videtur dicendum, quòd nulla requiratur litterarum intimatio, vt tenuit Cassad. Rotæ audi. dec. 12. in titu. de rescript. & idem in deci. suis, super Cancellariæ regulis, decisio. 2. in rub. de pensi. incip. quæsiui, vbi dixit, quòd is qui consensit psonaliter certus est quod est obligatus tali tempore, merito aliter certifiri non debet. c. eum qui certus, de reg. iur. in 6. Subdens quod pro ista parte fuit opinio maioris partis Dominorum de Rota, & ita etiam iudicatum, inspecto consensu personali & certitudine, qui personalis consensus huiusmodi recCperat interpretationem. l. minime. ff. de legib. Dicens, quòd notorium est in curia, quòd illa clausula in supplicatione apposita, sub pœnis, & terminis in litteris exprimendis, non facta expressione pœnæ in litteris ponuntur, quas ignorare non licet, nec est opus aliter auribus consentientis inculcare. ca. 1. de postul. prælat. allegat tex. in c. bonæ, el 1. de elect. c. 3. de elect. l. ea quidem. C. de accusat.

1 Adducit etiam, † quòd notorium releuat ab onere probandi, glos. in clem. appellanti, de appellat. Abb. in c. vt debitus, eo. titu. Ad idem adducit quod dicitur de extrauagante, quando est notoria, nam tunc non est necessaria illius productio, Felyn. in c. 1. de re iudic. insuper adducit, quia sat est partem citari ad videndum declarari se incurrisse in pœnis, de quibus in litteris, allegat tradita per Felyn. post alios in ca. Ro-
2 dulphus, de rescript. † Subdens, quòd id quod est in frequenti vsu, & notorium pro expresso habetur. l. quod si nolit. §. qui assidua, ff. de edil. edict. l. fin. C. de fideius. Item dicit, quòd dies & lex viua interpellant. l. magnam. C. de contrah. & commit. stip. Item quòd in pœna apposita facto negatiuo sufficit pro monitione tempus, et a lege statutum, vt in casu isto a Papa, & ex consensu

ſenſu partium, allegat Abb. in c. extirpandæ.§. qui vero, de præben. in repet. in 5. & 6. col. & in lect. col. vlt.

Item adducit, quòd Papa in ſupplicatione pœnas imponit, & fulminat de partium conſenſu, nec ſine ſcriptis facit, cum ſola ſupplicatio probet, & gratiam perficiat, allegat gl. in procem. 6. & ibi Docto. Abb. & Card. in ca. in noſtra, de re-
3 ſcript.† Adducit quòd excommunicatio, quæ ſine ſcriptis fertur, non eſt nulla, vt voluit glo. Dominic. & Franch. in c. 1. de ſentent. excõmunic. in 6. Dicens, quòd conſuetudine induci poteſt, quòd excommunicatio ſine ſcriptis feratur, alle-
4 gat Aegid. deci. 243. & deci. 339.† Adducit etiã quod valet excommunicatio lata ſine cauſæ cognitione, & forma non ſeruata, allegat Abb. in in c. quæſtioni, in prin. & in c. qua fronte, col. 4. & in c. reprehenſibilis, in pen. col. poſt glo. & in c. ad audientiam, in fin. de appellat. Subdens ꝙ ſi ſecus diceremus nulla eſſet differentia inter eum qui perſonaliter conſenſit, & illum qui per procuratorem.

Opinionem Caſſad. tenuit etiam Gomeſ. Rotæ auditor, in regula cancellariæ, de non iudicãd. iuxta form. ſupplicat. in cõpend. vtr. ſignat. fol. vlt. Dicens eſſe de ſtilo curiæ, & Rotæ, quòd quando quis conſentit perſonaliter reſeruationi penſionis ſub ſolitis cenſuris, & pœnis, quòd illas incurrit non ſoluendo in tempore, etiam ſine alia litterarum intimatione: Quando vero quis per procuratorem conſenſit, eo caſu requiritur litterarum intimatio, dicens ita iudicaſſe Caſſador.

Contrariam vero partem veriorem de iure eſſe arbitror, quòd immo vtroque caſu requiratur intimatio litterarum ad hoc, vt quis cenſeatur incurſus in cenſuris, & pœnis in litteris cõtentis ob non ſolutionem penſionis, nec aliter cõtra eum procedi poſſe, ſiue per ſe, ſiue per procuratorem conſenſerit reſeruationi penſionis, & hanc opinionem comprobo, ex infraſcriptis.

Primo, quia ex ſola ſupplicatione ſignata, licet ſit facta gratia, & penſio in eſſe deducta, attamen ante expeditionem litterarum is, cui penſio eſt reſeruata agere non poteſt contra debitorem penſionis, obſtante regula cancellariæ, qua cauetur, ne iuxta formam ſupplicationis, ſed litterarum expeditarum iudicetur, ergo ad hoc vt quis in mora conſtituatur, neceſſaria eſt litterarum expeditio, & illarum intimatio, vt ad noti-
5 tiã debitoris deueniat illas eſſe expeditas.† Talis enim expeditio cum ſit facti, non præſumitur, niſi probet. l. in bello. §. facta, ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. ca. cum in iure, de offic. delega. Hinc eſt, quòd additio hæreditatis, quæ eſt quid facti. l. proinde, in princ. ff. de acquir. hæredit. non præſumitur niſi probetur, Deci. conſi. 442. num. 15. in 3. vol. Calcan. conſ. 115. in cauſa Domini Deteſalui, nu. 25. facit tex. in c. 1. de conſtitut. in 6.

Secũdo facit, quia is qui perſonaliter penſionis reſeruationi conſenſit, tutus eſt, quòd litteris non expeditis contra ipſum agi non poteſt pro ipſa penſione, auctoritate regulæ ſupradictæ, quæ auctoritatem adimit, quibuſcunque iudicibus iudicandi litteris non expeditis, quæli-
6 bet† namque cauſa etiam iniuſta excuſat a dolo, & pœna, vt not. gloſ. in l. Plagij, la 2. C. ad leg. Iul. de plag. & l. in fi. ff. de abig. & probatur in l. igitur. ff. de liber. cauſ. Bald. in l. 1. in fin. C. vbi cauſ. ſtat.

7 Tertio facit, † quia prædicta regula cãcellariæ habet decretum irritans, quod inficit actum ipſo iure, vt ſcribit Felyn. in ca. Rodulphus, de reſcrip. & Anto. Imo. & Abb. in c. cæterum, eo. tit. & per Domi. & alios in c. ſi hi contra quos, vt lit. pend. in 6.

Quarto facit, quia quando agitur de incurrẽdis pœnis, & cenſuris, ac beneficii priuatione vigore litterarum penſionis expeditarum non obſtante notitia vaga neceſſaria eſt litterarum intimatio, quia eo caſu certa, & indubitata notitia, & citatio perſonalis requiritur, per not. per Felyn. in cap. quoniam. §. porro, col. antepen. vt lit. non conteſt. & in c. cum contingat, col. penult. de reſcript. Gomeſ. in compend. vtr. ſignat. nu. 80. & nu. 82. vbi atteſtatur ita Rotam iudicaſſe.

8 †Quinto adduco, quòd penſio ſalua conſciẽtia, nec exigi, nec ſolui poteſt, litteris non expeditis, vt tenuit Hiero. Pau. Doctor Hiſpanus curiæ Romanæ magnus practicus in ſuo libello, qui intitulatur, pact. cãcel. fol. 45. verſ. bona quæ auferuntur. Papa. n. ad effectum profectionis gratiæ, vult tacite, quòd litteræ expediantur per ſignaturam, namque cenſetur gratiam facere, iuxta ſtilum per cãcellariam limitandum, dicẽs, quòd illa eſt tacita voluntas Papæ, vt voluit Bellamer. deciſ. 698. Oldr. conſil. 226. Bald. in titu. per quos fin. inueſtit. & Milus in ſuo repert. in verbo, gratia, & ego de hoc late ſcripſi in tracta. penſio. q. 34. vbi contrarium tenui in foro conſcientiæ, ſed hoc fundamẽtum procedit in foro iudiciali, in quo verſatur præſens quæſtio.

9 Sexto facit, † quia ad effectum probandi gratiam eſſe factam requiritur expeditio litterarũ, Rot. in nou. deciſ. 332. licet Romana, Hinc eſt, quòd gratia per ſolam ſupplicationem ſignatã, exequi non poteſt, vt per Rot. deciſ. 458. circa ſecundum, in nou.

10 † Septimo facit, † quia quis excommunicari non poteſt, niſi notitiam habeat per perſonalẽ intimationem, ſecundum Innoc. in c. fin. de eo, qui mitt. in poſſeſſ. cauſa rei ſeruan. & Rom. conſil. 482. facit glo. in c. qui ad agendum, de procurat. in 6.

Octauo dicitur, ꝙ ſi procederet opinio Caſſad. & Gomeſ. ſupra relatis, in eo qui penſioni perſonaliter conſenſit, non eſſet opus expedire litteras, quod vtique nimis abſurdum eſſet dice-
11 re, † cum gratia facta ex ſola ſupplicatione ſignata, dicatur informis ante litterarum expeditionem, vt per Rotam deciſ. 19. de conceſ. præben. in nou. & gratia Papæ litterarum expeditionẽ requirit,

requirit, vt de ea constare possit, Felyn. in c. eam te, col. 3. de rescript. faciunt quæ scribit Gomes.
12 in regu. prædicta de non iudicand. q. 1. †facit ẽt, quia dicta regu. de non iudican. &c. est fauorabilis, vt voluit Gomes. ibi. quæst. 1. & qõ. 11. in princ.

Et præsertim requiritur intimatio litterarũ, quando pensio est translata de vna persona ad
13 aliam, †Tempora enim non currunt in damnũ, & præiudicium ignorantis. l. fin. C. de decret. ab ordin. facien. l. quandiu. C. qui admit. l. si ideo. C. de his, quib. vt indign. c. causam, de elect. Trãslatio etiam non intimata non præsumitur venisse ad notitiam debentis pensionem soluere. l. verius. ff. de probat. Et siue simus in termino præfixo a testatore vt in l. 2. §. si quis hæredi, ff. de stat. liber. l. si in diem, ff. de condit. & demon. siue simus in termino a lege præfixo, vt l. scire oportet, ff. de excusa. tut. & ibi Bal. & facit tex. in c. super eo, de appel. & in c. concertatione, eo tit. in 6. ad idem text. in l. fin. in §. si autem dubius. C. de iur. delib. Siue simus in termino statuto a iudice, siue arbitror ad soluendum, vt in præallegat. l. in diem, & habetur per Bart. consil. 230. quęritur si arbiter, semper requiritur intimatio, vt etiam tenet Paris. consi. 45. num. 27. & nu. 28.
14 in 4. volu. †Vnum tamen non omitto, quod est nota dignum, quòd si quis ageret contra debitorem pensionis, vt solueret, non autem super incursu censurarum in litteris contentarum tali casu audiretur etiam litteris non intimatis, vt scribit Cassador. decis. 12. in titu. de rescript. etiam si is sit successor in beneficio pensionis onere grauato.

Ad allegata in cõtrarium ex præmissis patet responsio, & sic vt supra sentio, saluo semper meliori iudicio.

Hieronymus Gigas.

BALDO ZVCCHELLE IVRISCONsulto Pisaurensi Nepoti dilectissimo.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus perceptione annuæ pensionis agit de spolio contra Rectorem Ecclesiæ super cuius fructibus imposita est pensio.*
2 *Et translata pensione huiusmodi in alium pendente lite, in quem translata est ad idem iudicium prosequi possit contra Rectorem.*
3 *Subrogatum est eiusdem iuris, & conditionis cuius est is in cuius locum subrogatur.*
4 *Successor tam vniuersalis, quàm singularis vtitur accessione sui prædecessoris.*
5 *Successor in beneficio est successor sui prædecessoris.*
6 *Remedium regulæ de Triennali personale est.*
7 *Actio competens spoliato Personalis est.*
8 *in beneficialibus non datur successio respectu tituli.*

CONSILIVM CLII.



Ne tuo frusteris desiderio, libenti animo calamum sumpsi, cupiẽs tibi rem gratam facere, super eo quod a me scire cupis, circa infra
1 scriptam quæstionem. † Spoliatus perceptione annuæ pẽsionis, quæ sibi debebatur super fructibus, & redditib. ac prouentibus, cuiusdam parrochialis Ecclesię iudicium cœpit contra Rectorem Ecclesiæ prædictæ, super spolio, quod vtique facere potuit, iuxta tradita ꝑ Doctores, in ca. querelã, de elect.
2 de quo late scripsi in tract. meo pensio. q. 47. † Et lite huiusmodi pendente, vigore facultatis sibi concessæ a summo Pontifice transtulit pensionem prædictam in Sempronium. Scire igitur desideras, an Sempronius in quem translata est ista pensio possit iudicium spolii inchoatum cõtra Rectorem dictæ Ecclesiæ spoliatorem prosequi? Et videtur prima facie dicẽdum, quod sic, quia Sẽpronius videtur subrogatus, loco illius,
3 cuius primo erat dicta pensio, †Subrogatus autem est eiusdem iuris & conditionis, cuius est is in cuius locum subrogatur, vt per Bal. in l. Parabolani. C. de episc. & cler. c. Ecclesia, vt lit. pẽd. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut.
4 Secũdo facit, †Quia in vsucapionibus, & præscriptionibus successor tam vniuersalis quã singularis vti potest accessione sui prædecessoris. l. id tempus, ff. de vsucap. l. dolia. ff. de contrahen. empt. l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acquiren. posses. & defensiones cõpetentes actori prosunt singulari successori. l. 1. C. de vsuc. transforman. c. is qui in ius alterius, de reg. iur. in 6. Quod ma
5 xime ꝓcedere videtur in beneficialibus, † si quidem successor in beneficio est successor sui prædecessoris. cap. si sacerdotes. 16. quęstio. 3. Inno. in cap. eam te, de rescript. & in cap. 2. de ordin. cognit.

Istis tamen non obstantibus, Contrarium de iure verius esse censeo, ex infrascriptis rationibus, & fundamentis. Primo, quia subrogatus viuenti virtute cessionis simpliciter, nõ censetur subrogatus, quo ad spolium, nisi expresse dictũ sit in subrogatione, quia cedi potest tale ius, vt per Mar. Soci. in l. rem quæ nobis, ff. de acquir. posseß. facit tex. in l. quod si in diem. §. Iulianus, ff. de petit. hæred. & scribit Gomes. in reg. de triẽnal. q. 11. sub nu. 14. vers. secundus casus.

Secundo facit, quia succedens in beneficio ei, qui erat triennalis possessor, vti non potest remedio dictæ regulæ, de triẽnali possessore, quod
6 suo præcessori competebat, † quoniam beneficium regulæ prædictæ, vtique personale est, vt per Gomes. quæstione tertiadecima, in principio, in comment. regulæ prædictæ de triennali.
7 Tertio facit, † quia actio competens spoliato est personalis, & iste in cuius persona translata est ista pensio, non læsus, neque spoliatus fuit, & subrogatus (in beneficialibus) in iuribus spoliati nun-

ti nunquàm censetur subrogatus in iuribus spolii, quæ spoliato competebãt, nisi expressum esset in signatura, vt docet prçallegatus Gomes. in regula prædicta, præallegata quæstione vndecima, num. 13.

Nec obstat adducta in contrarium. Et primo, quod dictum est de subrogato, quia remedium spolii est remedium personale, ideo competere non potest Sempronio nouo pensionario, nam ipse dici nõ potest subrogatus, quia pensio, quæ competebat spoliato, per translationem fuit extincta, & noua pẽsio fuit creata in persona Sempronii, vt norũt practici curiales, & patet ex forma trãslationis pensionis, quam posui in tractatu pensionum, in fine.

Secundo nõ obstat, quòd in vsucapionibus, & præscriptionibus successor, tam vniuersalis, quam singularis vti possit accessione sui prædecessoris, iurib. supra allegatis, quia Sempronius non est successor in iuribus primi pensionarii, quæ extincta fuere per translationem ipsam pe
8 nitus, & in totum. † Quinimmo etiam in beneficialibus non datur successio respectu tituli, vt in capitulo primo, de præscrip. & capit. Moyses. 8. quçstio. prima. Extinguitur enim titulus morte, vel renũciatione, & nõ transmittitur aliquid de iure mortui, ad successorem in beneficio, nã quod habet successor in Ecclesia sibi collata, est ex noua collatione, vt habetur per Ioannem Monach. in capitulo secũdo, vt lite penden. in 6. & per Ioannem Andr. in capit. ex parte, de arbitr.

Ex istis habes iam nepos carissime, quæ mea sit sententia, circa a te mihi propositam quæstionem. Vale.

Hieronymus Gigas.

MICHAELI CALIDONIO IVRISconsulto Vicentino.

SVMMARIVM.

1 *Memoria hominis labilis est.*
2 *Capitulum sede vacante consentire potest aßignationi pensionis in transactione apposita.*
3 *Capitulum sede vacante succedit in potestate dandi licentiam edificandi Ecclesiam, vt edificans acquirat ius patronatus.*
4 *Capitulum succedit in licentia danda suffraganeis consecrandi.*
5 *Capitulum succedit sede vacante Episcopo in obedientia prastanda.*

CONSILIVM CLIII.



Ixisti mihi nudius tertius, te dubitare, an capitulum sede vacante, Consentire possit pensioni in transactione adiecta inter duos clericos, litigantes super iuribus beneficii, sicuti potest episcopus ex dispositione, text. in c. de cætero, de trãsactio. rogastique vt si quid ad tollendam dictam dubitationem haberem, id tibi sedulo significarem,
1 Circa quod respõdi velle cogitare, † quia memoria hominũ fragilis est, & caduca. l. peregre profecturus. ff. de acquir. posses. tunc enim mihi nõ succurrebat huiusmodi dubitationis decisio,
2 modo autem desiderio tuo satisfaciens, † Dico, capitulum sede vacante, sicuti episcopus, si viueret, posse auctoritatem interponere pensioni huiusmodi, id enim est ordinariæ iurisdictionis episcopi, vt in dicto capit. de cætero, & ita tenet Pauinus in tracta. suo de offic. & potes. capi. sede vacan. q. 8. i. partis, in versic. an autem capitulũ, num. 6. qui tracta. habetur in 2. vol. tract. secundum impressionem Venetam.

3 Facit, quia † capitulum sede vacante, succedit in facultate dandi licentiam ædificandi Ecclesiam ad hoc, vt ædificans aquirat ius patronatus, vt scribit Calder. in consil. 3. in titu. de iure
4 patro. † Et similiter succedit in potestate dandi licentiam suffraganeis cõsecrandi, iuxta ea quæ habentur in capitu. suffraganeis, de electio.
5 † Succedit etiam capitulum sede vacante episcopo in obedientia prçstanda, vt interim per inferiores ei prçstari debeat obediẽtia, sicut prçstari deberet episcopo si viueret, secundum Zocchum in c. his qui de maiori. & obedi. Et plura alia in quibus capitulum succedit episcopo sede vacante, latissime ponit Pauinus in d. suo tracta. Ex his igitur habes Michael doctissime resolutionem dubitationis tue, Reliquum est vt me ames. Vale.

Hieronymus Gigas.

PETRO VVLPINO VERONENSI Iurium Doctori.

SVMMARIVM.

1 *Procurator an poßit constitui ad consentiendum pẽsioni imponendæ super beneficio quod adhuc non erat constituentis, sed debebat sibi conferri & sequenter erat sibi conferendum.*
2 *Seruitus potest imponi futuro edificio.*
3 *Actus potest confirmari ex causa superuenienti.*
4 *Maxime quando actus requirebat tempus ex natura rei.*
5 *Et si erat conditionalis, si beneficium conferretur.*
6 *Vbi defectus non est in persona se. in re attenditur tempus quo extat conditio.*
7 *Consuetudo dictans aliquem non posse agere per procuratorem nisi habeat priuilegium, quo tempore priuilegium debeat obtineri.*
8 *Semper attenditur vbi est quando procurator exercet actum, vt dicto tempore & loco videatur constituens actum exercuisse.*
9 *Maxime quando incontinenti illa facienda erant.*
10 *Proximus accingi, habetur pro accincto.*

In

11 *In permutatione beneficiorum, tractatus solent interuenire.*
12 *Beneficium suum, quod proprie dicatur & num. 15.*
13 *Mandatum procuratoris trahitur ad futurum quãdo constituens de præsenti non habet aliquid super quo illum constituat.*
14 *Procurator constitutus ad lites suas, an poßit exercere futuras si de præsenti constitues nullas habeat.*
15 *Falsa demonstratio non vitiat quando de corpore cõstat & num. 17.*
16 *Si mandatur certum beneficium conferri, ad collationem Episcopi spectans vale mandatũ esto quod non spectet ad collationem Episcopi, si de corpore beneficij constat secus si mandatum est generale.*

CONSILIVM CLIIII.



VT desiderio tuo satisfaciam, dum a me scire cupis, vt tuis humanissimis litteris ad me scripsisti, An procurator constitui possit ad cõsentiendum reseruationi annuæ pensionis, super fructibus beneficii, quod constituens sperat consequi, Ita demũ si & quatenus ei conferratur, & valeat talis procuratoris constitutio? Breuiter dicendum arbitror ꝙ sic, Ita enim decidit Paris. consil. 43. incipiẽte, sextadecima mensis Decembris, in 4. vol. Et hanc opinionem sequitur etiam Petrus Rebuf. de Monte Pesulano, in sua Praxi beneficiorum, in titu. de procuratoris, ad resignandum constitutione, num. 29. Quorum opinionem approbo, cum etiam id ex consuetudine Romanæ curiæ sit receptum: Et ne labores in perquirendo dictum cõsilium Parisii, illud pro tua Clariori intelligentia, de verbo ad verbum, his nostris insertũ, ad te mittedũ duxi. Cuius tenor talis est.

Sextadecima mensis decembris, facta est in partibus permutatio, eodem mense præcedenti
1 die, scilicet, 15.† vnus ex præmutare volentibus constituit procuratorem ad consentiendum pẽsioni in Romana curia imponendæ super tali beneficio, quod suum appellauit, & erat die sequenti, videlicet, 16. permutandum, & sibi conferendum. Quæritur an valuerit talis constitutio procuratoris, attento ꝙ tempore consensus præstiti dictum beneficium ipsius constituẽtis erat. Breuiter puto valere talem constitutionem
2 procuratoris. † Primo ex illa ratione, ꝙ seruitus potest imponi futuro ædificio. l. si seruitus. §. futuro, ff. de serui. vrba. prædi. & in l. Labeo. ff. de
3 serui. rust. præd.† Item quia solet actus confirmari ex causa superueniẽti, nam videmus, ꝙ si rem alienã dedi pignori, postea factus sum illius dñs, pignus conualescit. l. rem alienam. ff. de pig. act. emp. l. si quis alienam, ff. de act. emp. & quod ha-
4 betur in l. si a Titio. ff. de rei vẽd.† Sed in casu nostro fortiori ratione, qnia cum præstatio consensus erat facienda Romæ, iam ex natura rei, iuerat tempns, quo posset epistola illuc venire, ar. l. si mihi, & tibi. §. 1. & l. 3. §. si quis ita stipuletur, el
5 2. ff. de eo quod ce. lo.† Sufficit igitur ꝙ tempore, quo actus debent per procuratorẽ exerceri, maxime quando est cõditionalis, quia inest illa cõditio si Papæ placuerit impositio pensionis, iuxta c. nisi essent, de præben. lib. 6. ꝙ res seu beneficium sit illius, tempore quo consensus per procuratorem est præstandus, Ad quod optime facit l. existimo & l. si rem meam, ff. de verb. obl. in
6 ratione sui, † quia vbi est defectus non in persona, sed in re attendimus tempus quo extat con-
7 ditio, vt ibi declarant Doct.† Per quam legem satis ad propositum dicebat ibi Petr. de Bellapert. pro vt ibi referunt Moder. ꝙ si est consuetudo in aliqua terra, ꝙ quis non posit agere per procuratorem, nisi habeat priuilegium, ꝙ si primo constituit procuratorem, postea impetrauit priuilegium, sufficit ꝙ tẽpore, quo procurator agit, ipse constituens habeat priuilegium.
8 †Semper enim attendimus, vbi, & quãdo procurator actum exercet, vt dicto tempore, & loco videatur Dominus exercuisse actum, vt not. glo. in verb. collato, in cle. 1. vt lit. pend. & probat. l. si vt ꝓponitur, de fideiuss. cũ ibi not. per Doct.
9 †Accedit ad prædicta, ꝙ quia res incontinenti erat fienda Domini, & sic beneficiũ die sequẽti erat ex causa permutationis conferendum illi, qui die præcedenti constituit procuratorem ad consentiendum pensioni, & quia incontinẽti fienda, vnico contextu dicitur facta, & constitutio procuratoris, & permutatio, argumento l. lecta, vers. dicebam, ff. si cer. pet. & l. item quia, ff. de pact. & c. officii, de elect. facit l. sed si ab initio, ff. ad Maced. & l. si ventri, ff. de priuil. cred. §. in
10 bonis.† Facit quod dicimus, ꝙ proximus accin-
11 cto. l. pen. ff. de mil. test.† Eo maxime, quia solet in permutatione interuenire tractatus, & quidẽ licite, vt dicit gl. in ver. volentib. in cle. 1. de rer. permu.

Nec obstat, ꝙ appellauit beneficium suũ, quia dico, ꝙ ex quo non habebat aliud beneficium, quod vocaretur eo modo, quo est nominatum, & quod per designationem, & permutationẽ factum est certum, & sic constitit de corpore, argumento. l. certum, ff. si cer. pet. & quod not. Docto. in c. significante, de rescript.

12 †Appellatio illa, meum beneficium, trahitur ad futurum, ex quo nõ reperitur aliud, arg. l. fundus qui locatus, ff. de fund. instru. & quod per illum tex. dicũt Doct. in l. item ad litem, ff. de pro
13 cur.† vt ibi tradũt Bal. Ang. & Alberi. post Guil. & Iac. Butr. Quod si cõstituo procuratorem ad lites meas, & de præsenti nullas habeo lites, ꝙ mandatum trahetur ad futuras, hoc idem tenet dec. 1. in no. de procur. in fi. in quadam addi.
14 †Nec est curandum de falsa demonstratione, illa videlicet, ꝙ appellatum est per verba de præsenti beneficium meum, & per verba de præterito appellauit beneficium permutatum, quia ex quo ex nomine beneficii, & Ecclesiæ in qua est, & diœcesis, & sic ex triplici, vel quadruplici demonstratione, quia nominata est persona, cum

qua fienda erat permutatio, & sic plures demonstrationes vere vincunt pautiores.l.1.§.fin. ff.de do.præl.& arg.not.in c.in nostra, de testi.maxime ex quo nõ probatur, quòd aliud beneficium vocatum esset permutatum, iuxta not. per Paul. de Castr.& moder.in l.si nomine. C. de testam.

15 † Preterea quando constat de corpore falsa demonstratio non vitiat, vt est deci. Rot.in antiq. in tit.de rescr.82.quidam obtinuit, quam sequũtur Doct.in c.significante, de rescript. Eo maxime, quia non in genere dictum est, do potestatẽ consentiendi impositioni pensionis super meo beneficio, sed in specie super tali beneficio, Ad quod optime facit, q no. post Stepha.Io.de Imo. in clem.si beneficio.col.2.vers.quæritur Stephanus,

16 †vbi dicit q si constat de corpore beneficii, & in specie mandetur certum beneficium conferri, quamuis falso dicatur ad collationem Episcopi spectare, q valet mandatum, secus si in genere de beneficio spectante ad collationem Episcopi. Ex quibus apparet, quòd valide fuit imposita pensio, in vim dicti mandati.

Hieronymus Gigas.

HIERONYMO NIGRO CANONICO
Ecclesiæ Paduanæ Decretorum Doctori

SVMMARIVM.

1 Pensio in Francia in tribus tãtum casibus recipitur.

2 Canonicus consentiens dissolutioni vnionis Ecclesiæ ad vitam Titij quæ erat vnita suæ præbendæ, non tolleratur in Francia, quod sibi reseruare possit pẽsionem super ea, & regressum

3 Translatio pensionis etiam auctoritate apostolica, de vna persona ad aliam non tolleratur in Frãcia.

4 Debitor pensionis non potest cogi ad illam soluendũ per executorem datum in litteris reseruationis illius: sed per ordinarium tantum in Francia.

5 Regressus ob non solutionem Pensionis, non tolleratur in Francia.

9 Pensio in regno Franciæ per Papam imponi non potest super fructibus Archiepiscopatuum, & aliarũ dignitatum, sine consensu Regis.

CONSILIVM CLV.



IGNIFICASTI mihi humanissimis litteris tuis, quòd quidã Nobilis Gallus qui in Almo isto patauino Gymnasio legibus operã dat, & tuus est contubernalis inter loquẽdum tibi dixisse, quòd in Frãcia in materia pensionum, quæ imponuntur super fructibus beneficiorum Ecclesiasticorum, non omnia quæ alias in cæteris partibus obseruantur, ibi obseruari solent. Ideo rogasti vt tibi significarem, in quo discrepat vsus illius prouinciæ, a stilo, & consuetudine Romanæ curiæ. Accipe igitur quæ inter studendum collegi circa præmissa.

1 † Pensio in Francia in tribus tantum casibus approbatur. Primo propter bonum pacis. Secũdo ne resignans nimium dispendium patiatur ex eius resignatione.c.super hoc, de renũti. Tertio, in permutatione ratione inequalitatis beneficiorum compermutatorum, quando vnum altero magis super abundat in fructibus redditibus, & prouentibus, nam tunc super beneficio maioris valoris imponi potest annua pensio. c. ad quæstiones, de rer.perm. In cæteris autem casibus non recipitur pẽsio, ita scribit Pet. Rebuf. in sua praxi beneficiorum, in titu.de reseruatione tam generali, quã speciali, num.23.& 24.

2 † Canonicus consentiens dissolutioni vnionis Ecclesiæ parrochialis ad vitã Titii, quæ Ecclesia erat vnita suę præbendæ, potest sibi reseruare pensionem, & regressum, cedente, vel decedẽtæ eo, cui de dicta parrochiali fuit prouisum, quod tamen in Francia non recipitur, idem Rebuf.in d.sua praxi, in titu.de reuocatione vnionis, num.35.& 36.

3 † Translatio pensionis quæ auctoritate Apostolica fieri potest de vna persona ad aliam, & tota die obseruatur, in Francia non toleratur, vt attestatur idem Petrus Rebuf. in dicta sua praxi, in titu. de reseruatione tam generali quam speciali.num.20.

4 † Rector Beneficii debitor pensionis dato executore in litteris Apostolicis per Papã cogi non potest ad soluendum pensionem per ordinariũ, excepto auditore Cameræ Apostolicæ, qui est executor Censurarum, per quem debitor pẽsionis cogi potest ad soluendum non obstante datione executoris in litteris apposita; In Regno autem Franciæ debitor pensionis cogi non potest ad illam soluendam, nisi per suum ordinarium, vt scribit Petrus Rebuf. in concordata Frãciæ, in titulo de pacificis possessoribus, nu.127. Dicẽs, quòd si fieret coactio per executorem in litteris deputatum processus, & excommunicatio non valerent ob iurisdictionis defectum, & quòd si fieret executio per executorem solet appellari a notorio ab vsu ad Senatum, qui illum abusum reformare solet, Allegat Benedict.in repet.c.Raynutius, in ver.si absque in 2.de fideic. substit.num.39.de testam.dicẽs, quòd quotidie vidit sic reformari in Senatu Parisiensi.

5 † Regressus ob non solutionem pensionis, cõcessus per sedem apostolicã, ad beneficium grauatum illius onere, non seruatur in Francia, vt habetur per eundem Rebuf.in concor.Francię, in d.titu.de pacific.posses.num.129. Et ibidem in rub.de reseruatio.in versi.quòd probat, in fi.

6 †Pensio in regno Franciæ imponi non potest per Papam, super fructibus Archiepiscopatuũ, & aliarum dignitatum, sine consensu Regis, Idẽ Rebuf.in dicta concordata, in eodem titu.de pacific.posses.num.119.

Hieronymus Gigas.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Obligatus ad soluendum omnia onera monasterij, intelligitur obligatus ad soluendum onera consueta.*
2 *Generalis locutio ad extraordinaria non refertur.*
3 *Procurator Generalis licet possit facere ea quæ Dominus facere est solitus ordinarie, ad extraordinaria non se extendit.*
4 *Obligatus ad casus fortuitos, ad insolitos non obligatur.*
5 *Suscipiens in se periculum futuræ iniuriæ, nõ est obligatus ad insolitum, & inexcogitabile periculum.*
6 *Venditor licet teneatur de euictione, de casu contingenti post contractum nouo, & insolito nõ tenetur.*
7 *In locatione fructuum qui quomodolibet Archidiacono obueniunt, non venit solitum præstari eidem pro eius secundo aduentu.*
8 *Actio personalis non transit in particularem successorem.*
9 *Onera quilibet soluere tenetur pro rata fructuum quos percipit.*

CONSILIVM CLVI.



SCRIPTVM est apud glo. in authen. de consangui. & vter. fratr. in §. 1. in ver. opinari, quod sapiẽs ex paucis multa intelligit, & in cap. Melchior, 1. q. 1. ꝙ non debemus in sermonum foliis gloriari, Ero igitur in causa Reuerendiss. & Illustriss. D. mei, Domini Marini Cardinalis Grimani breuis, cũ res agatur, coram sapientissimis, & doctissimis viris, Et quia ex facto ius oritur. l. si ex plagiis. §. in cliuo Capitolino. ff. ad leg. Aquil. ideo in primis, & ante omnia factum propono, quod quidem tale est: Alias iam pluribus annis litigatũ, extitit diu in Romana curia inter Illustriss. & Reuerendiss. bonæ memoriæ Dominicum Cardinalem Grimanum, & venerandam congregationem S. Michaelis de Muriano, ordinis Camaldulensis, de & super monasterio S. Mariæ ad Carceres Paduanæ diœcesis. Tandem inter partes prædictas ad concordium deuentũ est. Et inter cætera actum extitit, ꝙ titulus dicti monasterii remanere deberet apud dictam congregationem, vna cum reditu ducatorũ sexcentũ annuatim, reliqui vero fructus essent reseruati loco annuæ pensionis dicto Reuerendiss. D. Cardinali, cum facultate transferendi dictos fructus in totum, vel in partem, Itẽ actũ extitit, ꝙ d. Dominicus Cardinalis teneretur soluere oĩa, & singula debita, & onera, ac liuella dicti monasterii, ita quod in vllo monasterium, & congregatio prædicta, ratione liuellorũ, & debitorum ipsorum quorumcunque soluendorum teneretur, neque teneri deberet, nisi ratione debitorum, si qua debita per dictam congregationem indebitæ contracta fuissent, Ita expresse dicũt verba litterarũ Apostolicarũ cõfirmationis dicti concordii. De mũ idem Cardinalis transtulit dictos fructus sibi reseruatos, partim in Reuer. Prothonotariũ Grimanũ eius nepotem. Et partim in præfatum Reuerendiss. D. Marinum, tunc Aquilegiensem Patriarchã, nunc aũt Cardinalẽ benemeritum. Mortuo d. Prothonotario cessauit reseruatio fructuũ, quo ad eius partẽ, & sic illa accreuit dictæ congregationi. Verum, quia Illustriss. Dominũ imposuit hoc anno clero totius Dominii, præter solitum, onus soluendi certum impræstitũ, Quæritur an Marinus modernus Cardinalis, cui reseruata est certa quantitas dictorum fructuum, pro rata dictorum ducatorum sexcentum, vt supra, dictæ cõgregationi reseruatorum, teneatur soluere dictum imprestitum, vel pro dicta summa ad illud teneatur d. congregationi?

Circa hæc ex infra dicendis, breuiter dico, dictum Cardinalem non teneri ad dictũ imprestitum, pro rata dictorũ ducatorum sexcentũ, quia si viueret. q. bonæ memoriæ Dominicus Cardinalis eius Patruus, cum quo initũ fuit supra dictũ concordiũ ad id non teneretur.
1 † Licet. n. se obligauerit soluere oĩa onera dicti monasterii: Intelligitur de illis oneribus, quæ tempore celebrati contractus dicto monasterio incumbebãt. l. Rutilia Polla. ff. de cõtrah. empt. & ibi Bart. sed tẽpore dicti cõcordii, Istud onus imprestiti non fuit in consideratione, quia non est ordinariũ, neque solitũ, merito de isto dicti cõtrahẽtes nõ videntut cogitasse, iuxta quorom mẽtẽ verba cõtractus interpretantur. l. fi. C. quæ res pign. dar. poss. & ibi Bal. facit tex. in l. non oĩs, ff. si cer. pet. l. fi. C. de contra. & commit. stipul. l. in cõuentionib. ff. de ver. obl. l. pręmittendo, in prin. ff. de iure dot. Sed solum videntur cogitasse dicti paciscẽtes, de onerib. ordinariis dicti monasterii, vt puta, dadiis, & collectis, quæ annuatim ordinariæ soluuntur, non autẽ de isto imprętito, nunquã imponi consueto, & sic extraordinario,
2 † facit tex. in l. Seio, §. medico, ff. de an. legat. vbi generalis loquutio ad extraordinaria nõ refertur,
3 per quem tex. dixit, † ibi Bar. ꝙ licet procurator generalis possit facere ea quę dñs solitus est facere, vt l. vel vniuersorum, ff. de pign. act. tamen intelligi debet de his quæ solitus est facere ordina
4 rie, non extraordinarie.† Subdit etiam ibi Bart. per illũ tex. ꝙ si aliquis obligauit se ad casum fortuitũ, nõ intelligitur obligatus de casu fortuito inusitato, vtputa, qui in mille annis accidit vna vice, allegat bonum tex. in l. fistulas, in fi. ff. de cõtrah. emp. hoc idẽ voluit Bart. in l. sed & si quis. §. quæsitum, col. 2. in fi. ff. si quis caut. Et sequitur Anto. de Butr. in c. 1. de commo.

5 † Comprobantur pędicta, ex his quæ voluit Angel. in consil. suo 176. incipit, pręmittẽdum est, vbi consuluit, quòd si quis suscepit in se periculum futuræ iniuriæ, non intelligitur prorsus insolitum casum, & periculum incogitabilis for
6 tunæ in se suscepisse, Ad idem † facit, quia licet regulariter de iure, venditor teneatur de euictione, vt per totum titulum. ff. & C. de euictio. tamen de casu contingẽte post contractum, no-

uo,& insolito nō tenetur.l.Lucius.ff.de euictio.
7 † Accedat quòd dixit Oldrad.in consi.129.incipit, in quæstione quæ vertitur, vbi consuluit, ꝙ in locatione fructuum, quæ quomodolibet Archiacono obueniunt, non venit solitum præstari Archidiacono pro eius iocundo aduentu,sed tantum ea quæ certam annuam erogationem continent.Et Oldr. sequuntur Bal. Ias. & alii in l.diuortio,§.quòd de in anno.ff.sol. matr.

Præterea verba litterarum confirmationis dicti concordii, in quibus cōsistit fundamentum dictæ cōgregationis sunt talia,videlicet, necnō, quòd tu tenearis,& obligatus sis soluere omnia, & singula debita, & onera,ac liuella dicti monasterii.Ita quòd in nullo monasterium,& congregatio prædicta, ratione liuellorum & debitorū ipsorum quorumcunque soluendorum teneatur,neque teneri debeat, nisi ratione debitorū, si qua debita per dictam congregationem indebite contracta fuissent,modo sic,exceptio debet esse de regula,& regulam declarat.l.nam quod liquide,in fin.ff.de pœ.leg. Sed dicta exceptio est de debitis iam contractibus,& quæ insunt tempore concordii, ita dicamus, quòd obligatio sit de oneribus,quæ tempore concordii inerant dicto Monasterio, Et ex his patet, quòd si dictus bonæ memoriæ Cardinalis paciscens viueret, ad dictum imprestitum, non teneretur pro rata dictorum ducatorum sexcentum.

Sed posito non tamen concesso,quòd dictus. q.bonæ memoriæ Cardinalis paciscens, si viueret,esset obligatus soluere dictum imprestitum pro dicta summa ducatorum sexcētum. Adhuc dico Modernum Cardinalem non teneri, quia dictus bonæ memoriæ Cardinalis erat obligatus ad dicta debita, & onera actione oriente ex d.concordio & sic actione personali.§.omnium
8 Inst.de actio. † actio autem personalis non transit in particularem successorem,& sic in modernum Reuerendissimum, ad quem tantum pars dictorum fructuum deuenit.l.fi.§. fi.ff.de cōtra. empt.l.1.§.si hæres. ff. ad Trebellia. Quinimmo personalis obligatio prælati non transit in successorem.ca,cum esset,& ibi Innoc.& Docto.de preben.Bal,in sua margarita,in verb. obligatio, & maxime quia dictum non fuit in dicto cōcordio, quòd successor teneretur ad onera, merito imputandum est dictæ congregationi. l. veteribus.ff.de pac.

Secundo moueor, ꝙ in dicto concordio actū extitit, quòd fructus dicti monasterii essent reseruati dicto. q. bonæ memoriæ Cardinali, & quòd ipse solueret onera dicti monasterii, modo(vt dictum fuit supra) dictus Cardinalis transtulit dictos fructus partim in d.Prothonotariū, cuius pars cessauit, & accreuit monasterio, alteram partem in Reuerēdiss.Cardinalem præsentem,tunc Patriarcham, & nil dispositum fuit in dicto concordio, de soluendis oneribus cessante dicta reseruatione fructuū in totum, vel pro parte.Et sic iste casus tanquam omissus in dicto concordio, remanet in dispositione iuris communis.l.commodissimum,ff. de lib. & posth.l.si si extraneus,ff.de cōdit.ob caus.l.si cū dotē.ff.so.
9 ma.† Ex dispositione aūt iuris cōis, q̄libet tenet ad onera ꝓ rata fructuū quos ꝑcipit, vt tradit in similibus terminis Bellenz.in suo tract. de carit. subsi.q.75. vbi decidit, ꝙ percipiens pēsionē super fructibus alicuius beneficii, teneatur pro rata fructuum ad decimas, & caritatiuum subsidium,facit tex.in c.tua nobis, circa fi.de decim. Et quòd voluit Innoc.in c.cum non sit,circa fi. de deci.vbi dixit,quòd quādo pensio est assignata super fructibus alicuius fundi, tunc pensio transit cum suo onere,ad idem Card.in cle.1.§. 1.in princ.de magistr. Laus Deo.

Hieronymus Gigas.

AVGVSTINO BRENZONO IVRISconsulto Veronensi.

SVMMARIVM.

1 Procurator datus ad litem non potest recipere solutionem.

2 Procurator constitutus in casu Pensionis cum libera administratione, potest recipere solutionem Pensionis.

3 Procurator constitutus ad causam quam constitues habiturus esset cum tali, etiam cum libera, non potest recipere solutionem.

4 Procurator generalis etiam non habens liberam administrationem, solutionem pensionis recipere pōt.

CONSILIVM CLVII.



ON ab re dubitas Augustine vti frater honorande, An procuratori constituto ad litem agitādam nomine pensionarii, contra Rectorem parrochialis Ecclesiæ, super cuius fructibus assignata est annua pensio ipsi pensionario, in cuius procuratorio non fuit specialiter attributa potestas ipsi procuratori exigendi, & recipiendi solutionem dictæ pensionis, licite possit solui pensio prædi-
1 cta.†Cum vt optime nosti iure cautum sit,quòd procuratori constituto ad litem non recte soluatur, vt statuit Paulus Iuriscōsultus in l. hoc iure vtimur,ff. de solutio.& habetur in l. sed si tantū. ff.de pact.& in l.transactionis.C.de transac.

Pro resolutione huius dubitationis, dū a me scire cupis,quid in hoc de iure sentiam breuib.
2 accipe.† Dico,quòd si talis procurator fuisset cōstitutus in cā pensionis huiusmodi, cum libera administratione ipsius causæ, posset transigere, & fortius solutionē recipere,per tex.in c.qui ad agēdū,in fine,de procurato.in 6. Secus tñ esset, si in instrō procuratorio dictū fuisset, ꝙ ei conceditur plena,& libera administratio in prędictis, nam eo casu censetur data potestas libera super instātia,nō super cā:Ideo nō poterit tali casu solutionem

lutionem recipere, vt singulariter dixit Barto. in
3 l. qui Romæ. §. Calimacus. ff. de verb. oblig. †Vbi etiam scribit, quòd id procedit, quando procurator habuit administrationem certæ causæ specialiter nominatæ, vtputa, quando constituitur procurator ad causam talem, quam constituens habiturus esset cum tali, concedens in prædictis liberam, & generalem administrationem, si autem dictum esset facio te procuratorem, in causa quam habiturus sum, cum tali ad agendum, & defendendum, libellum dandũ, litem contestandum, &c. dans in prædictis liberam administrationem, eo casu cõcessa esset solum libera administratio instantię, non autem causæ, ideo de ea non posset transigere, nec solutionem recipere, & idem erit quando quis est constitutus procurator in causa, quam constituens habiturus esset, cum tali, nec causam expressit, nam tunc verbum causa, refertur ad instantiam. Ita scribit Bart. in præallega. §. Calimacus.

4 †Quid autem dicendum in procuratore generali, non habenti liberam administrationem, Inno. in c. quod quibusdam, de fideiuss. in 1. col. tenet, quod procuratori generali, etiam non habenti liberam, solui debent pẽsiones, & alii redditus villæ, & præbendæ constituentis. Opinionem Innoc. sequitur Card. in d. c. quod quibusdam, col. 2. versi. quinto quæro, Cum quibus trã sit etiam Petr. Rebuf. in tracta. suo de paci. pos. num. 131. Talis tamen procurator, non poterit alienare, argu. l. procurator tutorum, ff. de proc. & l. sancimus. & l. constitutionem, C. de admi. tu. Ex his arbitror satisfecisse requisitioni tuæ, August. honorande, si quid aliud tua gratia possum iube, & bene valeas.

Hieronymus Gigas.

COMITI SIMONI DE PORTIS Archidiacono Ecclesię Vicentinę.

SVMMARIVM.

1 Valor ducati, an sit considerandus in solutione Pensionis, vt currit Romæ, vbi facta fuit reseruatio pẽsionis, vel vt currit in loco vbi situm est beneficiũ, super cuius fructibus fuit reseruata ipsa pensio.

CONSILIVM CLVIII.



VT tibi morem geram, vt teneor, ob egregias animi tui dotes, & pro inueterata, & antiqua amicitia, quæ inter nos semper extitit, Simõ obseruandissime, dum cupis scire quid de iure sentiã in proposita mihi tuo nomine quæstione, quę talis est? Reseruata fuit cuidam Clerico Vicẽtino super fructibus redditibus, & prouentibus, cuiusdam parrochialis Ecclesiæ Vicẽtinæ diocesis, annua pẽsio 30. ducatorum largorum soluenda per Rectorem dictæ parrochialis Ecclesiæ: Contingit dubitari, an solutio dictæ pensionis fieri debeat, secundum valorem ducati larghi currentis Romæ, vbi facta fuit reseruatio pensionis, vel iuxta valorem currentem in ciuitate Vicentiæ, sub cuius dioecesi dicta parrochialis Ecclesia sita est, calamum sumpsi, & quid de iure sentiã, tibi significandum duxi.

1 Videtur prima facie dicẽdum, †quòd solutio prædictæ pensionis fieri debeat, iuxta valorem ducati currentis Romæ, quia in hibi facta fuit reseruatio dictæ pensionis per pontificem. arg. text. in l. cum antiquitas, circa princ. C. de testa. ibi, vel codicillus nascitur, locus. n. vbi facta est gratia cõsiderandus videtur, facit tex. in l. nummis, ibi neq; ex regione vnde fuerit. ff. de leg. 3.

Prædictis tamen non obstantibus, contrariũ de iure dicendum arbitror, videlicet, quòd attẽdi debeat locus, vbi beneficium pensionis onere grauatum, situm est, & secũdum valorem ducati ibidem currentem solutio pensionis fieri debeat, per ea quę scribit Bartho. Bellenz. olim Rotę auditor, in tracta. suo, de subsi. carit. q. 84. vbi dixit, quòd si Papa mandat alicui prouideri de beneficio, cuius fructus redditus, & prouentus sint librarum centum Turronensium paruorum, iuxta taxationem decimę, quòd tam in taxatione, quam in valore monetę considerando, attendi debeat locus vbi beneficium situm est. & non locus curiæ Romanæ, vbi Papa gratiam fecit, & si ibi non currunt Turronenses, fiet æstimatio monetæ ibi currentes ad rationem Turronensium, & fiet compartitio, iuxta pondus, & consuetudinem cambii, quæ communiter ibi esse solent, non iuxta casualem carestiam, vel vtilitatem, quæ propter casum accideret, secũdum glo. in clem. si beneficiorum, in ver. consuetam, de deci. Allegat Dominos de Rota decisio. 233. quę incipit, vbi est facta gratia, in antiq. & tex. in c. cum canonicis, in fi. de censi. & Io. And. in addi. Spec. in rub. de conces. pręb. in versic. ad aliã quęstionem, & plura alia adducit, quę videre poteris. Ad idem confert quod scribit idẽ Bellenz. in eodem tract. q. 86. vbi dicit, quòd decima solui debet de pecunia currente, & visitata in loco vbi sita sunt beneficia, pro quibus decima ipsa soluitur, per tex. in cle. si beneficiorum, de deci. allegat etiã tex. in c. olim, de iniur. & damn. dat.

Prędicta sane intelligo procedere, nisi ex probabilibus coniecturis, aliud esse de mente Papę colligi posset, cum in obscuris id quod est verisimilius inspicere debeamus, cap. inspicimus, de reg. iu. in 6. & ibi per Dy. & pręsertim id procedere dixerim, quando Papa in litteris reseruationis pẽsionis voluisset illam solui debere Romę. Ex istis arbitror satisfecisse requisitiõi tuę, Simõ ornatissime laudoq; peregregiũ animũ tuũ, semper ad discendũ aliquid cupidũ immittando Iulianum Iurisconsultum, dicere solitum, & si alterum pedem in sepulchro haberem, adhuc discere quidem vellẽ, & discendi cupiditatem solam viuendi rationem optimam, in octauo, & septuagesimo

gesimo suę ętatis anno existimauit Pomponius Iurisconsultus, vt habetur in l. apud Iulianum, ff. de fideic. libert. Vale Gigantis tui qui te plurimum colit,& veneratur, non immemor.

Hieronymus Gigas.

ROCCHO CATANEO IVRIS CONsulto Veronensi Prothonotario Apostolico.

SVMMARIVM.

1 *Actio semel extincta non reuiuiscit amplius.*
2 *Pensio sola voluntate pensionarij cassari potest.*
3 *Verba cum effectu intelligenda sunt.*
4 *Mens, & intentio disponentis attenditur, potius quam verba.*
5 *Gratia conditionis, nil ponit in esse ante subsecutum implementum.*
6 *Clausula non aliter, nec alio modo, in supplicationib. operatur vim conditionis.*
7 *Et naturam habet pracisam.*
8 *Conditionis implementum, est causa perfectionis cõtractus.*
9 *Actus agentiũ, non operatur vltra eorum intẽtionẽ.*
10 *Argumentum ab absurdo vitando validum est iure.*
11 *Deficiente conditione, deficit & omnis dispositio, tã inter viuos, quam in vltima voluntate.*
12 *Pensio assimilatur contractibus prophanis.*
13 *Argumentum de toto ad partem in iure procedit, & valet.*
14 *Cessante causa promissionis, cessat & ipsa promissio.*
15 *Et cessante cã obligationis, & ipsa obligatio cessat.*
16 *Idem in ademptione, & absolutione pariter.*
17 *Nemo locupletari debet cum aliena iactura.*
18 *Pensio reseruata ex causa onerosa, fortior est, quàm si ex causa lucratiua.*
19 *Aequitas seruanda est, & in ecclesiasticis maxime.*
20 *Clausula ex nunc, cuius sit effectus.*

CONSILIVM CLIX.



VAMVIS Cæsarei, pontificijque iuris admodum peritus existas, & in iudicandi munere in ecclesiastico foro, iam diu summa cũ integritate verseris, non debet reprehensibile iudicari, si aliquando in his, in quibus etiam quilibet sapiens probabiliter dubitare posset, aliorum opinionem perscrutaris. Siquidem scriptum est per Celestinum Tertium, in cap. prudentiam, de offi. delegat. quod integerrimum est iudicium, quod plurimorum sententiis comprobatur. Casus igitur, de quo dubitari contingit, & in quo quæris quid de iure sentiam, talis est. Quidam clericus Veronensis diœcesis, & Rector cuiusdam parrochialis Ecclesiæ, illam resignauit in manibus Papæ, ad fauorem Titii, cui de ea fuit prouisum, & dictus Rector obtinuit sibi reseruari annuam pensionem ducatorum quinquaginta, super illius fructibus, cum facultate, illam transferendi infra certum tempus, infra quod consensit translationi dictæ pensionis in personam Antonii eius nepotis scolaris Veronensis diœcesis, & nõ aliter, cui Antonio reseruata fuit similis pensio super fructibus Ecclesiæ prædictæ, cum primum clericali caractere insignitus fuerit, demum Antonius distulis per annos tres, & vltra ad faciendum se ad clericatum promoueri. Quæritur an pensiones decursæ a tempore, quo prædictus Rector consensit cassationi, & extinctioni dictæ pẽsionis, & translationi in personam dicti Antonii, vsque ad tempus, quo ipse Antonius ad clericalem tonsuram promotus fuit, spectent ipsi primo Rectori, qui eandẽ Ecclesiam resignauit, vel Titio moderno Rectori illius? Pulchra sane est quæstio, in qua alias consului in quadam cã Eugubina pensionis: Ideo pro illius decisione, ne quæ alias scripsi in ea, nunc repetam, transmitto copiam consilii prædicti, in quo habetur resolutio dictæ dubitationis, pergratumque mihi erit intelligere vtrum & tu idẽ sentias, quod ego scripsi. Vale, & me (vt soles) ama.

TENOR CONSILII.



ESERVATA fuit annua pẽsio, quinquaginta minarum grani, & salmarum decem vini, super fructibus parrochialis Ecclesiæ, Plebis nuncupatæ Sancti Ioannis, villæ Loreti, Eugubinæ diœcesis, Ioannis Baptistæ de Mastrichiis, clerico Eugubinensis diœcesis, ex eo, quia ipse cessit iuri sibi competenti in dicta parrochiali Ecclesia, ad fauorẽ Guidonis Brancaleonis clerici diœcesis ciuitatis castelli, nec non consensit extinctioni litis, & causæ inter eos vertẽtis, de & super dicta parrochiali, Reseruata eidem Ioannis Baptistæ, facultate illam transferendi infra biennium, & prout in supplicatione desuper signata latius constat, Demum dictus Ioannes Baptista, infra dictum tempus, consensit translationi pensionis prædictæ, in personam Valerii, etiam de Mastrichii scholari dictæ Eugubinæ ciuitatis, & nõ aliter, cui Valerio reseruata fuit similis pensio cum primum clericali caractere insignitus fuerit, prout in supplicatione desuper signata apparet. Verum quia dictus Valerius distulit per decem fere annos ad faciendum, se promoueri ad clericatum, Contingit dubitari, An pensiones decursæ a die quo dictus Ioannes Baptista consensit cassationi, & extinctioni dictæ pensionis in eius persona, & translationi in personam dicti Valerij, vsque ad tempus, quo ipse Valerius promotus fuit ad clericalem tonsuram spectent ipsi Ioanni Baptistæ, vel Rectori Ecclesiæ pdictę.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitiæ.

Videtur dicendum, quòd pensiones decursæ spe-

spectent Rectori ipsius Ecclesiæ, & non ipsi Io. Baptistæ, ex eo, quòd dicta pensio in personam ipsius fuit extincta de eius consensu, & declaratum quòd Rector dictæ Ecclesiæ, & successores sui non teneantur de cætero ad solutionem il-
1 lius, eidem Ioan. Baptistæ: † actio autem semel extincta non reuiuiscit. c. quam periculosum 7. q. 1. c. quæris, de consecrat. dist. 4.

2 Secundo facit, † quia pensio sola voluntate pẽsionarii, etiam sine auctoritate superioris cassari potest, vt volut Præpos. in c. Agatho, 64. distinct. de quo scripsi in tract. pensionum, q. 58. num 5. & q. 99. nu. 8. & in meis Resp. in materia pensi. in 3. Respon. num. 7. sed sic est, quòd in casu nostro pensio ipsa non solum de consensu ipsius Ioan. Baptistæ, sed etiam auctoritate summi Põtificis fuit extincta, ergo non possumus dicere, quòd dictæ pensiones decursę ad ipsum spectẽt.

Prædictis tamen non obstantibus, contrariũ de iure dicendum arbitror, quod immo pensiones prædictæ spectent ipsi Ioan. Bapt. rationib. infra scriptis.

Primo, quia ipse consensit extinctioni dictæ pensionis in eius persona conditionaliter, scilicet, vt in Valerium transferretur & non aliter, vt sonant verba supplicationis desuper signatæ, & in Valerium est translata conditionaliter, videlicet, cum primum clericali caractere insignitus fuerit, & sic ante nõ potest dici effectualiter translata in ipsum Valerium; Verba autem illa, vt in Valerium transferretur, de effectuali tran-
3 slatione intelligẽda sunt. † Dispositio enim quælibet re ipsa, & cũ effectu, non autem verbis consideratur. l. 2. C. commu. delegat. l. 1. §. hæc autẽ
4 verba, ff. quod quisque iur. † Et clarum est in iure effectualem intelligentiam attendendam esse, & illud quod est de mente disponentis, & nõ illud, quòd verba prima facie sonare videntur, per ea quæ habentur in c. intelligentia, & ibi gl. & Docto. de verbo. signifi. & scribit Parisi. consi. 20. gratia præsens, col. 1. num. 2. 3. & 4. in 4. vol. Ergo antequam pensio fuerit effectualiter acquisita Valerio, & sic ante Valerii clericatum non dicitur adempta ipsi Ioanni Baptistę.

Secundo, moueor ex his, quæ scribit Paris. cõsil. 82. pensio octo ducatorum, col. 2. num. 7. in
5 4. vol. † vbi dixit, quòd gratia conditionalis ante euentum conditionis, & illius purificationẽ nõ afficit beneficium, quinimmo ante purificatam cõditionem est imperfecta, nec dicitur habuisse consensum, & eius effectus est suspensus, allegat tex. in c. si pro te, & ibi glo. & Docto. de rescript. in 6. & in clem. 1. in princ. de conces. præben. & idem dixit Paris. in d. consi. 82. num. 6.

Tertio, ponderanda sunt verba supplicatio-
6 nis prædictæ, ibi † & non aliter, nec alio modo, quæ habent vim conditionis, secundum Bald. in authen. ingressi, col. 4. C. de sacrosanct. eccle.
7 † quinimmo dicta clausula non aliter habet naturam præcisam, adeo quòd nulla modificatio, nec interpretatio a verbis separata admittitur, vt notat Bald. in cap. 1. §. denique, colum. fi. quæ fuit prima cau. benefi. & per glos. & Bald. in l. & si quidem. C. de excep. Deci. consil. 61. & pro tenui, colum. 2. num. 2. in 1. volu. Ias. consil. 86. in causa Reueren. Dom. Gentilis, num. 16. in 3. volum. Ergo antequam ex translatione prædicta, effectualiter pensio ipsa non transiuerit in Valerium non est adempta ipsi Io. Baptistæ.

Quarto, cõprobatur prędicta conclusio, quia Valerio reseruata fuit dicta pensio, cum primum caractere clericali insignitus fuerit, & sic conditionaliter, igitur interim ipsi Ioan. Baptistæ non est adempta, quia conditionalis dispositio ante conditionis euentum, nihil ponit inesse, quinimmo interim effectus gratię conditionalis, stat in suspenso, & gratia ipsa est imperfecta, vt supra dictum fuit, & probatur in dicta clement. prima. in princip. de conces. prębend. & in capit. si pro te, vbi glos. & Docto. de rescript. in sexto.

Ponderandę sunt tot geminatę conditiones, sub quibus facta est dicta extinctio pensionis, & translatio in d. Valerium, ex quibus magis firma remanet intentio, & mens summi Pontificis, & ipsius Ioan. Bapt. quòd pensio prędicta in persona ipsius Ioan. Bapt. non esset extincta, nisi postquàm effectualiter esset quęsita ipsi Valerio, per ea, quę late scribit. Corset. in tracta. suo, de verb. geminat.

Quinto facit, quia ex verbis dictę supplicationis, ibi, ne dictus Io. Bapt. nimium dispendium patiatur, ex quibus colligitur aperta mens Papę, qui noluit Ioan. Bapt. damnum pati antequàm pensio ipsa effectualiter acquisita esset ipsi Valerio, in quem translata erat conditionaliter, videlicet, cum primum promotus fuerit ad clericatum, nam in conditionibus primum locum sibi vindicat voluntas, & mens disponentis. l. in cõditionibus. ff. de condi. & demonstr. facit quod voluit Imol. in cap. 2. & in 2. col. de instit. quem sequitur Petr. Rebuf. in titu. de pacif. poss. num. 189. vbi dixit, quòd si Papa mandet Titio laico cupienti clericali militię ascribi, de beneficio prouideri, attamen antequàm sit clericus, non valebit beneficii collatio, licet valeat manda-
8 tum, Ad idem facit, † quia conditionis implemẽtum est causa perfectionis contractus, vt scribit Bertach. in tract. de gabel. in 6. part. num. 3. allegat text. in l. hęc conditio, ff. de contra. empt.

Sexto comprobatur, quia si diceremus pẽsionem prędictam in personam ipsius Io. Bapt. esse extinctam, antequam Valerio esset effectualiter acquisita, vtiq; actus agentium operarentur contra eorum voluntatem, quod esset contra dispo-
9 sitionẽ iuris, † qua cautũ est ꝙ agentiũ actus non operẽt contra eorũ voluntatẽ, l. nõ oĩs, ff. si cer. pet. l. obligationum substantia, ff. de act. & oblig.

Septimo, comprobatur etiam dicta cõclusio alio inconuincibili fundamento, nam Papa nõ videtur Valerio prouidisse de dicta pensione, nisi seruato modo, de quo in supplicatione translationis

flationis dictæ pensionis in Valerium, iuxta ea, quę scribit Abb.in c.cum pridem, de pact.& Gomes.q.33.in fin.in reg.de trienn.& in quęst.27. in fin. in eadem regula. Sed sic est, quòd Ioannes Baptista consensit extinctioni dictæ pensionis, vt Valerius illam consequeretur, Ergo donec Valerius illam consecutus non fuerit, non est effectualiter ab ipso Io.Bapt. abdicata, alias si secus diceremus sequeretur absurdum, quòd si Valerius nunquam voluisset promoueri ad clericatum Io. Bapt. esset priuatus dicta pensione,
10 quod non est dicendum, †cum validum sit argumentum ab absurdo vitando. l.nam absurdum, ff.de oper.libert. Porceli. in tract.de inuēta.c.6. num.22. Abb.in c.noua, num.2.de pœniten.& remis.
11 Corroboratur ista conclusio, † quia deficiente cōditione deficit ipso iure, omnis dispositio, tam inter viuos, quam in vltima volūtate. l.Meuius, & l.qui hæredi §.fi.ff.de cōd.& dem.l.si rē. §.oīs.ff.de pig. act.ad idē facit.l.Iulianus.§.offerre, & tex.in l.qui pendentē, ff. de act.emp. & per Laur.Silua, in tract. de feu. cogn.q.23.col.3.in
12 fin.†Pensio autem assimilatur contractibus prophanis Rom.consil.336.col.4.Gomes.q.17.nu. 4.in reg.de infir.resig. & scripsi in tract. pensio. q.58. num. 5. & in meis Respon. pensio. in 2. Respon.

Accedat, quòd si Valerius noluisset ad clericalem ordinem promoueri, vel morte præuentus ad dictum ordinem promotus non esset cessaret eo casu causa, propter quam Io. Bapt. consensit extinctioni pēsionis prædictæ, & translationi in d.Valerium, & sic translatio, & extinctio prædictæ, re integra cessarent, ca. cum cessante, cum sim.de appell. Ergo pari modo mora dicti Valerii, in faciendo se promoueri ad ordinem clericalem, nocere non debet ipsi Io.Bapt. quia si d. Valerius nocere ipsi Io.Bapt. non potuit in totū,
13 ergo nec in parte, † cum validum sit arg.de toto ad partem. l.quæ de tota.ff.de rei vēd.l.si seruus eius, in fin.ff.de acquir. hæred. de quo etiam per Maria.Soc.iun.cons.36.num.10.in 1.vol. Bart. in l.per fundum, num.4.ff.de serui. rust.præd.
14 Facit, † quia cessante causa ꝓmissionis, promissio ipsa cessare debet, Rom.consi.417.in proposito casu, col.1.post princ.& col.2.versi.4.conside
15 randum.† Et cessante causa obligationis, cessat ipsa obligatio, Soc.consi.31.prosequendo ordinem, col. penult. versic.4. etiam probatur, in 1.
16 vol. † Et ademptionis causa cessante, cessat ipsa ademptio. vt scribit Bar.in l.cum seruus, ff.de adimen.leg. Et absolutionis causa cessante, cessat ipsa absolutio.l.si a te, vbi Soc. in 1.not.ff.de excep. rei iud. Et plura ad hoc cōgerit Tiraq. in tract.suo cessante causa, in ver. obligationis causa cessante.

Et si diceremus, quòd interim donec Valerius esset promotus ad clericalem tonsuram, pēsiones decursæ remanerent penes Rectorem Ec
17 clesiæ supradictæ.†vtique esset dicere, quod Rector ipse ditaretur cum iactura ipsius Io. Bapt. quod esset contra regulas iuris. c.locupletari, de reg.iur.in 6.l.naturaliter, in fin.cum l.seq. ff.de cond.indeb.ideo non est dicendum, præsertim in casu isto, in quo pēsio fuit assignata d.Io.Bapt. ex causa onerosa, quia ipse cessit iuri sibi competenti in d.Ecclesia, ad fauorem Guidonis Brancaleonis de Mercatello clerici diœc. ciuitatis castelli, vt constat ex supplicatione desuper signata, ideo non est verisimile, quòd Papa voluerit d.Io.Bapt.esse priuatum pensione prædicta, an
18 tequàm Valerio effectualiter esset acquisita,† cū fortior sit pensio alicui reseruata ex causa onerosa, quam ex causa lucratiua, facit quod voluit Petr.de Vbal.in tract.de cano. parroch.c.8.nu. 15. vbi dixit, quod conditio pretendentis causam onerosam, potior est, quam prætendentis causam lucratiuam, facit text. in l. sancimus. C. de iur.delib.

Et istam partem proculdubio tenendam esse
19 censeo, quia æqua est,† præsertim, quia in istis materiis Ecclesiasticis æquitas seruanda est, vt scribit Bellenz.in tract. de subsid.carit.q.37.

Nec obstant in contrarium adducta, Dū dicebatur pensionem extinctam in personam ipsius Io. Bapt. de eius cōsensu, quia licet dictum sit in supplicatione prædicta, quòd Io.Bapt.ex nūc
20 consensit, † dicta clausula ex nunc, apposita in dispositione conditionali, vt in casu isto semper refertur ad conditionis euentum, & existente conditione operatur effectum, ante vero conditionis euentum, nihil operatur, Imo.in clem.1. de conces. præben. ad idem Cassad.decis.3. nu. 15.in rub.de præben.de quo scripsi in meis Responsis famil.in materia pensio. Respons.14. & idem de dictione, de cætero, de qua in dicta supplicatione. Nec obstat, quod secundo loco dicebatur, quod pensio solo consensu pēsionarii extingui, & cassari potest, sine auctoritate superioris, quia id procedit quando pensionarius simpliciter consensit extinctioni, & cassationi pensionis, secus quando conditionaliter, vt in casu isto per superius deducta.&c.

Hieronymus Gigas.

CONSILIVM IN MATERIA DESERTAE APPELLATIONIS OB LAPSVM FATALIVM.

IN CAVSA FELTRENSI.

SVMMARIVM.

1 *Vbi est certus terminus in quo quis debet comparere, non sufficit id ante terminum facere.*
2 *Quando per verba iudicis à quo, constat ab eo esse accipiendos Apostolos, non sufficit accipere à notario.*
3 *Primum fatale incipit currere à die appellationis.*
4 *Deducta nullitate in iudicio, causa debet regi per viam appellationis, etiam super nullitate.*
5 *Deducta nullitate, etiam quod sit notoria, debet iustificari appellatio, & per viā appellationis deduci.*
6 *Fatalia æquè currunt super desertione, & super appellatione.*
7 *Decretum citationis est nullum ipso iure, quotiescunque non apparet de appellatione.*
8 *Fatalia non currunt quoties in causa appellationis litigatur super aliquo incidenti.*
9 *Appellanti, qui succubuit, imputatur omne impedimentum per se præstitum.*
10 *Impedimenta circa terminos, quorum omißio reddit processum ipso iure nullum, non impediunt cursum fatalium.*
11 *Termini quorum omißio non vitiat processum dicuntur accidentales.*
12 *Fatalia appellationis currūt appellāti dolo appellati.*
13 *Ante litis contestationem quis non dicitur agere, sed velle agere.*
14 *Tempus intra quod causa appellationis debet expediri, si ita arctetur vt verisimiliter tam breui tempore expediri non poßit, appellanti imputetur.*
15 *Temporis angustia non impedit appellantem petere executionem suæ sententiæ.*
16 *Appellanti non datur secundum fatale, ratione impedimenti in primo anno, si post impedimentum potuisset causam expedire.*

CONSILIVM CLIX.



SENTENTIA diffinitiua fuit lata per D. Vicarium Dom. Episcopi Feltrensis in fauorem D. Archidiaconi die 13. Februarii, 1525.

Appellatio ab ea fuit interposita per Canonicos & Capitulum die 6. eiusdem Mensis.

Apostoli fuerunt decreti per iudicem die 13. Martii, 1525. quos iudex à quo obtulit se daturum in termino iuris, & sic certa die.

Franciscus de Guilielmis non expectata die iuris assignata ad recipiendum dictos Apostolos ab eodem iudice, eos accepit à notario causæ 5.
1 die eiusdem mensis Martii, post assignationem, & sic per vigintiquinque dies ante terminum assignatum, & sic nulliter, iux. gl. in Clem. quamuis rigor. in verbo, infra dictum terminum. ibi puto tamē, quòd si responderet se daturum &c. ibi, nec tunc sufficeret ante terminum comparere d. appell. & ex hoc oritur prima desertio.

Secunda verò desertio oritur ex eo, quia Apo
2 stoli erant accipiendi à iudice propter verba, & obtuli me daturum, denotat actualem traditionem per ipsummet iudicem, & non per notarium fiendam.

3 Primum fatale incipit currere secundum omnes à die interpositæ appellationis, & sic die 21. Februarii, 1525. Appellantes verò supersederūt prosecutioni appellationis eorum vsque ad diē 27. mensis Nouembris eiusdem anni, & sic per menses nouem, & dies sex, qua die 27. obtinuerunt causam committi D. Vicario Patriarchali, & eadem die fuit decreta citatio cum inhibitione contra D. Archidiaconum, & iudicem a quo, quæ tamen non fuit executa, nisi die 12. mensis Decembris. & ex istis causatur tertia desertio.

Reproductio citationis iudicialiter fuit facta die 10. mensis Ianuarii, 1526. & hic incipit causa prosequi.

Libellus fuit productus per appellātes die 19. Ianuarii, eiusdem anni 1526. in quo ipsi appellantes & libellantes deduxerunt prætensam nul
4 litatem cum appellatione. & sic debet regi causa per viam appellationis etiam super pretensa nullitate, & appellatio iustificari; etiam si appareat notoriam nullitatem, nisi iustificet eius appellationem probando fuisse legitimè interpositam, non potest prosequi solam nullitatem, sed opor
5 tet, quòd deducat causam per viā appellationis: vt est tex. in c. exhibita, de iudic. in fi. & ibi Butr. & Abb. & Philip. in c. dilecto, in 3. col. in ver. ex quibus tene menti. vbi idem Philip. in 5. col. de mente Innocentii, Bart. & Bal. dicit, quòd si appellatur dicendo, dico sententiam nullam, & si
6 qua sit appello, quòd tempora & fatalia currunt super nullitate, sicut super appellatione, quia sunt eadem fatalia. Sed in casu isto dictus libellus sic continet, vt etiam sonat ipsa appellatio. Ergo lapso fatali super appellatione, ita & labitur super nullitate. Et hoc dico pro tanto, quòd si aduersarii vellēt nunc principaliter prosequi, & de per se viam nullitatis, non possent, quia tenentur super vtroque procedere per viam appellationis, super qua etiā lis est cōtestata, vel quasi, & deserta appellatione deserta est & nullitas.

Sed modò videndum est, an appellatio sit deserta, & dico, quòd sic: quia vsque in hodiernum diem

diem non constat in iudicio, quòd fuerit appellatum, & sic antequàm iudex ad quem decerneret citationem cum inhibitione, vt supra dixi, non cōstabat de deuolutione causæ ad tribunal suum per viam appellationis. Ex quo sequitur, quòd decretum citationis, & omnia inde secuta
7 sunt ipso iure nulla, ex defectu iurisdictionis, quæ etiam hodie est sanata, cū non constet fuisse appellatum, vt constare debebat ante ipsum decretum per iura supra allegata. & ita tenet Rota in nouis. decis. 11. incip. fuit dubitatum. in 2. ad dit. incip. triplicem causæ cognitionem.

Sed supposito, quòd præmissæ nullitates nobis non suffragarentur, adest & quarta per lapsum, nedum integri anni, sed quatuordecim mensium à die interpositæ appellationis. infra quod tempus processum fuit tantum ad libelli productionem, & litis contestationē, seu quasi: quia culpa appellantium retardata fuit prosecutio appellationis: quia die 29. Ianuarii, eiusdem anni 1526. ipsi appellantes suspenderunt prosecutionem nullitatis, & appellationis prætensarum, & prosequi voluerunt, prout prosecuti sunt, viam nullitatis etiam colligibilis ex processu, in qua succubuerunt. ex quo sequitur illa conclusio. Rota in nouis. decis. 102. in fine, ibi, secus verò dicebant omnes domini, quæ assumpta fuit ex dictis Bal. in auth. ei qui. in ver. quęro appellans, de temp. appel. vbi dicit, ꝙ si in causa appellationis litigatur super incidenti, & exem-
8 plificat super inepto libello, non currunt fatalia, sed illud tempus de medio subducitur, si appellans ipse obtinuit. secus si succubuit. Et hic est casus noster, pro quo facit l. intra vtile. ff. de minor. & not. per eundem Bal. in l. contra maiores, in ver. quæro vtrum interim, C. de inoffi. testam. & in dicta authen. ei qui. in 1. col. ver. quæro si appellans. vbi concludit, quòd omne impe-
9 dimentum præstitum per appellantem, in quo succubuit, sibi imputet, quia currunt fatalia, & pro hoc dicto allego notata per Doct. in c. Nicolao militi, de appell.

Nec obstat si ex aduerso dicitur, quòd alia exstant impedimenta in præsenti casu impedientia cursum fatalis culpa appellari retardātis processum causę, & eius expeditionem, vt in retardatione replicationum, vel triplicationū, aut aliorum terminorum. Quia dupliciter respōdetur. primò, quòd impedimenta talia, si non sunt cir-
10 ca terminos substantiales, quorum omisio reddit processum retro ipso iure nullum, de quibus per Rot. in collectis per Egidium Bellam. decis. 27. incip. termini Palatii, & decis. 74. incipiente, termini instan. & decis. eiusdem 327. & in antiquis decis. 488. & decis. 806. non obstant, quia huiusmodi termini extra, vel vltra substantiales, de quibus in dictis decisionibus dicuntur accidentales, quorum omisio nō vitiat processum.

Secunda responsio assumitur ex dictis Bart. & Doct. in l. arbitro, §. dolo, in ver. sed nunc oppono, ff. de dolo. & Bald. in dicta authen. ei qui. in 1. col. in ver. idem forte, §. de temp. appel. vbi di-
12 cunt, quòd appellationis fatalia currunt appellanti impedito dolo appellati.

Præterea considerandum est, quod supradixi, videlicet, quòd reproductio citationis iudicialiter facta fuit per aduersarios die 10. mensis Ianuarii, 1526. & sic a dicta die, quæ induxit litis pendentiam, secundùm glos. in Clemen. 1. de iudic. licet Doct. in l. amplius, ff. rem ratam hab.
53 dicant, quòd ante litis contest. quis non dicitur agere, sed velle agere. vsque ad diem 21. Februarii, 1526. supererant dies 32. a die verò producti libelli supererant dies 23. sed ex quo appellantes arctauerunt se ad finem anni, & angustiauit se ad tempus, infra quod non potuissent causam expedire, sibi imputet. ita Cardin. in Clem. sicut, de appell. & Abb. in c. ex ratione, de appel. & ibi Phil. in 7. col. in ver. aliquando. sed sic est,
14 quòd isti adeo se arctauerunt ad finem anni, ꝙ verisimiliter nō potuissent expedire causam infra 32. dies. eis itaque imputetur. Immo Doct. volunt, quòd etiam ante lapsum anni in tali casu & temporis angustia appellans possit petere
15 executionem suæ sententiæ, ac si totum & integrum fatale fuisset elapsum, vt not. in dic. cap. ex ratione. Et plus dicunt Doct. in dicto cap. ex ratione, in 17. col. in ver. ex quibus elicitur, quòd nunquam appellanti datur secundum fatale, ratione impedimenti, in primo anno, quādo post
16 impedimentum potuisset causam expedire, si diligentiam adhibuisset. & ita etiā consuluit Ang. de Perus. consi. suo 178. incip. in præposita quæstione. Et tunc sic, aut appellātes angustauerunt se ad tale tempus infra quod potuissent causam expedire, dum supererat tantum temporis, ꝙ potuissent eam expedire, & non expediuerunt. Et nunc vtroque casu sibi imputet, videlicet, ꝙ si angustauerit, vel infra illud tempus, ꝙ supererat de fatali non expediuit, iuxta decis. Rotæ in antiq. decis. 245. incip. nota, quòd vbi aliquis prosequitur. & 425. & 599. & per Bart. de Bisg. de appell. decip. Ex quibus clarè concluditur primò P.V.R. quo ad viā appellationis nullam habuisse, neque hodie habere iurisdictionem cum, nō constiterit, neque hodie constet de modo deuolutiuo ipsius causæ per viam appellationis.

Secundò concludit, quòd licet hodie produceretur appellatio cum Apostolis, tamen nō operarent effectum deuolutiuum, respectu primæ citationis & inhibitionis factæ parti & iudici à quo: quia omnia sunt ipso iure nulla, ex defectu iurisdictionis, de qua constare debebat ante decretum ipsarum.

Tertiò concluditur ex necessaria consequentia, quòd totus processus hactenus habitus & formatus coram P.V. quo ad viam appellationis, & contentorum in prætenso libello coram P.V. ex aduerso per assertos appellantes producto, est ipso iure nullus.

Quartò, quòd etiam præmisis omnibus cessantibus, quæ in iure vera sunt, & quibus D. Ar-

chidiaconus

chidiaconus principaliter inhæret, omnia hodie euanuerunt, & omnis causæ prosecutio est deserta, ob non prosecutionem, & expeditionẽ causæ, ante lapsum anni, cum præcipuè nullum subfuerit legitimum impedimẽtum. Et R.P.V. solum habet iurisdictionem cognoscendi & declarandi iurisdictionem vestram omnino esse sublatam, & vos non esse iudicem, iuxta decisio. Rotæ num.5. vbi in terminis dicit, quòd iudex appellationis post desertam appellationẽ debet pronunciare se non esse iudicem. Et si hoc non facit, tamen eius processus vlterius formatus etiam de consensu partium, est ipso iure nullus, vt est tex. in terminis in Clem. si appellationem, de appell.

Hieronymus Gigas.

IN CAVSA DE PONTE, ad substinendum instrumentum.

SVMMARIVM.

1 *Ad validitatem instrumenti requiritur vt habeat annum, mensem, diem, locum, & testium subscriptionem.*

2 *Notarius præsumitur rogatus de instrumento, quotiescunque illud reperitur registratum in suis protocollis.*

3 *Facta, quæ fieri consueuerunt, præsumuntur.*

4 *Iudex non admittens iura partium, dicitur facere litem suam, & tenetur parti ad interesse.*

5 *Post conclusum in causa instrumẽta nõ admittũtur.*

6 *Quando per appellationem à diffinitiua non potest reparari, primo debet decidi emergens. & num. 18. contra.*

7 *Notarius simpliciter rogatus, censetur rogatus cum clausulis consuetis, etiam si verè de eis non fuerit rogatus.*

8 *Notarius potest apponere in instrumento renunciationes consuetas.*

9 *Causa, quæ debet allegari in contractu, siue instrumento, præsumitur subesse, cum nemo præsumatur iactare suum.*

10 *Creditur notario asserenti in instrumento, per illa verba, non in dolo &c.*

11 *Testes instrumentarij non habent de necessitate cognoscere contrahentes.*

12 *Testes examinati, non deponentes contra substantiam instrumenti, nõ faciunt contra instrumentũ.*

13 *Cessio non extenditur, nisi ad iura, quæ cedens habebat tempore cessionis.*

14 *Per cessionem non tollitur ius de futuro.*

15 *Cedens iuri quod habet in beneficio, si item ad illud eligatur, recipiendus est.*

16 *Rescriptum non extenditur ad lites, quæ non extabant tempore impetrationis rescripti.*

17 *Transactio non extenditur, nisi ad ea de quibus cogitatum est.*

18 *Processus simultaneus super principali, & exceptionibus præiudicialibus est nullus. & nu.6. supra.*

CONSILIVM CLXI.



PRIMO videndum de validitate
1 instrumenti. dicitur † instrumentum esse validum, quia habet annum, mensem, diem, locum, testium inscriptionem, quę omnia requirũtur, vt latè per Ant. Abb. & alios in cap. 1. de fide instrum.

Et si dicatur, quòd notarius non fuit rogatus, respondetur, quòd in contrarium est veritas. nã
2 cum † instrumentum reperiatur in protocollo, vbi sunt alia instrumenta, præsumitur notarius rogatus, vt voluit notanter Bal. in rub. C. de fide instrum. col. 3. quem sequitur Alex. consi. 73. in 1. vol. ad idem Bart. in l. sciendum, vbi Ias. in 14, col. ff. de verb. obl. vbi dicunt, quòd quando instrumentum reperitur inter notas notarii, notarius pręsumitur de eo rogatus. hoc attestatur primus testis instrumentarius. & secundus facit,
3 quia † factum semper pręsumitur, ꝙ fieri consueuit. l. fin. C. de fideicom. & ibi Bal.

Et si diceretur, quòd instrumẽtum legi debet partibus, vt habetur in d. c. 1. hoc factum fuit in casu nostro, vt deponunt testes instrumentarii.

Circa secundum breuiter dicitur, ꝙ partes R. P. V. sunt in admittendo huiusmodi instrumẽtũ, & facere, quòd illud registretur in processu.
4 quia † iudex, qui non admittit iura partium, dicitur facere litem suã, & tenetur parti ad interesse. l. si quando, C. de testi. l. argentarius, §. cum autem, ff. de eden. tradit Puteus in syndicatu, in §. lis sua.

Nec obstat, si dicatur, quòd facta conclusione
5 † in causa instrumenta non admittuntur. c. cum dilecti, de fide instr. Spec. in tit. de renunciat. & conclus. quia, vt satis fuit dictum, hoc casu tale instrumentum admitti debet, per decisionem Rotæ 758.

Circa tertium breuiter cõcludo, quòd in primis decidi debeat istud emergens, per not. per Bal. in l. 2. de ordi. cognit. & in l. quoniam Ale-
6 xandrum, C. de adult. vltra allegata &c. † maximè, quia per appellationem à diffinitiua istud non posset reparari. Clem. fin. de appell.

Non obstant adducta in contrarium. Et primò, dum dicebatur instrumentum esse imperfectum, quia constat notarium plus scribere voluisse, quia reliquit album: quia dico, quòd illud album notarius reliquit, vt scriberet clausulas consuetas, & solitas renunciationes, quod facere potuit, iuxta doctr. Butr. in cap. ex literis, vbi Fely. col. 4. de fide instrum. & Bald. in l. fin. C. de
7 fideiuss. vbi dicunt, † quòd notarius simpliciter rogatus censetur rogatus cum clausulis consuetis, quod procedit etiam si de eis notarius non fuit rogatus. Alexand. in cons. 247. col. fin. lib. 2. idem voluit Alex. alios referens in l. huiusmodi, ff. de leg. 1. in fi. princ. facit dictum Bal. in l. 1. sol. matrim. loquens de obligatione hypothecaria. Et facit doctr. Bal. in rubr. C. de his, quæ in fraud. cred.

cred. Fely. in cap. cum M. Ferrarienſis, col. 2. de
8 conſtit. quòd † notarius apponere poteſt renunciationes conſuetas.

Ad ſecundum, quòd inſtrumentum non contineat cauſam, reſpondetur, quòd cauſa proba-
9 tur per teſtes. Secundo modo dicitur, † quòd in principio dicitur certis de cauſis &c. nec eſt prę ſumendum cauſam non ſubeſſe, quia nemo præſumitur iactare ſuum. l. cum de indebito, de probat. facit doctr. Spec. in tit. de inſtr. edic. §. inſtrumentum, in verſ. item opponitur.

Ad tertium, quòd Eliſabeth fuiſſet decepta,
10 dicitur, † quòd creditur notario dicenti, non vi, non metu &c. ſed ſponte &c. Alex. in conſ. 203. viſo proceſſu cauſæ, in verſi. non poteſt Bertus, in 2. vol.

Ad quartum dum dicebatur, quòd alter teſtis non cognouit Eliſabeth, ideo non probet, quia teſtis cognoſcere debet contrahentes. l. fin. §. ſin autem dubius, C. de iure delib. reſponde, quòd
11 teſtes † inſtrumentarii non habent de neceſſitate cognoſcere contrahentes. glo. in d. §. ſin autem, in verbo, cognoſcant. vbi Bart. Bal. Alex. & Paul. & dicit ibi Alex. ꝙ opi. Bart. eſt communis.

Ad quintum, quòd pronuncia tranſiuit &c. non ſeruit.

Ad ſextum, quòd teſtes varient, alter dicit de donatione, alter de ceſſione, alter dicit, quòd illa erat in lecto, alter quòd erat ſana &c. reſpondetur, quòd vtcunque ſit, teſtes non fuerunt examinati ſuper tenore inſtrumenti.

Præterea teſtes non deponunt contra ſubſtantiam inſtrumenti, quo caſu bene facerent cõtra,
12 † vt per Inno. in cap. cum Ioannes, de fide inſtr. facit quia recepti ex officio.

Præterea omnia iſta non faciunt, quominus inſtrumentum in actis poni non debeat &c.

Ad ſextum dum dicebatur, quòd licet inſtrumentum eſſet ſolemne, non propterea facit in
13 caſu iſto: † quia ceſſio non extenditur, niſi ad ea
14 iura, quæ tũc habebat, † nec tollit ius de futuro. cap. cum inter, de renunc. vbi qui ceſſit ius quod
15 habebat in beneficio, ſi ad illud † de nouo colligatur, recipiendum eſt. facit tex. in c. vltimo, de
16 reſcrip. † vbi reſcriptum ad lites non extenditur ad lites, quæ non extabant tempore impetrati re
17 ſcripti. Et tranſactio non † extenditur ad ea, de quibus non fuit cogitatũ. l. ſi de certa, C. de trãſ. l. licet, C. de iudic. ad hoc dicitur, ſimiliter, quòd iſtud non obſtat, quominus inſtrumentum poni debeat in proceſſu, quia ſtãte ceſsione, de qua in eo, ceſſant multa adducta in proceſſu.

Item & ex hoc etiam patet de non iure dictæ aduerſarię, quę ex vltima inueſtitura non poteſt ſe tueri, quia ſtante iſta ceſsione, ſuper ea ſe fundari non poteſt, cum tunc de illius ſurreptione liquidò conſtet.

Ad vltimum, dum dicebatur, quòd cum iſtud emergens non ſit ſeparatum à negotio principali ſuper eo, non eſt pronunciãdum per doctr. Abb. & aliorum in capit. exhibita, de iudic. Breuiter reſpondetur, quòd immo eſt ſeparatũ, quia ſtante executione præiudiciali, & qua probata impeditur proceſſus ad vlteriora, ſi iudex ſuper ea nõ diſcutiat prius, proceſſus eſt nullus, maximè parte appellanti, vt not. in dicto c. exhibita. Nec poterit iudex ſuper vtroque procedere, per doctrinam Anto. & Aret. in d. c. exhibita.
18 vbi dicit, † ꝙ proceſſus ſimultaneus ſuper principali & exceptionib. prę iudicialibus, eſt nullus.

Hieronymus Gigas.

SVMMARIVM.

1 *Acta iudicis præſumuntur acta cum ſuis ſolemnitatibus propter iudiciariam auctoritatem.*

2 *Nullitas reſultans ex defectu iuriſdictionis, eſt maior cæteris nullitatibus.*

3 *Captura facta non ſeruatis ſeruandis, poteſt ex poſt facto iuſtificari. & ſupra num. 10.*

4 *Vnus obligatus vigore inſtrumenti, realiter & perſonaliter, poteſt incipi à captura.*

5 *Validum eſt argumentum de pacto ad ſtatutum, & econtra.*

6 *Ad petendam relaxationem carcerati, requiritur ſpeciale mandatum.*

7 *Principalis non dicitur debitor, donec fideiuſſor ſoluerit. fallit in debitore fiſci, quia ſufficit, quod fiſcus moleſtet Principem, num. 11.*

8 *Debitor ad tempus, vt ſuſpectus poteſt detineri.*

9 *Clericus pro debito ciuili non poteſt carcerari. fallit ſi ſit ſuſpectus de fuga, quo caſu etiam à iudice laico poteſt detineri.*

10 *Procurator petens aliquem capi, poteſt legitimare perſonam ſuam ex poſt facto: quia ordo non eſt de ſubſtantia.*

11 *Sufficit fiſcum moleſtare fideiuſſorem, ad hoc vt ipſe fideiuſſor poſſit agere contra principalem, & eſt vna fallentia. ad num. 7. ſupra.*

12 *Sufficit actum iuſtificari ex poſt facto, & nu. 13.*

14 *Sufficit taliter qualiter fieri fidẽ de ſuſpitione fugæ.*

CONSILIVM CLXII.



Vòd captura fuerit legitimè facta. Primò dicitur, ꝙ non obſtat, quòd ſeruata non fuerint ſeruãda, quia immo fuerunt ſeruata, licet non appareat ex proceſſu. & pręſumitur pro actu iudicis. cap. bonæ memoriæ, §. porrò, de elect. vbi præſumi-
1 tur, † quòd actum iudicis ſit ſolemniter factum, propter iudiciariam auctoritatem. faciunt latè tradita per Paul. de Caſt. in conſi. 19. in 1. 2. & 3. col. Barba. conſi. 76 col. pen. vol. 4. Facit, quia poſito, quòd captura fuiſſet nulla, quod tamen negatur ratione inobſeruantiæ eorum, quæ præcedere debebant, D. Franciſcus tanquam de fuga ſuſpectus, carceratus, non poteſt hoc allegare. patet, quia nõ poteſt dicere de nullitate capturæ contra

contra eum factæ ab incompetenti iudice. Petr. de Anch.consi.192.Rom.in consi.241.Rom.in consi.241. Rom.in l.2. ff.de iurisd. omn. iudic. vbi Ias. Roma.in l.de pupillo,§.si quis riuos, vbi Alex.ff.de oper.no.nunc. Fely.in c.2.de homic.

2 Sed sic est,quòd nullitas resultans† ex defectu iurisdictionis, est maior cæteris nullitatibus. glo. ord. in clem.1.de causa poss.& propr.ergo &c.

Facit,quia captura facta,non seruatis seruan-
3 dis,† potest ea post iustificari, vt tradit Paul. de Cast.in consi.19. & idem Paul.consi.473. col.4. in fine. Petr.de Anchar. consi. 192.idem tenuit Bald.in consi.178. in 2.vol. & est ratio,quia vbi periculum est in mora, receditur &c.

Facit, quia iste erat obligatus vigore instru-
4 menti realiter & personaliter,† ad libitum fideiussoris, quo casu à captura incipi potuit. Paul. de Castro in d.consi.472.col.3.& licet loquatur in statuto, locum tamen habet etiam in pacto,
5 † quia validum est argumētum de vno ad aliud. Alexan.in l.omnes populi,in 4.quæst.post Bart. ff.de iust.& iure. facit doctri. Bal.in l. consentaneum,C.quom.& quando iudex.& per Puteum in tract.sindic.§.captura.

Facit, quia requiritur speciale mandatum ad
6 petendum nullitatem, † seu relaxationem carcerati.Bart.in consi.suo,quod incipit,in causa Stagii.per l.Pomponius,in princ. ff.de procu.quod quidem non habebat Io.Dominicus procurator aduersarii. Facit, quia si dicatur, ꝙ cum fide-
8 iussor nondum soluit,D.Franciscus† nō dicitur debitor, quia etiam debitor ad tēpus suspectus potest retineri. l.quæsitum,vbi glo.& Doct.ff.de pignor. Bal.in l.1.C.de cond.ex lege.

Non obstat, quòd pro debito ciuili clericus
9 carcerari nō possit,† quia fallit,quando est suspectus de fuga.quo casu etiam à iudice laico potest capi.vt per Abb. & alios in c.cum non ab homine,de iud.Ias.in l.2.ff.de iurisd.omn.iud. Quia
10 licet legitimata non fuisset† à principio persona petentis capturam potuit ex post legitimari, Anchar.in d.consi.192.col.2.in fi.dicitur,quòd de necessitate & substantia talis ordo nō est.Ideo prædicta ex post fieri potuerunt.Anch.in d.cōsi.

Ad primum, quòd ad instantiam non credi-
11 toris † emanauit mandatum,quia non est debitor fisci,dico,quòd satis est,quòd fiscus molestet principalem meum pro dicta summa.

Ad secundum, quòd speciale mandatum re-
12 quiritur ad obtinenham capturam,†dico,quòd Dom. Franciscus principalis illam obtinuit, vt iustificatum fuit expost,quòd vtique sufficit.Pet. de Anch.in consi.192.in 2.col.

Ad tertium, ꝙ captura ex post iustificari non possit per consi.Dec.75.in 1.col.in fi.allegat Roma.in consi.240.in 2.col.post prin. vbi conclu-
13 dit, † quòd si ante capturam non fuit sufficienter probata suspitio fugæ,etiam ꝙ ex post probetur, captura est nulla, quia præposteratio vitiat.

Ad quartum respondeo, quòd cōmunis opinio est in contrarium.Ita voluit Paul.de Cast.in d.consi.472.col.vlt.in fine. & idem in consi.19. col.2.in fi.Barbat.consi.76.col.2.in 4.vol. Perusinus in l.naturaliter,§.nihil commune, col.11. ff.de acquir.poss.Anch.in consi.192.col.2.in fi. vbi dixit, quòd talis ordo non est substantialis. Paul.de Cast.in l.si cum nulla,ff.de re iudic.Bal. in consi.178. in 2.vol. vbi dicit, quòd sufficit, ꝙ
14 † iudici taliter qualiter fiat fides de suspicione fugæ, & quòd ex post debitū liquidetur. Puteus in tract. syndic. in §.barrataria, in vers. an si potestas, in fine.

Nec obstat ratio Pon.in d.consi. quia non est verum dicere, quòd hoc casu peruersio ordinis vitiet,vt per Pet.de Anch. in d.consi.192.

Hieronymus Gigas.

PRO D. EPISCOPO PARENTINO, super nullitate & inualiditate sententię excommunicationis.

SVMMARIVM.

1 *Ad hoc vt quis excommunicari possit, requiritur prius citatio ad videndum se declarari.*
2 *Ad hoc vt quis excommunicari possit non sufficit citatio facta ad domum, sed requiritur personalis.*
3 *Excommunicatio sine monitione tenet, si processit ab ordinario, secus si à delegato.*
4 *Exequutoriales decretæ contra Episcopum, non afficiunt successorem, vt in illum transeant.*
5 *Licet fuerit facta monitio sub pœnis, quas ipso facto incurrat, tamen ante publicationem debet fieri declaratoria.*
6 *Canonici ecclesiæ Cathedralis non possunt esse conseruatores.*
7 *Qui à principio non fuit habilis ex post facto non potest subrogari.*
8 *Delegatus non potest aliquem citare extra suam diœcesim.*
9 *Conseruator subdelegare non potest, nisi certis casibus.*
10 *Qui non potuit excommunicari, nō potuit publicari.*
11 *Excommunicatio non transit in successorem.*
12 *Delegatus Apostolicus si nulliter procedat, vel aliàs non seruat formam mandati, ordinarius potest se intromittere, & impedire se reali actu.*

CONSILIVM CLXIII.



1 Vod Reuerendiss. D. Episcopus Parentinus fuerit nulliter publicatus, facit primò, quia nūquam fuit citatus ad videndum se declarari. quod tamē fieri debebat. c.sacro.de sent.excom.cum vulg. Quinimmo ad hoc,vt quis excommunicari pos-
2 sit,non sufficit citatio ad domum,† sed personaliter fieri debet. Innocent. in capit. si aduersarius. vltra principium glo.mag. de eo. qui mitt. in

in possess. causa rei seruan. & ibi Butr. col. 9.

Et si dicatur, quòd excommunicatio lata sine monitione tenet. gl. in c. Romana. in vers. iniustas, de sent. excom. in 6. gl. 2. quæst. 1. in summa
3 habetur in d. c. sacro. Respondetur, quòd † illud est verum in ordinario, secus in delegato. Felyn. in d. c. sacro. col. 1. vers. fallit vno.

Secundo facit, quia lis fuit agitata, cum Episcopis prędecessoribus, de anno 1454. & exequutoriales emanarunt contra illos Episcopos tunc
4 temporis, † quo casu non transeunt in Episcopum successorem, vt per Dominos de Rota decis. 338. in antiq. incipit, nota, quòd ex processu.

Tertiò facit, quia dato, quòd modernus Episcopus fuisset monitus sub pęnis &c. quas ipso
5 facto incurreret ante publicationem, † debebat fieri declaratoria partis incursæ, vt latè tradit Felyn. in c. Rodulphus, de rescrip. in vers. declaratoria, ad quam debebant citari Episcopus & Canonici, quæ tamen facta non fuit, & sic nulliter, vt per Fely. in d. cap. Rodulphus. in vers. citatur etiam pars. & idem Fely. in cap. parochianos, de sent. excom. in princ.

Quarto, quòd omnia gesta per dictos subconseruatores fuerint nulla, patet, quia Canonici ec
6 clesiæ † Cathedralis non possunt esse conseruatores. c. fin. de offic. deleg. vbi non fit mentio de Canonicis &c. Ergo minus subconseruatores.
7 quia † qui à principio non fuit habilis, ex post facto surrogari non potest. l. parabolani. & ibi Bal. C. de Episc. & cler. ita Franc. in d. cap. fin. in §. conseruatores.

Quintò, quia dato, quòd prædicti potuissent
8 esse conseruatores, † non propterea potuerunt citare Episcopum & Canonicos Parentinos extra suam diœcesim per vnam dietam d. c. fin. §. conseruatores autem.

Sextò, quia isti procedunt tanquam subcon-
5 seruatores. † Conseruator autem subdelegare nõ potest, nisi certis casibus, vt in d. c. fi. §. vices quoque. sed iste casus noster nõ est de illis. ergo &c.

Septimò non potuerunt nunc Canonici Parentini publicari excommunicati, quia in eos
10 non † potuit ferri sententia excommunicationis. cap. Romana, §. vniuersitatem, de senten. excomm. in 6.

Octauò dato, quòd potuissent excommunicari, non potuerunt nunc publicari, quia excommunicatio lata fuit de anno 1515. à quo tempore citra omnes illi Canonici sunt defuncti, & alii loco illorum subrogati. Quo casu excommu
11 nicatio † nõ transit in istos, vt voluit Alex. & Ias. in l. inter stipulantem, §. sacram, in fi ff. de verb. oblig. Abb. in c. aduersus, col. 6. in princ. de immun. eccle. & ista est communis opinio.

Nec obstat, si dicatur, quòd legatus nõ potest se impedire, stante excommunicatione subconseruatoris Apostolici. c. studuisti. ff. de offic. leg.
12 cum simil. quia respondetur, † quòd quoties de legatus Apostolicus procedit nulliter, vel quia non seruat formam mandati, ordinarius potest se impedire de tali actu. Domi. in cap. statutum, §. fin. de rescrip. in 6. Butr. in c. studuisti, de offic. lega. in 1. col.

Hieronymus Gigas.

IN MATERIA NVLLITATVM.

SVMMARIVM.

1 *Quis non põt iuuari exceptione respiciẽte ius tertij.*
2 *Frustra ab eo auxilium imploramus, quem indefensum reliquimus.*
3 *Filius in dubio præsumitur esse hæres patris, & matris.*
4 *Immixtio filiorum in hæreditate parentum præsumitur. & filius ipso iure succedit patri & matri.*
5 *Filius præsumitur dominus rerum patris & matris.*
6 *Laicus accusans clericum, coram Iudice ecclesiastico videtur prorogare iurisdictionem iudicis ecclesiastici, ita vt in casu succumbentiæ, possit laicum condemnare in expensis.*
7 *Clericus an inuitus possit decerni curator remissiuè.*
8 *Minoribus conuentis & absentibus & inuitis decernitur curator, petente actore.*
9 *Mandatum extenditur etiam ad lites futuras, si verba non repugnant.*
10 *Etiam imperito litterarum, dummodo habeat cognitionem causarum, & experientiam possunt causæ delegari.*
11 *Causis suspitionis friuolis, frustratorijs & euidenter iniustis existentibus iudex non debet deuenire ad electionem arbitrorum. immo eas reijcere, & spernere.*
12 *Valet processus fabricatus per iudicem recusatum, quando causa est frustratoria & friuola.*
13 *Etiam quod causa recusationis esset vera, valeret tamen processus, nec esset nullus, sed esset necessaria appellatio.*
14 *Iuramentum de calumnia potest remitti saltem tacitè, nec propterea vitiatur processus.*
15 *Reus citatus si noluit iurare de calumnia, habetur pro confesso.*
16 *In causa profana iuramentum calumniæ non est necessarium.*

CONSILIVM CLXIIII.



Irca assertas nullitates propositas per aduersarium respicientes primum processum, & sententiã Reuerendi D. Vicarii Patriarchalis, Domini Iudices commissarii habent aduertere, quòd assertæ exceptiones non militant, vt ex infrascriptis apparebit.

Et quo ad primam oppositionem, dum aduersarius asserit, quòd eius nepotes, cum sint laici, & cum non constet, ꝙ sint hæredes matris, non potuerunt citari tanquam eius hæredes coram iudice ecclesiastico &c.

Respon-

Respondetur, quòd cum talis exceptio respiciat personam ipsorum minorum, non potest ea
1 aduersarius se iuuare: †quia quis se defendendo non potest excipere, & opponere de iure tertii: & ex persona alterius se fundare. glo. vbi Bart. & Doct. in l. indebiti, §. sed si indebiti, ff. de condic. indeb. & in l. 2. ff. de except. rei iudic. Et hoc maximè procedit, quia ex quo a principio tempore dictæ citationis, ex quo ipsos suos nepotes voluit iuuare, nec pati se decerni eisdem curatorē ad causam, prout modo etiā recusat, non est conueniens, vt quos noluit defendere, eorum admi
2 niculo iuuetur: † quia frustra auxilium ab eo implorat, quem indefensum reliquit. argum. l. auxilium, vbi Bart. ff. de minor. not. in c. quia frustra, de vsur. per Innoc. in c. intelleximus, de adulte. Quinimmo, nec si talis oppositio fieret ab ipsis
3 minoribus, militaret: † quia in dubio filius præsumitur esse hæres patris & matris. gl. in §. quòd autem, in authen. vt hi qui prohi. oblig. res mi. & dicit Bal. in l. si matre, C. de suis & legit. quòd
4 † præsumitur immixtio filiorum in hæreditate parentum. & dicit ibi tex. quòd filius ipso iure succedit patri & matri. & alibi idem Bald. in l. 1.
5 C. ad exhiben. dicit, † quòd filius præsumitur dominus rerum patris & matris: & sic cum eorum mater accusando d. Theseum clericum corā iudice ecclesiastico, intelligitur prorogasse iurisdictionem dicti iudicis, ita quòd si succumbet & condemnetur in expensis, poterit per iudicem
6 ecclesiasticum † ipsa, & eius hæredes conueniri, & fieri executio: ita quòd non poterunt declinare eius iurisdictionem, ex quo voluntariè adeūdo, intelligitur, quo ad hoc prorogata iurisdictio talis iudicis ecclesiastici. qui tunc in laicos poterit condemnationem expensarum executioni mandare: nec poterunt tali casu declinare eius iurisdictionem, nec opponere, quòd cū sint laici, non posse citari à iudice ecclesiastico. de quo latè per Domin. in c. fin. de except. Bal. in l. si qui ex consensu, C. de episc. aud. per Fely. vbi Doct. in c. significasti, de foro comp.

Quo verò ad secundam exceptionem concernentem personam dicti aduersarii, quòd cū sit
7 clericus, † non potuit inuitus decerni curator. in hoc non insisto: sed respondetur prout aliàs dixi in aliis meis allegationibus, quę hic habeantur pro repetitis.

Vlterius, quo ad tertiam & quartam, oppositiones in vnum tendentes, quòd. s. curator non potest dari minoribus, nisi pręsentibus & petentibus, non ad petitionem aduersarii. ad hoc similiter posset respōderi, prout supra, quòd cum talis exceptio concernat non personam opponentis: sed ipsorum minorum, non potest se fundare eorum iure, ex quo voluit & non vult pro eis onus curāve suscipere, & eos defendere: sed vlterius respondetur, quòd cum alias ipsi minores a principio fuerunt citati (vt constat ex primo processu) & aduersarius etiam hoc fatetur, qui vtique potuerunt citari, prout aliàs disputauit in dictis meis allegationibus, qui minores citati semper intelliguntur, quòd debeant comparere legitimè: & hoc intelligitur, etiam si non exprimatur in citatione. glo. est notabilis in l. si minor. in ver. inueniat. ff. de bon. auct. iud. poss. Bart. in l. 1. §. sufficit, ff. de admin. tut. Bald. in l. 1. C. qui pet. tut. Vnde cum in casu nostro dicti minores ex quo erant citati & comparere voluerunt, † nec per se nec per aliam legitimam perso 8
nam: Iure optimo tali casu potuit procurator d. Thesei, implorando officium iudicis, eis decerni facere curatorem ipsis etiam non eligentibus, immo inuitis & absentibus, quia de hoc est tex. in l. 1. C. qui petunt tutores. Nam illud quod dicitur, quòd minori, nisi volenti, præsenti, & eligenti decernitur curator, intelligitur quādo nomine minoris, ad eius vtilitatem, & quando ipse vult agere, tunc ipse debet petere & eligere, & sibi inuito & nolenti non datur. tex. est in l. mutus, §. qui curatorē, ff. de procur. Et hoc expresse declarat Bart. in duobus ver. in l. qui habet, §. si pupillus, in 1. col. in 2. oppos. ff. de tutelis. dicēs, quòd aut minor agit & non recipit curatorem ad lites, nisi volens, & petat & requirat, aut conuenitur, & tunc etiam non petenti nec requirenti, immo inuito, datur sibi ad instantiam partis, curator: subdens ibi Bart. quòd quando minor non est adultus, sed pupillus, prout in casu nostro: quia tēpore quo dictus aduersarius fuit decretus curator dictis suis nepotibus, ipsi erant pupilli: tunc ipsi pupilli non eligunt, quia cum sint talis ætatis, non expedit, quòd ipsi eligāt, seu petant quem sibi curatorem dari, cum non intelligant: sed æquius est dicere, hoc esse in arbitrio iudicis, prout fecit in casu nostro: quia neminē magis idoneum instructum expediētem, & sufficientem potuit iudex decernere, quàm ipsum patruum dictis nepotibus, prout in dictis aliis meis allegationibus fuit ostensum.

Ridicula est præterea quinta oppositio facta contra mandatum factum in personam d. Antonij de Strasoldo: vt patet ex instrumento dicti mandati, quod est amplum & generale etiam ad futuras lites contra quoscunque, per Bart. in l. inuitus, C. de procur. immo etiam si sit simplex mandatum ad causas, intelligitur etiam ad futuras. l. 3. §. fin. vbi Dyn. & Bar. ff. de tut. & per Bar. in l. omnium, ff. de procur. & Rota in decis. 102. incip. commissio impetrata &c. in nouis, tenet,
9 quòd mandatum extenditur ad lites futuras, † si tamen verba non repugnant. & in decis. 417. incip. fuit dubitatum, &c. in nou. ita quòd stante forma dicti mandati in casu nostro non est dubitandum: & dato, quòd esset aliquod dubium, quod tamen non est; dico, quòd ex quo exceptio procuratoria, quæ debuit opponi ante litis contestationem, si non fuit opposita in causa principali, non poterit etiam opponi in causa appellationis. tex. est multum notabilis, secundum Bar. in l. ita demum, C. de procu. notant Cy. & Bal. in l. exceptionē, C. de prob. Doct. in l. exceptiones,



la prima, ff. de except. omnino Bart. in l. prolatum, C. de sent. & in l. 2. C. commu. diuid. & in l. si mancipium, §. 1. ff. de euict. Bal. in conuenticulam, in 4. col. C. de Episc. & cler. per Cano. in c. inter monasterium, de re iudic.

Et per prædicta etiam apparet, quòd non obstat vltima obiectio, dum dicitur, quòd non constat in processu, ꝙ d. Hieronymus Sanctoninus sit procurator d. Antonii de Strasoldo: stante etiã maxime, quia dictus d. Hieronymus potuit forsan in vno termino interuenire sine d. Antonio: sed in reliquis totus processus causæ principalis fuit formatus, & sententia superinde fuit lata, cum ipso D. Antonio de Strasoldo: ita ex prędictis clarè constat, quòd assertæ nullitates quo ad processum, & sententiam primæ instantiæ non obstant.

Cæterum quo ad assertas exceptiones concernentes processum agitatum coram Reuerendo D. Angelo Padauino, similiter dico, quòd non obstant. Et respondendo primæ oppositioni aduersarii, qui dicit, quòd stante suspicione opposita contra d. Angelum, non potuit procedere ad vlteriora in eam, & denegare arbitrio iuris circa allegatam suspicionem, quæ causa suspicionis in duobus consistebat. Primò, quia opponebat ipsum d. Angelum non esse Doctorem graduatũ. Secundo, quia erat auditor Reuerendiss. D. Patriarchæ, cuius Vicarius tulerat primã sententiam. ideo allegabat eum suspectum.

Sed prima causa suspicionis non erat legiti-
10 ma, † quia etiam non graduato, immo etiam imperito litterarum, dummodo habeat causarum experientiam possunt causæ delegari. l. certi iuris, C. de iudic. vbi Doct. & gl. in c. sciscitans, de rescrip. & glo. in c. qui vult, de pęnit. distin. 6. notat Spec. in tit. de iudi. deleg. §. excipi potest, ver. itẽ quòd est illiteratus &c. Bart. in l. ex parte, C. de decur. lib. 10. Ang. & Imo. in l. quidam consulebant, ff. de re iud. Et similiter, quia secunda causa suspicionis erat friuola & non vera, quòd esset generalis auditor Reuerendiss. Patriarchę, & propterea cum non impediebatur, ꝙ posset esse iudex delegatus, spretis assertis friuolis suspicionis causis non militantibus, potuit non decerni arbitrio iuris, sed procedere ad vlteriora in ipsa causa, nec propterea processus cũ sententia fuit,
11 nec est nullus: quia † quando causæ ex quibus iudex suspectus recusatur, apparent friuolę, minus legitimę, frustratoriæ, & euidenter iniustæ, tunc iudex non debet eas admittere, nec debet deuenire ad electionem arbitrorum, sed debet talem recusationem spernere. argum. cap. 1. de offic. iudic. & valebit processus & sententia, non obstante frustratoria recusatione, & friuola appellatione, secundùm Innocen. in cap. cum speciali, de appellat. & ita eum sequitur ibi Panor. in fine. idem tenet Spec. tit. de petit. & posess. §. 2. in princ. & Archidiac. in cap. frequens, de restitut. spoliat. in 6. circa princip. dicens, quòd
12 † quando causa suspicionis & recusationis apparet calumniosa, & iniusta valebit processus, per iudicem recusatum, non obstante frustratoria recusatione ipsius partis: Et procedit hoc etiam de iure ciuili, vt si constet, quòd recusatio sit manifestè frustratoria, non debet admitti per iudicem. ita Ang. in l. quia poterat, ff. ad Trebel.

Quinimmo fortius dico, quòd si causa recusationis esset vera & manifesta in iure & in facto, tamen si iudex recusatus procederet ad vlte-
13 riora, processus nõ esset nullus, sed valeret, † ita, quòd esset necessaria appellatio. Ita est tex. not. in cap. 2. vt lite non contest. de quo articulo plenè habetur per d. Philip. Franc. in cap. cum speciali, in 8. col. in vers. vltimò quæritur, de appellat. vbi latè examinat referendo Doctorum opiniones.

Cæteris aliis exceptionibus cum sint nullius pensi, neque momenti, & nõ debeant esse in consideratione, non duxi aliter respondere, excepto eo, quòd aduersarius opponit non fuisse iuratũ
14 de calumnia &c. quia respondetur, † quòd tale remitti potest saltem tacitè, nec propterea processus & sententia vitiatur. c. 1. vbi gl. de iuram. calum. in 6. gl. in c. tuis, de testi. & Bart. in l. prolatam, C. de senten. & in l. 2. §. sed quia veremur, C. de iuram. cal. Quinimmo ex quo aduersarius reus conuentus, si fuit citatus ad iurandum de calumnia, & noluit comparere, nec iurare, quo ad ipsum citantem, processus propterea nõ red-
15 ditur nullus: † sed solum nocet ipsi reo citato, qui habetur pro confesso, si noluit iurare. tex. est in dicta l. 2. quòd si actor. C. de iura. calum. tenet Io. de Imo. in c. si post præstitum, de confess. in 6. hoc sequitur Bal. in cap. si vasallus feudum, si de feu. fuer. controu. in vsib. feudorum. accedente etiam, quia cum simus in appellatione ab interlocutoria, & in causa profana non ecclesiastica, non est accessorium iuramentum calumniæ. Reiectis ergo & postergatis assertis friuolis oppositionibus & exceptionibus partis aduersę: partes Dominorum Iudicum erunt in deueniendo ad prolationem eorum diffinitiuę sententię &c.

Hieronymus Sanct. D.

IN CAVSA DE ASILO, ad excludendum ob interusuriis dotis debitæ, & non solutæ.

SVMMARIVM.

1 *Asserenti incumbit onus probandi, & ideo dicens se hæredem debet probare.*

2 *Prætendens se hæredem siue ex testamento, siue ab intestato debet petere se mitti in possessionem bonorum.*

3 *Asserens se hæredem simpliciter, intelligitur in solidum.*

4 *Interusurium dotis si non petitum à marito, eo mortuo a filio peti non potest, quia censetur remissum.*

CON-

CONSILIVM CLXV.



N causa presbyteri Ioannis de Asilo plura deducuntur ad impediendum petita per ipsum. Primo dos Dominæ Ricchæ, quæ vt dicitur, fuit libr. 733. Et demum dos Donnę Benuenutæ, quę fuit ducat. 400. Tertium est interusurium dotis non solutæ per annos decemocto, ad rationem ducat. 20. singulo anno, quòd interusurium ascenderet ad summam ducat. 360. & sic ferè æquatur sorti principali.

Non obstat primum dos Donnę Ricchę, quia Bartholomęus Bouolinus illam petit, vti hæres Donnæ Ricchæ eius auiæ. & tamen in processu
1 se hęredem non probat. Igitur † nil consequi potest, quia dicens se alicuius hæredem habet hoc probare. Præterea aduersarius, si prętendebat retinere huiusmodi bona pro dote Dōnę Ricchæ, vti illius hæres, debebat petere, se mitti in possessionem dictorum bonorum, ex causa prædi-
2 cta, † siue prætenderet se hæredem ab intestato, siue ex testamento dictæ Donnæ Ricchæ. Bald. in cap. 1. de conte. inter masc. & fœmi. & Doct. in l. fin. C. de edicto Diui Adria. Bald. in addit. Spec. in vers. an hæres. in tit. de teste.

Nec potest petere, vt petere videtur Bartholomæus aduersarius vti hæres Donnæ Benuenutæ
3 eius matris, dotem ipsius, quia asserendo † se hæredem intelligitur insolidum. l. si defensor, §. 1. ff. de interrogat. actio. quod non est verum, cum viua sit soror dicti Bartholomæi ex dicta eius matre, pręfatus aduersarius non habet actionem ad totam dotem, sed ad partem tantum, esto quòd non fuisset soluta dicta dos. Ideo consequi non potest quod petit.

Ad tertium de vsufructu dicitur illud non venire in casu nostro, quia Dom. Hieronymus Bouolinus pater aduersarii, & maritus Donnę Ben
4 uenutæ per totum tempus durantis † matrimonii, illum non petiit. Ideo Dom. Bartholomæus illud petere non potest, quia censetur remissum. ita eleganter decidit Roma. consi. suo 517. incipit, in casu propositæ consultationis. col. 5. in vers. vnum tamen dico allegatum tex. singularem iuncta glo. in verbo, vsuras, in l. vir vsuras, ff. de donat. inter vir. & vxor.

Hieronymus Gigas.

CONTRA REVERENDVM D. Plebanum Sancti Fantini, ad materiam recusationis suspecti iudicis.

SVMMARIVM.

1. *Durum est coram iudice suspecto litigare.*
2. *Arbitria iudicum limitantur legib. & iuris ordine.*
3. *Licet causa committatur suspecto iudici, semper tamen intelligitur per superiorem reseruatum ius recusandi.*
4. *Auditores Rotæ habent iurisdictionem ordinariam.*
5. *Decisiones Rotæ in decisionibus causarum pro legibus allegari non possunt.*
6. *Iudex delegatus qui semel grauauit, & ab eo fuit appellatum, potest in quacunque alia causa, quantumcunque diuersa, recusari vt suspectus.*
7. *Licet iudici à quo possit causa desertionis appellationis committi, & posito quòd appellatio sit deserta, tamen potest recusari, constito de grauamine.*
8. *Iudex potest in syndicatu conueniri, licet sententia transiuerit in iudicatum, dummodo constet de iniquitate sententiæ.*
9. *Non est opus excipere de suspicione contra iudicem, à cuius interlocutoria est appellatum.*
10. *Appellatio inducit suspicionem iuris & de iure.*
11. *Aduocatus causæ, etiam causa finita, vt suspectus recusari potest.*
12. *Inimicitia causata ex lite præterita, præsumitur durare.*
13. *Appellatio imperitiam, & iniquitatē iudicis arguit.*

CONSILIVM CLXVI.



1 VIA scriptum est, quòd durum est coram iudice † suspecto litigare, & legibus & iuris ordine seruato, arbitria iudicum limitātur
2 † & coarctantur, & non per liberam voluntatem vniuscuiusque, & licet de potentia absoluta causa per superiorē
3 suspecto † iudici committi possit: tamen semper intelligitur saluum & reseruatum ius recusationis, vt voluit glo. singul. in cap. adhęc, de rescrip. & Innocen. in cap. ex transmissa, de foro comp. & ponunt Canon. in rub. extra de appel. de quo ibi plenè per eos. Vnde in proposito cum causa desertionis appellationis sit cōmissa iudici, qui tulit sententiam diffinitiuam, a qua extitit appellatum per vtranque partem, iuxta decis. Dominorum de Rota 188. in nouis, quæ incipit, item si auditor. cum alius sit articulus desertionis a causa principali, quia super isto generali videtur pars exeo fundamentum assumere. Quia dicta decisio non est ita ad corticem intelligēda, cum loquatur in auditore Rotę, qui habet iurisdictionem ordinariam, iuxta gl. & Doct. in clem. auditor, de rescrip. & tamen ordinarius tulit sententiam diffinitiuam. Deinde committitur sibi causa desertionis appellationis tanquam delegato, iux. tex. in c. adhęc. el 1. in fi. de appell. quod non est in casu nostro. Quia tanquam delegatus tulit sententiam diffinitiuam, & tanquam delegatus intendit iudicare in causa desertionis appellationis suæ sententię, iux. deter. glo. in cap. querelam, de elect. & in cap. a collatione, eodem tit. lib. 6. Item dicta decisio Rotæ est probabilis, ta-
5 men non necessaria. † & in decis. causarum pro lege allegari non possunt, vt per Felyn. in cap. 2. in penult. col. de rescrip. & in cap. qualiter, el 2. in 1. col. de accusationib. Iason in l. 1. col. 5. ff. si certum petat. vide glos. nota in cap. dispendia.

in ver. super omnibus, de rescrip. lib. 6. communiter a Doct. appro. voluit, quòd si iudex delegatus semel grauauit, & fuit ab eo appellatum, poterit iudex talis postea recusari suspectus ab illa parte in omnibus aliis causis † quantumcunque diuersis, quam le. notat ibi Ioannes Andr. & Geminia. & quòd dicta glo. est tex. forma in cap. ad hæc, & in cap. proposuit, de appellatio.
6
7 Item † dicitur, quòd licet iudici a quo possit delegari causa desertioris appellationis, & posito, quòd appellatio sit deserta, tamen poterit vt suspectus recusari, constito de grauamine coram arbitris de iure eligendis. tex. est notab. in dicto cap. ad hæc, secundum intellec. Anton. de But. Abb. & Perusini. ibi ergo cum fuerit recusatus vti suspectus, talis iudex non potest nec debet de iure procedere in præmissa causa. Item facit, quòd licet sententia transiuerit in rem iudicatam, aut quia ab ea nō fuit appellatum, vel quia appellatio sit deserta, tamen ipse iudex potest
8 in † syndicatu conueniri, ex quo tulit iniquam sententiam, & fecit litem suam. ita pulchrè Innocen. in cap. sæpe, cap. fin. de appellatio. & in cap. sacro. de sententia excommunic. per Barto. in l. 1. in fine principii, ff. de appellationib. cum ergo adhuc remaneat, vt de iniquitate iudicis cognosci possit, consequenter locum habet recusatio, posito, quòd appellatio sit deserta, quod tene menti dicit Perusi. in dicto cap. adhæc, per illum textum. & facit quod voluit Baldus in l. eos, in princip. per illum textum, C. de appella-
9 tio. quòd † iudici a quo est appellatum ab interlocutoria, non potest committi causa eadem in aliis articulis, nec est opus de suspicione excipe-
10 re, cum sit suspicio iuris † & de iure, quæ non indiget recusatione. d. l. eos, in princip. secundùm Bal. ibi subdentem, quòd etiam si spontè procederetur coram eo processus esset ipso iure nullus, per illum tex. quem dicit menti tenendum, Et pro hoc facit, quòd aduocatus causæ etiam causa finita tanquam suspectus recusari potest, cap. postremo, de appellatio. & inimici-
11 tia causata † ex lite præterita durare præsumitur. l. in causis, vbi Bald. C. familiæ erciscun. sed appellando iudex a quo offenditur. l. fin. in fine, C. quando prouoc. non est necess. nam appella-
13 tio † imperitiam & iniquitatem iudicis arguit. l. 1. in princ. ff. de appellationib. & dicit pulchrè Bald. in l. 1. in fine. C. si de moment. poss. fuer. appella. quòd remedium appellationis datur a iure tanquam tiriacha contra venenum primi iudicis.

Vnde stantibus præmissis venit & est dicendum præfatum Dominum Vicarium tanquam assertum delegatum in causa desertioris appellationis, a sententia diffinitiua per ipsum lata tanquam delegatum non posse nec debere vti suspectum se intromittere. Et potissimè, quia notoriè constat appellationem Confraternitatis S. Mariæ, & Hieronymi non fore, nec esse desertā, cum sentētia prima firma remaneat per lapsum biennii, & non anni etiam non constito de aliquo impedimento per Barto. & Legistas in authen. ei qui. C. de tempo. appellat. per Canon. plenè in cap. ex ratione, de appellatio. Item quia obstat exceptio communis aduersarii talia impetrantis, de qua pendet iudicium coram alio iudice impetrato per præfatum aduersarium, & petito termino, iuxta formam, cap. Pius, de exceptio. lib. 6. quæ omnia dolosè & fraudulenter tacita fuerunt, & per consequens rescriptum impetratum est ipso iure nullum, iuxta formam capit. 1. cum sua materia, de rescript. lib. 6. & in c. ab excommunicato, extra eo.

Hieronymus Gigas.

IN CAVSA MATRIMONIALI de Biaulzo.

SVMMARIVM.

1 Repellitur à testimonio ille contra quem sunt probata furta.

2 Infamis infamia iuris repellitur à testimonio.

3 Infamis infamia iuris dicitur ille, qui per sententiam condemnatus est &c.

4 Infamia facti in criminalibus indubitanter repellit à testimonio.

5 In causis ciuilibus grauioribus infamis infamia facti, repellitur à testimonio.

6 In causis ciuilibus non grauioribus consideratur maior & minor infamia facti in teste, & sic ille plus vel minus creditur.

7 Causa matrimonij dicitur, & est causa grauis & ardua.

8 Quando ex natura causæ & negocij, acta & habitus plures interuenire non potuerunt, tunc testes infames admittuntur.

9 Si ex accidenti alij testes non interuenerunt negocio, potuissent tamen interuenire, tunc in subsidium non admittuntur infames.

10 Quando est in potestate aliquorum adhibere testes ad aliquem actum, & non adhibuerunt, ille actus non potest probari per illos.

11 In causa matrimonij, quæ dicitur ardua, non admittitur consanguineus, domesticus, siue pauper ad testimonium.

12 In causa matrimonij necessariæ sunt probationes, quæ in criminalibus requiruntur.

13 In causa matrimonij, quando alij possunt adhiberi testes commodè, non admittuntur consanguinei vsque ad quartum gradum.

14 Mater potest esse testis in matrimonio, quando tractatur de contrahendo, vel dissoluendo ratione consanguinitatis.

15 In causa matrimonij, quæ dicitur ardua non defertur iuramentum in supplementum.

16 Mulieri, licèt probet matrimonium per vnum testem omni exceptione maiorem, non defertur iuram. in defectum.

Mulieri

17 *Mulieri contrahenti matrimonium dicitur quasi constitui seruitus.*
18 *Testis infamis, licet sit emendatus non admittitur in testem in causa ardua, & sic in causa matrimonij.*
19 *In dubio pro matrimonio est iudicandum.*
20 *Causa matrimonij est fauorabilis, non tamen alicui debet fieri iniuria.*

CONSILIVM CLXVII.



Everende Pater & Domine, in causa matrimoniali vertente coram tribunali Reuerendę Dominationis Vestræ inter Danielem de Sancto Petro & Magdalenam filiam Leonardi Celoti de Blautio, licèt superfluæ sint aliæ allegationes in iure, tum quia ex copiosè deductis per aduocatum Magdalenæ in oppositionibus testium Danielis, quàm clarissimè apparet dictum Danielem iniustam causam fouere: dictamque Magdalenam absolui à petitione dicti Danielis: tum vel maximè, quia quando causa agitur coram iudice scientiæ & conscientiæ, qualis est Dominatio Vestra, tunc superfluæ sunt allegationes: tamen quia Daniel in allegationibus suis, seu eius aduocatus conatus est quibusdam fundamentis non veris in iure respondere oppositionibus iuridicè & verè factis per Magdalenæ aduocatum testibus dicti Danielis, & sic decipere Dominationem Vestram: ideo ad demonstrandũ, quòd oppositiones factæ per Magdalenam veræ sint, & quòd mandatum factum dictæ Magdalenę ad instantiam dicti Danielis cassari, & sic à petitione sua absolui debeat: breuiter dico sic: Daniel ad probandam intẽtionem suam, scilicet, quòd matrimonium fuerit inter ipsum & Magdalenam contractum produxit duos testes tantummodo, videlicet Blasium q. Danielis de S.Petro, & Baptistam Philippi de Sancto Martino: quorum neutrum potest Daniel defendere ab oppositionibus eis factis: nam clarum est, quòd Bapti-
1 sta tanquam infamis propter † probata furta effectus, a testimonio repellendus est, per iura in dictis oppositionibus allegata, & per c. testimonium, cum vulg. extra de testib & ibi per Docto. nec potest negare pars aduersa, quòd nõ sint probata eius furta. Et dum dicitur, quòd nulla apparet sententia, seu condemnatio furti, & ideo nõ debet a testimonio repelli tanquam infamis per iura per partem aduersam allegata. Ad hoc respondeo, & in hoc aduertat Dominatio Vestra, triplex potest esse infamia, aut iuris, aut facti, aut
2 canonica. prima, s. infamia † iuris indistinctè repellit testem a testimonio, secundùm Bar. & Docto. in l. 1. C. de summa Trinitate, & fide cathol. cap. testimonium, & cap. licet ex quadam, & ibi
3 per Docto. de testib. & illa dicitur † infamia iuris, quæ irrogatur per sententiam, vel ipso facto
4 in casibus a iure expressis. Alia est infamia † facti, & illa in criminalibus indubitanter repellitur, secundum omnes Doctores in locis præal-
5 legatis. & idem in causis ciuilibus † grauioribus secundum Bald. in l. 1. C. de summa Trinitate, &
6 fide catholica. In aliis † verò ciuilibus non grauioribus admittũtur infames infamia facti, sed plus & minus eis creditur secundum qualitatẽ, & quantitatem infamiæ. Abbas in cap. testimonium, in 5. col. allegat tex. in capit. licet, de probation. vbi est casus intelligendo ibi alternatiuam, vel proprie. & in istis causis ciuilibus non arduis habet locum illud, quod dicitur per partem aduersam, quòd non repelluntur infames infamia facti, nisi secuta condemnatione, quia eo casu efficiũtur infames infamia iuris per sen-
7 tentiam: sed † causa matrimonii est grauis & ardua. Abbas post Antonium de Butrio, & alios in capit. si pro debilitate, de officio delegati. per Abbatem in capit. causam matrimonii, eodem titu. ergo in causa matrimoniali tanquam ardua testes infames solum infamia facti, etiam quòd non esset secuta condemnatio, repelluntur à testimonio: & sic dictus Baptista etiã quòd non fuisset condemnatus de furtis, est repellendus in causa matrimoniali tanquam ardua, & graui. Et quòd sicut in criminalibus infames solum infamia facti, repelluntur à testimonio per regulam sciant cuncti. de probationib. ita etiam in ciuilibus arduis. facit tex. in capit. licet causam, versi. quidam verò, de probationib. quem ad hoc notat Bald. ibi in 6. col. & Bald. in capit. ad nostram, de probationib. & Bald. in l. 1. in 6. col. C. de summa Trinitate. & ibi per dominum Iason. in fin. col. & inquantum pars aduersa sentiens supra per me dicta vera esse conatur subterfugere dicendo, quòd licèt infames, vt in casu nostro non admittantur vt idonei testes, tamen admittuntur in subsidium, vt iudex ex eis eliciat aliquam præsumptionem ex mente Abb. in dicto cap. testimonium. & hoc dictum suum est etiam ex mente Barto. & Docto. in l. 1. de summa Trinitate, & fide cathol. vbi dicunt, quòd licet in criminalibus, & aliis arduis causis testes infames non admittantur, tamẽ in subsidium bene admittuntur, sicut videmus, quòd socius criminis non admittitur in testem. l. fin. in fine, C. de accusat. capit. veniens, de testib. tamen in subsidium quando aliter crimen probari non posset, bene admittitur. cap. fin. de testib. cogendis. Docto. in cap. quoniam, de testib. Aretin. in consil. 11. sed ad ista dico. & in hoc
8 etiam aduertat Dominatio Vestra, † quòd quando ex natura negotii verisimiliter habitu & actu plures interuenire non potuerunt, & tunc procedunt supra dicta. aliàs secus, quia licet ex ac-
9 cidenti contingat, † quòd alii testes non fuerunt præsentes, in potentia tamen plures interuenire potuerunt: & tunc non dicuntur etiam in subsidiũ posse admitti testes infames. ita Ant. de Butrio in cap. 3. de probat. & in quodam suo consi. quem refert & sequitur Ias. in l. 1. in fine.

de summa Trinit. & fide catholica. & Abbas in cap. fin. in 2. not. de testibus cogendis. ad ista faciunt dicta per Abb. in cap. insuper, de testibus.
10 vbi tenet, quòd † pater fuit in potestate illorum de collegio adhibere alios testes, non videtur, ꝙ possit probare per illos de collegio, sed in casu nostro est talis actus, in quo potuit Daniel volēs contrahere matrimonium, vocare alios testes, quàm Baptistam supradictum infamē. ergo non est admittendus: maximè cum fuerint, vt per partem aduersam capitulatur, in festis, seu tripudiis, vbi adest maxima hominum copia. nec etiā
11 Blasius est integer, quia vt probatum extitit, † est consanguineus & quasi domesticus, & pauper: & dum dicitur, quòd consanguineus non repellitur in ciuilibus: licet vnde repellatur in criminalibus dico, quòd aliæ sunt causæ ciuiles non arduæ, aliæ verò arduæ. in non arduis admittantur: sed in arduis prout est causa matrimonii, sicut nō admittitur in criminalibus, ita etiam in matrimonio, quia causa matrimonij æquiparatur criminali, quia causæ ciuiles arduæ æquiparantur criminalibus. cap. 1. de restitut. spoliat. in 6. sed causa matrimonii est ardua, vt supra, ergo &c. vnde dixit Alexan. in consi. 143. incip.
12 quoniam abundè. 2. vol. quòd † in causis matrimonialibus necessariæ sunt probationes, quæ in criminalibus requiruntur. & hoc tenuit expres-
13 sè Dec. in cons. 133. & quòd † quando alii testes, quàm consanguinei possint interuenire, tunc consanguinei non probant, vsque ad quartum gradum, vt plenè per Socin. consi. 17. in 1. vol. sed in casu nostro potuerunt vocari alii testes per Danielem præter Blasium eius consanguineum: maximè, vt dixi, cum ibi fuerit maxima copia hominum. quinimmo in casu nostro præcipitur, quòd alii adhibeantur, vt dicit Socin. in dicto consi. quia iura canonica clandestina matrimonia abhorrent, cum celebratio matrimonii fieri debeat in facie ecclesiæ, & cum duob. & aliis, de quibus 33. quęst. 1 1. c. 1. 1 1. 1 1 1. & aliter contracta præsumuntur adulterina, vt per dicta iura, & per Hostien. in summa, in tit. de clandes. despon. §. 1. quare cum simus in casu, in quo nō solùm potuerunt, sed etiam debuerūt alii testes vocari, meritò domestici & consanguinei non sunt idonei testes: & si dicatur, supplebitur inhabilitas per alium contestem. dico, quòd non est alius testis, qui sit omni exceptione maior, vt supra, & maximè in casu nostro, quia Blasius est pauper, vt per Hostien. in summa de testib. §. 2. & Specul. in titu. de testibus, §. 1. vers. item quòd est pauper. non obstat cap. super eo. vbi dicitur,
14 † quòd mater potest esse testis in causa matrimonii: quia dico, quòd illud procedit, quando ageretur de matrimonio contrahendo, vel dissoluendo, ratione impedimenti consanguinitatis, ad quam probandam admittuntur etiam parentes: sed non sic in casu nostro. aliter etiam respondet Socin. in dicto consi. 17. in 1. vol. incip. supradicta causæ positio, in 4. col. & sic videtis, quòd Magdalena est in casu manifestæ victoriæ: quia actor non probauit, nec plenè, nec semiplenè: & dato, non tamen concesso, quòd iste Blasius nullam pateretur oppositionem, adhuc dico, quòd non deberet fieri illud, quod petit pars aduersa, scilicet, quòd ei deferatur iuramen
15 tum in supplementum probationis: quia † in causa matrimoniali, ex quo est ardua, non defertur iuramentum in supplementum probationis, vt est glo. communiter approbata in capit.
16 mulieri. extra de iureiurando. vbi dicit, † quòd quando mulier petit aliquem virum in maritum, si non probat plenè matrimonium, vir absoluitur, nec in tali casu, licet probaret intentionem suam per vnum testem idoneum omni exceptione maiorem, esset sibi deferendum iuramētum in supplementum probationis, quan-
17 tumcunque persona honesta sit, † quia agitur quasi de statu hominis, cum per hoc seruitus in ipso constituatur ita formaliter. ibi glos. quam communiter ibi sequuntur Doctores. Antonius in capit. fin. extra de iureiurando. Imo. in dicto capit. mulieri. Bald. in l. bonæ fidei, in 2. col. de rebus credit. Paul. de Castro, & Alexand. in l. 3. post princ. ff. de iureiurando. Alexand. in dicto consi. 143. incipiente, quoniam abundè, in 2. vol. Et quòd non habeat locum iuramentum in supplementum probationis in causa matrimoniali, tenet Iason in l. admonendi, in 29. col. ff. de iureiurando. vnde apparet quàm clarissimè Magdalenam absoluendam, cum nec Baptista, nec Blasius fuerint idonei testes. & quatenus Blasius etiā esset omni exceptione maior, quod tamen negatur, non esset deferendum iuramentum in supplementum probationis ipsi Danieli: & si alicui esset deferendum iuramentum, esset deferendum ipsi Magdalenę: licet adhuc non deberet arctari ad iurandum, cum sit in manifesta victoria, actore non probante: tamen si aliqua præsumptio est contra ipsam, potest ei deferri iuramentum purgationis, capit. attestationes, de desponsat. impub. vt per Docto. in dicto capit. mulieri, de testibus. nec vt supra dixi Baptista potest admitti, etiam in subsidium: & adminiculatiue, & vltra supradicta, hoc in terminis voluit Alexand. in causa matrimonii, in consil. 152. incipiente, viso processu, in 5. vol. vbi concludit, quòd in probando matrimonium testes inhabiles, nec in subsidium, admittuntur, cum matrimonium de sui natura per alios probari posit, & parti imputetur, si alios idoneos testes non adhibuit. & sequitur Philippus Decius in consi. 139. in 5. col. in fine. Non omitto vnum, quod est satis leue, dum dicitur per par-
18 tem aduersam, † quòd etiam quòd fuerit fur Baptista testis, quod negare non potuit: tamen excusando ipsum dicit, quòd est emendatus, ergo debet posse admitti in testem, quia dico, quòd etiā ꝙ vnus testis sit infamis infamia canonica, puta quia sit in peccato mortali, vel aliqua alia infamia, adhoc, vt dicatur emēdatus, nō sufficit, quòd

quòd ipse dicat se esse confessum: immo non crederetur simplici verbo sacerdotis asserentis eum fuisse confessum, licet sacerdos teneat vicē Dei, & ab eo non exigatur iuramentum, tamen hoc in veritate non sufficit, quia in confessione sacerdos, vnde tenet vicem Dei, sed in foro contentioso, in quo producitur, secus. & ideo tenetur iurare: & sic patet, ꝙ etiam quòd esset infamis infamia solùm canonica, quia fuisset in peccato mortali, nō sufficeret ei dicere, se confessum, immo vt supra non crederetur etiam sacerdoti sine iuramento: & si esset testis infamis alia infamia, quàm canonica, non sufficeret, etiam quòd probaret confessionem per sacerdotem, vel aliter destitisse a peccato, quia requiritur satisfactio exterior, vt per Abb. & Doct. in d. cap. testimonium. quinimmo iste Baptista potest dici infamis infamia iuris, vt per litteras Magnifici Marescalchi apparet, & in processu productis, per quas apparet, quòd est infamis infamia iuris, & notoriè: etiam quòd dicta supra contra ipsum plusquam sufficiant, vltra ea, quæ verè dicta sunt contra ipsum per aduocatum Magdalenæ, quæ non repeto. nec valet excusatio, quòd non acceperit eucharistiam propter absentiā presbyteri. quia hoc non constat, & bene reuersus fuit. vnde ex tam per primum aduocatum dictis, quàm per me nunc patet processus Reuerendæ Dominationis Vestræ fore & esse in absoluendo dictam Magdalenam à petitione dicti Danielis, & sic, quòd cassetis eius mādatum cum expensis. Nec
19 obstat, si diceretur, † quòd in dubio pro matrimonio est iudicandum, quia dico, ꝙ hic non sumus in casu dubio, sed claro, in quo actor non
20 probauit. † & licet causa matrimonii sit fauorabilis sic, tamen fauorabilibus debitores sumus ne aliis iniuria fiat, c. ex tenore, de foro compet. cap. nuper, de donat. inter virum & vxor. & in causa matrimoniali Alexand. consi. 142. 5. vol. in 2. col. Laus Deo.

Antonius Mula Doctor.

IN CAVSA DE FEDERICIS, in materia præsentationis.

SVMMARIVM.

1 Dictio, quatenus, si, & postquam, est non solùm conditionalis, sed formalis, & substantialis.

2 Dictio, postquam, intendit quod effectus dispositionis non præcedat, sed sequatur.

3 Modi natura est, vt post emolumentum quæsitum impleatur.

4 Vbicunque in dispositione apponitur dictio prius, vel posterius, ibi dicitur esse ordo, & consequenter forma substantialis

5 Vbi certa solemnitas sine forma requiritur ante actum, non sufficit vt fiat post actum.

6 Actus præposterè factus, quando contra solemnitatem & formam requisitam est ipso iure nullus.

7 Præsentatio nulla nullum potest sortiri effectum.

8 Quando aliquid est notorium, quis non potest dicere, se probabili errore deceptum, maximè in facto recenti.

9 Succedens in ius alterius probabilem ignorantiam prætendere potest.

10 Notorium facit præsumi quem esse in mala fide.

11 Error probatur probando rem aliter se habere.

12 Etiam inuasor pacificè possidens, potest præsentare: quia prædo etiam tuendus est in sua possessione.

13 Præsentatio est fructus possessionis, cum autem malæfidei possessor non faciat fructus suos, præsentatio debet annullari.

14 Quemadmodum malæfidei possessor non facit fructus suos, sed illos tenetur restituere, ita præsentatur.

15 Restitutio fructuum in hac materia fit per amotionem præsentati, & instituti.

CONSILIVM CLXVIII.



IN causa Ecclesiæ S. Mauri diœcesis Cenetensis, breuibus puto Dominum Ioannem Federicum à Reuerendissimo Domino Legato prouisum anteferendum Domino Presbytero Saluatori ab ordinario, ad præsentationem Magnifici Domini Io. Iustiniani asserti patroni instituti, & in possessionem inducto.

Et ad euidentiam dicendorum præmitto, ꝙ dictiones in litteris Pauli II. circa reseruationem & concesſionem iuris patronatus ad dictā ecclesiam faciendam Magnifico quondam Domino Francisco Iustiniano pro se & successori-
1 bus suis in perpetuum adiectæ, videlicet, † quatenus, si, & postquam, sunt non solùm conditionales, sed formales, & substantiales, & consequēter suspensiuę effectus dispositionis in litteris Apostolicis contenti, quoad fuerint plenariè ac specificè omnes impletæ, vt de dictione quatenus, dicit Bart. in l. 1. col. 7. vers. quæro de aduerbiis, ff. de cond. & demon. per l. Sticus qui meus erit, ff. de leg. 1. & prout de dictione si, dixit etiam idē Bart. ibidem in 2. col. in 1. q. vbi dixit esse de eo casum in l. si Titio, ff. quando dies legati cęd. & de dictione postquam, tradit etiam Bar. in l. quibus diebus, §. Termilius, col. 2. vers. quid si testator. expresſè voluit &c. & in vers. seq. inquit de dictione postquam, eod. tit. de cond. & demon. de quo dicit etiam esse casum, quòd faciat conditionem & non modum. in l. inter illam, ff. de verbo. significat. & in l. si ita, §. fin. ff. de legat. 2. vbi glo. exponit vbi, idest postquam. Nam dictio illa,
2 † postquam, dicit Bart. exponit & intendit, quòd effectus dispositionis nō præcedat, sed sequatur.
3 Ad differentiam modi, de † cuius natura est, vt post emolumentum quęsitum impleatur, vt in d. §. Termilius, in fi. & in l. demōstratio, in fi. eo. tit.

Et quòd talis dictio in specie vltra alias dictiones sit formalis, habetur latè per Mod. in c.cum dilecta, verſ. de formæ obſeruantia, in ſextum ſi-
4 gnum &c. de reſcrip. Nam † vbicunque in diſpoſitione apponitur dictio, prius, vel, poſterius, id dicitur eſſe ordo, conſequenter & forma ſubſtãtialis, quę omnino pręcedere debet & nõ ſequi. per tex. optimũ, vbi Bar. & Doc. in l. vniuerſa, C. de prec. Impe. offer. Prout de verbis in ſententia adiectis, ſoluta tamẽ prius &c. dicit Pau. de Caſt. in conſi. 376. & latius in conſi. 73. col. pen. verſ.
5 reſponderi poteſt. ſecundo dicens, ꝙ † quando certa ſolẽnitas ſine forma requiritur ante actũ, non ſufficit quòd fiat, obſeruetur, vel offeratur, poſt actum. Immo actus ille præpoſterus eſt ipſo iure nullus, per d. l. vniuerſa. & per ea, quæ dicit Bart. in l. actuarios, C. de actua. & mu. lib. 12. & Bald. in c. 2. de feud. ſine culpa non amitt. & per Canon. in clem. 1. §, porro, de hęret. & in clem. 1. de foro compet.

Præmitto vltra prędicta etiam vnum in facto, ꝙ conditionibus prædictis adhuc nullatenus in aliqua parte impletis, ſed reb. omnino integris exiſtentibus, deceſſit dictus Magnificus D. Franciſcus, ſuperſtite Magnifico D. Ioanne eius filio, & hęrede, qui vacante dicta eccleſia de an. 1486. fuit per Vicarium Epiſcopi Cenetæ habita (vt dixit, aliquali informatione de implemento cõtentorum in litteris) ad præſentãdum admiſſus, qui per eum præſentatus & inſtitutus, eccleſiam ipſam pacificè & quietè tenuit quo ad vixit.

His igitur ita præhabitis, & illis exiſtentibus veris, neceſſario infero dictum Magn. D. Ioann. non potuiſſe modo aliquo prætextu dictæ falſæ aſſertionis & informationis illius Vicarii pręſentationi ſe immiſcere. Nec ipſius præſentationis pręτextu potuiſſe quaſi poſſeſſionem iuris patronatus ad dictam eccleſiã adipiſci. Et conſequenter, ꝙ concurrente hodie dicto D. Ioan. Federico à Reuerendiſs. D. Legato prouiſo, cum dicto D.
6 presbytero Saluatore, † ad præſentationẽ ipſius met Magnifici D. Ioan. ab ordinario inſtituto, debeat D. Ioan. Feder. eidem D. Saluatori ante-
7 ferri. Tum † quia præſentatio illa prima contra formam litterarum omnino nulla, nullũ potuit iuris effectũ inducere. l. libellorum, §. ꝙ ſi libelli, ff. de accuſ. & eſt gl. ſolemnis plures cõcor. adducens in l. ſi pater, C. ne de ſtat. defunc. Tum quia ceſſauit, & adhuc hodie ceſſat in eodem D. Ioãne primum requiſitum ad talem quaſi poſſeſſionẽ iuris præſentãdi conſtituendam & adipiſcendã neceſſariũ. ſ. bona fides, vt per Cald. conſi. 12. in tit. de iure patr. & per Ioan. And. D. Ant. Abb. & alios in c. conſultationibus, eo. tit. quæ non potuit in eo modo aliquo pręſumi. Nam cum notorium eſſet, & quidem facti permanentis eccleſiã ipſam muris adhuc ſolo æquatis, qui per patrem reſtaurari & refici debebant, extare domum pro rectore eccleſiæ, quæ per eundem ædificari debebat, ædificatam non eſſe &c. Non potuit idem
8 Magnificus D. Ioan. contra tale † notoriũ ſe probabili errore deceptum dicere, maximè in facto tam recenti, prout potuiſſet, ſi reperiiſſet patrem iam diu in ipſa quaſi poſſeſſione præſentandi, & egiſſet illam bona fide proſequi. Eſto, quòd reuera non fuiſſet patronus, non impletis con-
9 ditionibus antedictis, † quaſi tanquam ſuccedens in ius alterius probabilem ignorantiã pręτendere potuiſſet. iuxta regulam cap. cum quis in ius, de reg. iur. in 6. vbi Dyn. & alii. & iuxta glo. no. in cap. 1. in gl. fin. in fine, de in integ. reſtitu. in 6. cum tunc quaſi non habens conſcientiam rei alienę fuiſſet probabiliter bonæ fidei reputatus. Sed cum in præſentatione tunc facta præſentauerit dicto Dom. Vicario literas, prout & Vicarius mes atteſtatur, per quas de conditionibus ſupra relatis ad litteram apparebat, & notoriè de inobſeruantia etiam apparebat, non potuit nec poteſt modo aliquo ab ipſa conſcientia rei alienæ, & ſic a mala fide ſe excuſare, ff. de act. empt. l. emptorem, & de cohab. cleric. & mulie. cap. fin. tradunt Hoſtien. D. Ant. Imol. Abb. & alii in cap. 1. vt lite non conteſt. cum concor. per Alexand. in dicta l. emptorem adducti. & iuxta ea, quæ tradunt Bald. & alii in l. cum alienam, in vlt. col. C. de lega. & per Dyn. in regula præſumitur. de reg. iur. in 6. per Bart. in l. ſi res obligata, ff. de lega. 1. & in l. ſiquis delegauerit, ff. de noua. cum ſimil.

Et minus releuat eum a mala fide aſſerta illa aliqualis informatio, quia & illa etiam & erronea & potius falſa oſtenditur per prædicta. Et
10 quia † de contrario tunc notoriè apparebat, ita quòd vt dicit Bart. in l. non fatetur, ff. de confeſſ.
11 & Canoniſtæ in cap. fin. eod. tit. error † probatur probando rem aliter ſe haberi. Immo propter illam notorietatem facti permanentis, non potuit, nec debuit tunc Dominus Vicarius tali informatione eſſe contentus, & oſtendere ſe ita credere, maximè cum ex debito ipſius officii, & ex forma litterarum & cõmiſſionis ſibi factæ teneretur vti diligentia in indagando, vt per Bald. in l. 1. C. ad Macedo. & per D. Anto. in cap. ab excommunicato. col. 20. in gl. certuș, de reſcrip. quo caſu dicit non eſſe tolerabilem ignorantiã, iuxta not. in cap. innotuit, in verbo, ignorantia, de electio. in cap. dura. & capit. ad falſariorum. de crimi. falſi. tradit Innocen. in cap. veniens, de filiis presbyter. Abb. in cap. pen. per illum tex. de regu. iuris. & in cap. quoſdam, de præſumpt. Roman. in conſi. 481. Præſentis dubitationis articulus, col. 2. Decius conſi. 160. col. 4. verſic. ſed tamen his non obſtantibus. Immo ſi dictus Dominus Vicarius non ſolùm ita enunciando, ſed etiam diffinitiuè pronunciando dixiſſet, conditiones impletas fuiſſe, notorium illud reddidiſſet illam omnino nullam, vt per Dominum Anton. Abb. & alios in capit. quoniam contra falſam. de probation. etiam ſi ab ea non fuerit appellatum.

Et licet Domini de Rota deciſ. mihi 268. collatio. in nouis. & Archid. in c. eum qui, de præb. in 6.

12 in 6. dixerint † inuasorem pacificè possidentem posse præsentare, quia etiam prædo tuendus est in sua possessione. cap. in litteris, de restit. spolia. Attamē subdunt id debere intelligi, dummodo de iniustitia causæ possessionis non cōstet, quo
13 casu cassaretur † præsentatio, & collatio, ea ratione, quia cum præsentatio sit fructus possessionis. d. cap. consultationibus. & malæ fidei possessor non faciat fructus suos, immo teneatur de extantibus rei vendi. & de consumptis conditione sine causa, vt per Innoc. in dicto cap. in litteris. & cap. consultationibus. & in c. 2. de in inte. restit. & tradunt Canonistæ omnes in dictis locis post eum, & in cap. grauis, de restitu. spoliat. latè Alexand. cons. 75. lib. 4. Ergo non potest, nec potuit
14 talis malæ fidei † præsentare, sicut nec fructus percipere, immo malæfidei, sicut est dictum, tenetur fructus ipsos restituere. ita & pręsentans.
15 Quę quidem † restitutio fit per remotionem pręsentati & instituti, dicit D. Abb. post alios in d. c. consultationibus. ergo &c.

Ex quibus apparet dictam primam præsentationem nullam, non cōstituisse dictum D. Ioan. quasi possessorem iuris pręsentādi. & contrahentes non potuisse hodie præsentare. Ita quòd sine dubio debet prouisus ad ipsius præsentationem amoueri. & Dominus Ioann. Federicus eidem anteferri. & fortè non esset consideratione indignum An conditiones per Magnificum Dom. Franciscum non impletæ possint hodie per Magnificum Dom. Ioan. impleri. Et fortè posset dici, quòd non, iuxta ea, quæ habentur per Barto. Bald. Alexand. & alios, in l. si decem cum petiero, ff. de verb. oblig. & per Cy. Bald. & alios in l. si plures, C. de condit. inser.

Postremo dico, quòd quatenus prædicta omnia in fauorem Domini Ioan. adducta non suffragaretur quis sine dicto suffragante, Adhuc præsentatio & institutio inde secuta, ex defectu solemnitatis à iure requisitæ circa promulgationem edicti, certo contradictore non apparente, vel citationis, vbi certus cōtradictor appareret, prout in casu isto, redditur ipso iure nulla, iuxta cap. fin. de elect. in 6. quod licet loquatur in confirmatione electionis, extenditur etiam ad præsentati institutionem, vt ibi per glo. Laus Deo.

Baldassar Cardutius Doctor
Florentinus.

HIERONYMI GIGANTIS
IVRISCONSVLTI FOROSEMPRONIENSIS, ET CIVIS VENETI,
EPITHOMA DE INTRVSO,
perquàm vtile, & necessarium in Ecclesiastico foro versantibus.

SVMMARIVM.

1 *NVLLVS Episcopus à paruulis, & eruditis dedignetur adiscere.*
2 *Intrusus quis dicitur octo modis.*
3 *Primo, is qui non habet aliquem colorem suæ intentionis.*
4 *Quis dicatur se ingerere in beneficio.*
5 *Ignorantia scientiam non excludit in intruso.*
6 *Intrusus an dicatur occupans per vim beneficium.*
7 *Intrusus dicitur omnis, qui tenet beneficium, sine auctoritate superioris.*
8 *Intrusus dicitur, qui depositus in beneficio manet.*
9 *Incoloratus possessor beneficij dicitur, qui per sententiam hominis, vel iuris est illo priuatus.*
10 *Omnis contractus factus post sententiam depositionis est nullus.*
11 *Episcopus potest priuatum beneficio per sententiam amouere, à sua possessione illo non vocato.*
12 *Intrusus citari debet, antequàm amoueatur à possessione.*
13 *Qui titulum amisit, sed non possessionem, non est spoliandus sine iuris ordine.*
14 *Etiam de facto possidens citari debet, antequàm à possessione amoueatur.*
15 *Pronuncia, quòd sententia in rem transiuit, iudicatam requiritur ante executionem.*
16 *Item decretum executorialium.*
17 *Capiens possessionem vigore executorialium, quatuor terminis non seruatis attentare videtur.*
18 *Lis non dicitur finita, antequàm sententia exequatur.*
19 *Nil actum dicitur, donec aliquid superest ad agendum.*
20 *Exceptio excommunicationis, opponi potest in executione sententiæ.*
21 *Exceptio patentis nullitatis, impedit executionem sententiæ.*
22 *Executor incipiens ab inuocatione brachij secularis, nulliter agit.*
23 *Collatio beneficij facta per Episcopum excommunicatum vigore litterarum executorialium valet, si ei tempore collationis litteræ non erant intimatæ.*
24 *Electus administrans ante confirmationem, intrusus dicitur.*
25 *Electus in septem casibus, administrare potest ante confirmationem.*
26 *Intrusus dicitur, qui aliquod crimen depositione dignum commisit.*
27 *Immo impropriè intrusus dicitur.*
28 *Priuatus ipso iure beneficio, nunquam, quis dicitur, nisi sit expressum.*
29 *Intrusus dicitur, qui beneficium alteri ablatum tenet.*
30 *Existens in possessione dignitatis, de qua alius iniustè spoliatus fuit, exercebit iura ipsius dignitatis.*
31 *Prætendens ius habere in aliqua dignitate, exhibendo reuerentiam intruso in ea, iuri suo renunciare videtur.*
32 *Intrusus dicitur tacens in litteris se intrasse possessionem beneficij, auctoritate Principis secularis.*
33 *Intrusus dicitur, qui bullis non expeditis intrat in possessionem beneficij.*
34 *Sola supplicatio signata, sufficit ad obtinendum in interdicto recuperandæ.*
35 *Possessio beneficij haberi potest, cum sola supplicatione.*
Litteræ non requiruntur ad essentiam gratiæ, sed ad illius probationem.
36 *Regula cancellariæ, de non iudicando iuxta formam supplicationis semper fuit intellecta in petitorio.*
37 *Quod intrans possessionem beneficij bullis non leuatis, amittat ius quod habet in beneficio, procedit in consistorialibus.*
38 *Constitutio Iulij Tertij, contra intrantes in possessionem beneficiorum, sine litteris.*
39 *Intrusus dicitur habens titulum, & possessionem, à non habente auctoritatem conferendi.*
40 *Mandatum Papæ de spoliandis intrusis in beneficijs, includit etiam illos, qui permutarunt beneficia reseruata.*
41 *In permutatione requiritur renunciatio, & collatio.*
42 *Gesta per intrusum non valent, quantumcunque tolleretur.*
43 *Hoc procedit in intruso in beneficio reseruato, generali reseruatione in corpore iuris clausa.*
44 *Decretum irritãs ne dum inficit titulum, sed etiam possessionem.*
45 *Beneficia vacare in curia, quæ dicantur.*
46 *Beneficia quæ per procuratorem resignantur in manibus Papæ, in curia vacare dicuntur.*
47 *Beneficia vacantia in curia propter resignationem, non dicuntur vacare apud sedem.*
48 *Intrusus in beneficio contra textum, in cap. 2. de præben. in 6. spoliatus, non restituitur.*
49 *Intrusus in beneficio reseruato, si illud postea à Papa impetret tacita intrusione, nil agit.*
50 *Exprimens secundum beneficium, sed tacens illius intrusionem, an sit repellendus.*

Intrusus

EPITHOMA DE INTRVSO.

IOANNI GRIMANO PATRIARchæ Aquilegiensi.



QVAE de intrusionis materia in beneficialibus inter studēdum colligeram, requisitioni tuæ annuēs (vt teneor) quàm libenti animo ad te mitto, ex quibus in causis iudicādis, vberes fructus proculdubio reportare poteris, ingeniumque tuum, quod huius materiæ exactam cognitionem habere cupias, plurimum laudo, si quidem scriptum est in c.nul-

1 c.nullus Episcopus, 38. dist. † q nullus Episcopus propter opprobriũ senectutis, vel nobilitatẽ generis, a paruulis, & minimis eruditis, si quid forte est vtilitatis, vel salutis inquirere negligat, & discendi cupiditatem solam viuendi rationẽ optimam, etiam in octauo & septuagesimo suæ ætatis anno existimauit, Pomponius Iuriscõsultus sequens Iuliani alterius summi etiam Iurisconsulti sententiam, qui dicere solitus erat, & si alterum pedem in sepulchro haberem, adhuc adiscere quidem vellem, vt scribit idem Pomponius in l.apud Iulianum, ff. de fideic.libert.

2 † Quæro primo, quot modis quis intrusus in beneficio dicatur, Dominic.in c.propter, col.vlti.19.distin.ponit quinque modos, quibus quis intrusus in beneficio dicitur, quos reassumit Felyn.in cap.veniens, col.1.de accusat. & in ca. in nostra, in 2.correll. nu. 27. de rescript. Addens tres alios casus, quibus quis in beneficio intrusus dici potest, per quos discurrere placuit.

3 † Primus casus, in quo quis in beneficio dici potest intrusus, erit in eo, qui non habet aliquẽ colorem suæ intentionis.c.eum qui, de præb.in 6.c.ad aures, de excess.prælat. Nam dicit text.in d.ca.eum qui, quòd is qui scienter iniuste se intrudit in beneficio, cui cura imminet animarũ, ipso iure est ipso beneficio priuatus, quod pri-
4 mitus cum cura obtinebat, † qui tex.intelligi debet, de eo qui absque diœcesani consensu, vel auctoritate, siue alterius superioris, beneficium intrat, is enim se ingerere dicitur.ca. quoniam, de offic.ordin.Butr.post alios in cap. cum satis, col.1.de offic. Archi.& sic dicitur intrusus, & incoloratus possessor, vt est etiam tex.in c.cũ iamdudum, de præben.& in c.dudum, el 2.de elect. quæ iura allegat.Felyn.ad hoc in d.ca.in nostra, col.7.& idem dicit Deci. consi.121.in causa ve-
5 nerabilis, col.vlt.num.4.in 1.vol. † Et est sciendum, quòd in casu prędicto, ignorantia, scientiã non excludit, vt voluit gl.in d.c.eum qui, in ver. sciẽter, quam sequitur Milus in suo repertorio. in ver. intrusus est quicunque.

6 † Et quia in d.c.eum qui, dicitur, quòd occupans per vim beneficium, cui cura imminet animarũ, similiter est priuatus beneficio ipso iure, quod primitus obtinebat, cui cura imminet animarum, Quæritur an talis intrusus dicatur? Archid.in eodem c.eum qui dixit, quòd si quis haberet canonicum titulum, licet per vim beneficium occuparet, propter hoc non diceretur intrusus, idem voluit Milus in suo repert. in ver. intrusus, in 1.vers.allegat Gemi.in d.c.eum qui, Verum tamen dicit idem Milus loco præallegato, quòd ex post iniuste tenendo beneficium, videtur dicendum, quòd dicatur intrusus, si tamẽ canonicum titulum non haberet, vt per eundẽ Milũ, in ver.intrusus nõ dicitur qui vi occupat.

7 † Secundo modo intrusus dicitur, secundum Felyn.in d.c.veniens, de accusa.col.1.sub num. 3. omnis qui beneficium habet sine auctoritate superioris, allegat Innoc.in c.nihil est, in versi. admiserunt, de elect.& glo.in ver.manebunt, in fi.in c.bonæ, el 1.de elect. idem scribit Præposit. in c.propter, 19.distin.allegat tex.in c. alienationes, 12.q.2.& text.in ca.nisi cum pridem, de renunc.hoc idem tenet Milus in suo repertorio, in ver.intrusus, in versi.intrusus dicitur ille quicunque, & Gomes.in reg. de trien.q.47. num.2. ad idem Felyn.in c.in nostra, in 2.correl.versic. adde quòd ille dicitur intrusus, & Calder.cons. 13.in rub.de verb.sign.

8 † Tertio modo intrusus dicitur, qui depositus manet in beneficio, vt dixit Fely. in d.c.veniẽs, de accusa.col.1.sub num.3.allegat Innoc.in ca. qualiter, el 2. in fin.col.4.de accus.idem scribit Felyn.in c.in nostra, in 2.correl.in fi.in versi. & adde quòd retinens, de rescrip.idem voluit Præpos.in ca.propter, sub nu.4.19.dist.allegat Lap. in d.c.eum qui, de præb.in 6.& Bal.in l.nihil.ff. de manumis. vin. idem tenet Gomes. in reg. de trien.poss.q.47.sub num.2. in vers. secundo di-
9 citur: † Nam incoloratus possessor beneficii dicatur, qui per sententiam hominis priuatus est, siue per sententiam iuris, etiam si facti amotio non sit secuta, vt scribit Felyn.in d.ca.in nostra, correl.36.in princ.& late declarant Docto.in c. cum in nostris, de conces.præben. & Lap. alleg. 16.& Card.consi.34.in fi.

10 † Et est sciendum, quòd omnis cõtractus, qui fieret per Episcopum, vel alium prælatum, depositum post sententiam depositionis esset nullus, etiam quòd contrahentes talem depositionem, probabiliter ignorassent, text.est not. in c.quia, in cunctis, de conces.præben.in 6.Fely.in c.prælatorum, col.pen.versi.item nota.num.14. de accus.Adducit no. per Bar.in l.Barbarius, ff.de offic.prætor.& Butr.in c.cõsultationibus, col.20. de iur.patr.vbi dicunt, quòd lata sententia priuationis ab homine, non requiritur aliqua certificatio ad validitatem actorum, facit tex.in l.si pater, in princi.ff.de manumis.vind.

11 Vnum nota dignum non omittam, † quòd lata sententia contra clericum possessorem beneficii, a qua non est appellatum Episcopus poterit priuare dictum clericum sua possessione, eo non vocato, vt scribit Roma.consil.499. in præmissa, col.2.allegans ad hoc Innoc.& Host.in c. accepta, de resti.spol.& idem tenet Deci. consil. 191. in causa, quæ agitatur, in 1.vol. Accedit ad hoc doctrina Abb. in c. cum clerici, in 2.not.de iur.patr.quam sequitur Fely. in c.qualiter, el 1. col.10.in 3.lim.de accus. Attamen idem Felyn. in c.fin. col.8. de præsumpt. scribit dubitare de prædicta doctrina, per tex.in c.licet Episcopus, de præb. in 6. & similiter ego de ea plurimum dubito, & moueor, quia nulli dubium, quòd is, qui habet contra se sententiam priuatoriam beneficii, a qua non appellauit, intrusus dicatur,
12 vt conclusi supra: † Intrusus autem antequam amoueatur a possessione, citandus est, vt late scribit Fely.in c.cum olim, col.8.num.31.cum pluribus seq.de sent.& re iud. Ad idem facit, quòd

scribit

scribit Card. in consil. 77. Reuerende pater, vbi dixit, quòd iudex qui expulit possessorem intrusum, eo non citato, reuocare debet traditionem
13 possessionis. † Accedit, quòd voluit Rot. deci. 5. de resti. spol. in antiq. vbi dixit, quòd is, qui titulum perdidit, sed non possessionem, non est sine
14 iuris ordine spoliandus. † Ad idem facit, quòd voluit Ro. consi. 79. in fin. vbi scribit, quòd non valet missio in possessionem, etiam contra possidentem de facto, si non fuit citatus.

15 † Comprobantur prædicta: Nam sententia lata, quæ nulla appellatione suspensa in rem transiuit iudicatam. ad hoc, vt exequi possit, requiritur pronuncia iudicis, sententiam ipsam in rẽ transiuisse iudicatam, & ideo exequendam fore, & ad hoc proculdubio citanda est pars. l. de vnoquoque. ff. de re iud. vt stilus causarum nos
16 edocet. † Item requiritur decretum executorialium, & illarũ intimatio possessori, contra quẽ sententia ipsa lata est, in quibus data ei terminus ad parendum rei iudicatæ, & obseruantur quatuor termini, vt contra eum procedatur ad aggrauationem, reaggrauationem, interdictum, & ad inuocationem brachii secularis, vt per Fel. in c. ad probandum, col. 4. nu. 6. de re iud. Cassador. decis. 6. de caus. poss. & propriet. & per Go-
17 mes. in regu. de anna. q. 44. num. 7. † Quinimmo si quis auctoritate rei iudicatæ, etiam vigore executorialium possessionem beneficii, capiat attẽtare videtur, nisi prius post intimationem executorialium, quatuor termini (vt dictũ fuit) seruari fuerint, vt per Gomes. in præallega. reg. de
18 annali, nu. 7. † Nec lis dicitur finita, antequam
19 sententia sit debitæ executioni demãdata, † quia donec superest aliquid ad agendum, nil dicitur actum. l. Titia, ff. de verb. oblig.

20 † Opponi etiam potest in executione sententiæ exceptio excommunicationis, quæ illius executionem impedit. c. 1. §. sed si post, de except. in 6. Ad idem facit quod scribit Felyn. in ca. exceptionem, num. 4. de excep. vbi dixit, quòd sentẽtia lata pro actore excõmunicatio nil valet, quia durante excommunicatione, agere non poterat pro ea, sed post absolutionem petere poterit illius executionem, nisi ipsa sententia lata fuisset vigore rescripti impetrati ab excommunicato.

21 † Item opponi potest etiam contra tres sentẽtentias conformes, quando de earum executione tractatur de illarum nullitate, quæ incontinẽti probare potest, vt per Bar. in l. 3. in §. condemnatum, ff. de re iudi. & hoc modo limitatur text. in clem. 1. de senten. & re iudic.

22 † Quinimmo in exequendis litteris executorialibus emanatis, vigore rei iudicatæ, adeo necessaria est ordinis obseruatio, quod si executor incipiat ab inuocatione brachii secularis, nulliter procedit, quia prius præcedere debet declaratio excommunicationis, aggrauationis, reaggrauationis, interdicti, & his peractis, & non antea deuenitur ad inuocationem brachii secularis, vt per Paul. de Castr. in consi. 39. visis actis, col. vlt. quem refert, & sequitur Felyn. in c. cum dilecta, col. 3. in fi. de rescript. Accedat quod scribit idem Felyn. in ca. ad probandum, num. 6. de
23 re iudic. † vbi dixit valere collationem beneficii, facta per Episcopum excommunicatum per litteras executoriales, Rotæ si tempore factæ collationis nondum erat publicatus.

24 † Quarto modo dicitur intrusus, electus administrans ante confirmationem. c. 2. vbi Abb. in 1. col. de rest. in integr. & c. auaritiæ, de elect. in 6. vt dixit Felyn. in c. veniens, col. 1. de accus. in ver. quarto electus, & Præpos. in c. propter, sub num. 4. vers. item dicitur intrusus, 19. dist. allegat text. in c. cũ iãdudũ, de præb. Gomes. in reg. de trien. q. 47. sub num. 2. ver. tertio dicitur, Milus in suo repert. in ver. intrusus, in vers. intrusus dicitur ille quicunque, allegat Innoc. in c. nihil, de elect. ista tamen conclusio fallit in plur. casi. vt infra.

25 † Primo fallit prædicta conclusio duobus cõcurrentibus, primo, quòd electio sit celebrata in concordia, & tunc in concordia facta dicitur, quãdo nemine discrepante est celebrata, vt not. in clem. ne Romani, de elect. & in c. cupientes. §. ad hæc, in glo. super ver. concordem, de elect. in 6. Secundo requiritur, quòd electus sit valde remotus, vtputa, vltra montes constitutus, & immediate Papæ subiectus, tex. est in cap. nihil, de elect. & ibi not. Abb. in versi. nota, & in versi. itaque, num. 4. Dicens, quòd tali casu electus ante confirmationem administrare potest, tam in tẽporalibus, quàm in spiritualibus, & hoc etiã tenuit Franc. in c. auaritiæ, de elect. in 6.

Secundo fallit supra dicta conclusio in Papa, quia ex sola electione administr. c. licet, de elect. glo. in ver. Ecclesiarum, in d. c. auaritiæ. Ad idẽ glo. in cap. idemnitatibus, in §. si vero ad illam, in ver. auctoritate de elect. in 6. defertur enim sibi plenum ius ex sola electione, cũ superiorem non habeat, a quo confirmetur, vt dixit Abb. in c. nihil. num. 10. de elect.

Tertio fallit in Abbatissa electa, vt est text. in d. c. idemnitatibus. §. si vero ad illam.

Quarto fallit in electo Imperatore, secũdum Aug. & Io. qui hoc notant, in c. legimus, 93. dist. nam saltem ex consuetudine hodie introductũ est, vt electus immediate administrare possit, vt dixit Abb. in d. c. nihil, num. 10. ad hoc vide Felyn in c. eam te, col. 2. de rescript. & Sal. in l. bene a Zenone, col. 1. cum sequen. C. de quadrien. præscript. & prædictos casus ponit glo. in c. auaritiæ, in ver. Ecclesiarum, de elect. in 6. Ad idem est glo. in d. ca. idemnitatibus, in d. §. si vero ad illam, in verbo auctoritate.

Quinto fallit in electo ordinis Cisterciensis, vt est tex. in c. 1. de supplen. negli. præla. & tenet Franch. in d. c. auaritię, in 1. col. in fin.

Sexto fallit supradicta conclusio in omni electo, cui ex consuetudine, vel priuilegio competit administratio Ecclesiæ vacantis ante confirmationẽ, vt dicit Franc. in d. c. auaritię, ad quod

allegat

allegat Ioan. And. ibi, in hoc quo ad consuetudinem contrarium tenent Innoc. & Host. in cap. transmissam, de elect. pro quibus est text. in cum venerabilis, de cõsue. Quinimmo dicit Abb. in c. qualiter, de elect. in versi. non tamen quòd cõsuetudo, quòd electus administret ante confirmationem non valet, & per Oldr. consi. 146. idẽ tenet Abb. in d. c. transmissam, in ver. tertio casu. vide etiam Abb. in c. nihil. num. 10. de elect.

Septimo fallit in electo administrante, ante confirmationem de mandato superioris, vt scribit Franc. in d. ca. auaritiæ, col. 2. versic. non obstat tex.

26 † Quinto modo intrusus dicitur, vt scribit Felyn. in præalleg. cap. veniens, col. 1. ver. quinto quòd cõmisit, de accus. Is qui commisit aliquod crimen, depositione dignum, allegat glo. in c. cũ super, in gl. 2. de cau. poss. & proprie. & hoc etiã tenuit Præpos. in ca. propter, col. vlt. 19. dist. pro quo est tex. in d. ca. veniens, Idem voluit Domi. in c. propter. col. vlt. & Fely. in ca. in nostra, in 2. correl. num. 27. de rescrip. & idem Fel. in consil. 44. Titius professor, num. 5. Io. de Selu. in tracta. suo de benefi. 11. q. 3. partis, col. 2. num. 9. Deci. consil. 121. in causa venerabilis, col. fin. nu. 4. in

27 pri. vol. † Istos tamen qui aliquod crimen depositione dignum commiserunt, glos. in d. ca. 2. de restitut. in integ. vocat quasi intrusos, & ita scribit Præpos. loco præallegato, ergo isti improprie intrusi dicuntur, cum dictio quasi, sit nota improprietatis, vt notant Docto. per illum tex in l. hoc colore, ff. de inof. test. Cõprobatur, hoc quia quantuncunque aliquis sit criminosus, iuste tamen tenet beneficium, antequàm eo per sententiam priuetur, quãdo crimen non est tale, quod ex eo inducat̃ priuatio ipso iure, vt voluit Abb. in c. item cum quis, col. pe. de restit. spol. de quo videnda sunt plura, quę adducit Fely. in c. acqui

28 sitionis, col. 2. circa medium, de accus. † Et dixit Do. in c. 1. col. vlt. 8. dist. quòd nunquàm aliquis est priuatus ipso iure beneficio, nisi hoc expressum sit in iure, quod sequitur Fely. in præallega. cap. inquisitionis, loco supradicto.

29 † Sexto ille dicitur intrusus, secundum Fely. in d. ca. veniens, col. 1. versic. vltimo, ille qui, de accus. qui tenet beneficium alteri iniuste ablatum, allegat text. in capitu. tanta, de excessio. prælato. & ibi Butr. in fin. princip. Idem voluit Præpos. in cap. propter, col. vlti. in fin. in versic. item dicitur intrusus, 19. distin. vbi dixit, quòd intrusus dicitur, qui est positus in beneficio etiã auctoritate superioris, tamen de facto alium spoliauit, sine causa legitima, vel iuris ordine non seruato, allegat tex. quem dicit ad hoc notabilẽ, secundum vnum intellectum, in d. ca. fin. de excess. prælat.

30 Et est sciendũ, quòd hoc casu, † quando vnus est exclusus a sua dignitate, & alius est in ea intrusus ille exercebit iura illius dignitatis, ꝙ erit in illius possessione, & non ille, qui iniuste spoliatus fuit, vt ꝑ Inno. in c. 2. de restit. in integ. & Doct. in c. ꝑ venerabilẽ, qui fil. sint legit. quod ẽt not. Inn. in c. in litteris, de restit. spoliat. & sequitur Abb. in c. olim inter, num. 17. eo. titu. & valebit quod faciet, vt scribit Archidiac. in ca. omne quod, 25. q. 1. Innoc. in c. nihil, de elect. & Bal. in l. pen. C. de pigno. act. Fallit tamen hoc in casu,

31 Cle. vnicæ, de for. compe. † & non ignores quod si prętendens ius habere in aliqua dignitate, vel officio, reuerentiam exhibeat intruso tanquàm legitime in illa dignitate, vel officio constituto, iuri suo tacite renunciare videtur, vt est text. ad hoc not. in c. ex ore sedentis, vbi not. Abb. in 4. not. de his quæ fiunt a maior. part. capit. vbi dicit ad hoc illum text. esse valde singularem, subdẽs, quòd cauti causarum procuratores in libello, & aliis scripturis dicere debent, quòd talis asserit se esse prælatum.

32 † Septimo quis intrusus dicitur, vt scribit Felyn. in d. c. veniens, col. 1. ver. septimo dicitur, si quis in litteris tacuit se intrasse in possessionem beneficii, auctoritate Principis secularis, secundum Ioan. And. in ca. dudum, el 2. de elect. adeo ꝙ litteræ impetratæ super ipso beneficio, hoc tacito, nullæ sunt, vt notanter dicit Abb. in ca. ad aures, de rescri. & in c. cum iamdudum, col. 2. de præben. in c. præterea, in vlt. not. de iur. patr. & in c. per venerabilem, qui fil. sint leg. Petr. de Anch. & Card. in Clem. per litteras, in fi. de præben. Ad idem est dec. Capel. Tholos. num. 483. item fuit quæsitum, quidam nobilis, Bal. in c. in litteris, in fin. de restit. spol. Gem. in c. eum qui, col. vlt. de præben. in 6. Calder. consi. 11. in titu. de præbend. Felyn. in c. in nostra, in 3. correl. in princ. de rescript.

33 † Octauo intrusus dicitur, vt per Felyn. in d. c. veniens, col. 1. versic. & adde quòd intrusus, de accus. Is qui non expeditis bullis beneficii, possessionem ingreditur: Talis enim perdit omne ius, quod in illo habet, non obstante signatura, allegat regu. Cance. 38. & Cald. consi. 13. in tit. de verb. sig. allegat glos. magnam in cap. causam quæ, el 2. qui fil. sint leg. & in c. veritatis, in glo. in verbo de præiudicio, de dol. & contumat.

34 † In contrarium tamen faciunt ea, quæ scribit Cassad. dec. 8. in titu. de rest. spol. vbi dixit, quòd Domini de Rota tenuerunt, quòd ad obtinendum in interdicto recuperãdæ possessionis, sufficiat supplicatio, seu gratia signata, & datata, absque litterarum expeditione pro titulo colo-

35 rato, qui in beneficialibus requiritur. † Cũ possessio haberi canonice, possit cum sola supplicatione, nam ad essentiam gratiæ, litteræ non requiruntur, sed ad probationem, & ad canonizationem tituli, secundum Arch. Io. And. Dom. &

36 Fran. in procem. 6. in fin. & Gem. consi. 10. † subdens idem Cassad. in præalleg. dec. quòd regu. cancell. de non iudic. iuxta form. supplicat. semper fuit intellecta in petitorio, vbi agitur de adiudicatione tituli, non in possessorio, & restitutione, quod etiã tenet Gom. qui testatur ita Rotam tenere in reg. præd. q. 5. & dictum Felyn. in

præalleg.

37 prealleg. c. veniens, † quòd intrans possessionem beneficii bullis non expeditis amittat ius, quod habet in beneficio, procedat in concistorialib. in quibus requiruntur littere per extrauagantẽ iniunctæ, in titu. de elect. & sic scribit Gomes. in prædicta q. 5. num. 2. Et quod adipiscens possessionem beneficii, ex simplici signatura, non dicatur intrusus, tenuit etiam Petr. Rebuf. in tracta. de pac. poss. num. 51. dicẽs, quòd ista opinio est æqua, licet altera de stricto iure procedere posset, asserens quòd ratione æquitatis, ista opinio seruatur in Francia, subdens extrauagantem iniunctæ procedere in maioribus beneficiis, secus in aliis, & per prædicta dicendum est, quòd in beneficiis concistorialibus intrans possessionẽ beneficii, litteris nõ expeditis, intrusus dicatur, secus autem in aliis beneficiis non concistorialibus.

38 † Cum prædictis transirem, nisi noua constitutione Iulij III. moderni Pontificis, publicata Romę in Cancellaria Apostolica sub die 27. mẽsis Maij, 1553. Cautum esset, quòd quicunq; apprehenderet possessionem beneficii, sine litteris expeditis, sed vigore solius supplicationis signatæ, non possessor, sed merus, & nudus detentor, ac violentus, & sine aliquo titulo in eo intrusus diceretur, nec fructus illius, suos faceret, sed ad illorum restitutionem teneretur, & omne ius quod in ipso beneficio haberet, amittere ipso iure, ac ad illud de cætero obtinendum inhabilis fieret.

39 † Nono intrusus dicitur ille, qui titulũ, & possessionem habet, a non habente auctoritatem cõferendi, vtputa, quia ad alium collatio pertinet, vt est text. in ca. fin. de exces. prælat. & in c. quia diuersitatem, de conces. præben. vbi Abb. in 2. no. & Gomes. in reg. de trien. q. 47. in ver. quarto dicitur, quod procedit etiam si cõferens alias collationem haberet, Tamẽ esset suspensus, Milus in suo repert. in ver. intrusus, in versi. intrusus dicitur quicunque recipit beneficium. Rot. dec. 410. nota quòd intrusus, in antiq. allegat Innoc. in ca. nihil, in glos. magna, circa med. de elect. & ibidem Compost. in glo. pone, idem tenuit, Deci. consil. 121. in causa venerabilis, col.

40 vlt. sub nu. 4. in 2. vol. † Et ideo Cald. consil. 13. in titu. de verb. sign. consuluit, quòd si Papa mãdat intrusos in beneficiis spoliari sub tali mandato includuntur illi, qui permutarunt beneficia reseruata Apostolicæ sedi reseruatione durãte, & est ratio, quia de beneficiis per Papam reseruatis inferior ab eo se non potest aliqualiter impedire, nec ea conferre. c. 2. de præben. in 6.

41 † In permutatione. n. renunciatio, & collatio requiritur. c. 1. de rer. permut. in 6. ideo tali casu permutãtes sunt positi in beneficiis ipsis, auctoritate ordinarii, qui ea conferre non potuit, & ideo intrusi dicuntur, & hoc perpetuo notandũ dicit Felyn. in c. in nostra, 2. correl. in versic. ex hoc concludit, de rescript. idem tenuit Abb. in c. cum venissent, in 3. not. nu. 4. de rest. in integ. vbi dixit, quòd intrusus dicitur is, qui dignitatẽ obtinuit a non habente potestatem illam conferendi subdens quòd gesta per intrusum non valent, quantũcunque dicatur tolleratus, qua tollerantia locum non habet intruso, ex quo ingressum non habet ab habente potestatem, vt not. Innoc. in c. qualiter, el 2. de acccus. & per Arch. in c. alienationes, 12. q. 2. & per Innoc. in d. cap. nihil. de elect.

43 † Et prædicta procedunt etiam in eo, qui beneficium obtinet, reseruatum generali reseruatione in corpore iuris clausa, ex collatione ordinarii, vel alterius inferioris collatoris, vt si beneficium vacauit apum Sedem Apostolicam, iuxta text. in c. 2. de præben. in 6. vbi dicitur, quòd beneficia vacantia apud Sedem soli Papæ sunt

41 reseruata, † qui tex. habet decretũ irritans, quod ne dum inficit titulum habitum ab ordinario ipso iure, verum etiam possessionem illius vigore habitam, vt ibidem per Doc. & per Dom. in c. si hi contra quos, vt lit. pend. in 6. & Rot. decis. 16. in nou.

45 † Et vacare apud Sedem non solum ea beneficia dicuntur, quæ per obitum in curia vacant, sed etiam ea, quæ vacant per obitum eorum, qui vadunt ad curiam Romanam, & moriuntur in locis vicinis curiæ per duas dietas, & idem in discedentibus a curia, vt est text. in ca. præsenti, de præben. in 6. & idẽ est si curialis ex causa recreationis, vel infirmitatis successerit ad locum curię vicinum per duas dietas legales animo Romã redeundi, & ibi moriatur, vt in d. c. præsenti, §. 1.

46 vacare autem in curia ea beneficia dicũtur, quæ per procuratorem resignantur in manibus Papę, licet renunciantes non sint præsentes in curia, vt voluit Archid. in d. c. 2. de præb. in 6. & gl. in clem. 1. vt lit. pend. & scribit Franc. in d. ca. 2.

47 col. 3. versi. in glo. vacare, † scias tamen, quòd beneficia resignata in curia non dicuntur vacare apud sedem, sed bene in curia, & licet propterea sint reseruata, tamen eorum reseruatio non dicitur esse in corpore iuris clausa, vt scribit Gomes. in reg. de trien. q. 31. sub num. 5. Et prædicta notanda sunt ad intellectum dictæ regulæ cancel. de trien. posses. quę excipit a beneficio ipsius regulę intrusos in beneficio reseruato gene

48 rali reseruatione in corpore iuris clausa, † & intrusus in beneficio reseruato reseruatione generali in corpore iuris clausa, vt est illa, de qua in præallega. c. 2. de præben. in 6. est adeo odiosus, quòd si spolietur, nõ debet restitui, Rot. in nou. dec. 16. Gomes. in d. reg. de trien. q. 10. num. 14.

49 Vnum non omittam nota dignum, † quòd intrusus in beneficio reseruato, si illud postmodũ a Papa impetret tacita dicta sua intrusione nil agi, cum huiusmodi impetratio non valeat, Bellamer. decis. 498. si obtinens, Aeneas de Falconibus, in tract. de reseruat. benefi. q. 4. principali, effectu 30. Fely. in c. in nostra, 2. correl. de rescr. & idem erit in quocũque alio intruso, Bal. in c. in litteris, in fi. de resti. spol. vbi dixit, quòd con-

firmatio

firmatio facta a superiore de intruso non valet, si ignorauit de intrusione ipsa in dicto beneficio, de quo per Felyn. in c. postulasti, num. 70. de
50 rescri. † Quid autem dicendum sit, quando impetrans secundum beneficium expressit de primo, sed tacuit, quòd in primo esset intrusus, vide Petr. de Anch. in clem. si Romanus, de præb. in versi. vltra Doctores, & ibidem Card. in fin.
51 Et prædictis adde, † quòd pari modo intrusus erit is, qui mortuo reo, & possessore obtinuit sibi prouideri per ordinarium de beneficio litigioso in curia Romana, & huiusmodi collationis vigore se in illius possessione ingessit, per text. in ca. si hi contra quos vt lit. pend. in 6. Talis. n. vt ex illo tex. clare colligitur titulum habet ipso iure nullum, propter decretum irritans, ibi appositum, quod inficit nedũ titulum, sed etiã possessionem, vt dixit in d. c. 2. Dom. dicens, quòd talis possessio caret omni iuris effectu, si quidem ordinarius non potest se ingerere in conferendo beneficia litigiosa in Romana curia, etiam si possessor in partibus moriatur, vel coram episcopo resignaret, per text. in prædicto c. si hi contra quos, vbi Franc. in 2. not. & ibidem Archi. in 1.
52 opposit. † Nec ordinarius potest in iuribus defuncti subrogare, quia hoc ad solum Papam pertinet, vt per Rot. dec. 411. item si lite penden te, in nou. & dec. 274. item quòd sic, & Franch. in d. c. 2. loco supra allegato.
53 † Sed quæro an huiusmodi intrusus admitteretur ad dandum obiectus contra eum, qui ageret contra ipsum? Dicas quòd non, vt tenuit Rot. dec. 1. in tit. vt lit. pend. in no. rationem assignat, quia talis non habet fundamentum alicuius coloratæ possessionis, quinimmo eius possessio est adeo infecta, & nulla quod caret omnib. iuris adminiculis propter decretum irritãs appositum, in præalleg. ca. si hi contra quos, vt lit. pend. in 6.
54 † An autem huiusmodi attentata lite pendẽte reuocari possent, per iudicem, ex suo mero officio nobili, etiam parte non petente? Compilator antiquarum decisi. Rotæ in præalleg. deci. 1. vt lit. pend. tenuit, quòd sic, rationibus per eum ibidem adductis, dicẽs, quòd iudex de facto supplere poterit, arg. not. per glos. in c. cupientes. §. cæterum, de elect. & per Arch. in c. pia, in vlt. gl. de except. subdit tamen quòd circa hoc nil fuit
55 decisum per Dominos de Rot. † Ista opinio d. cõpilatoris, mihi non placet, quia huiusmodi attẽtata reuocari nõ possunt, nisi citata parte, vt per Rot. decis. 56. si lit. pend. in nou. vbi decidit attẽtata lite pẽd. reuocari debere citata parte, faciũt ad hoc, quæ inf. prox. dicentur.
56 † Decimo intrusus in beneficio ille dicitur, qui habens primum beneficium curatum, secũdum similiter curatũ sine dispensatione tenet,
57 † nam isto casu primum a die habitæ possessionis secundi, vel ab eo die, quo per ipsum stetit, quo minus illam consequeretur ipso iure vacat, vt in c. de multa. §. 1. ibi eo ipso iure sit priuatus & habetur in extrau. Io. 22. quæ incipit, execrabilis, in §. quæro deinceps, de prẹb. & dignit. vbi glo. in vers. ipso iure dixit non expectata hominis sententia, subdens, quòd vbi constat quem ipso iure esse priuatum, vel alias ius non habere in beneficio quod de facto obtinet expelli ab illo per iudicem potest, nec se spoliatum potest allegare, & sic se restitui petere, allegat Innoc. & Host. in c. accepta. de rest. spol. & c. constitutus, de fil. presb. Et ex quo per assecutionem secundi curati, vacat primum ipso iure episcopus primum conferre potest, non tamen possessorem amouere eo non citato, per tex. in c. licet episcopus, de prẹben. in 6. licet eius possessio sit incolorata, & beneficiũ vacet ipso iure. vt dixit Domi. in d. c. licet, post Ioan. de Lig. ibi, & ibidẽ Franc. col. 2. vers. in glo. 2. in fin. & idem scribit Domi.
58 consil. 86. col. vlt. † Et ex prædictis colligitur nõ procedere doctrinam Innoc. & Host. in d. ca. accepta, de rest. spol. de qua supra prox. quorum opin. sequitur Roma. consil. 499. col. 2. ver. quia ergo volentium, quòd priuatus beneficio per sententiam iuris, possit per episcopum expelli a sua possessione, eo non vocato, dicentes, quòd
59 tunc episcopus exequitur officium suum, † Et cõtra prædictam doctrinam Innoc. Host. & Roma. tenet Bald. in l. si maritus la 1. C. de dona. inter vir. & vxor. vbi dixit, quòd licet clericus sit ipso iure priuatus, non tamen expelli poterit a sua possessione, nisi citetur, & causa cognita, & ibidẽ sequitur Angel. idem voluit Card. in c. 2. col. 1. de simon. Ad idem Card. consi. 54. vbi dixit, ꝙ etiam priuatus ipso iure citandus est antequàm spolietur: Idem sentit Felyn. in c. fin. col. 7. parum post princ. de præsump. vbi dicit, quòd ex prædictis reddiť dubia opinio, d. Abb. in c. quia clerici, in princ. de iur. patro. vbi dixit, quòd si clericus notorie tenet Ecclesiam iniuste non est necesse, quòd eps vocet eum in iudicio, sed illũ spoliare potest de facto, sicuti de facto se intrusit. Ad prædicta faciunt plura alia, quæ in simili congerit Felyn. in c. cum olim, col. 8. de sent. & re iud. Dictum tamen Inno. & Host. saluari posset casu, quo appareret notorie, quòd possessori beneficii nulla competeret defensio, vt voluit Innoc. & post eum Card. in c. quod in dubiis, in 3. col. de renunc. quos sequitur Felyn. in c. 2. nu. 2. de sim.
60 † Scias tamen, quòd huiusmodi intrusus, quẽ execrabilem nuncupant Doct. si spolietur restitui debet, vt voluit Rot. decis. 3. in titu. de restit. spol. in vlt. addi. Oldr. cõsi. 227. Card. consi. 132. col. vlt. Bal. Nouel. in l. naturaliter. §. nihil commune, col. 25. in 18. fal. Præposi. in ca. quo iure, col. 3. 8. dist. Capel. Thol. dec. 46. Abb. in c. in lit
61 teris, col. penult. de rest. spol. † Gomes. in reg. de trien. q. 10. num. 14. vbi etiam num. 23. dixit, ꝙ execrabilis, & etiam non promotus vltra annũ ad ordines sacerdotales possidens beneficium curatum, gaudet beneficio reg. de trien. poss.
62 † Vndecimo intrusus dicitur, qui cum titulo simo-

simoniaco beneficium possidet, vt scribit Card. in c. nisi cum pridem, de renunc. quem refert, & sequitur Felyn. in c. in nostra, in 2. correl. nu. 30. de rescript. idẽ tenet Gomes. in reg. de trien. q. 47. nu. 3. hoc idẽ sentit Cassad. decis. 1. nu. 7. in rub. de simon. & pro ista opinione, Felyn. in
63 præalleg. c. in nostra, sic arguit, † omnis simoniacus est priuatus ipso iure beneficio, & in eo nullum ius habet, vt in constit. Pauli II. quæ incipit, cum detestabile, & in supplemento constitutionum modernorum Pontificum, in ver. simonia, sed retinens beneficium, quo est priuatus ipso iure, intrusus dicitur, allegat Brix. in suo repert. in ver. intrusus, ergo simoniacus est intrusus, & hoc argum. vtitur Felyn. quod mea quidem sententia non probat eius intentionem, vt infra dicam.

64 † Contrariam opinionem, quòd immo simoniacus non dicatur intrusus, tenuit Io. de Imol. in d. c. nisi, col. 7. Dicens, quòd intrusus est, qui nullum penitus titulũ habet in beneficio, quod obtinet. Simoniacus autem habet titulum licet inualidum, & vitiosum. Non placet hoc, quòd Imo. dicit, quòd intrusus dicatur, qui nullũ penitus titulum habet, nam licet hoc sic verum (vt dixi supra in vers. secundo modo dicitur intrusus) non propterea sequitur, quòd qui titulũ habet in pluribus casibus supra relatis, non dicatur intrusus, opinionem Imol. tenet etiam glos. in d. c. nisi cum pridem, quę ponit vt diuersa simoniacum, & intrusum, & similiter ista duo, vt diuersa ponuntur in regula cãcellariæ, de trien. poss. Hanc etiam opinionem videtur tenere Innoc. in d. c. nihil, in glos. magna, circa medium, de elect. vbi differentiam facit inter intrusum, & simoniacum, quia intrusus dicitur, qui non habet titulum saltim coloratum, iuxta not. in c.
65 cum nostris, de concess. præb. † Simoniacus aũt dicit ipse, titulum habet, sed sua culpa elidibilẽ. Hanc etiam opin. tenuit Præpos. in ca. propter, col. vlt. num. 4. 19. dist. pro qua allegat not. per Innoc. in c. 2. de instit. & text. in c. 2. de restit. in integr. quem ibi not. Panor. & c. quia diuersitatem. de cõcess. præb. & text. in c. eum qui, de pręben. in 6. & Bal. in c. inter cæteras, de resc. & ista opi. magis mihi placet.

Et tenendo hanc opinionem, non obstant adducta in contrarium, per Felyn. in d. c. in nostra, dum dicit, quòd ex quo simoniacus est priuatus ipso iure beneficio, ergo est intrusus, Quia respõdeo, quòd non est bona consequentia dicere aliquis est priuatus ipso iure beneficio, quod obtinet, ergo est intrusus, probatur hoc per tex. in d.
66 c. eum qui, de præb. in 6. † vbi habetur, quòd is qui per vim beneficiũ ingredit, licet alias titulũ coloratũ habeat, est priuatus ipso iure, & tñ non propterea intrusus dicitur, ideo dixit Dom. ibidem inferens ad rescripta dicentia, dummodo non sit intrusus, quòd occupans per vim beneficium, licet titulum habeat, intrusus nõ dicitur, quod etiam tenet ibidem Franc. in 2. not. & hãc vltimam opinionẽ vti veriorẽ de iure sequuor.

67 † Dicuntur tamen simoniacus, & intrusus, secũdum Innoc. in d. c. nisi cum pridem fures, facit tex. in c. ordinationes, 1. q. 1.

68 † Regula cancellariæ de subrogandis collitigãtibus, excipit intrusum, quem dicit subrogari non debere. Quæritur an locum sibi vendicet in quocunque intruso? & arbitror dicendum q; sic, quia de intruso generaliter loquitur, lex autem generaliter loquens, generaliter intelligi debet. l. si seruus plurium, §. fi. ff. de leg. 1. Bartol. in l. si decreta, in 1. col. C. de transanct. vbi etenim lex non distinguit nec nos distinguere de-
69 bemus. l. de precio, ff. de publ. † de omni ergo vero, & effectuali intruso, puto intelligendum, tex. prædictæ regulæ, quæ fauorabilis est, introducta ad tollendum, & amputãdum litium anfractus, iuxta tex. in c. cordi, de appel. & l. properãdum, C. de iud. fauorabilia. n. amplianda sunt. c. odia, de reg. iur. in 6. Et cum a regula prædicta intrusus excipiatur, de duobus quæro. Primo, an in terminis regulæ prædictæ intrusus dicatur, is qui spirituali possessione se ingessit, citra tamen fructuum perceptionem, & temporalem possessionem? Secundo, an regula prædicta eum excludat, qui a principio litis se intrusit in beneficio, sed lite pendente desiit esse intrusus?

70 Circa primum dicendum † arbitror, cum eũ proprie intrusum non dici, qui citra fructuum perceptionem se in beneficio ingessit, auctoritate propria, cum titulo tamen: Nam verba cum effectu intelligi debent, ca. relatum, de cler. non resid. Io. And. in c. ordinarii, col. 2. in fin. de off.
71 ord. † & verba capi debent in proprio, & pleniori significatu. c. pen. de sent. excom. l. 1. ff. si ager
72 emphy. pet. † Ideo si loquimur de possessore beneficii in lege, vel canone, intelligimus de vero, & effectuali, videlicet, de eo, qui non tantum spiritualiter, sed etiam temporaliter beneficium possidet, percipiendo fructus & alia faciendo, quæ veri possessores beneficiorum facere solent,
73 arg. tex. in c. si tibi concesso, de præb. in 6. † percipere. n. fructus est signum veræ, & effectualis possessionis, vt in l. Titia. ff de solu. ca. inter dilectos. §. præterea, de fid. instru. l. vniuersas. §. qui per colonum, ff. de acquir. posses. & quod verus, & effectualis possessor beneficii is dicatur, qui fructus percipit, & curam animarum sustinet, faciunt nota. in c. commissa, & ibi glo. in versi. pacificum possessorem, de elect. in 6. & habetur p Rot. dec. 55. in antiq. & dec. 61. in nou. & Gemi. in consi. 76. & in consi. 101. in fin. Et ex istis patet, quòd in terminis prædictæ regulæ, is qui est in possessione temporali, & spirituali, simul fructus percipiendo, & non is, qui spiritualiter tan
74 tũ beneficium possidet, intrusus dicetur: † Quia spiritualis possessio sine temporali est imperfecta, & ad eius perfectionem expectat coniungi cum temporali, ex qua fructuum perceptio oritur: Nil enim perfectum dicitur, donec aliquid ad agendum restat. l. 1. & ibi glos. ff. de orig. iur.

& eo

& eo magis regula prædicta intelligenda est de
75 vero,& effectuali possessore,† quia dũ vult quòd intrusus subrogari non possit, pœnam continet, videlicet, annullationem gratiæ subrogationis, quæ pœna est, vt scribit Calder.consil. 1. in titu. de fil. presb.& refert ac sequitur Fely. in c.in nostra, in 3. correl. de rescript. in pœnalibus vero stricta interpretatio fieri debet. Comprobantur prædicta ex his quæ scribit Frãc.in d.c. cõmissa,
76 de elect. in 6. † vbi dixit, quòd si quæratur de pacifica possessione ad effectum vt possidens secũdum beneficium curatum, incurrat priuationem primi, requiritur non solum liberum exercitium curæ, sed etiam quòd possideat fructus, vel saltim maiorem partem eorum, quod etiam voluit idem Dom. Et prædicta notabilis, quia ea non inueniens tacta per scribentes super regula præd.de subrogand.collitigant.

77 Facit ad prædicta,† quia si possessori beneficii in sua possessione, lis mouetur ita, quòd fructus non percipiat licet possessioni incumbat, poterit tamen impetrare in forma pauperum, nam ex quo fructus nõ percipit perinde est, ac si possessionem non haberet per ea, quæ voluit glo.in d.c.si tibi concesso, in ver. vacare de præben. in 6.quæ dixit per illũ text. quòd promotus ad episcopatum etiam post adeptam possessionem, & secutam cõsecrationem, si fructus Episcopatus non percipit, vtputa, quia ex causa alteri ad tempus debentur, quod propter hoc priora eius beneficia non vacant, & hoc idem tenuit Rom.cõsil. 335. circa primum.& consi. 345.

Et cum verbum intrusus, de quo in prædicta regula de vero, & effectuali intruso intelligi de-
78 beat,†per prædicta dicendum arbitror, quòd is, qui fuit auctoritate superioris positus in beneficio vitio vitium tñ habet, per quod illo priuari debet,qui largo modo intrusus dicitur,& quem gl.magistra in c.cũ super, in gl.2. de caus.pos.& & proprietat. quasi intrusum vocat,de quo dixi supra versi.quinto modo, intrusus non comprehenditur in regula prædicta,dum de intruso lo-
79 quitur,† & idem dicendum erit de eo, qui obtinuit possessionem beneficii vigore executorialium, sine intimatione, vel citatione facta parti condemnatæ,per ea,quæ scribit Gomes. in prædicta regula,de subrogan.collitigant.q.4. vbi dicit,quòd talis non dicitur vere intrusus, per rationes per ipsum ibidem adductas, quas trãscribere non intendo.

80 † Nec minus comprehendetur in illo verbo intrusus dictæ regulæ, is qui antiquissimam habet beneficii possessionem, licet de titulo nõ doceat,cũ ex sola antiquitate possessio coloratur, vt not. Anto. de Butr.in ca.in litteris, 12.colum. versic.ergo sequitur, vltra hoc, quem refert,& sequitur Milus in suo Reperto. in ver. intrusus, versi.intrusus non dicitur.

81 † Idem erit in eo,qui titulum habet ab eo,qui illum dare potest, licet de ipsius tituli validitate disputari possit, vt scribit Innoc. in ca.nihil,in glos.magna circa medium,de elect. & Paris. consil. 125. an collatio, num. 25. in 4. vol. Ad idem Fely.in c.in nostra, in 2.correl.in versi. & quòd habens,de rescript.

82 Circa secundum,† An regula prædicta excludens intrusum comprehendat eum, qui a principio litis se in beneficio intrusit, sed pendente lite desiit intrusus esse, hoc tangit Gomes. in d. reg.q. 18.vbi ad partes arguit,& tandem concludit huiusmodi intrusum non comprehendit in eadem regula, per iura, & rationes ibidẽ per eũ adhuc. pro cuius opinione faciunt, quæ supra scripsi.q.37.

83 †Accedat regula Cancellariæ,quæ statuit triẽnalem possessorem non molestandum,dummodo in beneficio reseruato generali reseruatione in corpore iuris clausa, se non intruserit, circa quam Gomes.in d.regula.q.47. recitatis quinq; modis, quibus quis intrusus dicitur secundum Dom.in c.propter. 19.dist. dicit Deci. in consil. 121.col.vltima,num.4.in 1.vol.& Cassan.cons. 20.col.7.num.36.Tenuisse quòd omnibus prædictis quinque modis quis, intrusus dicatur in terminis illius regulæ, quos idem Gomes.reprehendit, dicens verum non esse, subdens quod prædicti Dec.& Cassan. non sunt versati in curia Romana, ideo non intellexerũt eius stilum, nec Rotæ obseruationes,dicens,quòd ad effectũ illius regulæ intrusi tribus modis dicuntur. Primo qui non habet titulum verum, vel præsumptum.Secundo modo,qui titulũ habet, sed non ab eo,qui habet potestatem conferendi,qui nullo modo dicitur habere titulum coloratum.Tertio modo, quòd intrusus dicitur, qui altero ex duobus modis in dict. regula exceptis obtinuit sibi prouideri de beneficio, etiam si titulum habuerit ab eo,qui originaliter conferre potuerit, primus casus est quando quis per simoniam beneficium consecutus, fuit etiam a Papa, Secundus casus est quando aliquis est prouisus de beneficio reseruato reseruatione in corpore iuris clausa non facta mentione illius, subdens,quod præter istos casus ad effectum illius regulæ non dicetur aliquis alius intrusus, quod asserit procedere, secundum communem intellectum Ro-
84 tæ.†Hæc sunt,quæ scribit Gomes.in d.q.47.Circa quæ dicas, quòd Deci. in prælleg. consil.21. col.vlt.bene locutus est, quo ad prædictam regulam, ideo remphedi non debuit, Dixit.n. quòd intrusus dicitur, qui propria auctoritate sine aliquo titulo, vel colore beneficium occupauit, allegan.text.in c.ad aures, de exces.prælat. & c.eũ qui, de præben. in 6. & hoc idem dicit Gomes. vt supra retuli. Secundo dixit Deci. quòd intrusus dicitur, qui titulum habet, vel colorem, sed non canonicum,quia ille, qui dedit conferendi potestatem nõ habebat.c.quia diuersitatem, de conces.præben.in 6. allegat consil.Cald.nu. 13. in titu.de verbo.sign.Et hunc casum dicit etiam Gomes. vt supra comprehendi in dicta regula: In quo igitur Dec.reprehendi mereatur non video,

deo, si eius verba recte considerentur.

85 † Nec similiter placet opinio Gomes. in d. qō. 47. vt supra relata, dum vult, ꝙ in terminis regulæ prędictę simoniacus intrusus dicatur, cum in ipsa regula intrusus, & simoniacus, vt diuersa ponantur, cuius opinionem supra improbaui, in vers. 11. intrusus, præsertim, quia est contraria verbis illius regulæ, ex cuius tenore clare probatur, quòd simoniacus, & intrusus parificantur, ad effectum, quòd neuter eorum gaudeat beneficio triennalis possessoris.

86 † Et dū Gomes. in regula prædicta. præallega. q. 47. dicit, quòd in casu dictæ regulę, comprehēditur ille intrusus, qui titulum habet a non habente auctoritatem conferendi, istud dupliciter intelligi potest. Primo quando is qui beneficiū contulit, non habebit facultatem, neque habitu, neque actu conferendi tale beneficium. Secundo, quando habitu, non tamen actu talem facultatem habebat. Primus casus erit, quando conferēs beneficium, carebat tali auctoritate, ex eo, quia illius collatio ad alium ordinarium spectabat, vtputa si episcopus Forosempronienfis, conferret beneficium non ad suam, sed episcopi Vrbinatensis collationem pertinens, text. est in ca. quia diuersitatem, vbi Abb. in 2. not. de conces. pręb. & dixi supra in vers. nonus erit. Secundus erit casus in eo, qui alias est ordinarius collator beneficii vacantis, sed ex aliqua qualitate ipsius beneficii, vel ex defectu causato in personam ipsius conferentis in illius collatione se ingerere non valet, & hoc in duobus casibus contingere

87 potest. Primus casus erit in beneficio litigioso inter aliquos in Romana curia, quod alias ad collationem episcopi puta Forosempronienfis spectabat: Nā si moriatur reus & possessor illius lite pendente, episcopus illud conferre non poterit, stāte illa qualitate, quod illud beneficium erat litigiosum in curia Romana, immo collatio episcopi tali casu est ipso iure nulla, vt in c. si hi contra quos, vt lit. pend. in 6. & ibi Doct. & dixi supra in d. versi. nonus erit modus. versi. & prædictis adde, potest etiam exemplificari in ordinario conferente beneficium reseruatum suæ diœcesis, vt in c. licet, de præben. in 6. Secundo casu exemplifica quando ordinarius ad quem spectabat beneficii collatio illud conferre non valet, quia est excommunicatus, vel interdictus, c. tanta, de exces. prælat. Fely. in c. in nostra, in 2. correll. num. 26. in fi. de rescript.

88 Sed quæro an vnica tantum reseruatio generalis reperiatur in corpore iuris clausa, vel plures, Aeneas de Falconibus in tract. suo reseruat. hanc mouet quæstionem, dicens, quòd Alphunsus Sotto, in reg. 33. cancel. dixit vnicam tantū esse, videlicet, illam, de qua in c. 2. de præb. in 6. at Nico. Milus in suo repert. in versi. reseruatio, in §. 2. in fi. plures esse sentit, & idem habetur in decreto concilii Basileiensis, incip. sicut in construenda. §. 1. in tit. de elect. quod est in pragmatica, fol. 27. Ista opinio aperte probatur, per tex. regulę cancel. de trien. poss. ibi ex aliqua reseruatione generali, in corpore iuris clausa, quæ autē sint istæ plures reseruationes generales. Aeneas prædictus in præalleg. tract. reseruat. in 2. q. princip. nu. 12. eas enumerat. quem reprehendit Gomes. in d. reg. q. 31. nu. 8. vbi Gomes. ipse in ver. prima est, nu. 10. adducit septem casus, in quib. vltra præmissam continentur reseruationes in corpore iure clausæ, cuius dicta videre poteris, nam ad plenum materiam examinat.

89 † An autem intrusus dicatur, quo ad effectum regulæ prædictæ, is qui curatum obtinuit beneficium, & illud vltra annum possedit, non faciēdo se ꝓmoueri ad sacros presbyterales ordines, quo casu elapso anno a die illius habitæ possessionis, est priuatur beneficio ipso iure, tex. est in c. licet. in §. quod si infra, ibi nulla etiā præmissa monitione, & ibidem glo. in verbo priuatus, de elect. in 6. ad idem text. in c. commissa. §. porro, ibi iā priuatus ex istis, eo. tit. & lib. dicens, quod si talis, beneficium vltra triennium possedit pacifice, quo ad dictam regulam intrusus non dicit, immo illius beneficio gaudebit. Et idē erit in execrabili non priuato ꝑ sn̄iam hominis, de quo late scribit idē Gomes. in ꝑalleg. regula. q. x.

90 † Quid dicemus de intruso in bn̄ficio propria auctoritate, an illud dimittere posit absque superioris licentia, quando nullum habet titulū? Dicēdum erit ꝙ sic, vt voluit Io. de Turr. Crem. in c. nerui testiculorum, col. 2. nu. 6. 13. dist. ꝙ secus esse dicit in simoniaco, qui titulum habet vitiosum, Nam ille, ex quo colorem habet illud tenendi a superiore, illud dimittere non poterit sine superioris licentia, vt notat Inn. & Host. in c. de regularib. de simon. idem quod tenuit Turre Crema. de intruso, voluit etiam Fel. in ca. in nostra, in 11. correl. nu. 29. in vers. scito ēt, de rescr.

91 † Nec intrusus habet verum titulum prælaturæ, etiam si a Papa intrusionem ignorāte postea ad illam promoueatur, vt per Petrum de Basio in suo tract. directorium electionum, nuncupato in 8. cap. 2. par. & in c. 20. 1. par. Fel. in c. in nostra, correl. 2. in prin. de rescr. & in c. postulasti, col. antep. eo. tit. faciunt quæ scripsi supra in nouo casu, vers. vnum non omittam. Hoc tn̄ locum non haberet quando Papa scienter eum promouisset, eo namq; casu videretur cū eo super inhabilitate dispensasse. l. quidam consulebant. ff. de re iud. Inn. & Abb. in c. veniens de fil. presb. de quo dixi ēt in tracta. pens. q. 16. nu. 12. & nu. 13.

92 † Quid si intrusus conferat aliquid in suo introitu in Ecclesiam in qua est intrusus, an ei sit restituendum licet indigno? dicendum quòd sic necessaria cum alterius iactura locuplectetur 20. q. 3. c. constituit, & cap. generalis 54. distinc. ita scribit post glos. ibi Card. Turre Cremata, in cap. si episcopus in fin. 92. distin. vbi etiam dixit quod intrusus bene acquirit Ecclesiæ, allegat text. in c. 1. & c. nihil de elect. in glo. vlt. in fin. & idem voluit Aegid. Bellam. in d. c. nihil. vers. decimo quærit, nu. 15. facit tex. in l. non eo minus. C. de

C. de procu. Non tamen alienare potest 12. q. 7. c. alienationes, & ibi Archid. idem voluit. praefatus Card. Tur. Crem. in c. factus. num. 3. 8. q. 1.

93 †Sed quid dicendum de intruso in beneficio reseruato reseruatione in corpore iuris clausa, de qua in ca. 2. de praeben. in 6. an faciat fructus suos? dicendum quod non, vt tenuit Spec. in tit. de dispen. §. videndum restat vlt. carta, versi. sed pone quod aliquis, & est ratio, quia ex quo prouisus sciuit beneficium apud sedem vacasse, non debuit ignorasse decretum, tex. in d. ca. 2. de praeb. in 6.

94 † Cum iuris ignorantia non praesumatur. ca. 2. de constit. in 6. & ideo fuit in mala fide. malefidei autem possessor fructus suos nō facit, vt per Rot. decis. 24. fuit dubitatum, in nouis, Abb. in c. cum dilectus, in pen. not. de iur. patr. Aeneas de Falconibus in tract. de reseruat. benefi. in 4. q. princ. in 9. effectu, Ad idem Abb. in c. dilecto

95 col. 2. de praeb. † & quod non faciat fructus suos is, qui scienter beneficium recipit ab ordinario, quod erat reseruatum a die sui ingressus, scribit etiam Gomes. q. 31. ver. tertium priuilegium, in reg. de trien. poss. vbi allegat Spec. in tit. de praeb. in §. audiendum, versi. sed pone, quod aliquis, & ibi

96 Io. Andr. † Et hoc ideo, quia reseruatio, de qua in d. c. 2. de praeb. in 6. circa beneficia vacantia apud sedem apostolicam est notoria, cum sit in corpore iuris clausa. Hinc est, quod repellit agentē super spolio, Rot. decis. 16. in nou. & decis. 20. in antiquis, in tit. de resti. spol. & per Gomes. in d. q. 31. in vers. quintum speciale.

97 †Item intrusus in beneficio reseruato, quādiu tolleratur, si conferat beneficia spectantia ad illius beneficii, seu dignitatis reseruatae collationem, collatio huiusmodi viribus non subsistit. Nam decretum irritās appositum in ipsa reseruatione, totum afficit beneficium, & in consequentiam illud quod ex eo sequitur, vt voluit Rot. decis. 183. in antiq. & in nouissima impressione est, decis. 20. in tit. de praeben. Secus tamē dicendum, quando quis esset intrusus in beneficio, ex alio capite, quàm reseruationis praedictae, arg. not. per Inn. in c. nihil., de elect. & ratio praedictae conclusionis erit, quia, vt supra proxime diximus, in ver. sed quid dicendum, intrusus in

98 beneficio reseruato non facit fructus suos. †Collatio autem dicitur fructus beneficii, vt no. in c. cum olim, de maioritat. & obed. Ad idem Rot. decis. 4. in princ. in recollect. *Bisignet.* in tit. de praeben. Bellam. deci. 66. Aeneas de Falconibus, in tract. de reseruat. benefi. q. 4. princip. effectu. 26. Gomes. in regu. de trien. posses. quaest. 21.

99 †An autem subditi obedire teneantur praelato intruso, & an debitores teneantur ei soluere, Arch. in c. eum qui, de praeb. in 6. examinando hanc quaestionem, sic distinguēdo scribit, quòd aut intrusus agit nomine suo, & tūc dicit, quòd non, aut agit nomine Ecclesiae, vel dignitatis, in qua intrusus existit, & tūc dicit, quòd sic, donec de eius malafide, & violentia in iudicio sit conuictus, secundum Innoc. in c. cum olim, in prin. de caus. posses. & propriet. in c. in litteris, de resti. spol. & ibi Io. Andr. & Docto. & in l. si vrbana. ff. de cond. indeb. & in c. nihil, de elect. quae iura allegat Franch. in d. c. eum qui, in princ. col. 2. versic. extra glo. quaerit hic. At Henric. Boych. in ca. 2. in vers. super eo, num. 3. de restitut. spoliat. aliter & vberius distinguendo sic scribit, quòd si quaeritur an cum aliquis sit intrusus in aliqua dignitate, vel aliter ipsam malafide possidet, an subditi ab eo requisiti teneantur ei obedientiā, & reuerentiam praestare, & an dignitatis debitores, vtputa, censuales, & alii teneantur illi de debitis respondere. & distinguit, quòd aut talis est per superiorem confirmatus institutus, vel prouisus tali prouisione, quę vim, & effectum confirmationis importet, aut non.

Primo casu dicit, quòd subditi illius dignitatis tenentur ei antequam per sententiam fuerit remotus, obedientiam, & reuerentiam praestare, & debitores dignitatis ei, de debitis pariter respondere, exceptione iniquę possessionis nō obstante, argum. 8. q. 4. c. nonne. & c. cum venissent. de instit. & c. cum in cunctis, de elect. & in c. nosti, & in c. transmissam, eo. titu. l. 1. ff. quod cum fals. tut. & l. iuste. ff. de acquir. posses. & allegat Innoc. ibidem in glos. 1. vers. electio autem,

100 & post eum ibidem Hostien. † Secundo vero casu, distinguit idem Henric. dicens, quòd aut quaeritur de illis, qui fecerunt intruso obedientiam, vel illi soluerunt aliquo anno pensionem, & tales dicit teneri, arg. tex. in cap. querelam, de elec. Aut quaeritur de aliis debitoribus, & tunc subdistinguit, quòd aut quaeritur de illis debitoribus, qui ante huiusmodi malaefidei possessorē contraxerunt, & de talibus contractibus conueniuntur, & tales de contractibus cum eis habitis soluere tenentur. l. si vrbana, C. de condic. indeb. secundum Innoc. in d. c. 2. in versi. non liberatur, vbi Host. post eum. Aut quaeritur de his qui aliter, quàm ex contractibus cum eo initis conueniuntur, & tunc subdistinguit, quòd aut quaerimus de illis, qui in iudicio sunt conuicti, & cōdemnati, & tales necesse habent parere sententiae, nisi appellatione esset suspensa, non obstante, quòd dicerent habere conscientiam laesam. Aut quaeritur de illis, qui non sunt conuicti, neque condemnati, sed ab intruso, seu tali malaefidei possessore extraiudicialiter exigūtur. & isto casu dicit Henric. quòd tales non tenentur illi contra cōscientiam obedire, vel de debitis dignitati respondere, argum. text. in ca. litteras, de restit. spol. & in ca. inquisitionis, de sent. excommu. & ad hoc allegat Innoc. ibi, & Hosti. & Gemin. in d. c. eum qui. super verbo inuasor. de praeben. lib. 6.

101 †Intrusus non admittitur ad allegandum ius tertii, vt scribit Io. Andr. in c. mandatum. col. 4. vers. sed forte, & ibi Cōpostel. de rescrip. Paris. consi. 79. aduertendum est, num. 15. in 4. vol.

102 Vnum non omitto, †quòd intrusus in beneficio, non habet facultatem absoluendi eius parrochianos,

rochianos, vt scribit Abb. in c. in nostris, nu. 7. de conces. præben. allegat 2. q. 2. c. alienationes, & c. dudum el 2. de elect. Ad idem est glos. in d. c. dudum, in verbo de capite.

103 Nunc quæro, † an intrusus antequã a possessione amoueatur, citari debeat? Dicendum arbitror quòd sic, etiã si ipso iure priuatus esset titulo beneficii, quod possidet. comprobatur hoc. nã si habens beneficium curatum, assequatur aliud curatum, & remaneat etiam in possessione primi curati, quo est ipso iure priuatus, vt in cap. de multa, §. 1. & in extrauag. Io. 22. quæ incipit, execrabilis, in §. quæro, de præben. & dignitat. nulli dubium, quòd talis dicitur intrusus, in primo, quod ipso iure vacat, vt scripsi supra in versic. decimo intrusus. Et tamẽ talis antequàm amoueatur a possessione dicti primi beneficii citandus est, tex. est not. in c. licet episcopus, de præb. in 6.

104 † confirmatur etiam ista conclusio, ex eo, quod voluit Card. in cons. 77. Reuerende pater, vbi dixit quòd iudex qui possessorem expulit eo non citato, cum esset intrusus, reuocare debet traditionem possessionis. Ad idem facit quod scribit Rom. in consi. 79. in fin. vbi dixit, quòd non valet missio in possessionẽ, facta etiam contra possi-

105 dentem de facto, si non fuit citatus, † prædictis accedit decis. Rot. de rest. spol. num. 5. in antiq. quæ dicit, quòd qui perdidit titulum, sed non possessionem, non est spoliandus sine iuris ordine. Et pro ista conclusione est tex. not. in l. fi. C. si per vim, vel alio mod. vbi dicitur, quòd nec ex rescripto principis, nec ex iudicis sententia, vel interlocutione, debet aliquid alterius possessio-

106 nem turbare, parte non citata: † Ex quo tex. dixit insignis Doct. præceptor meus, recolẽdæ memoriæ, Dominus Carolus Ruy. in cõsi. 128. quã tum ad iudicium, num. 1. & 2. in 5. vol. quòd licet executio committatur, contra quoscunq; intrusos, citatio tamen non intelligitur sublata. Comprobatur etiam ista cõclusio, ex stilo curiæ Romanæ: nam quando impetrans beneficium, narrat aliquem in eo intrusum, semper in litteris dicitur eo tamen vocato. faciunt quoque ad hoc plura adducta per Fely. in ca. cum olim, col. 9. per totam, de sent. & re iud. & per eundem in c. in nostra, 36. correl. in ver. quinto no. ꝙ possidens, de rescrip.

107 † ista conclusio non videtur procedere in eo intruso, contra quem est lata sententia, quæ in rem transiuit iudicatam, quia talis per episcopũ remoueri poterit a possessione beneficii, eo non vocato, vt dixit Rom. cons. 499. in præmissa, col. 2. & Dec. consi. 191. in causa quæ agitatur, in 1. vol. Hæc tamen opinio nunquam mihi placuit, contra quam supra in vers. vnum nota dignum, plura adduxi.

108 † Secũdo, dicta conclusio non procedit in eo, qui notorie, & inexcusabiliter intrusus est in beneficio, qui non vocatus spoliari poterit, vt per Felyn. in c. cum olim, num. 23. versic. confirmãtur prædicta, de sent. & re iud. qui ad hoc allegat Rom. consil. 403. dubitatur primo, col. vlt. facit doctrina Abb. in c. quia clerici, in 1. col. num. 4. de iur. patro. vbi dixit, quòd episcopus priuare potest eum sua possessione, qui notorie Ecclesiã iniuste tenet, eo non vocato. Ad idem Abb. in c. accepta, col. 2. de restit. spol. vbi scripsit, quòd is qui notorie est declaratus priuatus, potest beneficio spoliari, non citatus, per tex. in d. c. cũ olim:

109 † Et dixit Dom. in c. sua, in fi. de offic. vicar. in 6. quòd iudex potest pronunciare super nullitate processus, etiam parte non vocata, quando nullitas est notoria, ex defectu incompetentiæ iudicis, per glos. fin. ibi quod etiam no. Abb. in cap. causam, col. 1. de rescript. & plura ad hoc adducit Felyn. in d. c. cum olim, col. 6. Circa tamen, dictum Abb. in d. ca. quia clerici, de iur. patr. vide ea, quæ scripsi supra, in versic. decimo intrusus, in ver. tertio modo, versi. vnum nota dignũ. Et prædicta quæ de intruso scripsi notabis, quæ ab aliis in vnum collecta non inuenies: Nam ex istis vberes fructus in causis iudicandis reportabis. Vale Colendissime Præsul, Gigantis tui, qui te vnice diligit, ac apprime colit, memor. &c.

EPITHOMAE FINIS.

SINGVLARIA IN MATERIA MATRIMONIALI,
EIVSDEM D. HIERONYMI GIGANTIS.

SVMMARIVM.

1 *Vnde agitur de infringendo matrimonio, testes debent esse omni exceptione maiores.*

2 *Quando agitur cui ex duobus iuris mulier sit adiudicanda, est adiudicandum primo.*
Intellige si probationes sunt æquales.

3 *Quando probationes sunt inæquales, est adiudicandum cui efficacius probauit.*

4 *Si agitur de matrimonio incidenter, puta in causa legitimitatis, sufficit etiam præsumpta probatio.*

SINGVL. I.



Testes in causa matrimoniali, vbi agitur de infringendo aliud matrimonium, † debẽt esse omni exceptione maiores. c. 1. & ibi notat. per Ant. de

Butr. de consan. & affi. Alex. in cons. 286. Quam abunde, in secundo vol. vers. præterea etiam. & in consi. 146. in vlt. col. vers. propterea testes in 5. vol. Deci. consi. 163. in 1. vol. col. 4. in fin. Fely. in cap. at si clerici, in §. de adulteriis in 2. col. in princ. de iudi. & vide Gemi. in consi. 27. super
2 dubiis formatis. vbi dicit, † quòd quãdo disputatur de duobus matrimoniis, ad effectũ, vt vxor
3 vni adiudicetur, † si probationes sunt ęquales, iudicatur pro primo matrimonio. c. si inter de spõsal. si sunt inęquales iudicatur ꝓ efficacius probantibus. Aut agitur incidẽter de matrimonio
4 ad effectũ legitimitatis & successionis, & tũc quęlibet probatio etiam præsumpta sufficit. ita decidit & consuluit ipse in cõtingentia facti. idẽ dixit Bal. consi. 196. in hac causa in 3. vol.

SVMMARIVM.

1 Testes consanguinei vel affines non sunt idonei, stãte maxime disparitate inter virum & vxorem, nobilitatis & ignobilitatis.

2 Et maximè quando agitur de infringendo aliud matrimonium.

SINGVL. II.

Testes consanguinei & affines mulieris, stan
1 te disparitate inter virum † magis nobilem & mulierem minus nobilem, non sunt integri testes, præsertim vbi agitur de infringẽdo aliud
2 matrimonium. † notat Hostien. in tit. de teste. §. secundo. vers. vbi autem. & Abb. in c. super eo. de testi. & Alex. in cons. 286. ver. quidam etiam. in 2. vol. Soci. iunior consil. 86. nu. 21. in 2. vol.

SVMMARIVM.

1 Iuramentum in defectum semiplenæ probationis nõ defertur in causa matrimonij.

2 In causa criminalis non est locus simili iuramento, ita nec in matrimoniali.

3 In cã matrimoniali agitur de causa status hominis.

4 In causa matrimoniali est consideranda paritas personarum, & alia bona exteriora matrimonij.

5 In causa matrimoniali, licet sit vnus testis omni exceptione maior, non tamen defertur iuramentum in supplementum.

SINGVL. III.

Iuramentũ in defectu semiplenæ probationis non defertur in causa matrimoniali. gl. est or
1 dinaria, † in c. mulieri. in verbo. absoluto. de iureiuran. & ibi not. Dec. in consi. 133. incipit, viso processu & sententia. in prima parte. Bal. in l. in bonæ fidei. in 2. col. C. de reb. cred. vbi dicit, ꝙ
2 quemadmodum in causis criminalibus non est locus delationi iuramenti in defectum semiplenæ probationis. l. maritus, cum ibi no. ff. de quæstio. notatur in l. 3. in princ. ff. de iureiur. ita nec
3 in causa matrimoniali, † vbi agitur quasi de causa status hominis, vt inquit glos. in d. c. mulieri. Et idem voluit Alex. in cõsi. 286. in 2. col. 2. vol. vide Abb. & Imo. & alios in d. c. mulieri. & Host. in c. fin. de iureiuran. Zasius consi. 3. in 2. volu. num. 2. Paul. de Cast. in l. 3. circa fin. ff. de iureiuran. & ibidem Ias. col. 5. vers. in secunda principali. q. idem tenet Alex. ibidem col. 5. vers. in ea glos. ibi. idem dicit Bal. in consil. 123. causa matrimoniali, in secũdo vol. vbi postmodum dicit, quòd consideranda est paritas personarum, & alia, quæ dicuntur bona exteriora matrimonij
4 puta diuitiæ, iuuentus, & pulcritudo. Ex quibus si se mutuo iuuantur, episcopus format motum animi sui, & potest iuramẽtum deferre, & sic est arbitrarium. Idem tenet Alex. consi. 18. col. 2. in fi. in 6. vol. vbi dicit, quòd in causis magnis, etiã si vnus testis esset omni exceptione maior, non
5 defertur iuramentum † in semiplenam. Henric. Boic. in d. c. mulieri tenet, quòd stãti pro matrimonio iuramẽtum defertur in semiplenã. Cur. senior in repert. l. admonẽdi nu. 257. de iureiuran. Ferret. cons. 193. col. 3. nu. 6. 1. vol.

SVMMARIVM.

1 Ius ciuile præualet canonico in causa matrimoniali.

2 In causa matrimoniali adducitur lex, si non sit contraria iuri canonico.

SINGVL. IIII.

Canon ꝑualet legi in cã matrimoniali. c. Eu
1 phemium. §. hinc colligitur. in fi. & † ibi latè Domi. 2. q. 3. licitè tamẽ adducitur lex in causa matrimoniali, quando canoni non repugnat. Fely. in c. 1. vt lite. non contest. in 2. col. in prin.

SVMMARIVM.

1 Testis licet non sit omni exceptione maior, tamẽ vbi materia aliter ꝓbari, nõ põt, admittitur. Intellige

2 Vbi ex natura causæ, vel loci, vel alia causa, alij testes interesse non potuerũt, admittũtur inhabiles.

3 In causa matrimoniali ita attenditur qualitas testium, vt etiam l. probetur matrimonium clandestinum, non tamen admittantur inhabiles.

4 Imputandum est illi qui potuit adhibere testes idoneos, & non adhibuit.

SINGVL. V.

Testis, vbi materia aliter ꝓbari nõ põt ex toto, nõ integer, efficitur integer. tex. est in c. 3.
1 locò. de † ꝓb. Hoc tñ intellige, qñ ex facti natura alii testes adesse nõ poterãt, vt ĩ d. c. 3. loco. & in
2 l. cõsẽ u. C. de † repud. Sed si ex qualitate negocij potuissent alii interesse, quãuis nõ affuissent, nõ ꝓpterea idonei efficiunt testes, qui aliàs essent inhabiles. ita dicũt Ant. & Imo. in d. c. 3. loco. & ibi Fely. col. 2. in vers. in tex. ibi fratres. Ideo vbi agit de dirimẽdo, vel ꝓbãdo matrimonio, testes de familia actoris nõ essent idonei. ita Abb. in c. in litteris. vbi Fel. in prin. de testi. dicit, illũ text. notabilẽ ad hoc, & meliorẽ de corpore iuris. faciũt adducta ꝑ Fel. in c. de cætero. in 1. limi. de testi. Et qui ad ꝓbãdũ matrimoniũ nõ admittant testes inhabiles, ẽt si allegẽt mrĩmoniũ cõtractũ clan-

3 clãdestinũ,est doct. Alex.in cõs.125. viso processu causæ col.5. in fi. vers. itẽ posito, in 5. vol. & rationem dicit, quia imputandum est illi, qui po-
4 tuit,† & non adhibuit testes idoneos.

SVMMARIVM.

1 Singularis Doct. opinio, pro matrimonio, prævalet cõmuni, in contrarium.

2 Fallit nisi communis esset verior.

SINGVL. VI.

1 Opinio vnius singularis Doctoris stãtis pro matrimonio prævalet cõmuni† opinioni. Host. in c. si vir. de cogna. spiritu. Abb. in c. 1. de re iudi. Imol. in l. 1. in 2. col. ff. solut. matri. Fely. in c. 1. vt lite non contest. in 2. col. in princ. & in c. 1. in vlt. col. vers. 3. limita. de constit. & in rub. de spons. in vers. nono. in causa matrimoniali. Ias. consi. 178. col. fin. in fin. in 2. vol.

2 Fallit, nisi opinio verior & ꝓbatior esset in cõtrariũ,† q̃a tũc nõ deberet iudicari ꝓ mr̃imonio. ita voluit Barb. cõs. 3. ĩ j. vol. col. fi. ver. nec obstat allegat tex. singularẽ in l. si pars. ff. de inof. testa.

SVMMARIVM.

1 In cã matrimoniali nõ attẽditur obseruatio terminorũ substãtialiũ, q̃ in Ro. Cur. sũt soliti obseruari.

2 In causa matrimoniali iudex debet obseruare solum ea quæ sunt ordinis iudiciarii.

3 Stilus Cur. Rom. non alibi obseruandus, nisi Papa id mandet.

SINGVL. VII.

1 Sententia lata in causa matrimoniali ab ordinario non seruatis terminis substantialibus obseruari solitis in curia Romana, in huiusmodi causa, non propterea est nulla. Roma. singulariter in consi. 367. circa primum consultationis articulum, in secunda col. circa medi. versic. cæterum defectus facit, quod voluit Host. quem refert & sequitur Dominus Anto. in c. 1. in 1. col. in fi. de consangui. & affi. vbi dixit, quòd iudex in causa matrimoniali solum seruare debet illa,
2 quæ sunt de ordine iudiciario, † scilicet regulas naturales æquitatem naturalem reiectis regulis iuris positiui. Et dicit Abb. in c. sicut ex litteris. de spon. ꝙ rigor iuris in cã ista nõ attẽditur. facit dictũ Abb. in c. cõsultationi. ĩ fi. de frig. & male. vbi dixit, ꝙ cõsuetudo curiæ Romanæ nõ est ali
3 bi de necessitate seruãdã, nisi Papa hoc† mandet.

SVMMARIVM.

1 Cõditio apposita in matrimonio si mulier erit virgo, an valeat remissiue.

SINGVL. VIII.

1 Matrimonium contractum sub conditione, si mulier, cum qua contrahit sit virgo, an valeat. vide Aret. consi. 82. † visa consultatio col. vlti. versic. super tertio dubio.

SVMMARIVM.

1 In dubio vero, fit interpretatio pro matrimonio.

SINGVL. IX.

1 Verba dubia quando sunt, fit interpretatio pro matrimonio, vt† potius dicatur contractum, quã non c. fi. de re iudi. c. vr̃. vbi notatur, qui matr. accu. pos. Præpos. in c. ex parte. col. pe.

SVMMARIVM.

1 Matrimonium est sacramentum, & a Deo ordinatũ.

SINGVL. X.

1 Matrimonium a Deo in terrestri Paradiso institutum fuit, & est sacramentum. Genesis. c. 1. Corn. cons. 8. col. fin. num. 4. in 4. vol. Socin. in. consi. 62. num. 39. in 3. vol.

SVMMARIVM.

1 Rescriptum in causa matrimoniali valet non facta mentione sententiæ, vel processus.

SINGVL. XI.

1 Rescriptum in causa matrimoniali valet, nõ facta mentione processus, vel sententiæ, Felyn. in c. 1. vt lit. non contest. in 2. col. in ver. matrimonium contractum. allegat Lappum allegatione. 89. Duo Prælati. in 4. col. & idem Felyn. in c. cæterum. in 2. col. vers. limita. 3. de rescri. & in rubr. de spons. penul. col. vers. decimo tertio, licèt. Adde etiam Felyn. in c. super litteris. in 9. col. vers. limita secundo. de rescript.

SVMMARIVM.

1 Procurator non dicitur reuocatus, cum reuocatio nõ peruenit ad aures iudicis.

2 Sententia lata pro vel contra talem procuratorem reuocatum, valet.

SINGVL. XII.

1 Sententia lata pro matrimonio non potest dici nulla, ex eo, quòd lata sit cum procuratore reuocato, cuius reuocatio non peruenit ad aures iudicis, vel aduersarii. Roma. consil. 367. in 2. col. vers. quo ad quartum. Felyn. in c. 1. vt lite
2 †non contest. in 2. col. circa prin.

SVMMARIVM.

1 Confessio iurata reuocatur quando imminet periculum salutis æternæ.

2 Sententia siue sit lata pro matrimonio, siue contra per confessionẽ alicuius non valet, & confessio reuocatur, licet iurata stante impedimento perpetuo.

SINGVL. XIII.

1 Confessus in causa matrimoniali, vbi agitur de periculo animarum venire potest contra propriam confessionem etiam iuratam, quãdo† probare vult, quòd illa confessio sit periculosa animæ, ita consuluit Angel. de Castellion. in suo consi. quod est. 212. in num. inter consil. Petri de Ancha. incipit, ego Angel. Et hoc procedit non solum si sententia lata est pro matrimonio, verum etiam si lata est contra matrimonium, stã
2 te †impedimento perpetuo in contrarium. Ad quod etiam vide Fely. in c. 1. vt lite non contest. in 2. col. & in rubr. de spons. penult. col. vers. vndecimo, licèt confessio.

SVMMARIVM.

1 In causa matrimoniali compater non est testis omni exceptione maior, licet quidam teneant cõtrariũ.

SINGVL. XIIII.

Compater non est idoneus test[illegible] in cã matrimoniali. Alex. consil. 286. in [illegible] l. quidam etiã. in 2. vol. Bal. in l. & naturaliter. ff. de in ius voc. Mant. cõs. 253. in cã. Contrariũ tenet Cepo. cons. 5. col. 3. & Crau. cons. 169. num. 2. in 1. vol.

SVMMARIVM.

1 *Quando agitur de alio matrimonio infringendo, semiplena probatio cum fama non sufficit in causa matrimoniali.*

SINGVL. XV.

Semiplena probatio cum fama, non sufficit in causa matrimoniali, maxime quando agi-
1 tur de alio matrimonio infringendo.†Alex.cõsil.286.in 2.vol. vers. secũdo non est tractandũ. Fely.in c.1.in 2.col.vers. licèt regulariter. vt lite non cont.& in rub.de sponsa.col.vlt. ver.nono, decimo licet. vide Doct.in c. 2. de clãd. despõs.

SVMMARIVM.

1 *Et post conclusionem in causa testes produci possunt in causa matrimoniali.*

2 *Publicato processu à impeditur quis producere testes in causa matrimoniali.*

3 *Et intellige, siue pro matrimonio siue contra matrimonium.*

SINGVL. XVI.

Testes in causa matrimoniali produci possunt etiam post conclusionem in causa. Ab
1 ba.in c.sicut ex litteris.† de sponsi.Fely.in c.1.in 2.col. in vers. super glos. vt lite non contest. Et publicatio testium non excludit quem a productione testium in causa matrimoniali, etiam su-
2 per directo contrariis.c.series,& c. ex tenore. de testi. Bal.in auc. nunc si hæres.in 1.col. C.de litig.Fely.in rub.de sponsi.in 4. col. in fin. & in c. fraternitatis.in 4. col. in fin.de testi.& ista conclusio procedit, siue quis stet pro matrimonio,
3 siue contra, vt per†Doct.in d.c.series.vbi latè Felyn.in 2.col.vers.in glo.fi.Ad idem Ange. in auten. de testi. §.quia verò, vers.vlterius oppono. col.3. Lanfran. in c. quoniam contra. in verbo testium, de præb.Crot.in tract. de test.part.7. nu.265. Marsil.singul.128. Ias. cõs.15.in 3.vol.

SVMMARIVM.

1 *In causa matrimonij agitur summarie.*

2 *In causa matrimonij non requiritur litis cõtestatio.*

3 *Causa matrimonialis tractanda est secundum veram æquitatem naturalem.*

4 *Aequitas naturalis, est rectitudo rõnis in homine.*

SINGVL. XVII.

Conuentus in causa matrimoniali non potest opponere se fuisse spoliatum alia re priuata.Hostien.in summa de resti. spo.§.quando. vers.quid si vir. Innocen. in c.11. de ord.cogni. Specul.in titu.de petito. & poss.§.1.vers.quid si ago. Fel.in c.1.vt lite nõ cont.in 2. col. in prin.

SINGVL. XVIII.

Causa matrimonii expediri debet summariè.clem.dispendiosam. de iudi. nec in ea
1 requiritur litis contestatio,†neque est tractanda secundum apices iuris, sed secundum veram & puram æquitatem naturalem, rigorosis termi-
3 nis iuris reiectis.secundum Anto.de Butri.in c. Albericus,in fin.& in c.cum in tua, col.2.num. 9.de testib. æquitas enim naturalis est rectitudo
4 rationis†in homine,& natura insita, vt no. in l. 1.ff.de pact.

SVMMARIVM.

1 *In causa matrimoniali sententia non transit in rem iudicatam.*

2 *Sententia pro matrimonio, quod canonico impedimẽto subsistere nõ potest, non transit in rem iudicatã.*

3 *Sententia lata contra matrimonium ex impotentia viri vel vxoris transit in rem iudicatam.*

SINGVL. XIX.

Sententia lata contra matrimonium in rem non transit iudicatam.ca.lator. de re iudi. &
1 idem iuris est, si sententia sit lata pro matrimonio, quod canonico impedimento obstante nõ potest subsistere.glos. est communiter approba-
2 ta in d.c.lator.vbi ꝑ Abb.in vers.oppono, cũ.n. Fallit in sententia lata contra matrimonium, quãdo allegatur impotẽtia viri, vel vxoris. Abb.
3 †notanter.in c.fin.col. 2.in ver.& not.singulariter.de frigi.& malefi.

SVMMARIVM.

1 *Etiã die feriata põt expediri causa matrimonialis.*

2 *Fallit si feriæ sint introductæ in honorem Dei.*

SINGVL. XX.

Causa matrimonialis nõ potest compromitti.c.causam.de restit.in integr.

SINGVL. XXI.

Causa matrimonialis prosequi potest & expediri etiã die feriata.glo.est in summa 15. q. 4. & Hosti. in summa de feriis. §. quid in eis.
1 vers.† & generaliter. hoc tamen intelligendum est sanè, nisi ferię introductæ sint in honorem Dei. Specul.in tit.de feriis.§.2.vers. quid de causis matrimonii.Io.Andr.in c.fin. de feri.Fely.in
2 †rub.de sponsi.penul.col. vers. decimo. in causa matrimoniali.

1 *Publicato processu, & didicitis testificatis nõ admittuntur testes super ijsdem vel de directo cõtrarijs*

2 *Fallit existente perpetuo impedimento.*

SINGVL. XXII.

Testis in causa matrimoniali publicatis & didicitis attestationibus super eisdem,& di
1 recto† contrariis, non admittuntur, cessante perpetuo impedimento, secundum Hosti.in c.constitutis.de testi. Panor. in ca.iurauit.de probat.
2 Barbat.consil.2.4.vol.Areti.in d. c.†constitutis. Fely.in c.lator.de re iudi.

1 *Fauore matrimonij sententia probatur.*

2 *Regulariter sentẽtia nõ põt nisi ꝑ scripturã probari.*

SINGVL. XXIII.

Sententia lata in causa matrimoniali, potest
1 per testes probari.c.†Albericus. & ibi glos.& Innoc.5. de testi. regulariter verò contra, quia per scripturam est probanda. c. fi. de re iudi.in
2 6.Fely.in rubr.de sponsi. penult.col.vers.quarto decimo sententia lata, & Iason in §.curare.vlti. col.circa fin.de actio.insti.

SVMMARIVM.

1 *De stilo causa matrimonialis committitur solis epis.*

2 *Rescriptum in causa matrimoniali impetratum ad inferiorem præsumitur subreptitium.*

SIN-

SINGVL. IIII.

CAvsa matrimonialis de stilo curiæ non cõsueuit committi nisi solis Episcopis, adeo quòd rescriptum impetratum in talibus ad inferiores præsumitur surreptitium. ita notabiliter voluit Specul. in titu. de rescript. præsent.§. Ratione autem formæ, versi. nunc ad instruc. Felyn. in c.1. in 2.col. versic. solis Episcopis, vt lite non contest. & in rubr. de sponsal. penul. col. in fin. versic. Quinto decimo doct. & in c.1. de cõsan. & affi. Doct. in c. si pro debilitate. de offic. de legat. Grammat. consi. 26. col. 4. num. 17. Alber. in rubr. ff. de sponsal. num. 2.

SVMMARIVM.

1 *Non solum in matrimonio, pro consequutiuis matrimonij est recurrendum ad Ecclesiam.*

SINGVL. XXV.

LAici nedũ vbi de matrimonio agitur, sed etiã vbi agitur de cõsecutiuis matrimonii,
1 recurrere possunt ad Ecclesiam. Fely. in rubr. de sponsal. col. penul. in fin. & in c.1. in 2. col. vers. & vbi agitur vt lit. non contest.

SVMMARIVM.

1 *Actore deficiente in probatione Reus absoluitur.*

2 *Fallit in cã matrimoniali quia cogitur Reus iurare.*

SINGVL. XXVI.

REus, licèt aliàs non cogatur iurare, quando actor in probatione deficit, & nõ est pro eo præsumptio. c. fin. de iur. iur. in causa tamen ma-
1 trimoniali † actore deficiente iurare cogetur. c. continebat. de despon. impube. Felyn. in rubr. de spon. in vlt. col. in princ. & in c.1. in 2. col. circa medium. vers. licet aliàs reus, vt lit. nõ cõtest.

SVMMARIVM.

1 *De iure canonico ex pacto nudo oritur actio.*

2 *Fallit in causa matrimoniali, quia ex sola promissione quis non cogitur.*

SINGVL. XXVII.

EX pacto nudo oritur actio de iure canonico. c.1. & c. qualiter. supra de pact. tamen in
1 † matrimonio non potest quis compelli ex nuda promissione. Abb. in c. requisiuit. in fi. de sponl.
2 † Fel. in c.1. col. 2. ver. licèt ex pacto. vt lit. nõ cõt. & in ru. de spons. in vlt. col. ver. octauo decimo.

SVMMARIVM.

1 *Vno agente, actio popularis intelligitur consumpta, ita vt alius agere non possit.*

2 *Licet opponens matrimonio succũbat, potest tamen alius opponere, licet actio sit popularis.*

SINGVL. XXVIII.

ACtio popularis, licèt consumetur vno agẽte. l. eum qui. §. in popularibus. ff. de iur. iu-
1 ran. † nihilominus si vnus de populo opponat contra cõtrahentes matrimonium aliquod impedimentum, & succumbat, alius admittetur. Anto. de But. in c. cum inhibitio de clan. despo.
2 † & ibi Abb. Felyn. in c.1. in 2. col. in versi. licèt actio popularis, vt lit. non contest. & in rubr. de sponsal. col. vlt. vers. vigesimo, licèt aliàs.

SVMMARIVM.

1 *Traditio perficit secundam venditionem.*

2 *Mulier si successiue duobus sit promissa, & secundo tradita, debet propter animæ periculum ad primũ regredi qui matrimonium probauit.*

SINGVL. XXIX.

LIcèt venditio facta cum rei traditione confundat primam venditionem, in qua tradi-
1 ditio non interuenit. l. quoties. † C. de rei vendi. notant Hosti. & alii in ca. continebatur. de his, quæ fi. à præla. & idem in locatione concludat Soci. in consil. 29. in 4. vol. tamen si mulier consentiens promittatur vni per verba de præsenti, & alteri secũdo promittatur, & ẽt tradatur, va-
2 let † primus contractus. c. fi. de despons. duorũ. Ita etiam notat Felyn. in c.1. in 2. col. in fi. vt lite non contest. & in rubr. de spons. col. fin. vers. vigesimo primo licet Soci. in d. consi. nu. 4.

SVMMARIVM.

1 *Si plures agant, res adiudicatur primo qui legitime probauit.*

SINGVL. XXX.

PLuribus agentibus ad eandem rem adiudicatur res primo legitimè probanti, præstita
1 cautione reo, de defendendo ipsum, † si alter petitor obtinuerit. l. is a quo. & l. sequen. ff. de rei vendi. tamen in causa matrimoniali vxor non adiudicatur primo probanti, propter animæ periculum. dictum fuit singulare Innoc. in rubr. de despon. duorum. quod refert & sequitur Fel. in rubr. de spon. col. fin. vers. 22. licèt. & in ca. 1. col. 2. in fin. vt lite non contest.

SVMMARIVM.

1 *Regulariter tacens videtur consentire.*

2 *Respondens protestationi onerosæ in causa matrimoniali, non videtur consentire, immo contradicere.*

SINGVL. XXXI.

TAcens licèt aliàs consentire videatur protestationi illius, cum quo conuenit, super eo,
1 † cui accedit protestatio, nisi contradicat, vt notat Innoc. in c. cumana. de elect. nihilominus si alter ex contrahentibus sponsalia tacet onerosæ protestationi, habetur pro contradicente, vti sin-
2 gulariter voluit Innoc. in c. fi. de condit. appos. refert & sequitur Felyn. in c.1. in 2. col. in fin. vt lite non contest. & in rubr. de sponsal. in fin.

SVMMARIVM.

1 *Regulariter conditio impossibilis vitiat.*

2 *In causa matrimoniali conditio impossibilis vitiatur, quando est contra substantiam matrimonij.*

SINGVL. XXXII.

COndictio impossibilis aliàs vitiat, nõ vitiatur. §. impossibilis. insti. de inutil. stip. l. im-
1 possibilis. ff. de verb. oblig. † nihilominus in matrimoniis vitiatur, non vitiat, quando est cõtra sustantiam matrimonii. c. fin. & ibi not. de cõdi.
2 appos. Fely. in c.1. † in secunda. col. in fin. vt lite non contest. & in rub. de spons. col. vlt. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus potest contrahere matrimonium.*

2 *Excommunicatus non petit restitutionem in integrum aduersum rem iudicatam.*

3 *Fallit in re sententiã latam causa matrimoniali.*

SINGVL. XXXIII.

MAtrimonium contractũ per excommunicatũ, valet.tex.est singularis† in c.significasti.& ibi Doct. de eo, qui duxit in matri. Fely.in rubr.de sponsal.col.penul. vers.duodecimo matrimonium. & in c.primo col.2. vers.matrimonium contractum.vt lite non cõtest. † Et excommunicatus, qui alias non admittitur ad petendum restitutionem ad appellandum contra sententiam,quæ in rem transiuit iudicatam, admittitur tamen ad petendum se restitui aduersus sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam latam contra se in causa matrimoniali. Rota decis.453.in nouis.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium, ex instrumento dotis vel donationis propter nuptias non probatur.*

2 *Intellige quando tractatur de fœdere matrimonij inter diuersas personas.*

3 *Instrumentum dotis & donationis propter nuptias registratum apud acta, probat inter easdem personas.*

4 *Per instrumentum dotis non probatur filiatio, ad effectum succedendi.*

5 *Et licet non probet, adminiculum tamen facit.*

SINGVL. XXXIIII.

INstrumẽtum dotis & donationis propter nuptias ex se matrimonium non probat.tex. est. †vbi per omnes Doctor.in c.illud.de præsumpt. Roma. singul.455. nũquid per instrumentum dotis. & maxime hoc procedit in præiudicium alterius matrimonii. Bald. in auct. si quis in aliquo.in 2.col.in prin.C.de eden.vbi dicit, quòd † instrumentum dotis probat matrimonium inter easdem personas. & ita vult procedere text. in auct. vt fratr. fil. §. primo.vbi tex.est singularis,quòd instrumentum dotis registratum apud acta, matrimonium probat. sed quando agitur de præiudicio tertiæ personæ, verbi gratia quando tractatur inter plures de fœdere matrimonii, illud non probatur† per instrumentum dotale. & Bald. sequitur Petr.de Anchar. in clem.1.col. vltima.in princ.de probat. idẽ Bal. in l. nequeo fine.C.de nupt.& in rubr.de priuil. Docto.in 5. col.in vers. quæro vtrum vir petens. traditur latè per Alex. in l. si vxor. §. sed si ea.in apostil.ad Bartol.ff.de adult.& per Fely. multas cotas aducentem in c.illud.col.1.in fin.& col.2. in prin. de præsumpt.faciunt etiam ea, quæ voluit Alex. in consil.150.in 4.col.in causa & lite.vers.prætera licèt appareret.in 5.vol. & in l.1. in 2.col.ff. de oper.nou.nunci. Dicas tamen,quòd Bal.in l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.noluit quòd per instrumentum dotis probaretur filiatio ad effectum succedendi.† Adde Alberic. in l. donationes.ff.de donatio. vbi dixit, quòd instrumentum dotis,licèt non probet matrimonium,adminiculum tamen facit. Dicas tamen, quòd ex instrumento donationis propter nuptias matrimonium probari videtur.vt videtur expressum in §.illud quoque. in auct. vt frat. fil.col.9.ita etiam voluit Alber.in l.cum multę. circa fin.C.de donat.cau. nupt.

SVMMARIVM.

1 *In matrimonio iam contracto attenditur confessio coniugum.*

2 *Intellige nisi veniat in praiudicium alterius matrimonij.*

3 *In praiudicium matrimonij carnalis statur confessioni pro matrimonio spirituali.*

SINGVL. XXXV.

IN dubio iudicandum est pro matrimonio. Iason consi. 178.in causa matrimoniali. in secũdo volum. col.fin.in fin.c. licèt ex quadam.in fi. de testi.c.fin.de re iudi. Gozad. consil.77.nu.6.

SINGVL. XXXVI.

COnfessio coniugum attenditur, quãdo agitur de matrimonio iam cõtracto, dũmodo non veniat †in præiudicium alterius matrimonii.not.glo.& Abb. post alios in c. super eo.col. 2.ver.2.casu,de eo qui†cognou.cõsan.vxo.suæ. & probatur in ca.secundo, vbi Abb. in secundo nota.de clãdest. despons. Aret. consil.12.5.col. tradit Host.in summa.in titu. de sponsal. & matri. in §. qualiter contrahatur, col. 2. vers. sed si ambo cõfitentur.& vide ad hoc Dec. consi.133. viso processu & sententia.in princ.in prima parte.& in consi.163.in causa matrimoniali. in prima parte.& col.4. Abb. in c. veniens,de eo, qui duxit in matri.quam pollu.per adulte. Dicas tamen,quòd †in præiudicium matrimonii carnalis statur confessioni pro matrimonio spirituali,c.cum causam.de raptor.notat Franch.in c.si. in fin.de eo qui mitt.in possess.

SVMMARIVM.

1 *Confessio parte absente regulariter non valet.*

2 *Fallit in causa matrimonij.*

3 *De æquitate canonica in confessione non est necessaria præsentia partis.*

SINGVL. XXXVII.

COnfessio facta absente parte,non probat.c. si cautio.vbi notatur per Docto.de fide instru.text. est in l. certum. §. si quis absente.ff.de confes. & hoc idem voluit Alex. in causa matrimoniali,in consil.154. viso themate. in vlt.col. in 5.vol.& in consil.152. Viso processu.col.fin. eo.volu. nihilominus veritas est, quòd in causa †matrimoniali confessio facta parte absente valet,& probat.quia de æquitate canonica præsentia partis non requiritur, vt vol.Butri. in d.ca.si † cautio.in 2.col.de fid.instru.Cardi.& Imo.ibidem per glo.1.q.7.c.quotiens. el primo. in glos. 3.& notat Bal. in c. innotuit.col.2.in tex. ibi secreta confessione. de elect. & in l.rationes. circa fi.C.de probat. in vers. aduerte, si ista confessio. & per Modernos in d.c.si cautio.& ista est communis opinio,vt inquit Deci.consi.163.in causa matrimoniali.in prima col. circa medium.in primo vol.

SVMMARIVM.

1 *Ad probandum matrimonium contractum mater non admittitur in testem.*

Dispa-

2 *Disparitas inter contrahentes facit, multo magis matrem non admitti in testem pro filia.*

3 *Quando filia fuit carnaliter cognita, mater est suspecta, & ideo non fert testimonium.*

4 *Quando mater admittatur, & quando non, ad testimonium pro filia remissiuè.*

SINGVL. XXXVIII.

1 Mater in testem pro filia non admittitur ad † probandum matrimonium contractum cum eius filia, quando est disparitas inter eius filiam, & illum, cum quo dicitur illam cõtraxisse. vide tex. & ibi Doct. in cap. super eo. el 2. de te-
2 stib. quando † autem non adest disparitas, tunc est arbitrarium iudici, vtrum mater admittatur necne. ita Imo. in dicto cap. super eo, vers. item nota, quòd mater. vide Aretin. consi. 13. col. 6.
3 Item † mater est suspecta, quando filia fuit cognita carnaliter. Aret. in dicto consi. col. 7. vers. ostendo etiam. Dec. consi. 310. in 1. col. in 2. vol.
4 De isto articulo † quando mater admittatur, & quando non in causa matrimoniali, vide quæ eleganter scribit Zas. consi. suo 2. in 2. vol. nu. 3. & sequen.

SINGVL. XXXIX.

Confessio coniugis de matrimonio, non probatur per testes singulares. Aret. consi. 12. col. fin. Alex. consi. 152. col. 3. in 5. vol. vbi maximè agit de præiudicio secundi matrimonij. vide tamen Cepo. consi. 2. in ciuilib. qui videtur contrarium tenere in simplici matrimonio.

SVMMARIVM.

1 *Infamis regulariter non admittitur in testem, emendatus verò sic in causa ciuili.*

2 *Emendatus non est idoneus in causa matrimoniali, cum æquiparetur criminali, in qua talis non admittitur.*

3 *Et eo magis quãdo tractatur de duplici matrimonio.*

SINGVL. XL.

1 Emendatus, † licèt sit idoneus testis in ciuilibus, non tamen est idoneus in criminalibus, ita Fely. alios adducens in c. testimonium, penult. col. in vers. in glo. in verbo, emendatus,
2 de testib. Ergo † non erit etiam idoneus in causa matrimoniali. argum. ea, quæ notaui supra
3 nu. 3. & nu. 16. quod † maximè locum habebit, quando tractatur de duplici matrimonio. vide pro hac conclusionę Alexan. cons. 152. viso processu causæ matrimonialis, in 5. vol.

SVMMARIVM.

1 *Si tractatur de impedimento consanguinitatis legitimè contractæ, probando testes debent esse omni exceptione maiores.*

2 *Ad probandum impedimentum affinitatis per illegitimam copulam contractæ sufficiunt testes aliàs idonei.*

SINGVL. XLI.

1 Testes quando agitur de dirimendo † matrimonio iam contracto, qui requirantur, distingue, aut agitur de probando impedimento consanguinitatis legitimè contractę, & tunc requiruntur testes omni exceptione maiores. c. 1. de consan. & affi. aut agitur de probando impe-
2 dimento affinitatis † contractæ per illegitimam copulam. & tunc requiruntur testes aliàs idonei. cap. de illo, de eo qui. cogn. consang. vxo. suæ. & aliàs tex. in cap. super eo. eodem tit. requirit in probãda copula illicita etiam ad effectum dissoluendi matrimonium rationabiles, & fide dignas probationes.

SVMMARIVM.

1 *Non sufficit quod ad inuicem se tractauerint vti vir & vxor, quando tractatur de præiudicio secundi matrimonij.*

SINGVL. XLII.

1 Nominatio vbi † tractatur de præiudicio secundi matrimonii in coniugem, seu maritum, nil operatur, neque fama de matrimonio. & quòd tractauerint se vti vir & vxor. Alexand. in consi. 151. col. 2. in 5. vol.

SVMMARIVM.

1 *In his quæ communiter accidere solent admittuntur testes, qui aliàs non admitterentur.*

2 *Experientia est rerum magistra.*

SINGVL. XLIII.

1 Testes, † qui aliàs non admitterentur pro idoneis, habentur in his, quæ a communiter accidentib. fiunt clam & secretè, prout sunt matrimonia, quæ per vim & metum celebran-
2 tur, vt docet † experientia, quæ est rerum magistra. cap. quam sit, de elect. in 6. probatur prædicta conclusio per cap. fin. de testib. cogen. & not. glo. & Docto. in cap. 1. in verbo, auctores. de testib. in 6. faciunt notata per glo. & Doct. in cap. cum dilecti, de elect. & not. per Ioan. And. in addit. Specul. in tit. de testi. §. 1. super vers. item excipitur, quòd impubes, & super vers. item q̃ est mulier. & præfatam conclusionem firmat Alex. in consi. 156. viso processu causæ vertentis, in vers. secundo respondeo, in 5. vol.

SVMMARIVM.

1 *Immissione annuli probata præsumitur pro matrimonio.*

SINGVL. XLIIII.

1 Subarratio annuli † probata facit pręsumi matrimonium contractum. not. per gl. in c. fin. de despon. impub. in glo. 1. in c. tenor. in verbo, subarrasset. de re iudi. per tex. in cap. narrantes, 30. q. 5. & in c. fœminæ. Abb. in c. illud, de præsump. Dec. consi. 163. col. 2. in 1. vol.

SVMMARIVM.

1 *Illa verba, non accipiam aliam in vxorem quàm te, quid operentur, & infra sing. L.*

SINGVL. XLV.

1 Verba, † non accipiam alium virum nisi te, non inducunt contractum matrimonii per verba, seu consensum de præsenti. Alex. consi. 152. col. 2. in 6. vol. vide Doct. in cap. ex parte, de sponsal.

SVMMARIVM.

1 *Frater non admittitur pro sorore, maximè quando inter contrahentes est disparitas.*

2 *Frater non admittitur in testem quando soror fuit cognita,*

cognita, ad probandum matrimonium.

3 *Consanguinei an admittantur pro consanguineis ad probandum matrimonium remissiuè.*

SINGVL. XLVI.

1 FRater † vbi est disparitas inter contrahentes matrimonium, nõ admittitur in testem pro fratre, vel sorore. Dec.consi. 163.col.pen.versic.
2 secundo opponitur.in 1.vol.Item † quando mulier fuit cognita. Dec.consi.310.1.col. in 2.vol. Corn.consi.17.in 1.vol. Aretin.consi.13.col.6. vers.ostendit etiam ex alio. An autem frater pro
3 sorore † regulariter, & consanguineus pro consanguinea sit bonus testis in causa matrimoniali, vide Socin. consi.17. per totum, in 1.vol. vbi videtur decidere, quòd non, quando simul habitant. ad idem Zasius consi.3. in 2.vol. num. 30. & sequen.

SVMMARIVM.

1 *In causa matrimoniali iudex non requisitus potest inquirere de impedimento inter contrahentes.*

2 *Iudex probato errore sententiæ, ex officio potest matrimonium per sententiam separatum redintegrare.*

3 *Limita prædicta in casibus impedimentorum, in alijs autem non, nisi requisitus suum officium impartitur.*

4 *Cum agitur de separatione thori, iudex potest ex officio inquirere.*

SINGVL. XLVII.

1 IVdex † in causa matrimoniali ex suo officio etiam non petito inquirere potest de consanguinitate, vel alio impedimento existente inter eos, qui matrimonium contraxerunt, vel contraherent. cap.1.qui matrim.accus.pos. cap.porrò, de diuort. cap.ad dissoluendum, de despon.impube capit.cum inhibitio. de clandest.despon. 35.quæst.6. cap.si duo. vide Alex. in consi.155.
2 in princip.in 5.vol. Immo † iudex ex suo officio probato errore sententiæ, seu deceptione Ecclesiæ poterit matrimonium reintegrare separatũ per sententiam iudicis.ita notanter voluit Abb. in cap.lator.in fine, de re iudic. Alexand.tamen voluit in dicto consi. 155. in princi. quòd exce-
3 ptis † casibus impedimentorum iudex non requisitus a parte non possit ex officio aliquid facere, etiam in causa matrimoniali. Dicas ꝙ etiam
4 iudex potest ex officio inquirere, cum agitur de separatione thori.not.Præposi.in c.ex litteris, de diuort. col.2.

SVMMARIVM.

1 *Pauper in causa matrimoniali si tractatur de praeiudicio alterius matrimonij non admittitur.*

2 *Regulariter pauper in causa matrimoniali probat.*

SINGVL. XLVIII.

1 PAuper in causa † matrimoniali, vbi tractatur de præiudicio alterius matrimonii, repellitur, quin probet. Alexand. consi.143. col.2.in 2.vol. Socin. in consi.17. in 1.vol. col. fin. vide Deci. qui contrarium sentit in consi.163. col.3. vers. quinto dicitur, in 1.vol.
2 Alias † tamen testis pauper in causa matrimoniali probat. Alex.cõsi.149.viso processu causæ, col.2. in fi. vers. nec paupertas, in 5.vol.

SVMMARIVM.

1 *Causa matrimonialis dicitur grauis.*

2 *Matrimonium habet instar seruitutis, & ideo causa dicitur ardua.*

SINGVL. XLIX.

1 CAusa † matrimonialis grauis dicitur. not. Abb. post alios in cap. si pro debilitate, de offic.delega. Dec.consi. 163.col.5.in 1.vol.idem Ias.in l.3. col.fin. propè finem, ff. de iureiuran. vbi dicit, quòd matrimonium habet instar seruitutis. argum.l.2. de lib.homi.exhib. Et, quòd
2 causa † prædicta sit grauis & ardua, glo.& ibi Doct.in cap.mulieri. de iureiurando. facit text.in cap.non debet, de consang. & affinit. Alexand. consi.152.col.4. in 6.vol. Grammat. consi. 26. col.4.num.17. Zasius consi.3.in 2.vol.in princ.

SVMMARIVM.

1 *Verba, non accipiam aliam in vxorem nisi te, vide supra sing. XLV.*

SINGVL. L.

1 MAtrimonium, † an inducatur quãdo quis dicit, non accipiam aliam vxorem nisi te, & ita promitto. dicas, quòd sic, vt concludunt communiter Doct. in cap. ex parte, de sponsal. vide Dec.cons.163.col.1.in 1.vol.& Ioan.Crot. in l.1.§.si stipulanti.in princ. ff.de verb.obligat. cuius lectura est in vol.repet.super 2.ff.no. contrarium tenuit Cæpo. in suis consil. criminalib. cons.1.nu.14.allegat hoc tenere Calde.& Zoch. in d.c.ex parte, de sponsal. vbi idem tenuit Ant. de But. Prima autem opinio communis est, vt testatur Præpos.in d.c.ex parte.

SVMMARIVM.

1 *Si aliqua nominetur vxor, an ex ista nominatione præsumatur matrimonium.*

2 *Verba enunciatiua in instrumento apposita nominando aliquam in vxorem, etiam quod fuerit carnaliter cognita, non propterea probatur matrimonium concludenter.*

3 *Adulteri vt peccatum celent, appellant se coniuges.*

SINGVL. LI.

1 NOminatio coniugis † facit præsumptionem pro matrimonio. glo. in cap.illud, de præsumpt. in cap. dicat aliquis, 32.quæst.4. Bald.in l.non epistolis, in 2.not.C. de probationib. Dec. consi.163. col. 2. in 1. vol. Dicas tamen, quòd quando appareret, quòd aliquis enunciatiuè etiam in instrumento nominasset aliquam in coniugem, quam etiam carnaliter cognouisset, & cum qua cohabitasset, non propterea ex hoc
2 infertur sufficiens matrimonii præsumptio. Ita dixit Grammat.consi.26.col.2.num.6. & nu.7. allegat tex. glos. & Doct.in dicto cap.illud. & in l.neque sine nupt. C.de nupt. Dixit enim Innocen. in capit. ex parte, de restitutione spoliato,
3 col. vltima, quòd † adulteri vt peccatum coóperiant, quandoque se coniuges dicunt. idem dixit Alexand. consi. 150. col. 3. versic. præterea, in 5. vol.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Ex copula magis præsumitur fornicatio, quàm matrimonium.

SINGVL. LII.

1 COpula † potius fornicationem, quam matrimonium facit præsumi. glo. in c. illud, in verbo, vxorem. de præsumpt. Bald. in c. ex transmissa, col. 2. de restit. spoliat. Dec. in d. consi. 163. col. 2. Grammat. consi. 26. col. 2. num. 5.

SVMMARIVM.

1 Ad probationem copulæ creditur marito.

SINGVL. LIII.

1 COpula † præsumitur interuenisse, quando maritus id affirmat. Alex. consi. 149. col. 3. vers. possem etiam insistere. in 5. vol. allegat Anton. de Butr. in c. fin. de sponsi. Io. And. & But. in c. fin. de coniug. leprosi.

SINGVL. LIIII.

MAtrimonium est de iure diuino. cap. 1. de voto. in 6. cap. sunt qui dicunt. 27. quæstio. 2. Abb. not. in c. cum ad monasterium, in fi. de statu monac.

SINGVL. LV.

PApa dispensare potest, quòd nepos ex fratre accipiet in vxorem, vxorem patrui defuncti. Petr. de Anchar. consi. 373. quem adducit Dec. consi. 1. col. 3. 4. vol.

SVMMARIVM.

1 In vim sponsaliorum resoluitur matrimonium contractum cum minore per verba de præsenti.

2 Ad validitatem matrimonij requiritur, quod mulier sit viripotens.

SINGVL. LVI.

1 MAtrimonium † contractum per verba de præsenti, cum puella minore xii. annorũ, resoluitur in vim sponsaliorum, per verba de futuro. tex. in c. fin. de despon. impub. & in cap. 1. §. illud quoque, de despõ. impub. Dec. consi. 603.
2 in 4. vol. & est ratio, † quia tale matrimoniũ non valuit. siquidem mulier ad validitatem matrimonii debet esse viripotens. Institu. de nupt. in princ. & viripotens dicitur post annum xii. Instit. quib. mod. tute. finiat. in princ. Quinimmo, si maior qui cum minori contraxit, contraheret per verba de præsenti, cum alio, seu alia, secundum matrimonium tenet. Rota decis. 450. incipiente, si pubes. in nouis.

SVMMARIVM.

1 Probata cohabitatione, præsumitur magis stuprum, quàm matrimonium.

2 Ex longa cohabitatione, puta xl. annorum præsumitur matrimonium.

SINGVL. LVII.

1 LIcèt † matrimonium non præsumatur, sed stuprum, probata sola cohabitatione, iuxta tex. in cap. aliter, 3. quæst. 5. tamen si longo tem-
2 pore, † puta quadraginta annis, quis tenuisset aliquam in lecto, & mensa, vt vxorem, ex hoc probatur proprietas matrimonii. vt per Abb. in c. consultationi. de sponsi. & matrim. faciunt not. in c. illud, de præsump.

SINGVL. LVIII.

MAtrimonium contractum secundum pendente lite super primo non habet priuilegia secundi matrimonii. vide Dec. consi. 163. col. 4. vers. tertiò respondetur. in 1. vol.

SINGVL. LIX.

TEstes lusores & blasphematores repellũtur in causa matrimoniali. Alexand. consi. 152. viso processu. col. 4. in 5. vol. refert Dec. consi. 163. col. 7. ver. tertiodecimo opponitur. in 1. vol.

SINGVL. LX.

EXceptio ad repellendum testes concludere debet de tempore depositionis. vide Dec. in d. consi. 163. col. 7. in fine, in 1. vol. Ange. in consi. 1.

SVMMARIVM.

1 Quando agitur super matrimonio, an teneat vel non, non est necessarius iuris ordo.

2 Quando agitur de separatione matrimonij quo ad thorum, & ad lucrandam dotem seruatur iuris ordo.

SINGVL. LXI.

1 ORdo † iuris in causa matrimoniali, quando agitur, an matrimonium teneat vel ne, nõ est seruandus. tex. est in cap. 1. vt lite non contes. quando autem tractatur de separatione matri-
2 monii, † quo ad thorum, & ad lucrandam dotẽ, vel donationem propter nuptias, tunc iuris ordo seruatur. vt notat Abb. in d. c. 1. in 1. col. in vers. nota matrimonium.

SINGVL. LXII.

IVdex ex officio & nemine instante cogere debet coniuges, vt insimul cohabitent. tex. est in c. ad id quod. vbi notant omnes Doct. de sponsal. Abb. in c. tua, de iureiuran. & Doct. in cap. veniens, de regular.

SVMMARIVM.

1 Vxor debet ali à viro pendente lite super separatione thori.

SINGVL. LXIII.

1 MAritus † litigans cum vxore circa thori separationem, vxorem pendente lite alere debet. Zocch. & Card. in c. plerunque, col. 4. in princ. de donat. inter vir. & vxorem.

SVMMARIVM.

1 Ad esse legitimi, & ad successionem paternam sufficit, quod alter coniugum fuerit in bona fide.

2 Si partus nascatur ante sententiam nullitatis matrimonij, vel etiam sit conceptus erit legitimus.

SINGVL. XLIIII.

1 FIlius † ad hoc, vt sit legitimus, & succedat patri, sufficit bona fides alterius coniugum, etiam si matrimonium de iure non teneret. cap. pen. qui filii sint legit. & ibi gl. & Doct. quod in-
2 telligitur † dummodo nascatur, vel saltem sit cõceptum ante sententiam nullitatis matrimonii. Card. Alex. & alii in d. cap. pen.

SVMMARIVM.

1 Vbi agitur de matrimonio contrahendo, soror non admittitur pro sorore.

2 Et eo maximè data disparitate inter contrahentes.

3 *Data disparitate inter contrahentes attenditur maxima honestas parentum.*
4 *Ratio quare frater & soror non sunt idonei in causa matrimoniali, sorore carnaliter cognita, ab illo cum quo dicitur contraxisse.*
5 *Parentela cum cohabitatione, arguunt suspicionem.*
6 *Sorore carnaliter cognita agitur ad interesse honoris fratris.*

SINGVL. LXV.

1 SOror etiam, † vbi agitur de matrimonio sororis in coniungendo, non est testis idonea pro sorore. Alex. consi. 154. viso themate, in 5. vol.
2 prout † est in matre, data disparitate inter contrahentes. cap. super eo. el 2. de testi. Notandum
3 tamen, † quòd quando probaretur parentes esse valde honestos, tunc admitteretur, etiam data disparitate, vt voluit Ioan. And. in d. cap. super eo. refert Alexand. in d. consi. col. 2. Et quòd frater nullatenus debeat admitti pro fratre in testem, tenuit pulchra ratione Alberi. in tract. de testib. in 1. parte, vers. vltimo admittitur frater. idem voluit Dec. in consi. 310. in 1. col. circa fin. vbi consuluit; quòd si filia fuit carnaliter cognita ab eo, cum quo dicitur matrimonium contraxisse mater & soror testes esse non potuerũt, nec
4 etiam frater testis esse poterit, tali casu, † quia ex quo soror est carnaliter cognita, si matrimoniũ non sortiretur effectum, ipsi quoq; fieret iniuria, cum iniuria facta vni de agnatione toti agnationi facta censeatur. Bar. in l. lex Cornelia, ff. de iniur. idem Bart. in l. cum scimus, C. de agrico. & censit. lib. 11. Bald. in l. vnica, C. si quacun. prędi. potest. Bald. in l. 1. C. de rapt. virg. Et hęc maxi-
5 mè locum haberent, † quando simul habitarent. nam tunc augetur suspicio parentelæ. not. Bald. in l. parentes, col. 2. C. de testib. Butr. & Ana. in c. cum oporteat, de accus. Pet. de Anch. cõsi. 247. in causa agitata, col. 2. ageretur enim de proprio
6 interesse foris, † quando soror esset carnaliter cognita, propter honorem. ita voluit Dec. cõs. 133. col. 3. idem in terminis causæ matrimonialis cõsuluit Gram. consi. 26. à nu. 39. vsque ad nu. 46. Zas. consi. 4. num. 26. in 2. vol. vide Zas. consi. 3. in 2. vol. nu. 11. & nu. 40. vbi dicit, sorores non esse omni exceptione maiores. & in consi. 2. in 2. vol. num. 23. vers. obiicitur etiam in actis.

De paritate & disparitate coniugũ, vide Alex. consi. 209. in 6. vol. incipit, Ponderatis his.

SVMMARIVM.

1 *Propter verbera, mulier discedit rationabiliter à marito.*

SINGVL. LXVI.

MVlier † licitè discedit à marito, cum verberatur. Bart. in l. cum satis, C. de agrico. & censi. lib. 11.

SVMMARIVM.

1 *Verba illa, tractabo te tanquam vxorem, arguunt matrimonium.*

SINGVL. LXVII.

1 PEr verba, † promitto quòd tractabo te tanquam vxorem meam, contrahitur matrimonium de præsenti. Crot. in repet. l. 1. §. si quis ita, ff. de verb. oblig. num. 7. Docto. in cap. ex parte, de sponsal.

SVMMARIVM.

1 *In causa matrimoniali non requiritur libellus.*
2 *In causa matrimoniali sufficit qualisqualis petitio, etiam verbotenus, dũmodo sit redacta in scriptis.*
3 *De substantia petitionis in causa matrimoniali est vt petitio verbalis redigatur in scriptis.*
4 *Iudex non impartitur officium suum ad priuatam vtilitatem, nisi petenti.*
5 *Procedit petitio in causa matrimoniali, etiam si esset generalis, & minus legitima conclusio.*
6 *In causa matrimoniali petitio porrigi potest, post conclusionem etiam in causa.*

SINGVL. LXVIII.

1 LIbellus † in causa matrimoniali non requi-ritur. Clem. sępe. de verb. oblig. sed bene re-
2 quiritur talis qualis petitio, † etiam verbo tenus, dummodo sit redacta in scriptis in processu. Et hoc requiritur, immo est de substantia ad hoc,
3 vt † iudex habeat super quo sententiare, iuxta l. vt fundus, ff. communi diuid. cap. licet Heli. de
4 simo. Item † quia iudex officium suum ad priuatam vtilitatem impartiri non debet, nisi petatur. l. 4. §. hoc autem indicium, ff. de dam. infec. ita dicunt Docto. in d. Clem. sæpe maximè. D. Lanfran. in vers. libellus. & D. Maria. Soci. in cap. 1. col. 6. in vers. primò igitur fallit. de libel. oblat.
5 Quinimmo † præcedit petitio in causa matrimoniali, etiam si esset generalis. facit l. fin. C. de anna. except. Et idem si in petitione non esset facta legitima conclusio, vel nulla facta esset cõclusio. Maria. loco supra allegato. & Felyn. in c. 1. col. 3. vers. fallit nono. & vers. fallit decimo, de litis cõ-
6 test. Et notandum est, † quòd etiam in causa matrimoniali petitio dari potest post conclusionẽ. Bellame. decis. 27. verum, si omittatur talis qualis petitio processus vitiat. ita Doct. in d. Clem. sæpe. & Felyn. in dicto cap. 1. in fine, col. 3. versi. dicas tamen.

SVMMARIVM.

1 *Per interpretem etiã contrahi potest matrimonium.*

SINGVL. LXIX.

1 MAtrimonium † mediante interprete contrahi potest inter homines diuersi idiomatis. Crot. in l. 1. §. eadem, nu. 1. ff. de verb. obl. Præpos. in c. ex litteris, el 1. col. 2. de spons.

SVMMARIVM.

1 *Ad probandum copulam, cuius dicto stetur.*
2 *Confessione mariti, licet mulier neget probatur copula.*
3 *Copula quomodo probetur remissiuè.*

SINGVL. LXX.

1 COpula, † an probetur per assertionem mariti, vel vxoris, cum iuramento. vide Præp. in cap. etiam continebatur. in 2. col. de despons.
2 impub. Dicas † copulam probari ex sola viri confessione, licèt mulier neget, vt plenè traditur per Doct. in c. si quis accepit vxorem, 35. q. 1. & per omnes post glo. in cap. continebatur, de despon. impub.

impub.Parif.confil.170.nu.12.in 4.vol. Et quo modo probetur copula, vide Soci.iun.conf.32. vt præsens confultationis.num.15.in 2.vol.

SVMMARIVM.

1 *Verba enunciatiua in inftrumento quibus aliqua nominatur coniux, non probant matrimonium.*

2 *Teftes dicentes aliquem nominaffe Bertam puta in vxorem, & illi tetigiffe manum, non probant matrimonium.*

SINGVL. LXXI.

MAtrimonium non probatur ex eo, quòd in inftrumento aliquis enunciatiuè no-
1 minaffet aliquam in coniugem, † quam cognouiffet carnaliter. & cum qua etiam longo tempore cohabitaffet.c.illud. & ibi Doctor. de præfum.Alex.confi.150.in caufa & lite. col.4. verf. præterea licèt in 5. vol.Immo fi teftes deponant in caufa matrimoniali, quòd audiuerint aliquẽ dicentem confanguineo fuo, hæc eft vxor mea, & confanguineus illi mulieri manum tetigerit,
2 † quòd propterea non eft probatum illam effe vxorem illius.ita voluit Alex.conf.154. verf.nõ obftat etiam.in 6. vol. fequitur Zafius.confil.3. num.10.

SVMMARIVM.

1 *Vbi tractatur de diffolutione matrimonij propter impotentiam viri, non ftatur regulæ quod in dubio fit ftan. pro matrimonio.*

SINGVL. LXXII.

IN dubio pro matrimonio eft fentiendum.c. licèt ex quadam. in fin. de tefti.fallit hæc re-
1 gula, vbi matrimonium fuum † habere non poteft effectum, vtputa quando tractatur de diffolutione matrimonii, ob impotentiã viri vel vxoris.Abb.notabiliter in ca.fraternitatis. col.3.in princ.de frigi.& maleficia.

SVMMARIVM.

1 *Quando vt cooperiant peccatum adulteri vocant fe adinuicem coniuges.*

SINGVL. LXXIII.

ADulteri vt cooperiant peccatum, quandoque fe vocant coniuges.Innoc. in c.ex par
1 te † de refti. fpol.col.vlt.

SVMMARIVM.

1 *Fama viciniæ concurrente etiam tractatu inter aliquos non probat matrimonium.*

2 *Fallit in antiquis.*

SINGVL. LXXIIII.

1 TRactatus, † vt puta quòd quis tractauerit aliquam vti coniugem concurrente etiam fama viciniæ nõ probat matrimonium, nifi in an
2 tiquis. vide Alex. in confi.150. in † caufa & lite. col.4.in 5.vol.idem volunt Hofti. & Io.And. in c.illud. de præfumpt. quos omnes fequuntur, dicentes, quòd tractatus vti coniugem eadem mẽfa in eodem lecto concurrente etiam fama viciniæ non fufficit ad plenam matrimonii probationem. idem voluit Imol. ibidem Bal. in l.2. in 10.col. C.de feruit.& aqua. ver.nunc de quinto. & in l.1.in lect. antiqua. ff. de probat.facit text. in c.transmiffa.de refti.fpol. idem tenuit Gram mat.confil.26.col.2.num.8.

SVMMARIVM.

1 *In caufa matrimonij in qua vertitur periculum animæ, etiam poft conclufionem in caufa teftes recipiuntur.*

SINGVL. LXXV.

IVdex poft conclufionem in caufa, poteft ex officio recipere probationes in caufa matri-
1 moniali, † qua vertitur periculum animæ. Card. cõf.74.Titius nunc funt. Fely.in c. cum dilecti. col.2.in fin.verf.modo iftum tex.num.7.de fid. inftrum.

SVMMARIVM.

1 *Si circa principale negocium teftis deponit de fcientia ex proprio fenfu corporis licet de tempore deponat iudicio fuo, non propria vitiatur probatio.*

SINGVL. LXXVI.

TEftes deponentes de matrimonio, fi aliqui dicant de tempore, & deponant per verbũ
1 iudicio fuo, † vel æquipollẽtia verba, hoc non vitiat probationem teftis deponẽtis de tempore, per verba prędicta, fi circa principale negocium deponit de fcientia, ex proprio fenfu corporis. Alex.confil.149.vifo proceffu caufæ. col.1.verf. Et licèt aliqui.in 5. vol.

SVMMARIVM.

1 *Ad probationem eorum quæ domi aguntur admittũtur teftes domeftici.*

2 *Quando ex natura facti, alij teftes effe non poffunt, admittuntur etiam domeftici.*

3 *Appellatione domefticorum veniunt feruientes.*

SINGVL. LXXVII.

TEftes domeftici admittuntur ad probationem eorum, quæ domi aguntur, qui aliàs
1 † non effent idonei.l.confenfu. C.de repud.c.veniens col.2. de tefti.hoc tamen effet verum, quã do de natura talis facti alii teftes haberi nõ pof-
2 fent.fecus fi haberi potuiffent, fed cafualiter nõ interfuerunt, ideo in matrimonio domi contracto teftes domeftici non effent idonei, vt voluit Alex.in confi.151. repetitus in caufa. in fecunda col.verf.vnde dicimus.in 5.vol.
3 Et nota, † quòd feruientes & ancillantes veniunt appellatione domefticorum, vt eft glof. infti. de tefta. in §. in teftamenti. in verbo in ea re.per text.in l.recipiendum.§.furta domeftica. ff. de pœnis. & in famulis & feruitoribus firmat Cyn.& Bal.& Alex. prædicta referens in confil. 150.col.5.verf.vnde feruientes. in 5.vol.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonia debent effe libera.*

SINGVL. LXXVIII.

MAtrimonia debent effe libera. c. gemma. c.cum locum.cap. requifiuit. de fponfal.
1 † Corn.confi.179. nu.8.in 4.vol.l.fi. C.de fponfal.l.neque ab initio. C.de nupt. Calcan.confil. 3.col.2.num.6.Beltran.in confi.76. in fecundo vol.col. final. num.4. vbi dixit matrimonia effe debere libera a pœna.idem Beltran.confil.127. num.3.in primo vol.Maria. Soci. confi.3. circa præfentem. in princip. in primo vol. Io. Maria Rimin.

Rimin. consil. 427. visa facti narratione. nu. 15. in 3. vol. idem.

SVMMARIVM.

1 Protestatio quod quidquid faciet, non faciet animo contrahendi, si publicè accipiat illam in vxorem, valet matrimonium.

SINGVL. LXXIX.

MAndatum generale sufficit ad agẽdum in causa matrimoniali. Rot. decis. 375. in nouis. Franch. in ca. fin. de procurat. in 6. in 1. col. vers. in glo. in verbo, ad contrahendum. Docto. in ca. accedens. de procurat.

SINGVL. LXXX.

MAtrimonium præsumitur ex datione annuli glo. in ca. illud in verbo annulos de præsum. vide latissime per Dominum Præpos. in c. tuę col. 2. de despons. impuber.

SINGVL. LXXXI.

MAtrimonium contractum per eũ, qui antequam contraheret coram pluribus pro
1 testatus est, quòd omnia, † quæ dicet & faciet, nõ faciet animo contrahendi matrimonium, si postea publicè accipiet mulierem in vxorem, validum est. glo. in ca. tua nos. in verbo. mulierem. vers. sed pone. de sponsal. Deci. cons. 1. in 4. vol. col. 5. in princ.

SVMMARIVM.

1 Ratificatio matrimonij facti per patrem, non verbis sed actibus, facit matrimonium.

SINGVL. LXXXII.

MAtrimonium cõtractum per patrem pro filia, quòd filia non verbis, sed actibus ra-
1 tificauit, † valet. Bal. consil. 78. in 5. vol.

SVMMARIVM.

1 Sententia in causa matrimoniali non transit in rem iudicatam.

2 Quo ad expensas factas in causa matrimoniali sententia transit in rem iudicatam.

3 Sententia in causa matrimoniali quo ad fatalia, & instantiam transit in rẽ iudicatã, quo ad expẽsas.

SINGVL. LXXXIII.

LIcèt sententia in causa matrimoniali non
1 transeat in rem iudicatam. † c. lator. vbi Docto. de re iudi. tamen, quo ad expensas, bene trã-
2 sit in re iudicata, † vt per Fely. in d. c. col. 5. versi. nona declaratio. Et sicuti cæteræ causæ in causa appellationis habẽt fatalia, vt tradit Angel. consil. 310. in pręposita col. final. vers. item non ob-
3 stat, † & hinc est, quòd sententia etiam lata contra matrimonium, trãsit in rem iudicatam, quo ad instantiam, vt per Felyn. in d. c. lator. col. 4. vers. septima declaratio. Et ideo si quis non prosequatur causam appellationis, infra primum fatale, cessante legitimo impedimento, sentẽtia in rem transiret iudicatam, quo ad expensas.

SVMMARIVM.

1 Non appellans intra tempora legitima, non auditur vlterius per appellationem sed per viam querelæ.

SINGVL. LXXXIIII.

ITem si quis non appellatur legitime infra decem dies a sententia lata contra matrimoniũ,
1 † non auditur amplius, per viam appellationis, sed per viam querelæ. vide Fely. in d. c. lator. col. 3. vers. 3. declaratio. de re iudicata.

SVMMARIVM.

1 Statur confessioni pro matrimonio spirituali, contra matrimonium carnale.

SINGVL. LXXXV.

COnfessionis factæ pro matrimonio spirituali cõtra matrimoniũ carnale, statur. Frãch.
1 in † c. cum qui. in 2. lectura. in fin. de dolo & cõtum. in 6. allegat text. in capit. cum causam. de raptor.

SVMMARIVM.

1 Matrimonium clam factum inter coniunctos, præsumitur dolosum.

SINGVL. LXXXVI.

MAtrimonium inter coniunctos clam factum, dolosè factum præsumitur. Angel.
1 consil. 390. col. fi. † allegat. l. fin. de rit. nup. & l. 3. C. de interd. matri.

SVMMARIVM.

1 Copula non infringit matrimonium primo legitimè contractum.

2 Matrimonium secundum contra primum legitimè contractum, dicitur de facto, & separatur.

SINGVL. LXXXVII.

MAtrimonium primum cõtractum per verba de præsenti non consumatum, non in
1 fringitur per secundum contractum per † verba de præsenti & consumatũ carnali copula; quinimmo secundum dicitur de facto contractum,
2 & separari debet. c. si inter virum. de spons. c. 1. & 2. & c. licèt dè spons. duorum.

SVMMARIVM.

1 Pro reo fertur sententia quando probationes sunt æquales, & allegatur impedimẽtum Iuris Diuini.

2 Concurrente fauore Iuris Diuini, cessat fauor matrimonij.

SINGVL. LXXXVIII.

QVoties agitur de impedimento a canonib. inducto, in dubio iudicatur pro matrimonio. Fely. in c. licèt ex quadam. col. 2. vers. in tex. ibi. de testi.

SINGVL. LXXXIX.

BOna matrimonii tria sunt, fides, proles, & sacramentum. glo. in c. fi. de condict. appos.

SINGVL. XC.

VBi allegatur impedimentum iuris diuini in aliqua causa matrimoniali, & probatio-
1 nes hinc inde essent æquales, † sententia absolutoria deferenda esset pro reo, siue instet, vt matrimoniũ separetur, siue vt non separetur. quia
2 tunc cessat fauor matrimonij, ex quo secum cõcurrit impedimẽtum iuris diuini. ita not. Abb. in c. licèt ex quadam. de testi. quem refert ibidẽ Fely. col. 2. vers. in tex. ibi dicens, quòd est dictũ subtile, & valde singulare.

SVMMARIVM.

1 Datur remissioni ad iudicem loci, in quo primum matrimonium contractum est, quando agitur de nullitate. &c.

SIN-

SINGVL. XCI.

QVando agitur super nullitate matrimonii, propter aliud matrimonium prius contra
1 ctum in talia ciuitate, potest coram iudice causæ peti remissoria ad ordinarium loci, in quo fuit primum matrimonium contractum, pro examinandis testibus. Cardin. in clem. 1. col. 4. in 6. q. de offic. delegat.

SVMMARIVM.

Quando dicatur matrimonium contractum in faciem Ecclesiæ remißiue.

SINGVL. XCII.

MAtrimonium dicitur in facie Ecclesiæ cōtractum, quando coadunatis Amicis, nullo seriosè excluso, matrimonium contrahitur. Abb. in ca. fin. vers. sed quæro qui fil. sint legit. vide Gemi. consi. 27. col. fin. vers. quo ad secun-
1 dum. vbi declarat,† quando matrimonium dicatur contractum in faciem Ecclesiæ.

SERIES CHARTARVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z, Aa

Omnes sunt Quaterniones.

Tabula per se patet.

VENETIIS,
APVD DAMIANVM ZENARVM.
M D L X X I X.

VIRTVTI SIC



CEDIT INVIDIA.



colorchecker CLASSIC

calibrite